Date Due

~~DEC 21 '59~~			

MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

SCRIPTORVM RERVM MEROVINGICARVM

TOMVS VI.

HANNOVERAE ET LIPSIAE.
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.
MDCCCCXIII.

PASSIONES
VITAEQUE SANCTORUM
AEVI MEROVINGICI.

EDIDERUNT

B. KRVSCH ET W. LEVISON.

INEST I TABULA.

HANNOVERAE ET LIPSIAE.
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.
MDCCCCXIII.

HANNOVERAE. TYPIS CULEMANNORUM.

HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

Tabula I. ad p. 347, *l.* 1, *spectat.*

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

SANCTVS
AMOR PATRIAE
DAT
ANIMVM.

FRANCOFVRTI A. M.
XIII. KAL. FEBR. MDCCCXIX.

Sextus Scriptorum rerum Merovingicarum tomus triennio post quintum editus sanctos prioris saeculi VIII. partis ad annum 727. continet, dum reliquos huius seriei textus atque additamenta intervallo plus quam triginta annorum subnata in septimum reservamus, ne unicum volumen in nimiam molem excresceret. In hoc autem tomo magis quam in praecedentibus scripta auctorum plena proposuimus, id quod a viris doctis non semel postulabatur, atque ad graviora edenda quotquot novimus codices vel inspiciendo adhibere perreximus, cum angusto numero selecto soli casui relictum esset, si ipsi meliores editorem non fugissent. Rationem in materiam harum litterarum inquirendi eandem quam ab initio observavimus, usu cotidiano magis expolitam, neque enim video, quid absque his studiis de auctoribus statuendum esset, qui plerumque et nomen et aevum suum curiosam posteritatem latere maluerunt, haud raro vel falsis vestigiis impressis quaestionem implicaverunt. W. Levison sodalis meus indefessus suam partem eo tempore fere absolverat, quo in quarto tomo edendo occupatus eram, sed ob causas quas dixi plura ei addenda erant magnaque cum diligentia indices adiecit.

Obscurissima historiae Francicae, quin immo Italicae tempora radiis nonnullis collustrantur Vitis Boniti episcopi Arverni e senatoribus Romanis orti, Landiberti et Hugberti episcoporum Traiectensium seu Leodicensium. Landibertus exemplum nobile praebet, quomodo incrementa fabularum veram historiam gradatim suffocaverint, idem porro alterum, quomodo fabulator

saeculi XII. reliquias pretiosissimae chartae immunitatis ecclesiae illius servaverit, de qua praeterea nihil constat; memoriae amici praematura morte studiis nostris erepti aliam quaestionem dicavi in appendice tractatam. Vita Wilfridi primi Frisionum apostoli Dagoberti II. infelicis illius Austrasiae regis historiae fere ignotae lucem affert auctorque eius Stephanus ante Bedam inter historicos suum locum obtinet, documentis integris nisus, ita ut sodali meo lectores gratias habituros fore sperem, quod insigne historiae scribendae monumentum nunc plenum ediderit, etsi maxima ex parte ad Britanniam spectat. Summa veneratione digna est Vita Corbiniani, primum antiquissimi scriptoris opus non solum Baiuvariorum, sed etiam Germanorum eorum, qui ad hodiernum imperium pertinent, idemque fortasse ultimum studiis rhetoricis quodam modo exornatum, quae per Tridentum ad castrum olim Romanorum Maiense in Alpibus situm penetrasse videntur. Atque etiam inter Vitas minoris momenti nonnullae, e. gr. Hrodberti, Odiliae, permagni olim aestimabantur, sed fallaciae horum auctorum admodum cavendae sunt, nam disserente sodali meo alii, veluti Aldegundis, Bertilae, falsis aequalitatis testimoniis prolatis auctoritatem dolose usurpabant, qua re vera carent, alii, scilicet Trudonis et Landelini, sub titulo historiae iura seu possessiones episcoporum seu monasteriorum defendebant.

Hoc tomo feliciter absoluto, septimus idemque ultimus statim imprimi coeptus est.

Dabam Hannoverae die 25. *Maii anno* 1913.

BRUNO KRUSCH.

VITA ERHARDI EPISCOPI BAVARICI AUCTORE PAULO.

Monasterium Inferius Ratisbonense (vulgo 'Niedermünster'), quod inde a saeculo nono commemoratur[1], *decimo canonicae occupabant, quae moribus nimis saecularibus indulgebant*[2]. *Iuditha autem, uxor Heinrici I. ducis Bavariae (947—955), quem ibidem in ecclesia S. Mariae ab ipso constructa vel construi coepta sepeliverat*[3], *coenobio admodum favebat, cui una cum Adelheida imperatrice a.* 973 *(April.* 27*) ab Ottone I. praedia nonnulla impetravit*[4], *duobus mensibus post ab Ottone II. confirmata*[5]. *Eodem fere tempore aut paulo postea ipsa se in idem monasterium recepit neque solum rebus eius terrenis augendis deinceps studebat*[6], *sed etiam spectans, ut mores sanctimonialium remissiores corrigerentur, moritura Heinricum II. filium, cum iterum ducatui praeesset (*985 — 995*), movit, ut, canonica vita destructa, vitam regularem in coenobium introduceret*[7]. *Quod officium Wolfkango episcopo Ratisbonensi (*972—994*) commissum est, fautori vitae strictioris; qui sicut res S. Emmerammi in ordinem redegerat, ita, coenobio virginum S. Pauli instituto, monasterium et Superius et Inferius aggressus est*[2] *atque sanctimoniales, sororibus renitentibus eiectis, regulae Benedicti subiecit*[7]. *Coeno-*

1) *Commutatio* de rebus sanctae Mariae Inferioris Monasterii *sub Ambrichone episcopo (*864 — 891*) facta est (Anamodi Liber traditionum S. Emmerammi II,* 16, *ed. Pez, Thesaurus anecdotorum I,* 3, *col.* 276*); Arnulfus imperator a.* 898. quasdam res ad abbatiam Inferioris Monasterii pertinentes *Nithardo clerico concessit (Monumenta Boica XXXI,* 1, *p.* 154*; Mühlbacher, Reg. I*², *n.* 1950*). Chartae a.* 833. *et* 887. *ad Oberunmunster spectantes (ib. n.* 1349. 1745*), e quo nomine etiam Inferius Monasterium extitisse efficeretur, falsae sunt.* 2) *V. Wolfkangi auct. Otloho c.* 17 *(SS. IV,* 533*; AA. SS. Nov. II,* 1, *p.* 573*); V. Erhardi auct. Paulo II,* 3. 3) *Thietmari Merseb. Chron. II,* 40 *(ed. Kurze p.* 44*).* 4) *Sickel, MG. Dipl. I, p.* 585 *sq.* 5) *Ib. II, p.* 50. 51. 6) *Versus de Heinrico II. duce et Iuditha matre (S. Hirsch, 'Jahrbücher des Deutschen Reichs unter Heinrich II.', tom. I,* 1862, *p.* 122*; AA. SS. Nov. II,* 1, *p.* 553*; G. Swarzenski, 'Die Regensburger Buchmalerei des X. und XI. Jahrhunderts',* 1901, *p.* 46 *sq.)*; traditio Heinrici ducis et matris eius Iudite, *ed. Höger, 'Salbuch des Stiftes Niedermünster' ('Verhandlungen des histor. Vereines für Niederbayern' XXIII,* 1884, *p.* 275*); charta Heinrici II. a.* 1002 *(Bresslau, MG. Dipl. III, p.* 32*)*: monasterium — — quod divae memoriae avia nostra Iuditha olim in honore sanctae Dei genitricis Mariae a fundamentis in abbatiam erexit et donis praediorum inter alia pro loco ditavit. 7) *Cf. versus l. l.*

bium nobile[1], *quod duci Bavariae subditum erat*[2], *Heinricus IV. dux, cum rex factus esset, a.* 1002. *ea libertate donavit, qua monasteria regalia fruebantur*[3], *ita ut abbatia deinceps inter principatus regni haberetur*[4].

Erat autem 'monasterium sanctae Dei genitricis Mariae Christique confessoris beati Erhardi venerationi constructum'[5], *ibique sepulchrum Erhardi vel, sicut inde a saeculo X. saepe audit, Herhardi episcopi ostendebatur, de quo paucissima tantum pro certo haberi possunt. Dignitate episcopali praeditus, ante a.* 784. *in Bavaria defunctus erat, teste libro confraternitatum S. Petri Salisburgensi, qui illo anno compositus est, ubi 'ordini communi episcoporum vel abbatum defunctorum' post Haimhrammum Ratisbonensem, Corbinianum Frisingensem, Agnellum Sebonensem iuxta Virolum Pataviensem* Erhardus episcopus *a primo librario illatus est, eodem modo quo altero versu post a latere Beati episcopi Pataviensis Liudinus episcopus positus est*[6], *atque nescio an Erhardus aeque atque Liudinus*[7] *e numero episcoporum vagantium fuerit. Die* 8. *Ianuarii nomen eius Kalendariis inscriptum est*[8].

Testes autem omnes, qui plura de vita Erhardi attulerunt, multo post aevum sancti scripserunt neque tales sunt, quibus integra fides habeatur[9]. *Auctor Vitae Odiliae, qui saeculo IX. exeunte aut X. opusculum satis fabulosum composuit, refert, Erhardum episcopum quendam 'de partibus Baiariorum' visione admonitum Palmam in monasterium venisse, ubi Odilia caeca patri fuga erepta commoraretur, eumque puellulam baptizasse in fonte sacro visu donatam, denique ipsum 'ad patriam propriam' rediisse, patre Odiliae per nuntium monito, ut filiae se reconciliaret*[10]. *Biographus Hildulfi, qui Vitam haud melioris notae sive ante sive post composuit*[11], *narrat, Hildulfo, qui 'claro Nerviorum genere ortus' apud Ratisbonensem urbem clericus factus esset, Hairardum episcopum fratrem fuisse; Hildulfum autem, cum Treverico episcopatu abdicato in Vosagum saltum se recepisset atque in Medio (Mediano) Monasterio degeret, a fratre visitatum esse, qui ibidem Odiliam ab Hildulfo baptizatam de fonte excepisset, denique Hairardum recessisse, ecclesia sancti Apri constructa*[12], *cuius dedicationem Medianenses*

1) *Cf. A. Schulte, 'Der Adel und die deutsche Kirche im Mittelalter' ('Kirchenrechtliche Abhandlungen' ed. U. Stutz* 63/4*),* 1910*, p.* 98 *sqq.* 363 *sqq.* 2) *Otloh l. l.* 3) *MG. Dipl. III, p.* 32. 4) *Cf. Ficker, 'Vom Reichsfuerstenstande' I,* 343*; MG. Constitutiones II,* 70*; Böhmer-Ficker, Regesta imperii V,* 1*, n.* 840. 863. 5) *MG. Dipl. I, p.* 586. *Cf. picturas evangeliarii Utae abbatissae (Swarzenski l. l. p.* 89 *sqq.).* 6) *Ed. Herzberg-Fränkel, MG. Necrol. II,* 26. 7) *Breves Notitiae Salisb. VIII,* 10 *(ed. Hauthaler, 'Salzburger Urkundenbuch' I,* 29*):* vacantem episcopum nomine Liůti. 8) *Kalendarium Einsidlense (n.* 236*) saec. X (AA. SS. Nov. II,* 1*, p. [*6*]) et Monasterii Inferioris Ratisbonense saec. XI (M. Gerbert, Monumenta veteris liturgiae Alemannicae I,* 1777*, p.* 492*):* Herhardi episcopi et confessoris; *Frisingense saec. X. ex. (A. Lechner, 'Mittelalterliche Kirchenfeste und Kalendarien in Bayern',* 1891*, p.* 8*):* Sancti Erhardi episcopi et confessoris; *Ratisbonense (iam Veronense) saec. X. ex. (Delisle, 'Mémoire sur d'anciens sacramentaires, Mémoires de l'Académie des Inscriptions et Belles-Lettres' XXXII,* 1*,* 1886*, p.* 194*):* Sancti Erhardi confessoris atque pontificis; *Eberspergense (Oefelius, Rerum Boicarum scriptores II,* 15*):* Herhardi episcopi; *cf. Swarzenski l. l. p.* 196. *Kalendario Tegernseensi c. a.* 1009. *exarato nomen eius ad diem* 7. *Ianuarii illatum est (Analecta Bolland. XVII,* 9*), cum Medianenses festivitatem eius die* 9. *eiusdem mensis celebrarent (H. Belhomme, Historia Mediani in monte Vosago Monasterii,* 1724*, p.* 68*):* In Regensburg civitate transitus sancti Herardi episcopi, fratris sancti Hildulfi archiepiscopi. 9) *Cf. S. Riezler, 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' XVIII,* 1878*, p.* 541—545. 10) *V. Odiliae c.* 4. 6. 11) *Cf. ea quae Pfister et Jérome in dissertationibus infra p.* 28*, n.* 1*, laudatis exposuerunt.* 12) *Vita I. Hildulfi (Belhomme l. l. p.* 50 *sqq.; AA. SS. Iulii III,* 221 *sqq.).*

postea die 26. Octobris celebrabant[1]. Cum autem Erhardus secundum biographum Odiliae aequalis Adalrici ducis fuerit, qui c. a. 675. vixit, auctor Medianensis eundem una cum duce aevo Pippini regis, patris Caroli M., attribuit, etiam statuens, Hildulfum Miloni episcopo Treverico (c. a. 750) successisse, post quem re vera aut Harthamus aut Wiomadus sedem nanctus videtur esse[2]. Testibus igitur idoneis deficientibus, aetas Erhardi in medio relinquenda est, neque magis patet, unde rationes inter episcopum Bavaricum atque Odiliam Hildulfumque Transrhenanos intercedentes explicandae sint, etsi fortasse conicere licet confusionem quandam inde ortam esse, quod monachi Ebersheimenses, monialibus sanctae Odiliae propinqui, Erhardum abbatem congregationi propriae aevo illo praefuisse voluerunt[3]. Erhardum episcopum civitatis Ratisbonensis fuisse, ubi sepultus erat, tertius biographus Hildulfi saeculo XI. ineunte aut medio primus distinctis verbis statuit[4].

Deinde saeculo XII. monachus coenobii Scottorum Ratisbonensis in Vita Albarti fortasse paulo post a. 1152. composita[5] res omnino novas de Erhardo rettulit: Erhardum in Hibernia natum ibidemque in Artinacha civitate episcopum factum esse; cuius sanctitate perductum Albartum Anglum in Hiberniam pervenisse atque archiepiscopum Casellensem biennio post constitutum esse. Conventu autem episcoporum, principum, tribuum ob festivitatem quandam in Lesmor urbe facto, utrumque praedicatione episcopi Lesmorensis audita motum esse, ut sedibus relictis onus peregrinationis subirent atque cum 19 sociis Romam ad Formosum papam (891—896) proficiscerentur. Deinde Albartum ab amico seiunctum Hierosolyma visitasse, ubi Gillipatrich socium sepultum reliquisset; tum trans mare regressum, altero socio Iohanne Salisburgi defuncto[6], Ratisbonam venisse neque vero Erhardum iam inter vivos repperisse; denique et ipsum ibidem ad sepulchrum

1) Belhomme p. 76. 2) Cf. Hauck II², p. 51; Ch. Pfister, 'Annales de l'Est' III, 1889, p. 400 sqq.; L. Jérome, 'L'abbaye de Moyenmoutier' I, 1902, p. 59 sqq. Hildulfus in catalogis episcoporum Treverensium antiquitus non commemoratur (SS. XIII, 298), etsi Hildulfi episcopi cuiusdam in Vitis Maximini mentio fit (AA. SS. Maii VII, 23; SS. R. Merov. III, 79); episcopum vagantem aut chorepiscopum eum fuisse coniecerunt. 3) Charta spuria Theuderici III. (Pertz, Dipl. Merov. p. 189), cuius forma altera (Pardessus II, p. 195) saeculo XVIII. a Grandidiero ficta est (cf. H. Bloch, 'Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins, Neue Folge' XII, 1897, p. 477 sq.); Chronicon Ebersheimense c. 13 (SS. XXIII, 437). De rationibus inter monachos Ebersheimenses et moniales S. Odiliae intercedentibus cf. H. Bloch, 'Die Elsässischen Annalen der Stauferzeit' ('Regesten der Bischöfe von Strassburg' I, 1), 1908, p. 89. 4) Vita III. Hildulfi c. 18 (Belhomme p. 114): Beatus autem Erhardus, Rheno transvadato, Regensborg civitatem, suam videlicet sedem, tam sancto praesule celebrem futuram, subiit; in qua non post plurima temporum curricula sexto Idus Ianuarii de morte ad vitam transiit. Cf. infra p. 5, 12. 29, 13; Richeri Gesta Senon. eccl. I, 11 (SS. XXV, 262). 5) Cf. Riezler l. l. p. 543 sqq. Auctor archiepiscopi Casellensis mentionem fecit et Caselle urbem metropolim nominavit (V. Albarti c. 3), cuius episcopus a. 1152. pallium a papa Romano accepit, etsi iam inde ab a. 1110. dignitatem archiepiscopi obtinuisse dicitur (cf. Hefele, 'Conciliengeschichte' V², 532; A. Bellesheim, 'Geschichte der kathol. Kirche in Irland' I, 1890, p. 363, at cf. etiam p. 328, 331); Giraldi Cambrensis Topographia Hibernica III, 17 (Opera ed. Dimock V, 162): Archiepiscopi vero in Hibernia nulli fuerant, sed tantum se episcopi invicem consecrabant, donec Iohannes Papiro, Romanae sedis legatus, non multis retro annis huc advenit (a. 1152). Hic quatuor pallia in Hiberniam portavit. Quorum unum apud Armaciam posuit, — — tertium apud Cassiliam. Vita ante finem saeculi XII. orta est, quippe quae in Legendarium magnum Austriacum paulo post a. 1181. compositum recepta sit; cf. infra p. 21. 6) Monuerim, Iohannem episcopum Salisburgensem a. 739. a Bonifatio ordinatum esse; cf. V. Bonifatii auct. Willibaldo c. 7 (ed. Levison p. 38).

amici in ecclesia sanctae Mariae die 25. *Maii obiisse. Quae satis fabulosa videntur, neque aevum Formosi papae ad Erhardum nostrum ante a.* 784. *mortuum pertinere constat. Utrum autem narratio tota a monacho Scottico ficta sit*[1] *an de confusione sancti Bavarici et episcopi cuiusdam Hiberniae agatur*[2], *rerum Hibernicarum peritis diiudicandum relinquo. Saeculo XIII. exeunte fabulae Germanicae et Scotticae in monasterio Scottorum Ratisbonensi conglutinatae sunt, ita ut iam tres socii Hildulfus et Erhardus et Albartus coniungerentur*[3].

Interim Erhardus saeculo XI. biographum nanctus erat, cum, rebus Inferioris Monasterii in ordinem redactis, cultus eius ultra fines Bavaricos propagatus esset. Anno 1052. *Leo IX. papa Ratisbonam profectus, praesente Heinrico III. imperatore, cum die* 7. *Octobris sanctum Wolfkangum transtulisset*[4], *die* 8. *ossa Erhardi elevavit et transtulit*[5]. *Cuius diei memoriam epitaphium quoddam servavit, quod in codice Monacensi Lat. n.* 14872 *(Emm. O.* 5*), saec. XV, fol.* 1, *legitur*[6]*:*

Presulis[a] Herhardi sacram qui sistis ad urnam,
Conspicies illos, lector amande, modos.
Quos referat fructus cultori candida virtus,
Qui spectas tumulum, disce[b] legens titulum.
Clauserat hac fossa brevis urnula corporis ossa[7]
Presulis Herhardi[c] principium meriti.
Quis sit apud Dominum, doceat[d] de pluribus unum:
Lumina cecate reddidit Odilie[e].
Hinc eciam sacris foret ut sua gloria membris,
Nonus papa Leo transtulit ossa loco,
Constituens celebrem migrantis patris honorem
Translatione geri relligione pari.
1052. Imperium sextum prope iam transmiserat annum
Tertius Heinricus[8], culminis ipse decus.

a) *Versus* 1. *et* 2, *qui in* 1 *litteris rubris exarati sunt, om.* 2. *ubi subscriptio* (Anno — confessoris) *versus praecedit.* b) discens leget 2. c) Erhardi 2. d) loceat 2. e) Otylie 1.

1) *I. Waraeus, Hibernia sacra,* 1717, *p.* 85. *de Erhardo: 'In Hibernorum annalibus nullam eius mentionem reperi'. Neque H. Cotton, Fasti ecclesiae Hibernicae III,* 1849, *p.* 179. *quicquam novi de eodem attulit.* 2) *Riezler l. l. p.* 544. *coniecit, 'Sanct Albart' e Sectabrath ortum esse, quod nomen episcopo cuidam Imelacensi fuit, qui a.* 819. *obiisse fertur (Waraeus l. l. p.* 175*).* 3) *Cf. A. Dürrwaechter, 'Die Gesta Caroli Magni der Regensburger Schottenlegende',* 1897, *p.* 24. 172. 4) *Frutolfi Chron. (SS. VI,* 196*); auctarium Ekkehardi Altahense (ib. XVII,* 364*); notae S. Emmerammi (ib. p.* 572*). Cf. Necrologium S. Emmerammi (ib. n.* 29*); Martyrologium Hermanni auctum (Dümmler, 'Forsch. zur Deutsch. Gesch.' XXV,* 219*).* 5) *Annales Altahenses maiores (SS. XX,* 806*; denuo ed. E. ab Oefele, SS. R. Germ.,* 1891, *p.* 48*); Necrologium Inferioris Monasterii (M. Gerbert l. l. p.* 499*; Boehmer, Fontes III,* 485*; Baumann, MG. Necrologia III,* 289 *sqq. haec praetermisit):* Translatio sancti Herhardi episcopi. *E. Steindorff, 'Jahrbücher des Deutschen Reichs unter Heinrich III.', tom. II,* 183, *n.* 4, *haud recte de translatione Erhardi dubitavit.* 6) *Codicem (=* 1*) officiosissime conferendum curavit G. Laubmann b. m. bibliothecae regiae Monacensis praefectus. Versus e codice Monacensi Latino n.* 167, *p.* 57, *inter 'anonymi Farraginem historicam rerum Ratisponensium' (ad a.* 1519*) edidit Oefelius l. l. II,* 1763, *p.* 501, *cuius editionem iteravit F. Janner, 'Geschichte der Bischöfe von Regensburg' I,* 1883, *p.* 503*; codicem (=* 2*) qua est liberalitate denuo contulit G. Leidinger v. c.* 7) *Cf. epitaphium Rotberti episc. Autissiod. (†* 1095*) ed. Dümmler, 'N. Arch.' I,* 180: Continet hec fossa Rotberti presulis ossa. 8) *Heinricus die* 25. *Decembris a.* 1046. *imperator coronatus erat.*

Iura dabat sedi Gebehardus[a] tertius[1] isti,
Quantum stirpe nitens, tam probitate cluens.
Heylica[2] velate mater castissima[b] turbe
Prefuit, insignis moribus et meritis.
A Iano decimus mensis cum volverit Idus
Octonas[c], nobis lux fuit hec celebris. Oct. 8.

Anno ab[d] incarnacione Domini millesimo quinquagesimo secundo translatum est corpus sancti Herhardi[e] confessoris et pontificis. 1052.

a) Gebhardus 2. b) castissimae 2. c) Octavos mundo lux 2. d) (ab inc. *om.*) Domini MLII. 2. e) Erhardi episcopi et confessoris 2.

Heinricus imperator, qui huic translationi interfuit, iisdem annis ecclesiae sancti Simonis et Iudae Goslariensi 'reliquias sancti Herardi Ratisponensis episcopi' *concessit*[3], *itemque a.* 1060. *ecclesia sancti Andreae Ratisbonensis reliquiis eiusdem donata est*[4]. *Miracula quoque Erhardi eo saeculo adeo celebrabantur, ut Heinricus IV. rex, cum a.* 1073 *(Oct. 27) Inferiori Monasterio partem servitii remitteret, se id fecisse testatus sit* ad honorem quidem Dei et sanctae Mariae perpetuae virginis et sancti Herhardi confessoris, qui in eadem aeclesia membris requiescit et coruscat miraculis[5].

Eo igitur tempore, quo gloria sancti paulatim diffundebatur, Heilica abbatissa, quae anno translationis monasterio praeerat[6] *et ante a.* 1074.[7] *die* 5. *Iulii defuncta*[8] *et ad S. Iohannem sepulta est*[9], *Paulum quendam ad Vitam Erhardi conscribendam adduxit*[10]. *Quem eundem fuisse coniecerunt atque Paulum illum Bernriedensem*[11], *qui c. a.* 1102—21.

1) *Episcopus Ratisbonensis (*1036 — 60*), frater Conradi II. imperatoris.* 2) *Abbatissa Inferioris Monasterii, quam credunt eandem fuisse atque Eilicam abbatissam, filiam ut videtur natu maximam Ottonis III. de Swinfurte ducis Alamanniae (*1048 — 57*) et Irmingardis uxoris, quam ille non ante a.* 1036. *in matrimonium duxit (Annalista Saxo a.* 1036, *SS. VI,* 679; *cf. G. Meyer von Knonau, 'Jahrbücher des Deutschen Reiches unter Heinrich IV.', vol. I,* 1890, *p.* 47*), ita ut Eilicam filiam non ante a.* 1037. *natam esse constet; quae si re vera, id quod dubitaverim, eadem fuit atque abbatissa Ratisbonensis, vix adulta monialibus praefecta est. Abbatissa Ratisbonensis die* 16. *Februarii ordinata erat (MG. Necrologia III,* 290*). Cf. infra n.* 7. 3) *MG. 'Deutsche Chroniken' II,* 593. 605. 4) *SS. XVII,* 573. 5) *Mon. Boica XXIX,* 1, *p.* 185 *(Stumpf n.* 2769*). Charta Gerdrudi abbatissae data est, cui Mathilda a.* 1074. *successerat, quo tempore Marianus Scottus in coenobio commentarios psalmorum compilavit in honorem Christi et Mariae virginis 'et sancti Herhardi confessoris'; cf. Aventini Annales ducum Boiariae V,* 11 *(ed. Riezler, 'Turmair's sämmtliche Werke' III,* 1884, *p.* 95*).* 6) *Cf. versus supra editos, quibus, cum ceterae notae temporis quadrent, etiam in hac re fides habenda est.* 7) *Cf. n.* 5. *Nescio, qua de causa Ried (apud Janner l. l. I,* 555*) Heilicam a.* 1088. *attribuerit, neque magis perspicio, qua ratione nisus B. Sepp (Vita S. Hrodberti,* 1891, *p.* 59, *n.* 3*) Heilicam eandem abbatissam fuisse voluerit atque eam, cuius capellanum Ottonem, futurum episcopum Bambergensem, Heinricus IV. a.* 1097. *aut* 1099. *in aulam regiam transtulit (Ebonis V. Ottonis I,* 3, *SS. XII,* 825*). Hund-Gewold, Metropolis Salisburgensis II,* 1719, *p.* 408, *Hailkam 'com. palat. a Wittelspach' vocaverunt, unde Huschberg, 'Aelteste Geschichte des Hauses Scheiern-Wittelsbach',* 1834, *p.* 217, *eam filiam Ottonis comitis (c.* 1060*) et Hazigae († c.* 1103*) fuisse coniecit, neque vero recte, velut e nota temporis in versibus tradita patet. Heilica monasterio post a.* 1025. *praefecta est, quo Ouda moniales regebat (Bresslau, MG. Dipl. IV, p.* 34*). Cf. supra n.* 2. 8) *MG. Necrologia III,* 280. 318. 376. 9) *Ib. p.* 280. 10) *V. Erhardi, prol. et I,* 11. 11) *Bollandus, AA. SS. Ian. I,* 533; *Pfister, 'Le duché mérovingien d'Alsace',* 1892, *p.* 85; *Sepp l. l. p.* 59, *n.* 2, *et 'Beilage zur Augsburger Postzeitung,* 25. *Mai* 1893' *(n.* 21*), p.* 2.

Ratisbonae degit[1], *auctorem Vitarum Gregorii VII.* (1128) *et Herlucae* (1129/30), *neque vero recte, cum aetas abbatissae e versibus allatis comperta obstet. Neque auctores stilo adeo simili usi sunt, ut unum eundemque Paulum fuisse statuendum sit*[2], *atque de miraculo, quod custodes ecclesiae tempore Wolfkangi episcopi* (972—994) *experti essent, ab eo 'qui utrosque novit'*[3] *potius auctor saeculi XI. medii instrui poterat quam qui c. a.* 1100. *aut postea scripsit. De altero autem Paulo anonymus qui dicitur Mellicensis rettulit, qui paulo post a.* 1130. *libellum de Scriptoribus ecclesiasticis in coenobio Prueningensi composuisse videtur*[4], *ita ut de auctoribus urbis Ratisbonensis finitimae facile instructus esse posset, neque satis mirandum erat, eum talia rettulisse, si de Paulo Bernriedensi cogitasset* (*c.* 64)[5]*:*

Paulus Iudeus Fuldensis monachus Vitam sancti Herhardi Ratisponensis episcopi, sed et de conversione sancti Pauli apostoli composuit prosam, quam vulgo dicunt sequentiam, cuius hoc est exordium: Dixit Dominus: Ex Basan convertam[6].

In quo acquiescendum est idque monendum, Paulum post obitum Leonis IX. papae scripsisse[7], *ita ut Vita Erhardi inter a.* 1054. *et* 1073. *composita sit, et ipsum Ratisbonae commoratum esse, ubi crucem et fontem in Inferiore Monasterio viderat*[8].

In rebus gestis sancti describendis Vita Odiliae et Vita prima Hildulfi usus est, quarum auctores de baptismo Odiliae alterum altero modo rettulisse ipse commemoravit (*I,* 8). *De septenis monasteriis ab Hildulfo et Erhardo constructis historiam bibliothecae Romanae Leone IX. auctore testem attulit* (*I,* 5), *quae adhuc latet; de charta quadam papali agi, Bollandus minus congrue coniecit. Praeterea nihil nisi amplissimum fucum verborum de moribus Erhardi protulit, quales cuilibet sancto attribuantur, etymologias quoque nominum Erhardi* (*I,* 1) *et Odiliae* (*I,* 7) *addens miroque modo statuens, sanctum Narbonensem gentilitate, Nervum civilitate, genere Scotticum fuisse* (*I,* 1), *quae verba satis obscura inde a Bollando viros doctos ultra modum vexaverunt*[9], *neque scio, an ipsi auctori minus obscura fuerint quam sequacibus. Vitam non potioris notae esse quam auctores adhibitos consentaneum est. Melius de miraculis aevo recentiore ad sepulchrum sancti factis instructus erat, quae altero libello enarravit, testibus nisus, 'aut qui ipsi viderunt aut quibus videntes retulerunt'*[10], *atque ipse a muliere sanata* (*II,* 7) *et custodibus ecclesiae* (*II,* 8) *de rebus eiusmodi certior factus est. De puero in puteum lapso et absque damno eruto plura se scripturum esse promisit* (*II,* 6), *id quod an executus sit latet. De vita regulari in coenobio restituta fabulas similes rettulit* (*II,* 3) *iis, quas paulo ante aut eodem fere tempore*[11] *Otloh in Vita Wolfkangi* (*c.* 17) *narravit, neque*

1) *Watterich, Pontificum Romanorum Vitae I, p. C; J. May, 'N. Arch.' XII,* 336 (*cf. M. Herrmann, ib. XIV,* 567). 2) *Quod uterque Paulus etymologias affert, inde nihil efficitur.* 3) *V. Erhardi II,* 2. 4) *E. Ettlinger, 'Der sog. Anonymus Mellicensis de scriptoribus ecclesiasticis',* 1896, *p.* 4 *sqq.* 5) *Ib. p.* 77. *De Paulo Bernriedensi agi etiam Riezler l. l. p.* 541. *et Janner l. l. I,* 61, *n.* 2, *et Wattenbach, 'Deutschlands Geschichtsquellen' II*[6], 70. 518. *recte negaverunt.* 6) *Chevalier, Repertorium hymnologicum I, n.* 4786. *Cf. P. v. Winterfeld, 'Zur Gottschalkfrage'* (*'N. Arch.' XXVII,* 511 *sq.*). 7) *V. Erhardi I,* 5: auctore quidem sancto papa Leone, qui nonus sui nominis sanctam Romanam rexit ęcclesiam. 8) *Ib. II,* 2: crux lignea quaedam, quae adhuc in eadem servatur ęcclesia, quam et nos vidimus, cum adhuc iuxta beati patris sepulchrum staret; *ib. II,* 6. *de fonte:* quod et nos visu probavimus. *Auctor etiam Erhardi ut 'patris nostri' mentionem fecit* (*prol., p.* 8, 29). 9) *Cf. e. gr. I. B. Enhuber, Dissertatio critica de patria, aetate et episcopatu S. Erhardi, Ratisbonae* 1770, *p.* 11 *sqq.* 10) *V. Erhardi II, prol.; cf. c.* 2. 5. 11) *Cf. Delehaye, AA. SS. Nov. II,* 1, *p.* 528.

vero hac ipsa usus videtur esse, sed nescio an Vita Wolfkangi vetustior deperdita ei praesto fuerit, eadem, quam Otloh retractavit[1]. *Haud exigua scribendi arte usus est.*

1*a) Codex abbatiae Sanctae Crucis in Austria Inferiore sitae n.* 11 *(olim VII. A.* 2. 1*), saec. XII. ex., fol.* 25′—28, *et*

1*b) codex Mellicensis n.* 310 *(F.* 8*), saec. XIII, fol.* 59—63′, *exemplaria sunt legendarii magni Austriaci paulo post a.* 1181. *compositi*[2].

1*c) Codex Romanus Vaticanus Palatinus Lat. n.* 617, *e tribus partibus diversae aetatis constat, e quibus altera (fol.* 80—92*), saec. XII/XIII. exarata, Erhardo dicata est atque fol.* 81—88. *Vitam eius auctore Paulo absque prologo, fol.* 88—92′. *sermonem* in translatione sancti Herhardi *continet* (*inc.* Presentis diei festivitas ad virtutum nos accendit gaudia. Hodie namque beatus pater noster Herhardus de terra levatus et inter sanctorum ascriptus numerum pietati radicare et fructificare virtuti nos ammonet). *Fol.* 80. *nonnulla postea lingua vernacula adnotata sunt, in quibus etiam* Sant Herhard *commemoratur; infra* S(igillum) Iohannis plebani ad S. Mauricium in Augusta a⁰ MCCCCΛ (= 1407) *conspicitur.*

2*) Codex Monacensis n.* 22240, *volumen I. legendarii Windbergensis sub Gebhardo abbate (*1141—91*) exarati, fol.* 57′—62′.

3*a) Codices Monacenses n.* 14473, *olim S. Emmerammi E.* 96, *saec. XIII, fol.* 54—62, *et*

3*b) n.* 13101 *(Ratisb. civit.* 101*), saec. XIII, olim Pruveningensis*[3], *fol.* 132—140, *et*

3*c) n.* 23846 *(ZZ.* 846*), saec. XV (post a.* 1461*), fol.* 404′—410, *praefatione carent*[4].

Libri Austriaci 1*a. b quam maxime similes una cum* 1*c et Windbergensi* 2, *quem ad codicem* 1*c similem referendum esse e lectionibus nonnullis intellegitur, ab alio exemplari originem repetunt*[5] *atque* 3*a. b. c, e quibus* 3*a. b magis inter se coniuncti sunt quam cum* 3*c, solique Austriaci opusculum nimis verbosum integrum tradiderunt, cum* 1*c.* 2. 3*a. b. c partem maiorem minoremve omiserint.*

Exemplar libri 1*a P. Florianus Watzl bibliothecarius Sanctae Crucis officiosissime confecit, codicem* 2 *B. Krusch v. c. contulit praeter caput quoddam, quod G. Leidinger v. c. supplevit, lectiones* 1*b G. H. Pertz b. m. exscripserat,* 1*c.* 3*a. b. c et iterum* 1*b ipse adhibui, e quibus lectiones peculiares* 3*c et lapsus quosdam* 1*b nullius momenti atque omnes fere ab ipso librario correctos neglexi. Miracula duo minoris momenti praetermissa sunt.*

1) *Neque negaverim, etiam de rebus ab utroque fama acceptis agi posse; cf. Otlohum l. l.:* Sed revelatio divina super Inferiori Monasterio, ut accepimus, contigit ita. 2) *De aliis codicibus legendarii eiusdem, scilicet Zwettlensi n.* 13, *saec. XII. ex., et Lilienfeldensi n.* 58. *et Admuntensi n.* 25, *saec. XIII, cf. Analecta Bolland. XVII,* 40. 3) *Codici enim ea insunt, quae in catalogo librorum Pruveningensi a.* 1347. *exarato (cod. Monac. n.* 14397, *fol.* 7′; *iam ed. M. Manitius, 'Centralblatt für Bibliothekswesen' XX,* 1903, *p.* 105, *n.* 103*) commemorantur, sicut F. Boll v. d. litteris me certiorem fecit (cf. v. Winterfeld l. l. p.* 512*):* Item Beda super actus apostolorum. Item liber retract[at]ionis eiusdem. Item translacio Alexandri pape et Iustini presbiteri. Item vita Columbani episcopi *(immo Galli, cf. SS. R. Merov. IV,* 778; *at pars codicis periit).* Item vita sancti Wolfgangi episcopi. Item vita sancti Erhardi episcopi, omnes in uno volumine. 4) *Breviarium Augustanum saeculo XVI. ineunte impressum capita* 1—4. *libri I. exhibet e codice classis* 3. *deprompta, iterata a Bollando l. l. p.* 544 *sq. Vitam retractatam continet codex Francofurtensis, olim S. Bartholomaei n.* 2, *a.* 1356 (Erhardus, qui gloria fortis interpretari potest, exstitit decus adolescencie — — resuscitari quodammodo meruit a Domino); *epitome inest Monacensi n.* 18625, *fol.* 76—78, *saec. XV* (*inc.* Erhardus genere Scotorum oriundus). *De codice Parisiensi n.* 10875, *saec. XV/XVI (cf. 'Bibliothèque de l'École des Chartes',* 5. *series IV,* 1863, *p.* 208*), nihil compertum habeo.* 5) *Cf. Analecta Bolland. XVII,* 99.

Iohannes Bollandus, Acta sanctorum Ianuarii I, Antverpiae 1643, *p.* 535—539. *Vitam e codicibus duobus generis* 1*a. b a Iohanne Gamansio erutam publici iuris fecit. Quam editionem iteravit*

Iohannes Colganus, Acta sanctorum veteris et maioris Scotiae seu Hiberniae I. Lovanii 1645, *p.* 22—27.

Altera Vita Erhardi (inc. Erhardus genere Scotus [*Boll.* Gothus], parentibus licet gentilibus*), quam Bollandus l. l. p.* 539—541. *edidit quaeque, brevi prologo praemisso (inc.* Erhardus interpretatur fortis gloria*), in codice Romano Vaticano Lat. n.* 4358, *saec. XV, fol.* 89—92. *legitur*[1], *tota ex opusculo Pauli fluxit neque ab eo discrepat, nisi quod sanctus aevo Leonis IX. vixisse inepte dicitur, cum auctor verba Pauli (I,* 5*) male interpretatus sit*[2], *omissis quoque miraculis II,* 6. 7. 8. *Codex quo usus est ad classem* 1*a. b ferme accedebat.*

Denique Conradus de Monte Puellarum (vulgo Megenberg) tertiam Vitam Erhardi composuit, auctor in rebus et historicis et naturalibus describendis versatus († 1374*)*[3]. *Qui cum ab a.* 1337. *'studium Viennense in Austria' rexisset, gravi paralysi affectus est et, visione monitus, navi Ratisbonam ad sepulchrum Erhardi se transvehendum curavit, ibique sanitatem adeptus*[4], *deinceps Ratisbonae degit. Unde 'ad honorem Dei et huius sancti gloriam' c. a.* 1358[5]. *Vitam Pauli retractavit*[6], *nonnulla de regibus et papis sancti aequalibus et etymologias quasdam insulsas inserens, legenda quoque fabulosa Scottorum Ratisbonensi usus*[7], *denique in calce enarrans, quomodo ipse sanatus esset. Vitam a Conrado conscriptam* (*inc.* Erhardus Christi confessor egregius) *Bollandus p.* 541—544. *edidit, Colganus p.* 29—32. *iteravit.*

W. Levison.

INCIPIT[a] PROLOGUS IN VITAM SANCTI HERHARDI EPISCOPI.

Inter lilia virtutum pascenti choros virginum domnae[b] ac matri[c] Heilikae[d, 8], praerogativa famosae tum virginalis castitatis tum titulo nobilitatis[9], Paulus vel potius Paululus, servorum Christi servulus, quod matri et domnae[e] servus et filius.

Adtemptare iubes, o mater beatissima et[f] virgo virginalis exemplar decoris, ut de beati Herhardi patris nostri[g] eximiis virtutibus quasi aliquod poculum propinem desideranter[h] sitientibus, rem prorsus veneratione dignissimam, actu iocundissimam, memoria

I. Prol. 1*a. b.* 2.

Prol. a) *ita* 1*a*; *praescr.* Prologus (Praefatio 2) in v. s. (s. *om.* 1*b*) H. ep. (et confessoris *add.* 2) 1*b*. 2; *prologum om.* 1c. 3*a. b. c.* b) dominae (2). c) abbatissae *add.* 2. d) Heilike 1*b*; Heilke 1*a*; Eilikae 2. e) domne 1*a*; dñe 1*b*; dominae 2. f) *om.* 2. g) *ita* 1*a. b*; *om.* 2. h) *ita* 2 *et m. saec. XV. in marg.* 1*b*; desiderant scientibus *in textu* 1*b*; desiderantibus scire rem 1*a*.

1) *Cf. 'Archiv' XII,* 243. *Codicem ipse inspexi.* 2) *Vita II. Erhardi §* 3: Et sicut Romana testatur hystoria, Leone papa nono, qui tunc Romanam rexit ecclesiam, auctore. 3) *Cf. Fr. Pfeiffer, 'Das Buch der Natur von Konrad von Megenberg',* 1861, *p. IX sqq.*; *O. Lorenz, 'Geschichtsquellen' I*[3], 185. *II*[3], 358; *S. Riezler, 'Geschichte Baierns' II,* 559. 574. 4) *V. Erhardi auct. Conrado §* 16. 5) *Ib. §* 16: Cum iam enim ante annos sedecim et ultra studium regerem Viennense in Austria. *Conradus iam a.* 1342. *Ratisbonae degebat; cf. Pfeiffer l. l. p. XIII.* 6) *Cum Conradus in praedecessorem invexerit, quasi Erhardum aevo Leonis IX. attribuisset (§ 7), Bollandus (l. l. p.* 543, *n.* m) *statuit, eum Vita altera neque opusculo Pauli usum esse, id quod Vitis tribus comparatis refutatur: Conradus et ipse Paulum male interpretatus est, ita ut eum temere aggressus sit, demonstrans, episcopum temporibus Leonis non noni, sed tertii vixisse.* 7) *Cf. Dürrwaechter l. l. p.* 120 *sq.* 8) *Abbatissae Inferioris Monasterii Ratisbonensis, quae a.* 1052. *translationi Erhardi interfuit; v. supra p.* 5. 9) *Cf. supra p.* 5, *n.* 2.

suavissimam, sed ausu duram. Obcaecatos enim vitiis de luminosa virtute scribere, nec sat studenti possibile nec discenti credibile. At dum imperantis auctoritatem considero, nec negare quod iniungis audeo nec utile censeo, maxime cum et honesta res sit, quae postulatur, et pia voluntas, quae cohortatur. Et quis pia volenti non obtemperet? Nam piae voluntati non praebere consensum, mea sententia dissentire est a virtute. At qui dissentit a virtutibus, necessario consentit vitiis. Quapropter, ne aut piae voluntati non obtemperans aut non devotus vel maxime contrarius iudicer, postposito pudore ignorantiae, quamquam[a] vires[b] ultra meas, pensum tamen reddere conor oboedientiae, adhortantibus me[c] tuis etiam virtutibus, quibus, carne domita, valentior abundat in te spiritus.

Omissis enim, quae communia possides cum omnibus melioribus, scilicet ieiuniis, vigiliis et orationibus, quis in provectu tantae tamque dignae tuae aetatis non et[d] miretur et amet et veneretur servatum in te sigillum virginalis castitatis? Quod quantae sit[e] dignitatis et meriti, satis pro exemplo nobis est divina virginis matris sublimitas, quae, spretis illecebris carnalibus, castitatis virtutibus ascensum mercabatur superiorem angelicis spiritibus. Et merito; nam, ut ait quidam non minimae auctoritatis[1], *angelum castum esse, naturae est; angelicam promereri castitatem, virtutis.* At ne parva videatur tuae castitatis auctoritas, quot digna Deo habitacula tuae commonitionis[f] adhortatione praeparasti? quae fundamenta humilitatem[g] ponentia, augmentum castitatis[h], summum virtutis, summam non[i] supplevere karitatem? Et si dicendum est verius, quot[k] capitum sunt, tot praeter communes singularum sunt etiam virtutum. Quae enim in tam numerosa congregatione sancti virginalis[l] chori non Argeis[2] oculis rimatur plenitudinem scientiae? quae non, domito corporis ergastulo, perfectionem iam non lucratur[m] continentiae? quae non[i], mundialibus mortuae desideriis, odiosae carnalibus illecebris, iure naturae domito, tuas virtutes iure possident[n] hereditario, quas rore lactationis tuae maternae inbiberunt et per quas a visceribus eruditionis tuae creverunt? Sed quicquid illud[o] est pro laude tua? Verumtamen non parvum[p] argumenti inprobabilis res est, tantus a Deo dignatus tuae maternitatis fructus, meruisse te benedictionem, quae promissa est his, qui non cf. Ier. 17, 8. aliquando desinunt[q] facere fructum. Nam quis tuae inhabitationi gradus deest[r]? Quasi vero parvae sit auctoritatis mundo abnegasse, sunt apud te, quae[s], vivae mortuae[t], vitam[u] etiam abnegaverunt, ut non tantum[v] abundes[w] coenobitis, sed[x] auctoriosius fructifices heremitis[3], quae in[y] anima meruerunt promissum: *Qui autem adheret Domino*[z], 1. Cor. 6, 17. *unus spiritus est.* Iubes, ut scribam: de talibus iube. At si haec displicent, displiceant et illa, quae iubes ut scribam. Verum ut devotione defendar contra ignorantiam, quae imperas, censeo, amplector et diligo, te obponens ut latus invidiae, cum[a] vel invitum iubeas scribere.

EXPLICIT[b] PROLOGUS.

I. Prol. 1*a. b.* 2.

Prol. a) quamq; 2. b) *ita Bollandus;* u. v. m. 2; aures u. m. (u. m. a. 1*a*) 1*a. b.* c) iam me tuis v. 2. d) *ita* 2; et *om.* 1(*a*). *b*; non admiretur *Boll.* e) d. sit 2. f) communionis 2. g) p. h. 2. h) castitatem 2. i) *om.* 2. k) quod cap. s. (s. cap. 2) 1*b*. 2. l) monialis 2. m) lucrata 1*a*. n) possideret 1*b*. o) est i. 2. p) parvi arg. aut impr. 2. q) desinet 1*b cum Vulg.* r) deesse 1*b*. s) qui vivi mortui 2. t) que *add.* 1*a*. u) e. v. 2. v) tam̄ 1*b*. w) abhundens 1*b*. x) et *add.* 2. y) iam iam *pro* in a. 2. z) Deo 1*a*. a) *ita* 2; cum me licet invitum 1*a*; invidie vel eum vel invitum 1*b*. b) *ita* 1*a;* Expl. praefatio 2*; subscr. om.* 1*b*.

1) *Auctorem sententiae ignoro.* 2) *Cf. e. gr. Ovidi Metamorph. I,* 625 *sqq.* 3) *De coenobitis et eremitis cf. Benedicti Regulam c.* 1.

INCIPIT VITA[a].

(1).[b] Herhardus[c], qui gloria fortis interpretari potest[1], Narbonensis gentilitate, Nervus[d.2] civilitate, genere Scoticus[e.3] fuit. Hic ad praesagium nominis normam extendens morum, superaedificandis virtutibus in fundo aetatis Christum fundamentum cf. Matth. 7, 25. subposuit, ne domus, inhabitationi[f] futura caelesti, ulla[g] temptationis unda[h] quateretur vel turbine perturbationis[i] verteretur. Meditabatur iam aetas infirma de fortitudine virtutum iocorum sterilitatem, studiorum ubertatem, laboris fructum[k], fructus gaudium[l], quodque bonae[m] indolis indicium[n] est non minimum[o], absentem ut praesentem metuere magistrum. Intererat legentibus, dictantibus[p], scribentibus, et si quem vacationi deditum sedulo[q] viderat, mirabatur puerulus. Inhiabat interrogationibus sedulis, subtilissimus adnotator in singulis, ac tenacissimis memoriae commendabat audita[r] cavernulis. Attamen[s], posthabitis mundani sophismatis cavillationibus, totum[t] se divinarum scientiarum dedit[u] utilitatibus, manuum mundicia cor[v] tergens inhabitationi[w] sancti Spiritus.

(2). Beatus ergo puerulus Herhardus, cum primos virtutum flores emitteret, studii radices in petra fixit spirituali et, necdum liberi iudex ad[a] plenum arbitrii, liberaliter eo usus est. Ab infantia enim plenus Spiritus[b] sancti gratia, in eo loco, ubi doctrinae Christi suscepit semina, multis consodalium[c] per devia morum exorbitantibus, gressus desiderii virtutis adnormavit regula perfectaeque opinionis lucratus est mercimonia. Nam cum[4] alii canum volucrumque delectarentur[d] lusibus, hic[e] praeceptorum euangelicorum inbui sitiebat roribus, ac[f], sancti Spiritus aspirante gratia, in cordis[g] eius plantario[h] Ps. 102, 5. vitae fructificabant[i] germina. Ut enim in aures audientis est[k] dictum: *Qui replet in bonis desiderium*[l] *tuum,* pro bono desiderio[m] pietatis effectum consecutus est. Voluit[n] quod valuit, et velle convaluit, et secundum voluntatis mensuram probatae probatissimum Is. 65, 20. ingenium tenera[o] lucratus est aetate. Illud vero: *Maledictus*[p] *puer centum annorum,* non Sap. 4, 8. 9. solum evasit, sed et hoc consecutus[q] est: *Cani sunt sensus hominis, et aetas senectutis vita inmaculata.* Nam[r] intellectus spiritualis, convalescens robore, sensus perfecti consenuit

I. Capp. 1. 2. 1*a. b. c.* 2. 3*a. b. c.*

Cap. 1. a) *ita* 2; eiusdem *add.* 1*a*; *praescr.* Incipit (*om.* 3*a*) vita sancti Herhardi (Erh. 3*b*; episcopi *add.* 3*a*) 3*a. b*; Vita sancti Herhardi confessoris 1*c*; Erhardus. Sequitur de sancto Erhardo episcopo 3*c*; Eodem d(ie) Herh(ardus) e(piscopus) 1*b*. b) *numeri desunt codd.* c) Erhard. *semper* 3*c*. d) *ita* 1*a. b. c.* 3*a. b. c*; Nervius (2). e) Scotticus 3*b*; Schotticus 2. f) inhabitacioni: 3*a*; inhabitacionis 3*c*; inhabitatione 2. g) nulla 3*b*. h) qu. u. 3*a. b. c.* i) turbationis 2. k) fructus 3*b*. l) gaudiorum 3*a. b. c.* m) bonis *pr. m.* 3*b*. n) est ind. 3*a. c*; est *om.* 3*b*. o) minum *pr. m.* 2. p) scr. d. 2. 3*a*; d. *om.* 3*b*. q) v. s. 2. r) *om.* (2). s) Attamen — *l.* 13. Spiritus *om.* 1*c*. t) notum 1*a. b.* u) ut. d. 1*a* *(non* 1*b)*. v) cor tegens 3*a*; contegens 3*b* *(non* 3*c)*. w) sancti Sp. inhabitacione 3*a. b. c.*

Cap. 2. a) ad pl. *om.* 1*a*. b) sancti Sp. 1*a*. c) sodalium 3*b*. d) l. d. 3*a. b. c.* e) hi (1*a*). f) acsi Sp. sancti 3*a. b* *(non* 3*c)*. g) cordibus 2. h) plantacio 3*a. b* *(non* 3*c)*. i) fructificarent 3*a*. k) d. est 2. l) desiderio (*m. al. corr.* desiderium *et add.* tuum, pro bono desiderio) pietatis 2. m) *om.* 3*a*. n) enim *add., sed m. al. del.* 2. o) tene : : : ra, *ras.* sis 2. p) *ita* 1*c*. 2; maledictum, p. 1*a. b*; p. m. 3*a. b. c.* q) *ita* 1*a. b* *(cf. l.* 22*)*; est cons. *rell.* r) Nam — *p.* 11, *l.* 2. Domini *om.* 1*c*.

1) *Paulus de German. 'era' (honor) et 'hart' (durus, constans) cogitavit.* 2) *Hildulfus frater Erhardi* claro Nerviorum genere ortus *esse dicitur (V. Hildulfi ed. Belhomme l. l. p.* 51*).* Nerviorum *e* Noricorum *corruptum esse coniecerunt.* 3) *Cf. V. Albarti c.* 2. *Auctor Vitae II. Erhardi §* 1 *(AA. SS. Ian. I,* 539*) scripsit:* Erhardus genere Scotus (*Boll.* Gothus), parentibus, licet gentilibus, nobilissimis natus, civitate Narbonensi oriundus fuit. 4) *Cf. V. Hildulfi (Belhomme p.* 52*):* Dum enim multi talium controversiis forensibus, alii ludis multiplicibus, aliqui, licet admodum rari, in investigandis secularium nodis disciplinarum intenti obstupescant, hic pervigil in orationibus, assiduus lectioni erat.

canicie, et callis vivifici semitam pede calcans inmaculato, privilegii promeruit[a] gaudium prophetici, quoniam *inicium sapientiae*[b] *timor Domini.* Ps. 110, 10.

(3). Crevit beatus[a] adolescens Herhardus, crevit decus adolescentiae, crevit spes iuventutis, gaudium senectutis, ordinis regula, clericatus[b] gloria, divitum admonitio, divitiarum despectio, pauperum consolatio, paupertatis dilectio, visus cecorum, auris surdo- cf. Iob 29, 15. 16. rum, claudorum[c] pes, pater pupillorum, viduarum adiutorium[c], fortunae blandientis cf. Ps. 67, 6. obstaculum, adversantis[d] provocator[e], carnis refrenator, spiritus assectator ac, pro[f] verborum penuria, totius virtutis armarium[d] ac sancti[g] Spiritus electum vasculum. Crevit ipse in[h] robur corporis, crevit in ipso robur virtutis. Didicit iam irasci vitiis, temptationibus occurrere, pugnare cum desideriis, ieiunia[i] non horrere, despicere nuditatem, contemptum[k] habere vestium, iugulare superbiam, humiliare gloriam, gulam castrare[i], dare mutuum amicis, ignoscere inimicis, non[l] adquiescere detrahentibus, afflictis conpati, pro miseris viscerari[m], *congaudere gaudentibus*[n], *flere cum flentibus*[l], divinis laudibus Rom. 12, 15. adesse, bonorum[o] coetibus interesse, de omnibus quaerere, nihil negligere. Talibus[p] igitur insistens vestigiis, aeternae vitae semitam ingressus est, nec retardabat eum tantum aetas infirmior, quantum incitabat voluntas promptior[p].

(4). Cum[a] vero lustrum exagonale[b. 1] primitus[c] egressus est beatus vir Herhardus[d], evacuans omnia quae erant parvuli, virilis animi robur arripuit, diligendo timens Dominum, timendo diligens proximum, mundialibus[e] abstinere, divina venerari, pernoctare in orationibus, intendere in[f] psalmodiis, compunctione lavari, tedere iam[g] carnalia, suspendi ad eternalia, et quo plures utuntur ad voluptatem, corpore usus est ad necessitatem. Non eum[h] lenocinantis favoris aura[2] moverat, non blandientis fortunae sapor illexerat, non tulit ab eo victoriam accidia[i. 3], non obcecabat eum umquam avaricia, non oblocavit[k] eum desperatio, non inquietavit eum murmuratio[e]; corpus subiugabat[l] spiritui, spiritum[m] pietati, pietatem asscripsit caelesti. Odivit[n] iam membra carnalia, inexorabilesque inimicitias carnis ac spiritus continuata rebellio renovat, donec, iam[o] fatiscente corpore ieiuniorum, vigiliarum totiusque[p] fatigationis continuatione, spiritus in eo dominium adeptus est[n]. Postquam vero[q] presbiteratus[r] ascendit gradum[s], summum[t] etiam celestis scalae gradum[u] ascendit[4], iam ex continuo non sentiens laborem, sed ex usu laboris resumens consuetudinem. Ad altaris enim consecratus ministerium, se ipsum

I. Cap. 2. 1*a. b.* 2. 3*a. b. c.* *Capp.* 3. 4. 1*a. b. c.* 2. 3*a. b. c.*

Cap. 2. a) g. pr. 1*a.* b) *ita* 1*b cum Vulg.*; est *add.* 2. 3*a. b. c, post* timor *add.* 1*a.*

Cap. 3. a) adol. b. Herdardus *(sic)* 2; b. Herh. adulescens 1*c.* b) cleri 2. c) claudorum — adiutorium *om.* 2. d) adv. — armarium *om.* 2. e) vo *del. et* cu *m. al. superscr.* (*i. e.* procurator) 1*c.* f) *ita scripsi cum* 1*c.* 3*a*; proverbiorum *rell.* g) el. sancti Sp. 1*a*; Sp. sancti el. 3*a.* h) *pr. m. superscr.* 2. i) ieiunia — castrare *om.* 2. k) *ita* 1*(a). b* (*ubi* vesti::um) *cum Boll.*; nud. per cont. (hab. *om.*) v. 3*a. b. c*; habere *om.* 1*c.* l) non — flentibus *om.* 2. m) eviscerari 1*c.* n) congaudentibus 3*a. c*; cum gaud. 3*b cum Vulg.* o) de o. qu., b. c. int. 3*a.* p) Talibus — *l.* 16. promptior *om.* 1*c.*

Cap. 4. a) Dum 2. b) exoganale 3*b.* c) *om.* 2. d) Erh. *h. l.* 3*b.* e) mundial. — *l.* 24. murmuratio *om.* 2. f) *eras.* 3*a*; *om.* 1*a. b. c.* g) *om.* 3*a. b. c.* h) enim 3*a* (*corr.*). *b. c.* i) *corr. ex* accedia 1*b. c.* k) *ita* 1(*a*). *b.* 3*c cum Boll.;* ablocavit 1*c*; oblitavit 3*a. b.* l) subiugavit 3*a. b* (*non* 3*c*). m) *om.* 1*c.* n) Odivit — *l.* 28. est *om.* 2. o) *om.* 3*a. b. c.* p) titiusque 1*c.* q) beatus pater Herhardus *add.* 1*c.* r) prespiterii 2. s) *ita* 1(*a*). *b.* (2); gradus 1*c.* 3*a. b. c.* t) summum — *l.* 30. ministerium *om.* 2. u) asc. gr. 3*a. b. c.*

1) *I. e. sextum, cum triginta annos natus esset, ita ut ei presbytero ordinari liceret.* 2) *Cf. Livium XXII,* 26, 4: auram favoris popularis; *Ennodii op.* 214 *(dict.* 3*),* 6 *(MG. Auct. ant. VII,* 171*):* alios vulgi aura gratia lenocinante commendat. 3) *I. e.* ἀκήδεια, *incuria.* 4) *I. e. episcopus ordinatus est.*

cf. Rom. 12, 1. ib. 12, 2. Eph. 4, 23.

vivam hostiam in ara cordis[a] inmolavit[b]; nam[c] secundum apostolum non conformatus[d] est huic saeculo, sed renovatus[e] spiritu mentis, probans[f] semper, *quae sit voluntas Dei bona et*[g] *bene placens et perfecta*[c].

V. Hildulfi.

(5). Interea[1] beatus Hildolfus[a], et ipse par ecclesiae luminare, Treverensis episcopatus kathedram possedit, vir non minoris scientiae[b] quam et[c] meritorum; quorum quod in eo non maximum fuerit, necdum satis compertum est. Nam ambos et[d] praecellere nobilitate[2] ac nobiles scientia[e] scibilesque meritorum fore[f], oblivionis comedine non latet memoriam[3]. Qui venerandus vir, cum non paucis diebus sanctus[g] sanctam sancte[h] rexerit[i] ęcclesiam, estuans non minimo solitudinis desiderio, ubi sine populari tumultu soli vacaret Domino, quam invitus accepit, sponte deposuit curam regiminis securioris amore divini serviminis[k. 4]. Cuius iam adulta fama cum longe lateque opinionis suae odorem sparsisset, beatus vir Herhardus[l], ipse quoque[d] iam pari episcopatus infula[m] decoratus[5], visendi fratrem[n] advenit gratia; quem cum in partibus Vosagi[o. 6] offendisset pro Christi amore[p] iam heremizantem, post communis oblationem orationis et caelestis pignoris karitatem, scilicet libationem osculi: 'Ecce!' inquit, 'frater et carnalis et spiritualis[q] ministerii communis ordine, diu quaesitum et optatum obtines locum; utere nunc[r] in bono desiderio et alere fame in divino servitio. Non[s] tibi

2. Tim. 4, 5.

quasi[t] vetus lassumve divini[u] timoris[v] obdormiscat studium; sed expergiscere, *evigila, in omnibus labora, opus fac ęuangelistae, ministerium tuum inple*[w], *sobrius esto*'. Cumque huiusmodi non[x] pauca in aurem audientis effunderet, mansit ibidem[y] diebus sat[z] multis, Christique[a] favente pietate, sicut Romanae[b] testatur historia bibliothecae auctore[c] quidem sancto papa Leone[d], qui nonus[e] sui nominis sanctam Romanam[f] rexit ęcclesiam[7], quatuordecim ibi monasteria[g] construxerunt, ille septem et septem ille[h. 8]. Nam

I. Capp. 4. 5. 1*a. b. c.* 2. 3*a. b. c.*

Cap. 4. a) crucis 1(*a*). *b.* b) immolatus (ymm. 1*c*) est 1*c.* 2. c) nam — *l.* 3. perfecta *om.* 2. d) est conf. 1*a.* e) *ita* 1*a. b* (*cf. Ephes.* 4, 23); renovatur 1*c*; reformatus 3*c*; reformatur 3*a. b.* f) probabat 1*a.* g) *ita* 1*a. b. c.* 3*c cum Vulg.; om.* 3*a. b.*

Cap. 5. a) Hildolffus 3*c*; Hindolfus 3*a*; Hyndolfus 3*b.* b) sentencie 3*a. b. c.* c) *om.* 1*a.* 2. d) *om.* 2. e) sciencie 3*a. b* (*non* 3*c*). f) forte oblivione 1*c*, *corr.* g) *om.* 1*a. b.* 2. h) *om.* 1*c.* 2. i) *ita* 1*c.* 3*a. b. c*; rexisset 1*a. b.* 2; *cf. p.* 14, 11. k) sermonis. Nam adulta fama huius viri cum 1*c.* l) Erh. *h. l.* 3*b.* m) infulis 3*b.* n) *ita* 1*b. c.* 2. 3*c*; fratris 1*a*; fratrum 3*a* (*pr. m.*). *b.* o) Wos. 1*a*; Nosagii 3*c.* p) nomine 2. q) et *add.* 1*c.* 3*a. b. c.* r) nec 1*b.* s) Nam 3*a. b. c.* t) (qu. *om.*) lassum vetusve 2; qu. v. lassive (lassune 3*c*) 3*a. b. c.* u) divinis *pr. m.* 3*b.* v) amoris (2). w) fac 2. x) in aurem aud. n. p. 2; aures 1(*a*). *b.* y) d. ib. 3*a. b* (*non* 3*c*). z) satis 3*b. c.* a) que *om.* 3*a.* b) Romana 3*b.* c) auctori:ate *m. al. corr.* auctorizante 3*a.* d) Adriano *m. al. in ras.* 3*a.* e) tunc temporis *pro* nonus s. n. *m. al. in ras.* 3*a.* f) rexit eccl. Rom. 3*a. b. c.* g) constr. (construxit 3*a. b*) mon. 3*a. b. c.* h) iste 1*a.*

1) *Quae sequuntur, e Vita I. Hildulfi pendent.* 2) *Cf. V. Hildulfi (Belhomme p.* 55*):* Vir enim erat nobilitate generosus. 3) *Oblivio res relatas non comedit, ita ut memoriam non lateant.* 4) *I. e. servitium. Cangius.* 5) *Haec auctor Vitae II. Erhardi § 3 (l. l. p.* 540*) minus recte ita interpretatus est:* Beatus igitur Erhardus in episcopatus solio sibi *(Hildulfo)* successit. 6) *In Mediano Monasterio; cf. V. Hildulfi.* 7) *'Hoc scriptum sancti Leonis IX. non vidimus. Bulla fortassis quaepiam fuit de sanctorum Wolfgangi et Erardi elevatione et translatione'. Bollandus, vix recte, atque nescio an Paulus non de historia a Leone composita cogitaverit, sed de papa referente (auctore = teste) historiam eiusmodi Romae extare. Leo IX.* (1049—54) *a.* 1052. *Ratisbonae degit, cum corpus Erhardi transtulit; v. supra p.* 4. 8) *In V. Hildulfi (l. l. p.* 63*) de una tantum ecclesia ab Erhardo constructa refertur:* Iam vero beatus Erardus, constructa ecclesia ex nomine sancti confessoris Christi Apri non procul a monasterio *(scil. Mediano)*, fratri suo viro Dei Hildulfo valedicens — — recesserat. *Cf. Martyrologium Medianense die* 26. *Octobris (Belhomme p.* 76*):* Dedicatio ecclesiae sancti Apri a domno Erardo praesule supra Rabodonem fluvium.

cum essent genere nobiliores[a] omnique funditus abnegassent patrimonio, in terra peregrinationis, et vitae merito et labore proprio perquisita[b] divino cuncta[c] mancipavere servitio. Inde beatus vir Herhardus[d], proprio consulens ovili, vale dicens fratri sanctisque [V. Hildulfi.] affatus adhortationibus, Baioariam[e, 1] praedicandi gratia ingressus[f] est.

(6). Tempore[a] illo regno Francorum praefuit Pippinus[b], pater magni Karoli, sub quibus viris caelestis exercitus non minima pars Domino militabat. Nam[c] diversi flores virtutum sub his regibus per tota regni Francorum loca floruerunt magnaeque famam opinionis longe lateque sparserunt. Eo[d] vero tempore inter famosos beatus[e] pater Herhardus[f] famosissimus effectus[g] est. Nam[h] hic cum et[i] genere praecelleret ac[k] scientia, merito tamen longe praestantissimus habitus est. Mundo enim mortuum, quamquam[l] adhuc spirabile gerens corpusculum, castitate[m] virgo, sacerdos ordine, paupertate monachus, professione confessor, laboribus martyr, legatione apostolus, mundicia carnis angelus, nullius gradus detrimentum passus est, se[n] ipsum negligens, aliis previdens[o]; quae sua [cf. Phil. 2, 21.] sunt non quesivit, sed quae alius. Non eum emulationis exesit flamma, non perperam quicquam operatus est. Irritari nesciebat, proximo malum non cogitabat. Non ad metam praesentis temporis super iniquitate gavisus est, sed semper congaudebat[p] veritati, omnia sufferebat, omnia credebat, omnia sperabat, omnia sustinebat. Convaluit in eo scriptura dicentis: *Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et pater meus diliget eum, et ad eum* [Ioh. 14, 23.] *veniemus et mansionem apud eum faciemus*[n]. Quia ergo Dominum[q] diligebat, non tantum verbo et lingua, sed opere et veritate, vere[r] veniebat ad eum Dominus et apud eum mansitabat. Iam iam[s] corporis indignans cavernulas, in ethereos meatus liber ire spiritus optat; doluit[t] carcerem, regnum querit, et quasi gravi diutinoque fessus onere, deposita sarcina, respirare suspirat in[u] eterna patria[t].

(7). Verum[a], ne quasi muta prorsus tot sancti patris obmutescerent merita, quantae fuerit estimationis apud se, foris prodentibus Deus ostendit miraculis. Nam eo tempore [V. Odiliae c. 2.] duci Etichoni[b, 2] filia caeca nascebatur; quo conperto, pater erubescens, execrabilem in filiam dedit sententiam, scilicet ut capite[c] plexa relinqueret vitam. At cum materna super filia[d] quaterentur viscera, patris crudelitatem matris frustrabatur[e] pietas, datamque nutrici filiam in monasterio Palma[f] secreto eam nutriri[g] praecepit. [Ib. c. 4.] At memor Dominus operum suorum, salvandae scilicet[h] filiae et matris consolandae, demonstraturus, quod nec ipsa puella peccavit neque[i] parentes eius, sed pro gloria Dei [Ib. c. 2.]

I. Capp. 5—7. 1*a. b. c.* 2. 3*a. b. c.*

Cap. 5. a) nobiles 3*a*. b) persita (*m. al. corr.* quaesita 3*a*) 3*a. b* (*non* 3*c*). c) *om.* 3*a. b* (*non* 3*c*). d) Erb. 3*b*. e) Baiariam 3*a* (*pr. m.*). *b* (*non* 3*c*); id est Bavariam *add.* 3*c*. f) adgressus 2.

Cap. 6. a) Erhardus *praescr.* 3*c*. b) Pipinus 1*c*; Pyppinus 3*c*. c) Eo tempore *pro* Nam 3*a. b. c.* d) Eo t. v. *pr. m.* 2; Nam eo t. 3*a. b. c.* e) *om.* 3*a*. f) Erh. 3*b*. g) est eff. 2. h) Nam cum hic 1*c*. 2; Nam *om.* 3*a. b. c.* i) ex 3*a. b. c.* k) et 1*c*. l) quamq; 2. m) v. cast. 3*a. b. c.* n) se ipsum — *l.* 19. faciemus *om.* 2. o) providens 1*a* (*non* 1*b*). p) gaudebat 1*c*. q) dil. Dom. 2. r) vere — indignans *om.* 1*a. b*; Iam iam — spir. optat *om.* 1*c*. s) iam *eras.* 3*a*; enim *add.* 3*a. b. c.* t) doluit — patria *om.* 2. u) ad eternam patriam 1*a. b*.

Cap. 7. a) *om.* 1*c*. b) *corr. ex* Ethichoni 1*c*; Erichoni 3*a*; Erychoni 3*b*; Eticham *bis scr.* 3*c*. c) pl. c. 2. d) filiam 2. e) frustabatur 2; frustrabat *pr. m.* 3*a*. f) Palmam 2. g) nutrire 3*a. b. c.* h) *bis scr., sed corr.* 2. i) nec 2.

1) *Auctor, si Erhardi sepulchrum Ratisbonae non vidisset, etiam e V. Odiliae c.* 4. *de episcopo e 'partibus Baiariorum' veniente certior fieri potuit.* 2) *Ita dux in V. Hildulfi audit, Adalricus sive Etih in V. Odiliae c.* 1, *e qua tamen sequens narratio pendet. Biographus Hildulfi baptismum Odiliae cum itinere Erhardi ad Hildulfum facto coniunxit.*

V. Odiliae c. 2. tantum, ut manifestarentur[a] opera Dei in illa, inluminandae dilectae dilectum inluminatorem ib. c. 4. praeordinavit. In partibus ergo Baioariae[b] caelestibus intento beato[c] Herhardo[d] revelatum est, ut ad[e] Reni fluminis partes repedaret, puellam baptizaret ac caecam inluminaret. Qui iubentis vocem oboedientiae pede secutus, ad destinata pervenit loca. Quaesitam ergo et oblatam cum vidisset puellam, genas rigatus lacrimis, cum gravi suspirio manus[f] oculosque levavit ad Deum[g], cumque diu multumque tacita prece cordis cf. Dan. 4, 34. divinam laudaret, magnificaret ac benediceret clementiam[1], tandem in verba vocem subministrans: Ioh. 1, 9. '*Lux*', inquit, '*vera* Iesu[h] Christe, *qui*[i] *inluminas omnem hominem venientem in hunc mundum*, pietatis tuae rorem[i] instilla famulae tuae, corde[k] corporeque illam inluminans'. V. Odiliae c. 4. Deinde[l] post sacrae fidei rudimenta[m], dato nomine pro gestu rerum Othilia[n], quod interpretatur Deus sol[o, 2], cum sacri fontis eam inmerserit[p] unda et post cetera dixerit: 'Ipse te[q] inluminet in anima[r] et in[s] corpore', — o[t] virtus Dei mira sanctique patris merita! — secundum vocem ac voluntatem in terra petentis[u] virtus agebat[v] caelo praesidentis[w]. Nam hactenus ignota fenestras frontis lucis irrupit iocunditas, et, Deo vero sole inluminante, per inpositionem manus[x] beati Herhardi[y] plenam nativitatis perfectionem tandem[z] puella sortita[a] est. Fit gaudium ingens circumquaque miraculum cognoscentium: pater ad caelum laudibus tollitur, puella beatificatur, mater consolatur, virtus divina[b] praedicatur.

(8). Sed quia in beati Hildolfi[a] Vita scriptum est, ipsum eam baptizasse istumque sanctum virum eam de fonte levasse[3], neglegenter hunc locum relinquere visum non est, sed admonere, quid[b] horum verius sit[c] de sanctae Othiliae[d] Vita querendum. Ita enim de sanctorum meritis virorum[e] scribendum[f] videtur meae parvitati, ut laus Dei ex eorum praedicetur[g] meritis et non ex nobis: non, inquam, ex mendatio scribentis, sed ex virtute promerentis. Sed[h] revertamur ad cetera.

V. Odiliae c. 4. (9). Suscepta de lavacro sancta virgine, sanctus vir, Dei omnipotentis adorata clementia laudeque[a] debita pro tanto reddita[b] miraculo, — quippe cum, Ioh. 9, 32. testante sacra euangelii historia[c], *a saeculo non sit auditum, quia quis aperuit*[d] *oculos caeci nati*, nisi Christus filius Dei, — consolatus sanctam[e] virginem sanctoque tectam velamine osculatus est, iam reversurus[f] ad propria. Cum[g] vero duram patris cognovisset senten-

I. Capp. 7—9. 1*a. b. c.* 2. 3*a. b. c.*

Cap. 7. a) manifestentur 2; manifestantur 3*c*. b) id est Bavarie *add.* 3*c*. c) *om.* 1*a*. d) Erh. 3*b*. e) (ad *om.*) Rehni 2. f) manusque *pr. m.* 2. g) Dominum 2; celum 1*c*. h) Chr. Iesu 1*c*; Iesu *om.* 3*a. b. c.* i) qui — rorem *om.* 3*a. b. c.* k) *superscr.* 2. l) Denique 3*c*; *om.* 1*c*. m) erud. 3*a. b* (*non* 3*c*). n) Otilia 3*a. c*; Otylia 3*b*. o) solis 3*a. b* (*non* 3*c*). p) inmersisset — dixisset 1*a. b*; *cf. p.* 12, 9. q) illuminet te 1*c*. r) animo 1*c*. s) *ita* 1*a. b. c*; *om. rell.* t) o *om.* 1*a* (*non* 1*b*). u) potentis 3*a* (*corr.*). *b* (*non* 3*c*). v) in *add.* 1*c*; e *add.* 3*c*. w) petentis 2. x) *om.* 3*a*. y) Erh. 3*b*. z) *om.* 2. a) consecuta 2. b) *om.* 2.

Cap. 8. a) Hyldolfi 3*b*; Hildolffi 3*c*. b) *ita* 1(*a*). *b. c*; quod *rell.* c) est vel sit 3*c*. d) Otilie 3*a. c*; Otylie 3*b*. e) *om.* 1*a*. f) videndum scribetur 3*b*. g) m. pr. 1*a*. h) nunc *add.* 3*a. b. c.*

Cap. 9. a) que *om.* 3*a*. b) reddito 2. c) historii 2, *corr.*; quod *add.* 3*a. b. c.* d) audivit 2. e) v. s. 3*a. b. c.* f) reversus 1*c*. g) Cum vero — *p.* 16, 24. defendat *om.* 3*a. b. c.*

1) *Cf. V. Hildulfi (l. l. p.* 60*):* ad orationem prostrati pro salute puellae clementiam Domini precabantur. 2) '*Haud facile est hanc significationem eruere, nisi auctor vel litteram* G *praeponat, quasi sit* Got, *quod Germanis Deum significat,* ἥλιος, *id est* sol, *vel ab* ἥλιος *et* ia, *id est Deus Hebraice. Verum ut quid difficiles habere nugas?*' *Bollandus.* 3) *V. Hildulfi (l. l. p.* 60*):* Monitis itaque catholicae fidei edoctam sanctus Hildulfus baptizavit, eamque de sacro fonte mente et carne illuminatam beatus Hairardus excepit et dato nomine Otiliam vocavit.

tiam, quam super interficienda[a] dederat filia, pater spiritualis contremuit, et magnitudinem expavescens tanti facinoris et commiserando puellae miseriis, misso[b] legato pro reconci- V. Odiliae c. 6. liando patre cum filia, monuit, ne tales diabolo daret se accusandi occasiones, adiungens, si propter caecitatem, quam culpa non meruit, prius exosam habuerit, iam propter sanitatem, quam vera salus Christus reddiderit, diligat, intimans etiam, si salubris consilii spreverit monita, dignas praevaricatorum poenas incursurum.

(10). Interea beatus pater Herhardus iam exosus[a] membra mortalia, cupiens[b] iam *dissolvi et esse cum Christo,* totum de praesentibus animum ad futura transferebat, de Phil. 1, 23. temporalibus ad aeterna, de visibilibus ad invisibilia, de non manentibus ad permanentia. Quotiens et quali gemitu decantabat[c] versum illum: *Quando veniam et apparebo ante faciem*[d] Ps. 41, 3. *Dei*[e]*?* In tempore quippe[f] novissimo iam positus aetatis, omnem estimavit diem pro tedio. Sepe secum[g]: 'Quando me[h] corruptionis huius liberabis angustia? quando[i] corporei carceris educes miseria? quando saciabis spem meam? quando mihi[k] manifestabis gloriam tuam? quando sciam, placeatne tibi laboris mei devotio? quando[l] videbo, quo me examines iudicio[l]? Quod est praemium[m], de quo dixit apostolus, *quod oculus non vidit,* 1. Cor. 2, 9. *nec*[n] *auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quae praeparavit*[o] *Deus diligentibus se?'* Ita quidem[p] secundum apostolum praeteritorum obliviscens et in futurum se extendens, in Christo cf. Phil. 3, 13. Iesu mundo se crucifixit, vitiis[q] et concupiscentiis. Videres hominem[r] iam velut in agone positum, totius vitae suae cursum rememorantem, iam quasi ad tribunal iudicantis astantem, scuto spei contra omnem desperationem se protegentem; iam scire volentem, quid sit astare divinis obtutibus, non gravari terrenis cogitationibus, interesse angelicis coetibus; quae sit vivendi sine pastu possibilitas, quae spiritus sine corpore qualitas, quae continuatio divinae laudis sine labore[s], sine fastidio, vel quae sit iustis speranda mansio. Quicquid videbat vel audiebat[t], viluit, sola spe futurorum viguit, soloque motu corporis adhuc vividus, de cętero[u] mortuus[v]. Clausis quidem oculis cordis mundum ingressus est, ductore[w] scilicet sancto[x] Spiritu iam pedem ponens in caelesti introitu. Adpropinquat[y] interim[z] hora felix felicioris transitus, cum beatus pater[a] Herhardus, aliquot diebus infirmitate gravi[b] praeventus, ex ipsa valitudinis inaequalitate spei maioris ac certioris viguit abundantia, cupiens[c] iam *dissolvi et esse cum Christo*[c]. Tum tandem ib. 1, 23. se peregrinum cognovit et exulem caelestis patriae, fervens[d] desiderio, cum videret, membra terrae debita, postposito dubio, se relicturum et corruptibile corpus egressurum. O quotiens[e] et quam ex intimo trahens suspirium[f], victorem mortis sibi[a] vocat in adiutorium? quotiens[g] manus a mundialibus alienas cupiditatibus ad caelestis plagae regionem expandit[h]? quotiens[g] oculos mundo clausos ad aeternae disciplinae reverentiam aperuit[i]? In corde spem, in lingua Christum, in oculis reverentiam[i], in manibus supplicationes frequentat[k].

I. Capp. 9. 10. 1*a. b. c.* 2.

Cap. 9. a) interficiendam d. filiam 2. b) que *add.* 2; quoque *add.* 1c.

Cap. 10. a) *ita* 1*b. c.* 2 *cum Boll.;* exosa m. habens mort. 1*a.* b) que *add.* 1*a* (*non* 1*b. c*). c) v. i. d. 2. d) *m. coaeva suppl.* 2. e) Domini 1*c.* f) *om.* 2. g) *ita* 1*c*; revolvens *add.* 1*a*; cogitans *m. al. superscr.* 1*b*; dicens *add.* 2; loquebatur, dicens *add. Boll.* h) Domine de *add.* 1*a (non* 1*b).* i) de *add.* 1*a.* k) *om.* 2. l) quando — iudicio *m. coaeva in marg. inf. suppl.* 2. m) primum 1*a. b (corr.). c.* n) n. a. a. *om.* 1*c.* 2. o) preparasti dil. te 2 *(cf. Isai.* 64, 4*).* p) s. qu. *pr. m.* 2. q) v. et c. *om.* 2. r) iam h. 2; iam *om.* 1*c.* s) et *add.* 2. t) sibi *add.* 1*a.* u) *ita* 1*c.* 2; erat *add.* 1*a. b.* v) moriturus 2. w) auctore 1*a. b.* x) Sp. sancto (2). y) Adpropinquabat 2 z) iam 2. a) *om.* 2. b) prev. gravi 1*c*, *corr.* c) cupiens — Christo *om.* 2. d) fruens 1*c.* e) quoties 1*c.* f) suspiria 1*a. b.* g) quoties 1*c.* (2). h) extendit 1*a. b.* i) aperuit — reverentiam *m. coaeva in inf. marg. suppl.* 2. k) frequentabat 2.

(11).[a] Praeceptis tuis parui[1], beatissima Christi virgo et mater orphanorum, pupillorum ac viduarum, totius nobilitatis decus, ordinis exemplar, virtutum scala, itaque animum induxi, *quoadusque superest halitus in me et spiritus Dei in naribus meis*, [Iob 27, 3.] non saltem quod imperas tu tecumque manentes agni caelestis sequaces[b], [cf. Apoc. 14, 4.] vel pro posse[c] persequi, sed ipse querere, niti, cupere, si quid tantae pietati studentibus possim placitum ostendere. Parvitatem ergo servitii devotionis ardens flamma meum maiorabit[2] apud vos studium et voluntatem, quibus nec placet, quod ordine caret, nec quicquam ordinatum displicet. Ad voluntatem igitur et iussionem tui tuarumque filiarum, quas sanctae conversationis lactas institucione, beati patris Herhardi vitam corporis[d] usque ad depositionem percurrimus, minus quidem congruenter, sed quam devotissime potuimus. Libellum ergo secundum cudentes, orationum vestrarum auram per austrum paraclysis[e, 3] [cf. Luc. 12, 55.] flantem contra sudorem invidiae detractionisque deposcimus, contra quae scilicet aliquid audere hortatur animus. Virtus[f] invidiae corde felloso hamum detractionis labio[g] gestat mortifero; pacem verbo, corde vibrat gladium. Nam qui aliis detrahit apud te, malum[h] idem ipse loquitur aliis de te. Sed quid faciemus? Clamemus cum psalmista: [Ps. 54, 10.] *Praecipita, Domine, divide linguas eorum, quoniam vidi iniquitatem et contradictionem in civitate,* et iterum: [Ib. v. 16.] *Descendant in infernum viventes, quoniam nequiciae in habitaculis eorum.* Sed nunc[i] ego[k] ad te ad tuasque filias, in quibus solis nunc temporis virtus posuit habitaculum, ac ceteris despectis dico amicis invidiae: 'Te digna[l] insudo laude'.

[INCIPIT[a] LIBER SECUNDUS DE MIRACULIS SANCTI HERHARDI].

Secundum itaque[b] de signis, quae ad tumulum eius facta sunt, librum aramus[c], testes habentes, aut qui ipsi viderunt, aut quibus videntes retulerunt[d], nec a vetusto collectos tempore, sed adhuc viventes in corpore. Adeste[e, 4], favete precibus, ut, si quid forte superbia garriat, humilitatis vestrae virtus defendat.

(1). Beatus[a] pater[b] Herhardus[c], postquam caelo spiritum, terrae vero quod suum erat reddidit, dignae memoriam estimationis miraculorum evidentia[d] consecutus est; sed nos, antiquitate repudiata, ea tantum quae percelebria[e] triviatim[f] adhuc diffamat novitas, promere conemur.

(2). Beati Wolfcangi[a] episcopi[5] temporibus erat quaedam sanctimonialis, beati Udalrici[b] episcopi[6] sororis filia, Kunigundis[c] nomine, quae[d] custodiae praeerat ęcclesiasticae, totius quidem et ipsa probitatis ac[e] perfectionis[f] consecuta culmen. Cuius in[g] temporibus[h] lineum[i], quo beati patris corpus involutum erat, crescere[k] coepit de tumulo,

I. Cap. 11. 1*a. b.* *II. Prol.* 1*a. b.* *Capp.* 1. 2. 1*a. b. c.* 2. 3*a. b. c.*

Cap. 11. a) *c.* 11. *et prologum libri II. om. etiam* 1*c.* 2. b) *ita* 1*a. b*; non *add. Boll.* c) *ita Boll.*; *om.* 1*a. b.* d) *ita* 1*b et Boll.*; u. ad c. 1*a.* e) *ita recte* 1*a*; paraclisis 1*b*; paradisi *Boll.* f) virus *Boll.* g) *ita* 1*b et Boll.*; corde 1*a.* h) *ita* 1*b et Boll.*; idem ipse malum 1*a.* i) *ita Krusch* (*cf. p.* 12, 17. 18, 20); nec 1*a. b cum Boll.* k) age *coniecit Krusch.* l) *ita Krusch;* dignam 1*a. b cum Boll.*; *cf. p.* 19, 27.

Prol. a) *hanc praescr. post prologum in marg. habet* 1*a, om.* 1*b.* b) *om.* 1*b et Boll.* c) *ita* 1*a. b*; exaramus *Boll.* d) *ita* 1*a. b*; detul. *Boll.* e) *ita Boll.*: Adesse 1*a. b.*

Cap. 1. a) *In* Beatus (*praescr.* In translatione sancti Herhardi 1*c*) *redeunt* 1*c.* 2. 3*a. b. c.* b) *om.* 2. c) Erh. 3*b.* d) evidentiam 2. e) celebria 1*a. b* (*non* 1*c*). f) turmatim 1*c.* 2. 3*c.*

Cap. 2. a) *ita* 1*a*; Wolfgangi *rell.* b) Ődalrici 2; Ůdalrici 1*b. c.* c) Kůnig. 2; Kuneg. 3*a. c*; Chunig. 1*c*; Chůneg. 3*b.* d) qui 2. e) hac 1*c*; et (1*a*). f) profect. 1*b.* g) *om.* 2. h) involucre *add.* 1*c.* i) lintheum 1*a. b* (*non* 1*c*). k) cepit cr. 1*a.*

1) *Cf. Orosii Hist. I, prol.:* Praeceptis tuis parui, beatissime pater Augustine. 2) *I. q. augere.* 3) *Paraclesis, Gr.* *παράκλησις, est consolatio, auxilium. Forc.* 4) *Vocabulum in invocationibus deorum usitatum (Thesaurus linguae Latinae II,* 923, 80 *sqq.); cf. Ovidi Amores II,* 13, 21*:* Lenis ades precibusque meis fave. 5) *Ratisbonensis* (972—994). 6) *Augustae Vindelicorum* (924—973).

quasi[a] iam[b] inclamosa[1] protestaretur voce, indigna tam parvula sepulchri latebra contegi, quem sibi consocium[c] gauderet[d] militia caeli. At[e] custodes ecclesiae, unus[f] N., alter vero N., — nobis[g] enim retulit, qui utrosque novit[h], — dum ecclesiae[i] pavimentum[k] tergendo verrerent[l], quotiens[m] ad sepulchrum sancti[n] perveniunt[o] viri, linteamen de terra videntes[p] exstare, linimentum[2] aliquod vetustate corrumpi credebant et neglegenter abrumpebant[q]. Quod cum non semel, sed sepe fieret, crux lignea quaedam[r], quae adhuc[s] in eadem servatur[t] ęcclesia, quam[u] et nos vidimus, cum adhuc iuxta beati patris sepulchrum staret[3], flevisse[v] dicitur (quid enim inpossibile tibi, Deus[w] omnipotens, qui et in nostra memoria caput crucifixi prope sepulchrum astantis de[x] dextera[y] declinabas in sinistram?) et[z] dixisse ad praedictam[a] virginem: 'Interminare', inquit[b], 'custodibus, ne ita neglegenter abrumpant[c] linteamen, quod de sepulchro hoc exstare vident; sub hoc enim iacet tumulo, qui non minimae creditur[d] estimationis coram Domino. Quod illi quidem tam neglegenter abrumpunt[c], virtutis eius indicium[e] est, non casus'. Hic si querat aliquis, quidnam causae[f] fuerit fletus iste[g], quia cętera nobis abscondita[h] sunt, magnitudinem peccati custodum estimamus designasse, qui et negligenter peccaverunt et in tam grandi[i] delicto peccasse[k] se nescierunt. Sed beata virgo, quae divini testimonii meruit[l] audire sententiam, in stuporem conversa, postquam ad se rursus[m] recollegit spiritum, divini testimonii consolata robore, secure quod audivit praedicavit ubique, ęuangelicum secuta
praeceptum, quod dicit: *Quae*[n] *in aure auditis, praedicate super tecta.* Post quae verba[o] con- Matth. 10, 27.
currit[p] multitudo fidelium ad adtestatum[q] divinitus sepulchrum, quantum[r] prodesse possit adiutorio, estimantes divino testimonio. Et[s] vere quidem[t] pensandum est, singularis eum fuisse meriti, cui nec angelicum[u] venit in testimonium oraculum nec alicuius dubitandae visionis somnium, sed vera voce per divinam imaginem praesentis ad praesentem colloquium. Quare, beate[v] pater, aeterna gratulare[w] laeticia, cum, in medio dicentis et audientis iacens[x], ipse taces et divini colloquii testimonium habes. Et bene quidem per
crucem habes testimonium, qui mundum abnegans crucem tuleras ad sequendum Domi- cf. Matth. 16, 24.
num; pro nostris igitur subvenito reatibus, qui brutitate[y. 4] lignea[z] cordati[a] sumus, cum divinis merueris per lignum aridum testificari vocibus.

(3). Eo tempore beatus Wolfkangus[a] sancti viri tumulum frequentare coepit, secretiori semper accedens tempore, superni civis[b] congaudendo gloriae[c. 5]. Sed cum nocte[d]

II. *Capp.* 2. 3. 1*a. b. c.* 2. 3*a. b. c.*

Cap. 2. a) *m. coaeva superscr.* 2. b) *ita* 1*a. b*; tam clamosa *rell.* c) consortium 2. d) gaudere 3*a (pr. m.). b (non 3c)*; gaudebat 2. e) vero *add.* 1*c.* f) *ita* 3*b. c*; u. N., a. v. N. *om.* 1*a. b. c.* 2; unus Waltherus, alter vero Richoldus 3*a.* g) nobis — novit *om.* 1*c.* 2 *(non* 1*a. b).* h) vidit 1*a* (*non* 1*b*). i) *om.* 1*c.* 2. k) fundamentum 3*a. b. c.* l) *corr.* vergerent 2; verterent 3*c.* m) quoties 1*c.* n) sancti p. v., lint. *om.* 2. o) *ita* 1*a. b. c*; pervenerunt viri (v. p. 3*a. b*) 3*a. b. c.* p) e. v. 2. q) *ita* 1*a. b* *(cf. l.* 11. 13*)*; abripiebant *rell.* r) *om.* 2. s) *om.* 1*c.* t) servabatur 1*c.* u) qu. et nos vid. *om.* 1*c.* v) flevisset 1*c*, *corr.* w) o. D. 1*c.* 2. x) *om.* 1*c.* 3*c.* y) dextra 2. z) *ita* 3*a. b. c*; et dixisti 1*c*; Et dixit 1*a. b*; (et *om.*) dicendo 2. a) beatam 2. b) *om.* 1*c.* c) obrump. 1*c.* d) est. cr. 2. 3*a. b. c.* e) fuit ind., non 3*a. b. c.* f) sit c. fl. 2. g) sit *iterat., sed m. al. del.* 2. h) sunt absc., propter m. 3*a. b. c.* i) d. gr. 3*a. b* (*non* 3*c*). k) se pecca(sse *m. al. in ras.*) 2. l) a. m. 1*a.* m) conversus *corr.* reversus 1*c.* n) Quod 2 *cum Vulg.* o) *versu ex. om.* 3*b.* p) cucurrit 2. q) testatum 3*a. b* (*non* 3*c*). r) quantim *(?)* 1*b, corr.*; quatenus 3*a. b. c.* s) *om.* 1*c.* t) *om.* 2. u) fuit *add., sed del.* 2. v) p. b. 3*b.* w) gaudii *pro* gr. 2. x) *ita* 1*a. b (ubi etiam* tacens*)*; iaces *rell.* y) brutilitate 1*b*; brutita[te] 3*c.* z) linea 3*b.* a) (con *m. al. superscr.*)cordati 3*a.*

Cap. 3. a) *ita* 1*c*; Wolfcangus 1*a*; Wolfgangus *rell.* b) cives *pr. m.* 3*b.* c) gloriam 1*c*, *corr.* d) vice 3*c.*

1) *Pro clamosa.* 2) *I. q. linamentum.* 3) *Fortasse crux a.* 1052. *in translatione mota est.* 4) *I. q. stupiditas; cf. Ducange ed. Favre h. v.* 5) *Similia atque Paulus eodem aevo Otloh in Vita Wolfkangi c.* 17 *(MG. SS. IV,* 533*; AA. SS. Novembris II,* 1*, p.* 573*) enarravit. Cf. supra p.* 6 *sq.*

quadam secretius post matutinarum sollempnia multis et[a] lacrimis et[b] precibus sanctum virum iuxta sepulchrum eius orans alloqueretur, beatus illi astitit Herhardus[c] et ait: 'Frater[d], secretum doloris[e] mei tibi denuntio, quod te fraterne[f] advertere iubeo. Tua quidem opera Deo placita sunt, teque correctorem pastoremque verus pastor Christus Iesus[g] huic loco gregique[h] praeposuit, ideoque si diligenter[i] et prudenter[k] officium tuum, ut[l] cepisti, peregeris, aeternum laboris tui recipies[m] praemium. Scito autem, frater, quoniam[n] monasterium hoc, quod Deus[o] omnipotens meae requiei praestitit, multis contaminatur sceleribus[p], et inhabitantium monialium[q] peccatum multis reclamat meis precibus, quas pro earum neglegentiis multimodis[r] effundo sepius[s]. Dudum iam ipsarum lacrimis commotus, fudi preces ad Dominum, sed quia carnalibus non parcunt[t] feditatibus, iam in iudicium delati sunt earum gemitus. Et[u] ego, frater, non minima conficior[v] hac[w] pro re tristitia, qui[x] quidem victus sum[y] tot scelerum[z] reclamatione, ne possim eis prodesse supplicatione. Quotiens[a] ergo[b] tremendi iudicis procumbo[c] genibus[d], quotiens[e] emendatiorem vitam promitto pro peccantibus, quotiens[f] duram vindicis distuli sententiam, quotiens[g] confratres[h] meos adduxi in preces! Temptata sunt omnia, omnia[i] facta sunt. Et quid ego[k] miserae congregationi faciam amplius? aut quibus precibus agam[l] ante tremendum omnipotentis iudicis vultum pro tot luxuriantium foeditatibus? Sed quaeso te, ut praestita tibi divinitus utaris[m] prudentia omnemque hanc destruas congregationem et monachicam[n] instituas[o] ibi professionem[1], quam si[p] harum[q] aliqua, quae nunc[r] inest, velit profiteri, recipiatur[s]; sin[t], omnino quod[u] nunc[r] sunt destrue nec ultra contaminari locum istum patere'. Tunc temporis quippe[v] canonicarum erat[w] in eodem professio[2], ac carnalis petulantiae non minima[x] flebat confusio, adeo[y] ut, cum ad artiorem[z] vitam cogerentur, aliquae ipsarum monasterium reliquerint[a, 3] et fornicatoribus prioribus adheserint. Sed adtendenti mihi[b] talia beati patris occurrit clementia ac[c] valentia: clementia, qua semper et infatigabiliter[d] oravit pro peccantibus; valentia, qua exauditus est ante Dominum, ut, si non posset prohibere, vinceret vicium

II. Cap. 3. 1*a. b. c.* 2. 3*a. b. c.*

Cap. 3. a) *om.* 1*a. b.* 3*c.* b) ac 1*a.* c) Erh. 3*b.* d) *om.* 3*b.* e) cordis 3*a. b. c.* f) frater adv. 1*b*; diligenter adv. 1*a*; adv. fr. 3*a. b* (*non* 3*c*). g) *pr. m. suppl.* 2. h) *om.* 2. i) dil. et *om.* 1*a. b. c.* 2. k) off. t. pr. 1*a.* l) p. ut c. 2. m) percipies 1*a.* n) quod 1*a* (*non* 1*b*). o) *om.* 1*a.* p) scelerebus *pr. m.* 2. q) monalium *pr. m.* 1*b.* 3*a.* r) multis modis 1*b*; eff. sep. mult. 1*c.* s) precibus. Dumdum 2. t) parent fedit., nam non iud. 1*b.* u) gem. Ego quidem, fr. 1*c.* v) *om.* 2. w) pro hac 1*a.* 2. x) quia (quidem *om.*) 1*a. b*; qui vero v. 1*c.* y) sunt 3*c*; sim 2. 3*b.* z) recl. sc. 3*a.* a) Quoties 1*c.* b) ego 1*a. b* (*non* 1*c*). c) (procumbo — vitam pro peccant *in litura*)ibus promitto 1*c.* d) *ita* 1*a. b*; pedibus *rell.* e) quoties 1*c.* 2. f) quoties 1*c*; quoties — sententiam *post* preces *ponit* 2. g) quoties 2 (*non* 1*c*). h) cum fratres 1*c*; et fratres 3*a*; fratres *versu in.* 3*b* (*non* 3*c*). i) f. s. o. 1*a.* 3*c.* k) ego miser 3*c*; misere (miser 3*a*) ego 3*a. b.* l) agam *post* vultum 2. m) pr. ut. 1*b.* n) monachi(cam *in litura*) 1*b*; monachiam 1*c*, *corr.* o) ibi inst. 2. 3*b.* p) *om.* 3*c.* q) al. h. 3*a. b. c.* r) nec 1*b. c.* s) *ita* 1*a. b cum Vita II*; permittite 2; *om. rell.* t) *ita* 1*a. b. c*; autem *add.* 2. 3*a. b. c.* u) *ita* 1*b. c* (*pro* quot); o. quot (n. *om.*) s. 1*a*; quod n. s. o. 2; (o. *om.*) que ibi s. 3*a. b. c.* v) *om.* 2. w) ibi erat (in e. *om.*) pr. 2; loco *post* eodem *add.* 3*a. b. c.* x) minime 3*b.* y) *ita* 1*a. b*; admodum *rell.* z) artionem (?) *pr. m.* 2. a) reliquerunt — adheserunt 3*c.* b) *om.* 3*a. b* (*non* 3*c*). c) et 1*c.* 3*a. b. c.* d) (in *m. al. suppl.*)fatig. 2; indefatig. 1*a*; infatigabile 3*c.*

1) *Cf. V. Wolfkangi c.* 17: Quam ob rem iura canonicae vitae — — destrue et monasticae vitae disciplinam instrue. 2) *Ib.*: Hae enim, quoniam sub canonicae vitae institutis degebant et pro licito saecularibus negotiis seque ubique iniungebant, occasione huiusmodi plurima inter eas spiritualis vitae dampna contingebant. 3) *Cf. versus de Iuditha, Heinrici I. ducis coniuge (Hirsch, 'Heinrich II.', tom. I,* 122; *Swarzenski l. l. p.* 47): Diruit errores, fictas pellendo sorores; *v. supra p.* 1.

virtute[a], pro eo[b] stabiliens monasterium. Post haec verba beatus Wolfkangus[c] caelesti oboediens voluntati, ea quae iussus est implere[d] cogitavit et modis[e] omnibus, quibus potuit, festinavit. Peractis[f] a beato Wolfkango[c], quae et[g] Dominus disposuerat et vir[h] sanctus rogaverat, postquam professionis districtio locum prius contaminatum emaculavit[i], totius virtutis coepit[k] germen florescere[l], paterque[m] sanctus, extinctis vitiis, signis radiosis[n] coepit[o] elucescere[m], acsi aure tenus dicat sibi servientibus: 'Quoniam vos mecum, et ego vobiscum'. —

(4). Nam per idem tempus daemoniacus quidam inductus[a] in eandem ęcclesiam, ut pedibus pavimentum attigit, raptus inpetu in sublime, suspensus est in aere, testatus[b], propter eorum sanctitatem, qui in ęcclesia[c] praefata iacerent, se requiescere[d] non posse. Iussus vero[e] corpusculum quod inhabitabat egredi, ad ostendendam[f] cogentis[g] vim vim fecit corpori. Nos vero[h], etsi qualiacumque[i], fama veracium[k] attestante, cognovimus, silentium tamen in[l] pluribus estimantes cautius, illi[m], quem nobis Deus ibidem patrocinari[n] ostendit, totum asscribimus. Et quis scire potest, utrum tantae sanctitatis dignitas obumbratorie de beato[o] patre praedicetur, an sint etiam aliqui commanentes ibi magni apud Deum meriti, ut et veterum[p] asserit memoria? Res[q] quoque manifesta: Iudita[r] ductrix, quae idem auxit monasterium[1], ad[s] sepulchrum dum iret Domini Ierosolimam, uti[t] reges solent, plura[u] et aperte et absconsim[v, 2] sanctorum[w] vel ossa vel corpora conquisivit, quae[x] ubi terrarum vel ubi in[y] praefata conderet ęcclesia, nec ipsa sciri[z] voluit nec quisquam nos docere potuit. Ipsa vero, quia humata[a] est in ipsa ęcclesia, evidenter[b] edocet in illum solum[c] locum maxime[d] studuisse, ubi notum fecit humari se voluisse. Haec nos de ea strictim[e], quamquam[f] plura digna vel[g] memoratu vel memoria dicere potuerimus[h]; nam quae Deus celare voluit, et nos celare volumus, sed nec ad haec dicenda[i] nos[k] stilum acuimus. Tanta namque taliaque[l] propter beatum patrem fieri credimus, quem, Deo disponente, corporaliter[m] eodem[n] requiescere novimus. Ac[o], si qua[p] fiunt occultius, divinam clementiam in beato patre, cur fiant, quando sibi placuerit, ostendi nobis petimus. Et vere si[q] condignis insudabimus operibus, sicut quondam de eo absconsa non habemus[r] in propatulo, sic[s] etiam potens est Deus adhuc maiori eum extollere titulo. Sed revertamur ad cetera.

II. Capp. 3. 4. 1*a. b. c.* 2. 3*a. b. c.*

Cap. 3. a) virtutis 1*a.* b) ea 1*a.* c) *ita* 1*b. c;* Wolfcang. 1*a*; Wolfgang. *rell.* d) adimplere 3*c.* e) omn. modis 1*c.* f) Factis 1*c*; autem *add.* 1*a. b.* g) *om.* 3*a. b. c.* h) s. v. 2. i) et maculatum 3*a. b. c.* k) *ita* 1*b. c*; germen c(o)epit *rell.* l) flores|rescere *pr. m.* 2. m) pat. — elucescere *om.* 1*a.* n) que *add.* 3*c.* o) *om.* 2.

Cap. 4. a) *ita* 3*a. b. c*; ind. (in *om.*) 1*c.* 2; ductus in 1*a. b.* b) testatusque est pr. 1*a (non* 1*b).* c) ęcclesiam *pr. m.* 2. d) quiescere 2. e) scilicet *pro* v. 2. f) ostendendum 3*c.* g) cogentes 3*a (corr.). b (non 3c).* h) autem 3*a. b. c.* i) qualicumque 1*a. b.* 2. k) verancium 3*a (pr. m.). b.* l) in compl. 2; in pluribuscumque estim. 1*c.* m) illum 1*a. b (non* 1*c); om.* 3*a. b. c*; ei *m. al. suppl.* 3*a.* n) *om.* 1*a (non* 1*b).* o) sancto viro *pro* b. p. 1*a. b*; patre *m. al. suppl.* 2. p) uterum assit 3*b.* q) Re 3*a. b. c.* r) Iuditha 3*a. b*; Ludicha 3*c*; indita 1*c.* s) *ita* 1*c*; ad sep. Dom. dum i. Hier. 2; dum i. ad sep. Dom. Ier. 1*a. b*; dum Ier. (Iher. 3*a*) i. ad sep. Dom. 3*a. b. c.* t) *corr.* ut 1*c*, *et ita* 1*a.* 2. u) multa 2. v) *corr. ex* absconsum 3*a. c*; *corr. ex* abscondim 1*c*; absconsa 2. w) *om.* 1*a. b.* x) et *add.* 3*a.* y) *ita* 1*a. b. c; om. rell.* z) scire 2. a) humana 1*c.* b) sic sic *add.* 3*a*; sic *add.* 3*b. c.* c) loc. sol. 1*b.* d) st. m. 2. e) strictum 3*a. b (non 3c)*; retulimus *add.* 1*a (non* 1*b).* f) quamq; 2. g) vel m. vel *om.* 2. h) *ita* 1*a. b*; potuimus *rell.* i) scribenda 1*a.* k) *om.* 1*a. b.* l) *om.* 2. m) *ita* 1*b. c.* 2 *(cf. p. 21, s); om. rell.* n) ibidem 1*a.* o) At 1*a. b.* p) *ita* 1*a. b*; qu(a)e *rell.* q) sicut dignis *pr. m. corr.* sič dignis 2. r) sicut *add.* 3*a. b. c.* s) sicut 3*a. b. c.*

1) *Cf. versus de Iuditha (l. l.):* Augmentavit opes, maiores struxit et aedes Huius basilicae sanctae sub honore Mariae; *cf. supra p.* 1. 2) *I. q. abscondite.*

(5). Manu erat arida quaedam mulier, quae[a] ad sepulchrum eius in die natalis[b] ipsius devenit, salutem petiit, exaudita est, revixit[c] manu. Sed dum sanabatur, tanto cum[d] fragore manus resilivit[e], ut omnes, quacumque parte vel angulo starent ecclesiae, resilientem[f] manum audirent et miraculum factum[g] cognoscerent[h]. Non aliis[i] haec omnia testibus cognovimus, quam qui ipsi viderunt vel[k] audierunt. Quid ego[l] varias virtutes referam? Quam praesens et[m] celer sit[n] omnibus in adiutorium sibi servientibus, placet documentum[o] aliquod proponere ad[p] solidandam spem eorum, qui sancti patris querunt toto corde suffragium.

(6). Fons est iuxta ęcclesiam[a] praedictam, quem ipse dilectus[b] pater fodit[c] suis manibus[1], sicut erat[d] ei moris omnibus locis, ubi tempus[e] aliquod mansitabat. Fons iste non minus[f] quinquaginta pedes habet[g] in profunditate[h] vel eo amplius, quod et[i] nos quoque[k] visu[l] probavimus. Et cum tantae sit profunditatis, cadentem[m] tamen ministrum sanctarum[n] virginum ibidem[o] manentium sinu suscepit placido ac querentibus eundem[p] non solum vivum, sed et nullum signum casus[q] tanti monstrantem[r] repraesentat. Adcurrunt ergo[s], qui videre cadentem; quis enim[t] vel fragmentatim[2] totum inventurum se[u] crederet, cum in tanta putei angustia lapis[v] eum lapidi redderet nec[w] casus ordinem reservaret[x]? Sed extractus cum rediret ad supera, primo et ipse ratus periculi magnitudinem, postquam, mente recepta, omni[y] se vidit alienum[z] periculo, quam adtentissimas grates omnipotenti Deo ac[a] sanctissimo patri Herhardo[b] agens[c], multum[d] secum eventum rei miratus abiit. Nos quoque signi tanti paventes effectum, tantae facultatis dicimus mortuum[e] suscitare, quam vivum, ne moriatur, servare. Sed et idem secundo et[f] tercio in eodem fonte factum est[g]: secundo in muliere gravida, quae eodem cadens sana inventa et extracta est[h] in laudem et gloriam omnipotentis Dei et sanctissimi[i] patris; tercio in puero, de quo scribere volumus[k] plenius[3]. Et ut mireris amplius[l]: totiens[m] in tantam profunditatem ceciderunt, et sani redierunt. Merito utique[n]; quis enim in illo fonte mortem inveniret, quem ad vivorum[o] salutem salutis[p] amicus praeparavit?

(7). Mulier quaedam[a] erat, quae[b] vivit adhuc etiam, utraque et[c] manu et brachio et crure[d] contorta, monstro similior quam homini. Pars dimidia[e] eius in Boemia[f, 4] ad sanctum Wenezlaum[g] curata est, dimidia ad sanctum patrem Herhardum[h] humanae

II. Capp. 5—7. 1*a. b. c.* 2. 3*a. b. c.*

Cap. 5. a) *om.* 1*c.* b) *ita* 1*a.* 2; natalicia i. 1*c*; i. natalicio 3*a. b. c*; natalicia dev. ipsius *corr.* natalicio propius dev. 1*b.* c) revit 3*a (pr. m.). b (non* 3*c).* d) confragore 1*b.* 2. 3*a. b. c.* e) resiluit 3*a. b. c.* f) m. r. 3*a. b. c.* g) *om.* 2. h) recognosc. 3*a. b. c.* i) Nam ipsi narraverunt, qui viderunt *pro* Non — audierunt 2. k) et 1*c.* 3*a. b. c.* l) ergo 3*a. b. c.* m) et celer *om.* 2. n) o. sit 3*a. b. c.* o) al. d. 3*a. b. c.* p) ad sol. — suffragium *om.* 2; ad solitandam 3*a. b*; ad solidandum 3*c.*

Cap. 6. a) pr. eccl. 1*a. b*; pr. *om.* 3*a.* b) pater beatus f. 2. c) suis f. 3*a. b. c.* d) *ita* 1*a. b. c*; ei moris erat 2; mos erat ei 3*a. b. c.* e) al. t. 2. 3*a. b. c.* f) quam *add.* 2. g) habens 3*c*; habuit *pr. m.* 1*c.* h) profundo (vel eo a. *om.*) 2. i) *om.* 2. k) *om.* 2. 3*a. b. c.* l) *om.* 3*a. b (non* 3*c).* m) t. c. 3*a. b. c.* n) v. s. 3*a. b. c.* o) i. m. *om.* 2. p) *ita* 1*a. b. c.* 3*c*; cum 2; *om.* 3*a. b.* q) t. c. 1*a.* 2; t. *om.* 3*a.* r) monstrantes 3*b.* s) *om.* 2. t) vero *pro* enim vel 3*a. b. c.* u) non *add.* 3*a. b. c.* v) eum lapis 2. w) nec c. o. r. *om.* 2. x) *ita* 1*a. b*; servaret 1*c.* 3*a. b. c.* y) *om.* 2. z) vidit sanum, gratias magnas agens Deo sanctoque Herhardo, miratus abiit 2. a) et 1*a.* b) Erh. *h. l.* 3*a. b.* c) gratias *add.* 1*c.* d) que *add.* 1*c.* e) vivum ne mor. s. quam mort. susc. 1*a (non* 1*b)*; ne moriatur *om.* 2. f) *om.* 1*b.* g) *om.* 3*a. b. c.* h) *om.* 3*a. b (non* 3*c).* i) p. s. 3*a. b. c*; sancti p. 2. k) pl. v. 1*a.* l) quod *add.* 1*a.* m) tocies 2. n) itaque 2. o) salutem v. 3*a. b (non* 3*c).* p) am. salutis 2. 3*a. b. c.*

Cap. 7. a) erat qu. 1*b.* b) *ita* 1*b. c.* 3*a. b. c*; que v. etiam a. 1*a*; q. v. a. e. *om.* 2. c) *om.* 1*a. b.* 2. d) cruce 1*c*; cervice 2. e) eius d. 3*a. b. c.* f) Bohemia 3*a. b. c.* g) *ita* 1*a. b*; Venezlaum 2. 3*a. b*; Wenzellaum 1*c*; Wezeslaum 3*c.* h) Erh. 3*b.*

1) Qui nunc curia abbatissae circumdatus est, *addit Conradus de Monte Puellarum* § 10 *(p. 543).* 2) *I. q. frustatim.* 3) *Latet, an auctor propositum executus sit.* 4) Praga *Conradus* § 14 *(p. 544).*

formae[a] restituta. Hanc[b] nos mulierem vidimus, ipsam interrogavimus; confessa[c] est cum magna[d] veneratione, partem[e] etiam[f] curatam ostendit. — — — — — — —

(8). Quotiens visus sit in sancta[a] ęcclesia, qua requiescit[b] corporaliter, si velim dicere, fastidiosus ero lectori. Quotiens[c] luminaria de caelo ardentia in eandem[d] ęcclesiam[e] descendant, si quem caelestium tenet reverentia, custodes percunctentur[f] eiusdem ęcclesiae, qui et sub grandi attestatione affirmant sepe[g] eum vidisse ad altare, quod ipsius sepulchro[h] contiguum est[i], stantem et episcopali cantantem[k] apparatu. Quorum unus, qui cęteris vigilabat et serviebat frequentius, cum gausape[l] verreret die quadam altare ceteraque[m] iuxta, de pede crucifixi, quod supra idem[n] magna positum est altitudine, denarius quasi quaedam[o] karitas ante verrentem decidit, ab eo quidem loco, ubi nisi per scalas nemo vel[p] ascendere potest[q]. Pro tantis itaque virtutibus et signis, quae fecit Deus per servum suum beatissimum Herhardum episcopum, glorificemus Deum omnipotentem, qui est *mirabilis in sanctis suis,* cui est honor et gloria in saecula. Amen[r]. Ps. 67, 36.

II. Capp. 7. 8. 1*a. b. c et ad l.* 11. 2. 3*a. b. c.*

Cap. 7. a) f. *om.* 3*a*; est *add.* 2, *post* restit. *add.* 3*a. b. c.* b) vero (*corr. ex* ergo?) *add.* 2. c) confessionem *pro* c. e. cum 2. d) v. m. 3*a. b. c.* e) pariter 1*a.* f) *ita* 1*a* (*ubi* se *add.*). *b. c*; quoque 3*a. b. c*; e. *om.* 2.

Cap. 8. a) ęccl. s. 2. b) c. r. 3*b.* c) Quoties 2. d) eadem 3*a.* e) descenderunt eccl. 3*a. b. c.* f) percontetur 1*a. b.* g) eum sepe (sepius 3*c*) 2. 3*c*; sepius eum 3*a. b.* h) sepulchrum 2. i) contiguum constantem 1*c.* k) app. c. 3*a. b. c*; cant. paratu 1*c.* l) g. verteret 1*c*; die qu. g. v. (verteret 3*c*) 3*a. b. c.* m) *om.* 3*a.* n) id est 3*a. c*; id ē 3*b.* o) kar. (car. 3*b*) quedam 3*a. b. c.* p) *om.* 3*a. c.* q) *in* potest *desinunt* 2. 3*a. b. c* (*add.* etc. Amen); *reliqua habent* 1*a. b. c cum Boll.* r) *om.* 1*c.*

APPENDIX.

VITA ALBARTI ARCHIEPISCOPI CASELLENSIS.

Vitae Albarti, de cuius indole supra p. 3 *sq., egi, codices mihi praesto fuerunt hi:*

1) *Codex Monacensis Latinus n.* 14473 *(Emm. E.* 96*), saec. XIII, fol.* 62—64,

2) *codex Vindobonensis n.* 336 *(Hist. eccl.* 5*), saec. XIII. in., partem Legendarii Austriaci continens, fol.* 227′—228.

Eadem extat in ceteris codicibus legendarii eiusdem, scilicet Sanctae Crucis n. 12 *(saec. XII. ex.), Zwettlensi n.* 24 *(saec. XIII), Admuntensi n.* 24 *(saec. XIII), Mellicensi M.* 5 *(saec. XV)*[1], *denique in codice Monacensi n.* 14186 *(saec. XV).*

Bernardus Pez, Thesaurus anecdotorum novissimus II, 3, *Augustae Vindelicorum et Graecii* 1721, *col.* 181—184, *V. Albarti e codice* 1 *publici iuris fecit.*

(1).[a] Sanctus Albartus natione Anglus[b], conversatione angelus, civis Lunnensis[c],
vitam angelicam inter homines duxit et[d] *in medio nationis prave et*[e] *perverse* quasi Phil. 2, 15.
stella matutina clarior sideribus[f] aliis oculos intuentium delectabiliter in se convertit. cf. Eccli. 50, 6.
Et quasi odor balsami Christi bonus odor fuit, adeo ut non solum sue gentis homines, cf. ib. 24, 21. cf. 2. Cor. 2, 15.
sed et vicinarum regionum nationes odore noticie sue et luce fidei sue delectarentur.

Vita Albarti. Cap. 1. 1. 2.

Cap. 1. a) *capita ipse distinxi; praescr.* De sancto Albarto archiepiscopo 1; Vita Albarti p̄ et confess. 2. b) Anglicus 1. c) *ita* 2; Lunensis *m. al. corr.* Lundoniensis 1. d) *om.* 2. e) ac 2. f) aliis syderibus 2.

1) *Cf. Analecta Bolland. XVII,* 62.

(2). Inter quos beatus Herhardus[a], in Hybernia[b] natus et conversatus, sanctitate magnificus, dignitate episcopus in civitate que dicitur Artinacha[1], audiens de sanctissimi viri celesti conversatione et desiderio ipsum[c] desiderans visitare et alloqui exemplisque eius et doctrinis informari, Dei virum adiit; quem ipse tanquam angelum[d] Dei suscipiens, cf. Ps. 1, 2. de adventu tanti viri gaudio magno repletus est, pariterque commanentes et in lege Domini die[d] ac nocte meditantes, alter alterius mutua consolatione relevatus est.

(3). Communicato autem consilio per spiritum consilii, sanctus Albartus beatum Herhardum[a] de Anglia in Hyberniam secutus, venit in celebrem locum qui dicitur Caselle[b], que est civitas metropolis, urbs Hybernie[c] regalis[2]; que post biennium proprio fuit orbata pastore. Incole autem civitatis sanctum Albartum prius quidem per famam cf. 1. Cor. 13, 12. cognoscentes, tunc autem facie ad faciem videntes, unanimi[d] voto sibi metropolitanum expecierunt et totius cleri electione ipsum cum laudibus intronizaverunt. Ipse vero Luc. 12, 42. Albartus factus[e] archiepiscopus desiderabat[f] episcopale opus quasi *fidelis servus et prudens, quem constituit Dominus supra familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram.*

(4). Factum est autem, ingruente quadam precipua festivitate, ut episcopi et principes et tribus illius terre conventum facerent in civitate cui nomen Lesmor[a, 3]. Ubi inter cetera sollempnitatis officia eiusdem civitatis episcopus, verbum exhortationis Matth. 19, 21. habens, exordium sermonis sumpsit de verbo euangelice perfectionis: *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia que habes et da pauperibus et veni sequere me et habebis thesaurum in celo:* Luc. 14, 33. et iterum: *Qui non reliquerit*[b] *omnia que possidet, non potest meus esse discipulus.* Post hec et alia his[c] similia fiduciam apostolice questionis adiecit, quam princeps apostolorum fecit, dicens ad Dominum tanquam discipulus ad magistrum universaliter omnium Matth. 19, 27. nostrum: *Ecce! nos reliquimus omnia et secuti sumus te; quid ergo erit nobis?* Et Dominus ib. v. 28. 29. ad eum: *Amen dico vobis, quod vos qui reliquistis omnia et secuti estis me,* et cetera. Hac ergo audita euangelice perfectionis questione apostolica similiterque intellecta dominice cf. 2. Tim. 1, 7. responsionis promissione, beatus Albartus tanquam homo, qui per spiritum timoris[d] et cf. Matth. 11, 15. amoris Domini aures audiendi habuit, verbum apostolicum et dominicum altius, quam quisquam ratus erat, in[e] corde suo reposuit.

(5). Deinde tempore oportuno cepit efficaciter conferre de eodem perfectionis consilio cum beato Herhardo[a] collega et coepiscopo suo. Nec mora, utrique inflammati calore sancti spiritus, relictis omnibus que possidebant, Deum sequi cupiebant[b], statimcf. 2. Tim. 4, 2. que oportune inportune postulata et accepta a subditis dimissione, reliquerunt terram, patrias et sedes proprias, ascitis sibi decem et novem aliis fratribus, perfectionis ama- 2. Cor. 5, 6. toribus[c]. Scientes autem et[d] invicem suggerentes, quia *quamdiu in corpore sumus peregri-* Hebr. 13, 14. *namur a Domino* et quia *hic non habemus manentem civitatem, sed futuram inquirimus,* ceperunt peregrinari corporaliter et conversari spiritualiter, non tam de regione[e] in re- cf. Act. 7, 5. gionem pedum passibus progredientes, quam de regione[f] in regionem gradibus virtutum

Vita Albarti. *Capp.* 2—5. 1. 2.

Cap. 2. a) Erharhardus *corr.* Erhardus 1. b) Hibernia 2. c) desid. ipsum 2. d) *om.* 2.

Cap. 3. a) Erhardum 1. b) Casselle 2. c) Hibernie 2. d) uninami 2, *corr.* e) episcopus *add., sed del. et superscr.* iam 2. f) desi; desiderabat 2, *corr.*

Cap. 4. a) Lesinor 1. b) relinquit 2; renuntiat omnibus *Vulg.* c) hiis 1. d) a. et t. 2. e) sancto *add.* 2.

Cap. 5. a) Erhardo 1. b) vestigia *add.* 2. c) amaioribus 2. d) sibi *add.* 2. e) regionē 2. f) religione in religionem 2.

1) *Hodie Ardagh in provincia Leinster (com. Longford).* 2) *Ita Vita Ciarani c.* 13 *(C. Plummer, Vitae Sanctorum Hiberniae I,* 1910, *p.* 222*)*: in civitate regali Cassel. *Hodie Cashel in provincia Munster (com. Tipperary).* 3) *Lismore in provincia Munster (com. Waterford).*

proficientes[a], ieiunia continuando, vigilias custodiendo, orationi insistendo, in fide unanimes, in[b] spe longanimes, in karitate fortes et magnanimes, in verbo affabiles, in[c] opere imitabiles, in utroque spectabiles.

(6). Denique memoriam et sepulchra sanctorum peragrantes et sacrificium laudis (cf. Ps. 49, 14.) Deo immolantes, venerunt etiam visitare limina apostolorum, et accedentes ad prime sedis antistitem Formosum[1] nomine et fidei pulcritudine[a], contulerunt cum illo de verbo peregrinationis sue, ne forte in vanum currerent aut cucurrissent. (cf. Gal. 2, 2.) Quos idem Romanus pontifex nomen[b] suum secundum pulchre informavit et in labore peregrinationis sue similiterque in verbo predicationis confirmavit.

(7). Deinde divisi sunt ab invicem non corde, sed corpore[2]. Sanctus Albartus archiepiscopus cum septem sociis mare transiens, Domini sepulchrum visitavit, ubi et unus de sociis Gillipatrich dictus, vinculis carnis absolutus, in Christo requievit. Beatus vero Albartus deultra mare regrediens et in ecclesiam Saltzpurgensem[a] veniens, unum de fratribus suis Iohannem nomine humanis rebus excedentem sepelivit in pace.

(8). Deinde fratrem karissimum et coepiscopum[a] Herhardum sequi cupiens, Ratisponam venit ipsumque defunctum et sepultum invenit. Ibi denique flens et eiulans cum[b] lacrimis, ante altare sancte[c] Dei genitricis Marie prostratus, sic orasse dicitur: 'O plena gratia Dei genitrix materque salutis virgo Maria, incola peregrinus factus sum in nomine filii tui, sicut omnes patres mei, patres fidei katholice; et ecce! nunc non amisi, sed premisi ad te et ad filium tuum karissimum commilitonem meum, qui erat mihi unicum peregrinationis remedium. Obsecro te per filium tuum, non me permittas separari diutius a fratre meo et a filio tuo et a te. Cupio dissolvi et esse cum socio meo (cf. Phil. 1, 23.) tecum in Christo'. Hec et hiis[d] similia perorans et ante sepulchrum sancti Herhardi[e] in terram toto corpore prostratus, continuatis vigiliis et orationibus integro diei et noctis tempore, VIII. Kal. Iunii defunctus inventus est et, voti compos effectus, ibidem in (Mai. 25.) ecclesia sancte Marie carissimo[f] suo Herhardo[e] consepultus est, ita videlicet ut de ipsis quoque canendum esse videatur, quod de precipuis apostolis per orbem terre canitur[3]: *Gloriosi principes terre, quomodo in vita sua dilexerunt se, ita et in morte non separati.*

Vita Albarti. Capp. 5—8. 1. 2.

Cap. 5. a) ꝑficientes 1. b) in spe 1. *om.* 2. c) (in opere *om.*) immutabiles 1.

Cap. 6. a) pulcherrime 1. b) sec. n. suum 2.

Cap. 7. a) Salzburgensem 2.

Cap. 8. a) episc. Erh. consequi 1. b) multis *add.* 2. c) *om.* 2. d) illis 2. e) Erhard. 1. f) sancto *add.* 2.

1) *Sedit a.* 891—896. 2) *Cf. Passionem Kiliani c.* 6 *(SS. R. Merov. V,* 724*):* Ipsi namque exinde pergentes in itinere sequestrati sunt, tamen corporaliter, non spiritaliter. 3) *Est antiphona, quae in festivitate Petri et Pauli (Iun.* 29*) ad II. vesperas canebatur (cf. e. gr. Breviarium Coloniense, Pars aestivalis, Coloniae* 1780*, p.* 451*).*

VITA ODILIAE ABBATISSAE HOHENBURGENSIS.

Haud raro contigisse constat, ut, quo latius cultus sanctorum antiquitus paene incognitorum diffunderetur, eo amplius res traditae accrescerent eoque magis homines de iisdem instructi esse sibi viderentur, quo longius a temporibus eorum distarent. Cuius rei exemplum egregium sancta Odilia praestat, quae ante saeculum decimum ne semel quidem commemoratur, deinde vero non solum Alsatiae patrona, sed etiam ultra patriae fines celebrata est, e cuius domo imperatores regesque se oriundos esse credebant et gloriabantur [1]. *Quibus in rebus quantopere error neque minus fraus* [2] *versata sint, cum hodie certo certius constet, rebus recentioribus omnino omissis, de initiis tantum nobis agendum est neque testimonia colligenda sunt nisi ea, quae saeculum XII. superant.*

Mons quasi specula Alsatiae prominens, qui sanctae Odiliae nomen hodie fert (St. Odilienberg prope Barr, Kr. Molsheim), priscis temporibus refugium accolarum erat, id quod murus ingens qui dicitur gentilium ('Heidenmauer') caput montis cingens testatur [3]. *Deinde in cacumine Hohenburg monasterium virginum surrexit, sanctae Mariae et sancto Petro dicatum, quod primum aevo Caroli M. occurrit. Is coenobio chartam 'tuitionis immunitatisque' concessit Ludowico filio teste, qui a.* 837 *(Mart.* 9*), Iuditha uxore petente, privilegium patris confirmavit, neque vero Odiliae patronae meminit* [4]. *Neque magis Odilia in charta traditionis commemoratur* [5], *qua Odsindis femina a.* 783 *(Iul.* 13*) in Sigoltesheim villa (hodie Sigolsheim prope Kaysersberg) vineam aliaque nonnulla tradidit ad* sacrosanctum monasterium puellarum, quod constructum est in honore sancte Marie vel ceterorum sanctorum in urbe que vocatur Hohenburc, ubi turba copiosa Christi virginum sub regulari amore *(fortasse scribas* tenore*)* militatur necnon etiam Adala abbatissa in regimine ydonea, sed et moribus religiosis sancte conversationis ornata videlicet *(haec corrupta videntur esse)* suo tempore esse compertum est. *Inter coenobia*

1) *Totam molem rerum traditarum cuiuslibet generis atque aevi congessit e. gr. I. Gyss, 'Der Odilienberg', Rixheim* 1874, *neque qui nuper de Odilia egit H. Welschinger, 'Sainte Odile'* [2], *Parisiis* 1901, *quicquam profecit. Res gestas et fictas discernere conatus est K. L. Roth, 'Der St. Odilienberg' ('Alsatia' ed. A. Stöber* 1856/57, *p.* 65—118*), atque fabulas nascentes et crescentes potissimum exposuit Chr. Pfister, 'Le duché mérovingien d'Alsace et la légende de sainte Odile',* 1892 *(cf. W. Wiegand, 'Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins, Neue Folge' VII,* 1892, *p.* 730 *sqq.). Libros dissertationesque ad Odiliam spectantes enumeraverunt C. Wehrmeister, 'Die heilige Ottilia', St. Ottilien* 1902, *p.* 151—170, *et J. M. B. Clauss, 'Historisch-topographisches Wörterbuch des Elsass', Tabernis* 1909, *p.* 818 *sq.* 2) *Cf. testamenta duo Odiliae saeculo ut videtur XII. conficta (Pardessus II, p.* 317 *sqq.; cf. Pfister, 'Le duché' p.* 74 *sqq. et* 184*) et fragmenta Vignieri infra commemorata.* 3) *De aetate muri viri docti minus inter se conveniunt; cf. Fr. X. Kraus, 'Kunst und Alterthum in Elsass-Lothringen' I,* 1876, *p.* 219 *sqq. (cf. IV,* 1892, *p.* 21*); Pfister l. l. p.* 206 *sqq.; R. Forrer, 'Die Heidenmauer von St. Odilien',* 1899; *Clauss l. l. p.* 814. 4) *Mühlbacher, Reg. I*[2], *n.* 964 *(cf. p.* 853, *deperd. n.* 216*); Grandidier, 'Histoire de l'église de Strasbourg' II,* 1778, *p. CCVIII. Alterum diploma eidem diei attributum (Mühlbacher n.* 965*) spurium est, neque constat, an chartam Hruthrudi abbatissae a.* 831. *datam (ib. n.* 895*) ad coenobium Hohenburgense spectare recte coniecerint.* 5) *Exemplar chartae, quae in Gallia christiana V,* 839 *commemorata est, sae-*

regni Lothariani, quae Ludowico regi a. 870. *attributa sunt, Homburch invenitur*[1]. *Deinde casus monasterii latent, donec saeculo decimo et coenobium et sancta e tenebris procedunt. Quo saeculo vergente Uffingus Idam laudavit, eandem comparans cum* regali scilicet indole sanctarum virginum Odiliae et Gertrudae, filiae regis Pippini, quarum, si quis sanitatis indigus salutiferas lypsanas frequentat, testem se protinus recuperatae sentiet sospitatis[2]. *Saeculo XI. ineunte coenobium iam duplex erat, atque alterius ad radices montis siti ('Niedermünster') anno* 1016. *mentio facta est, cum Heinricus II. imperator Helewig abbatissae 'inferioris monasterii, quod dicitur Hohenburg et est constructum in honore sanctae Mariae et sanctae Gundelindae virginis', privilegium concessit, quo congregationi ius abbatissae et advocati libere eligendorum et immunitatem tribuit*[3]. *Eodem aevo Odilia, filia Herimanni comitis (†* 1029*), 'abbatissa ancillarum Dei in monasterio sanctae Odiliae' erat*[4]. *Paulo post Bruno episcopus Tullensis eximium cultorem sanctae se praestitit; qui a.* 1044. *responsoria ab Humberto monacho Mediani Monasterii in honorem Odiliae 'rhythmice ac metrice' composita, ut erat artis musicae peritus, cantui aptavit*[5] *atque anno proximo (*1045*) in coenobio ecclesiam, quam 'velut incultam' reppererat*[6], *Mariae virgini et sancto Nicolao dedicavit*[7]. *Neque Bruno, cum Leonis IX. nomine assumpto sedi Romanae praefectus esset, monasterii oblitus est, sed 'ecclesiae Dei genitricis Mariae, ubi requiescit corpus sanctae virginis Odiliae, quae dicitur Hohenburch, et per eam sanctimonialibus perpetuo inibi famulaturis' a.* 1050. *possessiones confirmavit et nonnulla ad cultum divinum spectantia aliaque quaedam constituit*[8]. *Casus posteriores monasterii, quod saeculo XII. per Herrad abbatissam clarissimum factum est, prosequi nostrum non est.*

*Cum ergo ante saeculum XI. paucissima tantum de coenobio comperta sint, aevo quod praecedit obscuro Vita patronae composita est, cuius codices antiquissimi (*2a. b*) saeculo X. exarati sunt. Auctor in monasterio Hohenburgensi degisse videtur, quippe qui de loco satis instructum se ostendat*[9]. *Narrat autem praeter fabulas exigui momenti talia: Temporibus Childerici imperatoris Adalricus sive Etih dux, filius Liutherici maioris domus imperatoris*

culo XII. in parte aversa chartae alterius exaratum est, quae hodie in archivo praefectoriali Stratoburgensi asservatur (series G. 1613, *n.* 8*); quae cum decessores meos fugerit, iam a Georgio Wagner Dorlisheimensi iuvene bonae spei mecum communicata est. Exemplari chartae menda irrepserunt cum alia tum numerus diei corruptus:* Notavi die dominico VI. Idus Iul. anno XV. regnante domino nostro Karolo rege, *ubi* III *pro* VI *substituas.* 1) *Annales Bertiniani ed. Waitz p.* 110; *MG. Capitularia II,* 194. 2) *V. Idae, prol. (SS. II,* 570; *R. Wilmans, 'Die Kaiserurkunden der Provinz Westfalen' I,* 1867, *p.* 471*). Eodem aevo nomen Odiliae Kalendario Emmae reginae illatum est; cf. infra p.* 50, *n.* 4. 3) *Bresslau, MG. Dipl. III, p.* 457. 4) *Hugonis Chronicon II,* 3. 9 *(SS. VIII,* 370. 375*); de Herimanno patre cf. Bresslau, 'Konrad II.', vol. I,* 282 *sqq.; L. Vanderkindere, 'La formation territoriale des principautés belges' II,* 1902, *p.* 215. 371. 387, *cet. Saeculo XI. ineunte* Otilia *in litaniis Treverensibus commemoratur (Delisle, 'Mémoires de l'Académie des Inscriptions et Belles-Lettres' XXXII,* 1, 1886, *p.* 251; *H. V. Sauerland et A. Haseloff, 'Der Psalter Erzbischof Egberts von Trier in Cividale',* 1901, *p.* 192. 195*), eodemque aevo in Miraculis Verenae c.* 6 [8/9] *(AA. SS. Sept. I,* 169; *cf. SS. IV,* 458*) celebratur. De Kalendariis cf. infra p.* 50, *n.* 4. 5) *V. Leonis IX. auct. Wiberto I,* 13 *(Watterich, Pontificum Romanorum Vitae I,* 144*); Richeri Gesta Senoniensis ecclesiae II,* 18 *(SS. XXV,* 280*). Testimonium alterum quasi priori oppositum sine idonea ratione improbavit A. Schulte, 'Papst Leo IX. und die Elsässischen Kirchen' ('Strassburger Studien' II,* 1884, *p.* 83, *n.* 3*).* 6) *Jaffé, 'Reg.' I², n.* 4244; *Grandidier, 'Histoire d'Alsace' I, p. CCLXI.* 7) *Ann. Marbacenses qui dicuntur a.* 1045 *(SS. XVII,* 154; *ed. Bloch, SS. R. Germ.,* 1907, *p.* 28*); Closeneri Chron. ed. Hegel ('Chroniken der deutschen Städte' VIII) p.* 135. *Cf. Schulte l. l. p.* 85. 8) *Cf. n.* 6. 9) *Cf. V. Odiliae c.* 1. 14. 15. 17. 18. 22; *Pfister p.* 47 *sq.*

eiusdem, in Hohenburg monte olim aetate Marcelliani regis munito coenobium condidit. Persinda uxor, affinitate Leudegario coniuncta, filiam caecam peperit, quam Adalricus pater morti tradere volebat. Unde mater anxia natam famulae cuidam nutriendam clam commendavit, in cuius domo infans annum fere permansit; deinde sanctimonialibus in Palma monasterio educanda tradita est. Tum Erhardus episcopus Bavaricus visione monitus Palmam profectus est atque puellulam caecam baptizavit, nomine Odiliae imposito, quae baptizata lumen oculorum recepit. Neque vero patrem filiae miseruit, sed adeo ipsi ea odio erat, ut filium qui sororem revocavit furens baculo percusserit. Unde filio mortuo, dux reliquum tempus vitae in monasterio (scil. Hohenburgensi) degit filiaeque, etsi ei initio 'stipendium' tantum ancillae tribuit, tandem monasterium regendum commisit. Cumque brevi post diem supremum obiisset, filia eum 'in poenali loco' esse cognovit atque orando a Domino impetravit, ut dux ab inferno liberaretur. Odilia circiter 130 *monialibus praeerat monasterioque in cacumine sito alterum ad radices montis constructum adiecit, quia cacumen peti non poterat nisi cum magna molestia neque aqua sufficiens aderat. Feminas peregrinantes 'tam de Scotia quam etiam de Britannia' suscipiebat et viros religiosos alienigenas pro coenobiis suis presbyteros ordinandos curabat, atque utroque monasterio perfecto sorores vitam regularem praeferentes movit, ut loci minus opportuni ratione habita canonicam vitam eligerent, quae aevo auctoris vigebat. Eugeniam, Atalam, Gundlindam filias Adalberti fratris inter sanctimoniales recepit, quo occiso, preces congregationis effecerunt, ut omnis progenies interfectoris aliqua debilitate afficeretur. Odilia in ipso coenobio die Luciae martyris, i. e. Idibus Decembribus, defuncta est.*

Re vera Adalricus sive Etih[1] *dux aetate Childerici II. regis vivebat*[2], *ducatui Alsacensi praefectus, qui pagos Alsacensem et Sornegaugensem amplectebatur*[3], *successor Bonifatii ducis*[4]. *Idem enim est atque Chadichus dux, cui Childericus a.* 675 *(Mart.* 4*) chartam pro Confluente monasterio (S. Gregorii) datam inscripsit*[5], *idem qui 'Chatalrichus sive Chaticus', a cuius subditis Germanus abbas Grandivallensis occisus est. Qui dux, rebus post necem Childerici turbatis (*675 *ex.), Ebroini partes secutus, contra Genesium episcopum Lugdunensem profectus est, patriciatu Provinciae potiturus*[6], *neque vero consilium assecutus est; sed quod ad partes Austrasiorum transierat, qui, reiecto Theuderico III., Chlodoveum quendam regem fecerant*[7], *Theudericus a.* 676. *res ducis in publicum redigi iussit partim coenobio Besuensi concessas*[8]. *Etiam Adalbertus, quem fratrem Odiliae fuisse auctor tradidit, cum tempore convenit; nam Adalbertus dux, postquam a.* 722. *coenobio Hohenaugiensi donationem concessit*[9], *mense Decembri anni aut eiusdem aut sequentis non iam inter vivos erat, Liutfrido duce et Ebrochardo filiis relictis, quorum chartae eo tempore pro Hohenaugia datae*[10] *etiam Eugenia abbatissa subscripsit, quam pro filia Adalberti habuerunt*[11].

Unde autem ne auctori magnam fidem habeas cave. Nam quam male de aevo sanctae instructus fuerit, vel e primis verbis ipsius efficitur, quibus Childerici 'imperatoris' mentionem fecit, cum Childericum II. regem (662—675) *nemo pro imperatore habere posset nisi homo satis multo post a.* 800. *vivens atque rerum Merovingicarum minime peritus. Liuthericum patrem Adalrici in palatio Childerici 'honore maioris*

1) *Haec forma nominis apud Theganum, V. Hludowici c.* 28 *(SS. II,* 597*) legitur.* 2) *Cf. Pfister p.* 14 *sqq.; P. E. Martin, 'Études critiques sur la Suisse à l'époque mérovingienne', Genavae et Parisiis* 1910, *p.* 283 *sqq. et* 432 *sq.; Krusch, SS. R. Merov. V,* 27 *sq.* 3) *Cf. ea quae disserui 'N. Arch.' XXVII,* 376; *Martin l. l. p.* 438. 4) *V. Germani Grandivall. c.* 10 *(SS. R. Merov. V,* 37*).* 5) *Pertz, Dipl. Merov. p.* 29. 6) *Passio I. Leudegarii c.* 26 *(SS. R. Merov. V,* 307*).* 7) *Ib. c.* 19 *(p.* 300*).* 8) *Pertz, Dipl. Merov. p.* 43; *Bougaud et Garnier, Analecta Divionensia I,* 1875, *p.* 247. 9) *Pardessus II, p.* 337. 10) *Ib. p.* 337. 11) *De Erhardo episcopo re vera Bavarico nihil fere constat; cf. supra p.* 2 *sqq.*

domus' praeditum fuisse vult (c. 1); at Childerico et apud Austrasios regnante et universo regno Francorum inde ab a. 673. *potito maior domus non fuit nisi Vulfoaldus dux*[1]. *Marcellianum regem fabulosum, cuius temporibus mons munitus esse dicitur (c. 1), auctori haud ita obiciam. At vita canonica virginum ad Odiliam relata (c. 16) optime cum Childerico 'imperatore' quadrat; eam ipsam vitam aevo auctoris ibi viguisse credendum est neque vero aetate Merovingica, cum vita canonica monialium coenobialis non ante saeculum VIII. medium commemoretur: turbam autem virginum Hohenburgensium etiam a.* 783. *'sub regulari amore' militasse, charta Odsindis iam reperta testatur*[2], *adhibita voce 'regulari', quam ante a.* 816. *ad canonicas non referendam esse mihi constat, cum regula earum hoc demum anno in concilio Aquisgranensi instituta sit*[3]. *Unde fides auctoris labitur narratiunculaeque eius ad res Merovingicas illustrandas utiles non sunt. Ea litteris mandasse videtur, quae aevo ipsius apud sanctimoniales de initiis coenobii ferebantur, atque speciem rerum fama acceptarum*[4] *fabulae nonnullae cum rebus in monasterio extantibus coniunctae prae se ferunt, scilicet cum tribus tiliis (c. 15), cruce lignea (c. 17), calice (c. 22), eiusdemque ingenii est, quod duplex coenobium et vita canonica ad ipsam patronam referuntur. Atque narratio de filia a patre reiecta, servata, postea reconciliata eiusmodi est, ut inter eas fabellas, quas vernacula lingua 'märchen' vocamus, haberi possit*[5].

Quod autem ad caecitatem Odiliae et visum recuperatum attinet, monendum est, similia de Sadalberga abbatissa Laudunensi tradi[6]. *Et ipsa 'luminibus orbata' erat et per sanctum a Baiuvariis venientem sanata est, nimirum per Eustasium abbatem Luxoviensem*[7]. *Accedit* O d i l a, *cuius in Vita Sadalbergae (c. 18) mentio fit, uxor Leudvini Bodonis episcopi Tullensis, quae, 'sanctarum virginum se choro coniungens, sub oboedientiae tenore vitam beatam degens, spiritum cui omnia debentur reddidit'. Cum ea rationem quandam intercedere, eo veri simile fit, quod altera narratio de Odilia nostra in ipsa dioecesi Tullensi perscripta est, scilicet Vita I. Hildulfi. Quae minimi pretii*

1) *Liber hist. Franc. c.* 45. 46; *Passio I. Leudegarii c.* 9; *Passio Praeiecti c.* 25. 2) *Cf. supra p.* 24. 3) *Cf. Fr. W. Rettberg, 'Kirchengeschichte Deutschlands' II*, 699 *sq.; A. Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' II*[2], 586 *sq.; A. Werminghoff, 'N. Arch.' XXVII*, 631 *sqq. Ea quae K. H. Schäfer, 'Die Kanonissenstifter im deutschen Mittelalter' (Stutz, 'Kirchenrechtliche Abhandlungen'* 43/4), 1907, *composuit atque disseruit, ad res canonicarum posteriores cognoscendas satis utilia sunt, sed coenobia monialium canonicarum iam per totum aevum Merovingicum extitisse, minime demonstravit; cf. ea quae monui 'Westdeutsche Zeitschrift für Geschichte und Kunst' XXVII*, 1909, *p.* 499 *sqq., neque ea, quae Schäfer, 'Kanonissen und Diakonissen' ('Römische Quartalschrift' XXIV*, 1910, *p.* 71—79) *opposuit, rem evicisse existimo. Auctorem Vitae Odiliae adversarium fuisse eorum, qui vitae regulari introducendae vel restituendae studerent, recte statuisse videtur L. Zoepf, 'Das Heiligen-Leben im* 10. *Jahrhundert' ('Beiträge zur Kulturgeschichte des Mittelalters und der Renaissance' ed. W. Goetz I)*, 1908, *p.* 71, *n.* 7, *et p.* 116. 4) *Cf. V. Odiliae c.* 1: Qui — — constructus tempore Marcelliani regis f e r t u r esse; *c.* 2: sicuti adsertione plurimorum didicimus; *c.* 17: Iohannes Baptista — — d i c i t u r apparuisse. 5) *Marius Sepet, 'Observations sur la légende de sainte Odile' ('Bibliothèque de l'École des chartes' LXIII*, 1902, *p.* 517—536), *fontes biographi Odiliae fortiter indagare conatus, Vitae quoque Hildulfi et lectionis codicis Bernensis (cf. infra p.* 29) *ratione habita, non solum Vitam Odiliae 'priorem' saeculi IX. et carmen ('un poème épico-religieux sur sainte Odile') vulgari lingua eodem saeculo compositum, sed etiam Vitam 'primitivam' brevem saeculi VIII. investigasse sibi visus est; quae cum merae coniecturae sint neque alio fundamento nitantur nisi ingenio auctoris, ut sunt inutilia, commemorasse sufficiat.* 6) *Cf. Pfister p.* 37. 7) *V. Columbani auct. Iona II*, 8; *V. Sadalbergae c.* 4. *Narrationes ad Odiliam et Sadalbergam spectantes aliis rationibus non convenire nisi illis duabus, Mario Sepet monenti (l. l. p.* 528 *sq.) concedendum est.*

est[1], *neque vero diiudicare audeo, utrum Vita Hildulfi an Vita Odiliae aetate praecedat*[2]. *Apud auctorem Medianensem Odiliae a patre reiectae mentio nulla. Cum Hairardus episcopus Hildulfum fratrem in Mediano Monasterio degentem visitasset, filiam caecam ab Heticone duce et uxore allatam esse; quam ab Hildulfo baptizatam, ab Hairardo de fonte sacro exceptam et Odiliam vocatam, simul 'mente et carne illuminatam' esse*[3]. *Alterum auctorem alteri notum fuisse non constat, atque nescio an de narratione in oribus hominum vulgata cogitare liceat, quae a duobus auctoribus diverso modo litteris mandata sit*[4].

Quae utut se habent, certe iudicandum est, Vitam Odiliae instituta saeculi IX. exeuntis vel X. exhibere neque aevi Merovingici. Unde ne id quidem absque dubio constat, etsi satis veri simile est, monasterium saeculo VII. ab Adalrico duce conditum esse aut Odiliam filiam eius fuisse; tamen Odiliam quandam cum initiis coenobii quoquomodo coniunctam esse pro certo habuerim[5].

Sane vel ante paucos annos viri docti de Odilia haud parum se instructos esse existimabant, ex quo Hieronymus Vignier *presbyter Oratorianus frustula Vitae alterius quasi ex antiquo codice eruta a.* 1649. *publici iuris fecerat*[6], *quae ab auctore coaevo composita esse videbantur. Quibus cum per duo saecula fides habita esset, ita ut auctores in rebus Odiliae enarrandis potius illis niterentur quam Vita nostra, primus K. L. Roth*[7] *fetum saeculo XVII. attribuit, atque fragmenta re vera ab ipso demum Vigniero falsario ut doctissimo, ita impudentissimo ficta esse J. Havet luculenter demonstravit*[8], *id quod Chr. Pfister denuo exposuit, ostendens, Vignierum fraudem ad res genealogicas probandas instituisse*[9].

Codex Bernensis *n.* 47, *saec. XI*[10], *fol.* 9'—10, *inter lectiones de sanctis sexto loco brevem lectionem de Odilia continet, quae ex ipsius Vita pendet, paucis e tertia ut videtur Vita Hildulfi additis, neque inter testes primigenios habenda est*[11]. *Lectionem,*

1) *Cf. Pfister, 'Les légendes de saint Dié et de saint Hidulphe' ('Annales de l'Est' III,* 1889*), p.* 396 *sqq.; L. Jérome, 'Bulletin de la Société philomathique vosgienne' XXIII,* 1898, *p.* 139. *et* 171 *sqq. (et iterum in libro 'L'abbaye de Moyenmoutier' I,* 1902, *p.* 27 *sqq. et* 51 *sqq.).* 2) *Pfister, 'Le duché d'Alsace' p.* 38. *Vitam Hildulfi anteriorem esse iudicavit, cum Jérome l. l. p.* 178 *sqq. (et p.* 66 *sqq.) Vitam Odiliae priorem fuisse statuerit. Quae Iohannes de Bayon a.* 1326. *de aetate Vitae Hildulfi tradidit (Belhomme, Historia Mediani in monte Vosago Monasterii,* 1724, *p.* 231*), e V. Hildulfi §* 17 *(ib. p.* 64; *AA. SS. Iulii III,* 224*) et libello de successoribus eiusdem c.* 6 *(Belhomme p.* 170; *SS. IV,* 89*) conglutinata esse videntur, nonnullis e coniectura additis, neque iis auctoritatem attribuerim.* 3) *V. Hildulfi §* 11 *(Belhomme p.* 60; *AA. SS. Iulii III,* 223*).* 4) *Iohannes continuator Chronici Florentii Wigorniensis, et ipse de Odilia narrationibus certior factus, sanctam miro modo saeculo XII. attribuit, cuius vitam ad a.* 1131. *enarravit (SS. XIII,* 132; *ed. Weaver, 'Anecdota Oxoniensia, Mediaeval and modern series' XIII,* 1908, *p.* 34 *sqq.), hic illic alia referens atque biographus.* 5) *Vita Odiliae auctoribus Chronici Ebersheimensis c.* 6 *(SS. XXIII,* 434; *cf. c.* 4. 18*) et Richero in Gestis Senoniensis ecclesiae I,* 15 *(ib. XXV,* 264*) praesto fuit, e quibus alter etiam Vitam quandam Hildulfi adhibuit; Vita Erhardi (I,* 7—9*) item e V. Odiliae pendens supra p.* 1 *sqq. edita est. De his aliisque auctoribus posterioribus cf. Pfister l. l. p.* 81 *sqq.* 6) *In libello infra (p.* 36*) allato p.* 63. 68. 71. 74. 76. *Fragmenta Vignieri iteraverunt Joan. Jac.* Chifletius, *Stemma Austriacum annis abhinc millenis, Antverpiae* 1650, *p.* 13—15 *(pluribus omissis);* Eccard *(cf. infra p.* 36*) col.* 87—90; Grandidier, *'Histoire de l'église et des évêques-princes de Strasbourg' I, Stratoburgi* 1776, *p. XLVII—XLIX; Iulianus* Havet, *'Les découvertes de Jérome Vignier' ('Bibliothèque de l'École des chartes' XLVI,* 1885, *p.* 265—267; *'Oeuvres' I, Parisiis* 1896, *p.* 76—77*).* 7) *L. l. p.* 95. *Kraus l. l. I,* 232. *iudicium Rothii probavit.* 8) *L. l. p.* 263 *sqq. (= 'Oeuvres' I,* 74 *sqq. et* 89 *sq.).* 9) *'Le duché d'Alsace' p.* 137 *sqq.* 10) *Chr. Pfister, 'Le duché d'Alsace' p.* 40, *de aetate codicis minus recte instructus, lectionem*

quam Chr. Pfister, *'Le duché mérovingien d'Alsace', Parisiis et Nancei* 1892, *p.* 41, *n.* 1, *publici iuris fecit*[1], *iteratam a M.* Sepet *l. l. p.* 524 *sq., ob aetatem etiam hoc loco proponere visum est*[2], *praesertim cum eadem una cum ipsa Vita in additamentis Legendae Aureae (c.* 190*)*[3] *exscripta sit:*

IDIBVS DECEMBRIS.

VI. Hodie quoque sanctae Odiliae virginis cęlebratur natalis. Huius pater Adalricus sive Aticus, mater vero Berhtsuindis vocabatur, ex nobilissimo Francorum genere orti. Aticus enim totius Burgundiae sive Alsatiae sub Hilderico rege principatum habebat, in cuius etiam finibus monasterium sanctimonialium in honore sanctae Mariae semper virginis in sumitate montis, qui vocatur Hoemburg, ad Dei servitium peragendum maximo sumptu et ornatu construxit. Beata autem Odilia ex utero matris ceca nata est. Sed cum a beatis episcopis Hildolfo Treverensi episcopo et Herhardo fratre eius, Radesponensi episcopo, secundum divinam ammonitionem baptizata fuisset, in baptismo visum percepit. Haec ab infantia se Dei servicio subdidit, vigiliis et oracionibus, ieiuniis et elemosinis die noctuque insistens. Confluebant ergo ad eam virgines nobiles non paucae, quarum spiritualis mater effecta, in supradicto monasterio ad exemplum sui Deo servire instituit. Invitavit angelos precibus et, quicquid a Deo postulavit, sine mora percipere meruit. Unde et patrem proprium de penalibus locis reduxit et, ut patriarcharum choris interesse mereretur, oratione obtinuit. Huic Dei ancillae Baptista Iohannes in visu apparuit sibique oratorium fieri precepit, et idem oratorium quantae longitudinis quantaeque latitudinis fieri deberet, metiendo instituit et constructum ipsemet dedicavit. In hoc etiam oratorio ipsa Dei virgo Odilia corpore quiescit, ubi florent orationes eius usque in hodiernum diem.

Rupertus monachus S. Laurentii Leodiensis, post abbas Tuitiensis clarissimus († 1130*), iuvenis* Vitam sanctae Odiliae virginis radiante melioravit stilo[4], *quae retractatio periisse videtur.*

Codices Vitae Odiliae plurimi extant[5], *e quibus hi in usum nostrum evoluti sunt:*

1*a) Codex* Bernensis *n.* 168, *saec. XI, olim* monasterii sancti Simphoriani Metensis, *fol.* 77—83'.

1*b) Codex* Monacensis *n.* 5513 *(Diessen* 13*), saec. XII, fol.* 56'—62'.

1*c) Codex* Erlangensis *n.* 274, *saec. XIII. in., olim Heilsbronnensis, fol.* 131—138.

Eidem classi, quantum e speciminibus exscriptis concludere licet, etiam hi libri adscribendi videntur esse:

saeculo IX. exaratam esse crediderat, id quod correxit W. Wiegand l. l. p. 731, *consentiente ipso Pfistero, Analecta Bolland. XIII,* 9. 11) *Cf. Jérome l. l. p.* 181 *sqq. (*69 *sqq.).*

1) *Textus una cum eodem opere Pfisteri antea editus erat 'Annales de l'Est' V,* 400, *n.* 1. 2) *Partem priorem exscripsit B. Krusch v. c., posteriorem ex editione Chr. Pfister v. d. deprompsi.* 3) *Ed. Th. Graesse,* 1890, *p.* 876 *sq.*[3]*; Historie plurimorum sanctorum noviter addite laboriose collecte et prolongate (appendix Legendae Aureae a.* 1483. *Coloniae editae), fol.* 438^{a}—438^{d}. *Lectio eadem potius quam ipsa Vita ab auctore Annalium Marbacensium qui dicuntur a.* 674 *(SS. XVII,* 146*; ed. Bloch p.* 4*) adhibita est; cf. Bloch, 'Die Elsässischen Annalen der Stauferzeit' ('Regesten der Bischöfe von Strassburg' I,* 1*),* 1908, *p.* 88. 4) *Reineri de ineptiis cuiusdam idiotae libellus I (SS. XX,* 595*); cf. SS. XII,* 624. 5) *Circiter* 80 *codices mihi innotuerunt, e quibus* 43 *enumeravit Pfister, Analecta Bolland. XIII,* 6 *sqq. — Vita Odilia vel Adiliae abbatissae Orpiensis nihil est nisi Vita sanctae Hohenburgensis; cf. AA. SS. Iunii V,* 587 *sq.; Analecta Bolland. XIII,* 7. 8. *XIV,* 47. 244*; Pfister, 'Le duché d'Alsace' p.* 65 *sqq.; Bibl. hagiogr. Lat. II, n.* 6277.

1d) *Codex* ***Rotomagensis*** *n.* 1383 *(Y.* 80*)* [1], *saec. XII,* ex monast(erio) Gem-m(eticensi) congreg(ationis) S. Mauri, *fol.* 65′—69′.

1e) *Codex* ***Parisiensis*** *n.* 5308 *(olim Chesnianus, deinde Colbert.* 18, *tum Regius* $359\overset{3}{3}$*), saec. XII. scriptus, sed V. Odiliae fol.* 363—366′. *saec. XIII. in. exarata est.*

$1e^{*}$*) Codex Moeno-***Francofurtensis** *bibliothecae urbanae inter libros S. Bartholomaei n.* 5, *volumen quartum legendarii (n.* 2—5*) 'gesta sanctorum registri Moguntini ecclesie sancti Barth(olomei) opidi Frank(ofurtensis)' complectentis, a.* 1356. *finitus, loco* 32. *V. Odiliae continet. Affinitatem libri* $1e^{*}$ *cum* 1e *locus ostendere videtur, qui unus ex illo exscriptus est:*

c. 2. affinitate sancti Leudegarii redimita] soror beatissim(a)e Sigrandae (Sigande $1e^{*}$), matris ipsius sanctissimi Leodegarii *add.* 1e. e^{*}.

Familia Italica plures codices comprehendit arta necessitudine coniunctos:

1f) *Codex* ***Florentinus*** *bibliothecae Nationalis II, I,* 412 *(Convento Badia n.* 1*), olim abbatiae S. Benedicti Florentinae, saec. XI, fol.* 152′—155′.

$1f^{1}$*) Codex* ***Florentinus*** *bibliothecae Nationalis Conventuum suppressorum C.* 4. 1791 *(S. Maria delle Selve), saec. XI/XII, fol.* 107—115.

$1f^{2}$*) Codex* ***Romanus*** *Vaticanus Lat. n.* 6450, *saec. XII/XIII. in Italia exaratus, fol.* 169—172′.

$1f^{3}$*) Codex* ***Romanus*** *Vaticanus Lat. n.* 5411, *saec. XII. in Italia scriptus, fol.* 224—230. *V. Odiliae continet inter Vitas patrum Aegyptiorum insertam, aeque atque*

$1f^{3*}$*) codex* ***Florentinus*** *bibliothecae Laurentianae inter libros S. Crucis XXXIV Sin.* 1, *saec. XIV, olim* ad usum fratris Acursi Bonfanti quem scribi fecit, *deinde* conventus sancte Crucis de Florentia ordinis Minorum *ibique signatus n.* 757. *fol.* 163′—167, *et*

$1f^{3**}$*) codex* ***Florentinus*** *bibliothecae eiusdem inter libros S. Crucis X Sin.* 9, *saec. XIV/XV, item olim* Liber conventus sancte Crucis de Florentia ordinis Minorum, *fol.* 226—231′. *Codicem* $1f^{3}$ *et proximos duos artissimo vinculo conexos esse loci demonstrant hi:*

c. 1. maioris domus] domus *om* $1f^{3}$ *(versu exeunte).* $f^{3^{*}.\,3^{**}}$;

c. 2. Leudegarii] *ita* 1f. f^{5} *cum aliis;* Leodegarii $1f^{1.\,2.\,4}$ *cum aliis;* Leodogarii $1f^{3.\,3^{*}.\,3^{**}}$, *neque vero hi ex illo pendent.*

$1f^{4}$*) Codex* ***Florentinus*** *bibliothecae Laurentianae inter Mediceo-Fesulanos n.* 34, *saec. XV. litteris quae dicuntur humanistarum exaratus, item inprimis Vitas patrum continet, quibus cum alia inserta sunt tum fol.* 228—232′. *V. Odiliae.*

$1f^{5}$*) Codex* ***Florentinus*** *bibliothecae Nationalis Conventuum suppressorum G.* 5. 1212, *saec. XV, olim* Sacrae Eremi Camalduli *atque signatus* III $\frac{E}{}$ 5, *fol.* 148′—151′.

Codices Italici [2] *ab exemplari originem ducunt mendis inquinato e. gr. his:*

c. 2. cogitabat, ut eam occidere praecepisset] *haec om.* 1f. f^{1} *(versu ex.).* $f^{2.\,3.\,3^{*}.\,3^{**}.\,4.\,5}$;

ib. Mater vero eiusdem filiae respondit, dicens] *haec in exemplari deerant; supplent* Coniux vero illius, iussione eius comperta, supplici illi affatu ait *m. al.* 1f, Respondit ei mulier (uxor $1f^{4}$) sua $1f^{1.\,2.\,3.\,3^{*}.\,3^{**}.\,4}$, Dixit ei uxor $1f^{5}$;

c. 4. Erhardo] Erchardo 1f. $f^{2.\,3.\,3^{*}.\,3^{**}}$; Herchardo $1f^{4}$; Hercardo $1f^{1}$; Echardo $1f^{5}$;

c. 10. LXXX annorum] octoginta dierum $1f^{1.\,2.\,3.\,3^{*}.\,3^{**}.\,4.\,5}$; *locus deest* 1f.

Liber autem 1f *reliquos superat ad exemplar magis depravatum referendos, nisi quod* $1f^{5}$ *saepius a ceteris recedit, ita ut cum* 1f *conveniat, alias haud semel magis adulteratus:*

1) *Cf. Analecta Bolland. XXIII,* 226. 2) *Etiam codex Florentinus olim S. Marci n.* 391, *qui inter Vitas patrum V. Odiliae continet, teste catalogo a.* 1768. *scripto, qui in bibliotheca Laurentiana asservatur, sine dubio ad familiam* 1f *pertinet; qui iam in bibliothecam Nationalem translatus esse dicitur, sed a me ibidem codices perlustrante visus non est.*

c. 1. Etih] *ita* 1f *cum aliis;* Ethi 1f^{5}; Etib 1$f^{1.2.3.3^{*}.3^{**}}$; Ethyb 1f^{4};
ib. Hoenburc] Hohenburc 1*f. i;* Chochembruch 1$f^{1.2.3.3^{*}.3^{**}.4}$; Chomcherub 1f^{5};
ib. Qui etiam olim] *ita* 1f *cum rell.;* olim *om.* 1$f^{1.2.3.3^{*}.3^{**}.4.5}$. *h;*
ib. mansionem] possessionem 1$f^{1.2.3.3^{*}.3^{**}.4}$ *(non* 1*f.* f^{5}*);*
c. 2. nullo ex genere meo] *ita* 1f *cum rell.;* nullo *om.* 1f^{5}; generi meo non 1$f^{1.2.3.3^{*}.3^{**}.4}$;
c. 4. sacras ancillas] sacras *om.* 1$f^{1.2.3.3^{*}.3^{**}.4}$ *(non* 1*f.* f^{5}*);*
c. 19. Gundlinda] *ita* 1f *cum aliis;* Gundulinda 1f^{1}; Gundudlinda 1f^{2}; Gundudlinga 1$f^{3^{*}.3^{**}}$; Gundudlingua *corr.* Gundulinga 1f^{3}, *et ita* 1f^{4}; Gurilinda 1f^{5}. *h.*

1g^{1}) *Codex Confluentinus bibliothecae gymnasialis n.* 5, *saec. XIV, quem (fol.* 353. 403'*)* scripsit Godefridus de Andernacho presbiter, cappellanus altaris sancti Mauricii in ecclesia Monasteriensi in Meynevelt Treverensis dyocesis *(hodie Münstermaifeld prope Mayen, Reg.-Bez. Coblenz), fol.* 331—335'.

1g^{2}) *Codex Duesseldorpensis bibliothecae provincialis C* 10*a, saec. XIII, olim (teste catalogo manuscripto) S. Martini Maioris Coloniensis, fol.* 93—97.

1g^{2*}) *Codex eiusdem bibliothecae C* 11, *saec. XV, olim* liber fratrum Cruciferorum in Dusseldorp, *fol.* 132'—138, *quam maxime ad* 1g^{2} *accedit.*

Libri 1*g, qui vitiis haud paucis communibus coniuncti sunt, velut*
c. 1. propter firmitatem atque defensionem ingruentium bellorum] pr. firmitatis atque defensionis tutamentum contra ingr. b. molestias 1$g^{1.2.2^{*}}$;
c. 2. libenter audiens, Deo studebat inlibatum exhibere servitium] operam dabat *pro his* 1$g^{1.2.2^{*}}$,

ad idem exemplar redeunt atque familia 1$f^{1.2.3.4}$; *cf. e. gr.*
c. 1. mansionem] possessionem 1$g^{1.2.2^{*}}$ *cum* 1$f^{1.2.3.4}$; *cf. supra l.* 4;
c. 2. nullo ex genere meo] numquam generi meo 1$g^{1.2.2^{*}}$; *cf. supra l.* 5;
ib. Mater vero — dicens] Uxor vero sua dixit ei 1$g^{1.2.2^{*}}$; *cf. supra p.* 30, 39;
ib. cognosco, quia iudicium Dei] sed scito iudicium Dei (Dei iud. 1$g^{2.2^{*}}$) 1$g^{1.2.2^{*}}$; cogn. *om.* 1$f^{1.2.(3).4}$;
c. 3. vel in aliquod latibulum mitteret] m. vel in al. lat. 1$g^{1.2.(2^{*})}$ *cum* 1*c. f.* $f^{1.2.3.4.5}$. *h;*
c. 23. conici datur] concidatur 1*f.* f^{5}; concedatur 1$g^{1.2.2^{*}}$ *cum* 1$f^{1.2.3.4}$. *h.* 3*b.* b^{*}.

Codici autem 1g^{1}, *ut est dioecesis Treverensis, etiam lectiones* 2b^{*} *insunt, recedentibus* 1$g^{2.2^{*}}$; *cf.*
c. 1. Etih] 1g^{2} *cum aliis;* Ethit 2b^{*}; Etith 1$g^{1.2^{*}}$;
ib. Liuthericus] *ita* 1*f.* f^{5}. g^{2} *cum aliis;* Liutherius 1g^{1}. 2b^{*}; Linthericus 1*e.* g^{2*}; Leuthericus 1$f^{1.2.3.4}$. 3*b;*
c. 2. Huius ergo thalamis] H. e. (igitur 1g^{1}) thalamus 1g^{1}. 2b^{*}; H. igitur thalamis 1*f.* $f^{1.2.5}$. g^{2}. *h.*

1*h) Codex Londiniensis musei Britannici inter Harleianos n.* 2802, *saec. XIII. in., volumen tertium legendarii Arnsteinensis, fol.* 185—187', *item e codice classis* 1 *pendet atque hic illic, ut assolet, cum libris* 1*g convenit (cf. l.* 28. 29. 35*), rarius ad solos libros* 1*f accedens (cf. l.* 3. 8*), cum alibi cum* 1*c faciat, velut*
c. 14. convocavit] congregavit 1*c. h;*

sed textus ad librum classis 2 *correctus est, ita ut haud semel a classe* 1 *recedat (cf. p.* 35*), atque necessitudo quaedam* 2*b.* b^{*} *intellegi videtur et e loco p.* 32, 35. *allato et e*
c. 21. sua benignitate multiplicare dignatus est] m. d. est sua b. 1*h.* 2*b.* b^{*}.

1h^{*}) *Codex Bruxellensis n.* 3132, *vol. III, antea n.* 206, *saec. XIII, fol.* 143'—146', *ut alibi ita in V. Odiliae* 1*h similis est, id quod lectiones a Chr. Pfister allatae testantur e. gr. hae:*
c. 8. incurri] incidi 1*h.* h^{*};
c. 23. adspersa] effusa 1*h.* h^{*}.

1*i) Codex Stuttgartensis*[1] *Bibl. fol. n.* 58, *saec. XII, olim Zwifaltensis n.* 167, *vol. III, fol.* 126—130, *textum classis* 1 *continet (cf. p.* 35*) vitiis peculiaribus inquinatum velut*

c. 5. quae mentem ipsius per inlicita desideria seducerent] mente, *reliquis omissis,* 1*i.*

1*k) Codex Monacensis n.* 15101, *saec. XIII. in., olim (saec. XV)* monasterii beatissimi Iohannis Baptiste in Rebdorff canonicorum regularium ordinis sancti Augustini dyocesis Eystetensis, *postea (saec. XIX)* ex libris Gualteri Sneyd[2] († 1888), *fol.* 235′—238, *partem priorem Vitae Odiliae continet, quae, parte inferiore folii* 238. *abscisa, mutila neque umquam ad finem perducta, cum folium* 238′. *vacet, desinit c.* 9 *(p.* 42, 27*)* hoc ipsum accipiens. *Neque pars prior integra adest, sed loci c.* 1 *(p.* 37, 5 —38, 3*)* Pater vero — ordinavit *et c.* 2 *(p.* 38, 6—9*)* Quae quamquam — reliqua *et (ib. l.* 12—14*)* Dixit — occideretur *praetermissi sunt atque narratio c.* 3. *et* 4. *ita in breve coacta, ut pro verbis p.* 39, 2. huc illucque — 40, 4. Baiariorum *haec substituta sint:* filiam suam cum nutrice sua transmisit in locum qui vocatur Palmatium cuidam episcopo nomine Herhardo. Cui, *itemque e verbis p.* 40, 8. inplere festinans — *l.* 10. inmersit *non nisi unum* implevit *adsit. Textus subest, qui classi* 1 *adscribendus videtur esse (cf. p.* 37, 3. 38, 17. 40, 20*) atque hic illic cum* 1*c convenit:*

c. 1. Etih] Etich 1*c.* 3c^1. 4; Erich 1*k;*

c. 4. accipe eam et baptiza] bapt. eam 1*c. k;*

sed ut liber est aevi sequioris, lectiones generis diversi illatae sunt, scilicet familiae 3*b Bavaricae:*

c. 1. dicebatur] vocabatur 1*k.* 3*a. b**; *om.* 3*b;*

c. 4. dignis laudibus *om.* 1*k.* 3*b. b**;

ib. et exhortans *om.* 1*k.* 3*b. b**,

cum aliae et huius et illius originis esse possint:

c. 4. porrexit suae] su(a)e porr. 1*c.* g^1. *k.* 3*a. b. b**. *d.* 4

c. 5. strenue] stren(n)ua 1*a. c. f.* f^5. *k.* 3*b. b**. 4;

c. 8. suis obtutibus] suis *om.* 1*c. k.* 2c^1. 3*a. b. b**.

2*a) Codex Sangallensis n.* 577, *saec. X, pag.* 71—86.

2*b) Codex Bruxellensis n.* 3316, *antea II,* 2568, *saec. X, olim coenobii Stabulensis, postea Thomae Phillipps n.* 12364, *deinde n.* 12460[3], *fol.* 72—82′.

2*b***) Codex Treverensis bibliothecae urbanae cat. mss.* 1141, *num. loc.* 444 *(antea* 230*), saec. XII, olim* codex Sancti Martini *Treverensis, fol.* 121—129′, *maxima necessitudine cum* 2*b coniunctus est, testibus locis e. gr. his:*

c. 1. sui domini] sui senioris 2*b. b**

c. 4. agnitione percepta verborum] agn. v. perc. 1*h.* 2*b. b**;

c. 5. facultatem] voluntatem 2*b. b**;

c. 18. LXX pedum] LXXX p. 2*b. b**;

c. 22. sola remansit] rem. sola 2*b. b**,

sed aliis vitiis magis depravatus, neque vero ex ipso 2*b pendere videtur.*

2c^1*) Codex Monacensis n.* 9506 *(Ober-Altaich* 6*), saec. XII, legendarii coenobii Altahensis Superioris tomus quartus, fol.* 159′—163, *et*

2c^2*) codex Lipsiensis bibliothecae senatoriae n.* 196 *(Rep. II. fol.* 59ᵃ*). saec. XII, olim monasterii Altahensis Inferioris, fol.* 116—121, *et*

2c^3*) codex Monacensis n.* 22245 *(Windberg* 45*), legendarii Windbergensis*[4]

1) *Cf. 'Archiv' XI,* 269 *sqq.* 2) *Cf. G. Leidinger, 'N. Arch.' XXXIII,* 191—196; *E. Jacobs, 'Zentralblatt für Bibliothekswesen' XXVII,* 1910, *p.* 372. 3) *Cf. 'N. Arch.' XXII,* 687; *I. Van den Gheyn, 'Catalogue des mss. de la Bibliothèque royale de Belgique' V,* 1905. *p.* 305 *sq.* 4) *Exemplar codicis* 2c^3 *una cum aliis exemplaribus inter collectanea Bollandiana in codice Bruxellensi n.* 3520 (8972—73), *saec. XVII, fol.* 201—206′, *legitur; cf. I. Van den Gheyn l. l. V,* 1905, *p.* 615; *Pfister, Analecta Bolland. XIII,* 8.

*sub Gebhardo abbate (*1141—91*) exarati volumen sextum, fol.* 110′—114′. *et* 105bis—106bis, *hic illic et ad* 1b *et ad* 1c *accedentes, artissimo vinculo inter se conexi sunt; cf. e. gr.*

c. 1. firmitatem atque defensionem] f. ac d. $2c^{1.2.3}$ *(non* $2d^2$*)*;
ib. gracias referre coepit] cepit gratias ref. $2c^{1.2.3}$ *(non* $2d^2$*)*;
ib. manifestare mansionem] ostendere m. $2c^{1.2}$ *(non* $2d^2$*)*;
c. 2. iratum habeo] offendi $2c^{1.2}$ *(non* $2d^2$*)*;
c. 3. Quae imperium dominae suae — — pervenit. Postquam ergo se mutuo viderunt] Quae cum *(superscr.* $2c^2$*)* venisset et mutuo se viderunt (videret $2c^1$), *reliquis omissis,* $2c^{1.2}$ *(non* $2d^2$*)*;
c. 18. rursumque eos — opus fecerunt] *haec om.* $2c^{1.2}$.

Quibuscum affinitate quadam coniuncti sunt

$2d^1$*) codex* M o n a c e n s i s *n.* 18625 *(Tegernsee* 625*), saec. XII, qui olim erat* venerabili monasterio sancti Quirini regis et martiris in Tegernsee, *fol.* 59—67′, *et*

$2d^2$*) codex* R o m a n u s *Vaticanus Reginae Latinus n.* 497 *(antea* 1277. 472*)*[1], *saec. XI/XII, olim Treverensis, fol.* 96—105, *ad idem exemplar referendi; cf.:*

c. 3. ostendere dignaretur] dign. ost. $2d^{1.2}$ *cum* $2c^{1.2}$;
c. 4. oculos ipsius] oc. suos *(m. al. corr.* eius $2d^2$*)* $2d^{1.2}$ *cum* $2c^1$;
c. 5. in parcitate] in abstinentiae (abstinenti: *pr. m.* $2d^1$; abstinentia *pr. m.* $2d^2$) parc. $2d^{1.2}$; in parc. (parc. *om.* $2c^1$) abstinentia 2*a.* c^1 [abstinentia *est glossa*];
c. 12. latere illius montis] l. ipsius m. $2d^{1.2}$ *cum* 1*(e).* $f^{1.4}$. $2c^1$ *(non* 1*f.* $f^{2.3.5}$*)*.

3*a) Codex* P a r i s i e n s i s *n.* 9738 *(Suppl. lat.* 218. 9*)*[2], *olim ut videtur Epternacensis*[3], *saec. XII, fol.* 29—33.

3*b) Codex* M o n a c e n s i s *n.* 14473, *saec. XIII, olim S. Emmerammi E.* 96, *fol.* 64—73, *textum simillimum continet atque*

3*b*) codex* V i n d o b o n e n s i s *n.* 339 *(Salisb.* 11*), saec. XIII, pag.* 174—183; *cf. e. gr.:*

c. 1. ducere cupiens, Dei inspirante] duceret, Domini insp. 3*b. b**;
c. 2. occidere praecepisset] perdere pr. 3*b**; pr. perdere 3*b*;
c. 3. deprecari studebat] deprecabatur 3*b. b**; precabatur $2c^{1.2}$;
ib. consolatione suscepta, accepit ipsam puellam et tradidit] cons. accepta, trad. eam, *ceteris omissis,* 3*b. b**;
c. 4. strenue diligenterque] (str. *om.*) diligenter(que *om.*) 3*b. b**;
c. 12. ab angelis ducitur] angelorum manibus duc. 3*b. b**.

$3c^1$*) Codex* K l o s t e r n e u b u r g e n s i s 15 *k.* 34, *saec. XIV/XV, fol.* 128—138, *textum satis depravatum continet, in quo verba c.* 12 *(p.* 44, 9*):* (Seque cum *add.*) liberius pro absolutione — *c.* 17 *(p.* 46, 24*):* sed et ipsius revelatione (omnia adimplebat *add.) post p.* 49, 10: mandatis eius obedirent *(c.* 22*) posita sunt, ita ut verba c.* 12. tanto ardentiori quanto *et c.* 17. scire volebat *sese subsequantur. Textus idem fere codicibus legendarii magni Austriaci inest*[4], *de quibus Ch. Pfister editor novissimus nonnulla rettulit, scilicet*

$3c^2$*) codici* S a n c t a e C r u c i s *n.* 14, *saec. XII. ex., fol.* 114′—118, *et*

1) *Cf. Bethmann, 'Archiv' XII,* 284; *H. Ehrensberger, Libri liturgici bibliothecae apostolicae Vaticanae,* 1897, *p.* 100. *Lectiones* $2d^2$ *potiores publici iuris fecit A.* P o s t i n a, *'Eine unbenützte Handschrift der vita s. Odiliae' ('Römische Quartalschrift' XIII,* 1899, *p.* 284 *sq.).* 2) *Codicem 'Suppl. Lat.* 854*' signatum esse, errore relatum est 'Archiv' VIII,* 309 *et SS. IV,* 87. 635, *qua de re H. Lebègue v. c. me certiorem fecit.* 3) *Catalogus codicum hagiograph. Latin. Paris. II,* 576. 4) *Cf. Analecta Bolland. XVII,* 94.

$3c^{2*}$*) codici Zwettlensi n.* 15, *saec. XIII, fol.* 98′ *sqq., e libro* $3c^2$ *ut videtur descripto*[1]. *Rationis inter hos libros intercedentis exempla afferantur haec:*

c. 7. recordari sui] r. eius $3c^{1.2.2*}$;

c. 8. in egritudinem decidit vitamque finivit] in egr. ductus vitam fin. $3c^{1.2.2*}$;

c. 12. per iudicium plurimorum] per iud. multorum $3c^{1.2.2*}$.

3*d*) *Codex Vratislaviensis bibliothecae universitatis IV. F.* 183, *saec. XV, volumen I, fol.* 23′—30. *Tegumento posteriori inscriptum est:* Istud passionale cum alia parte ego Nicolaus Creller plebanus in Patzskaw *(hodie Patschkau prope Neisse)* emi pro octo florenis Ungar. et solvi Conrado Molitoris de Othm *(i. e. Ottmachau)* pro tunc locato Nisse anno Domini 1475. circa festa Pasce; *deinde liber fuit bibliothecae cathedralis Nissensis*[2]. *Fol.* 24—25. *epitome Vitae manu alia in margine addita est:* Argentine legenda sic impressa 1490. Odilie virginis pater Adalricus sive Athicus, mater vero Bethsuindis sive Persinda vocabatur. — — voluntate et carnis maceracione (= *Legenda aurea c.* 190, *ed. Th. Graesse,* 1890, *p.* 876—877). *Textus ut patria, ita ingenio aliquatenus ad familiam Austriacam* 3c *accedit; cf. e. gr.*

c. 1. ob altitudine urbium] urbium *om.* $3c^{1.2}$. *d*;

c. 2. sanctarum paginas scripturarum] sacrarum p. scr. $3c^1$. *d*;

c. 10. fodere ad sepeliendum praecepit] f. cepit ad sep. (ad s. f. c. $3c^1$) $3c^1$. *d*;

c. 22. animaque repente] animaque (anima 3*d*), *om.* rep. $3c^1$. *d*;

c. 23. flagrantia miri odoris — consistente] fl. autem m. od. — consistebat (persistebat 3*d*) $3c^1$. *d*,

sed etiam menda peculiaria multa codici recenti insunt velut

c. 2. quia in aliquo Deum iratum habeo] *haec. om.* 3*d*;

c. 8. qui ob ethimologiam — Hohunburc dicitur] *haec om.* 3*d*;

ib. Pater vero inmanitatem reatus sui considerans] *haec om.* 3*d*;

c. 17. ad signum nocturnale pulsandum] ad signandum nocturnalem pulsum 3*d*;

c. 22. viaticum] id est corpus Cristi *add.* 3*d*,

neque textum deterrimum ex uno tantum codice fluxisse, ex hoc loco patet:

c. 1. Adalricus, qui etiam alio nomine Etih dicebatur] Adalr. vel Eticho, qui eciam al. n. Otyle dic. 2*d*.

Denique 4) *codex Monacensis n.* 23846 *(ZZ.* 846)[3], *post a.* 1461. *exaratus, fol.* 470′—477′, *textum continet, cui lectiones inprimis generis* 2, *sed etiam aliae insunt, neque ex uno libro eum pendere, sed esse colluviem originis diversae, ex his locis manifestum est:*

c. 1. Liuthericus] Luthericus *(ita* 3*d)*, Leuclesius *(i. e. Leudesius; cf. p.* 37, *n.* 3) vel Leuthericus *(ita* $1f^{1.2.3.4}$. 3*b)* 4;

c. 3. merore afficere] m. affligere 1*i*; m. afficere vel affligere 4.

Epitomae Vitae Odiliae haud paucae inveniuntur, non solum Legendae Aureae additae[4], *sed etiam aliae*[5], *e quibus ipse hos codices perlustravi: Romanos bibliothecae Vaticanae inter Palatinos Lat. n.* 463, *saec. XV, fol.* 152—152′ *(inc.* Temporibus Henrici

1) *Cf. ib. p.* 30. *Eiusdem sine dubio generis est codex Mellicensis C* 12, *saec. XV, fol.* 96′—104 *(cf. ib. p.* 34. 94). 2) *Quod Vita Odiliae sola fere e Vitis sanctorum Merovingicorum in orientales Germaniae partes delata est, nescio an ad reliquias sanctae a Karolo IV. a.* 1354. *Hohenburgi acceptas referendum sit (cf. Böhmer-Huber, Regesta imperii VIII, n.* 1835; *Gallia christiana V, instr. col.* 494; *Pfister l. l. p.* 103 *sq.).* 3) *Cf. Holder-Egger, 'N. Arch.' XIII,* 582 *sqq.* 4) *Cf. supra p.* 29, 3. 34, 12. 5) *Cf. Pfister l. l. p.* 105, *n.* 3.

imperatoris dux Adelricus in Hoenburg ex Persicida uxore sua, *des.* ubi usque nunc in seculum requiescit in secula seculorum. Amen*), et n.* 477, *saec. XV, fol.* 12′—13 *(inc.* Temporibus Chylderici regis nobilis quidam erat nomine Aldaricus, *des.* usque in octavum diem ibi manebat*), et n.* 863, *saec. XIV/XV, fol.* 56′ — 57 *(inc.* Hodie quoque celebratur festum beate Odilie, cuius pater Ethic dux potentissimus in proprio castro Hohenburg, *des.* et in eadem ecclesia sepulta est*); deinde Vratislaviensem bibliothecae universitatis I. Q.* 437, *saec. XV, fol.* 336′—340′ *(inc.* Temporibus Hilderici imperatoris dux illustris erat, *des.* quae praeparavit Deus diligentibus se*); denique codicem item Vratislaviensem bibliothecae urbanae n.* 370, *saec. XV, fol.* 10′ — 11′ *(inc.* Sancta Otilia temporibus Hylderici regis erat nata. Fuit quidam dux, *des.* Et adhuc hodie per totum mundum invocatur*). Epitomae utrique Vratislaviensi et tertiae Vaticanae interpolationes insunt, quas infra p.* 40. *et* 42 *sq. in notis Vitae attuli.*

Codices in duas partes discedunt, quarum alteram classis 1, *alteram libri* 2 *et* 3 *occupant atque quae locis non adeo multis distinguuntur:*

c. 2. dicens, quia neque hic peccavit] *ita* 1*a. b. c. d. (e). f.* $g^{1.2}$. *h. i. k;* quia *om.* 2*a. b.* $c^{1.2}$. d^2. 3*a. b.* c^1. *d.* 4*;*

c. 4. exinde] *ita* 1*a. b. c. d. e. f.* $g^{1.2}$. *i;* deinde 1*h. k.* 2*a. b.* $c^{1.2}$. d^2. 3*a. b.* c^1. *d.* 4*;*

c. 7. dicens: Si enim ea] *ita* 1*a. b. c. d. f. h. i;* enim *om.* (1*e*). $g^{1.2}$. *k cum* 2*a. b.* $c^{1.2}$. d^2. 3*a. b.* c^1. *d.* 4*; cf. c.* 16: dixit eis: Scio enim *(om.* 1*c. h.* 3c^1*);*

ib. Bonae namque indolis] *ita* (namque *adversative*) 1*a. b. d. f. h. i;* Sed bone ind. 1*c;* Bon(a)e autem ind. 1*(e).* $g^{1.2}$. *k cum* 2*a. b.* $c^{1.2}$. d^2. 3*a. b.* c^1. *d.* 4*; cf. c.* 11*:* Ipsa namque subsistens *(ita hoc loco* 1*a. b. d. f. h.* 2$c^{1.2}$. $d^{1.2}$. 4*;* quoque 1*c;* autem (1*e*)*;* Ipsaque s. 1$g^{1.2}$*;* vero 1*i.* 2*a. b.* 3*a. b.* c^1. *d) et c.* 13: In lecto namque *(ita plerique;* quoque 2*b;* itaque 3c^1; *om.* 2c^1*);*

c. 9. permanens *(pro verbo finito)*] *ita* 1*a. b. c. d. (e).* $f^{1.3}$*;* permansit *(corr.* mansit per 1*h)* 1g^1. *h. i.* 2*a. b.* d^2. 3*a. b.* c^1. *d;* mansit 1g^2. 2c^1*;*

c. 10. per semet ipsam eam] *ita* 1*(e).* $f^{1.3}$. *h. i cum* 2*a. b.* c^1. d^2. 3*a. b.* c^1. *d;* ipsam *om.* 1*a. b. c. f.* f^5. g^2*;* ipsamet eam 1*d;*

c. 12. recolens illum suis dixisse discipulis] *ita* 1*a. b. c. f.* $g^{1.2}$. *h. i.* 2$d^{1.2}$. 4; *pro* illum *habent* eum 1*e.* 2c^1, Dominum 2*a. b.* 3*a. b.* c^1. *d; cf. c.* 13*:* recolens illum dixisse;

c. 14. convocavit omnem congregationem, — dixit] *ita* 1*a. b. d. (e). f;* et dixit 1*c.* g^2. 4*;* dixitque 1*h. i.* 2*a. b.* c^1. d^2. 3*a. b.* c^1. *d.*

Libri autem 3 *a codicibus* 2 *mendis nonnullis communibus seiunguntur; cf.*

c. 2. Huius ergo thalamis] ergo *om.* 1*k.* 3*a. b.* b^*. $c^{1.2*}$. *d;*

ib. Persinda] Peresinda 1*i;* Perehsinda 3*a.* c^1*;* Berehtswinda 3b^**;* Berehtsivinda 3*b;* Berthiswynda 3*d;* Berehsinda *etiam* 1*e;* Pethisuida 1*k (cf. supra p.* 29, 7*);*

c. 7. destinatas non solummodo suscepit] dest. (non solum *add.* 3b^*) mox susc. 3*a. b.* b^*. $c^{1.2.2*}$. *d;*

c. 8. in editiore — loco] in eminent(c)iori — loco 3*a. b.* b^*. $c^{1.2.2*}$. *d;*

c. 14. debiles et infirmi] deb. et *om.* 3*a. b.* b^*. $c^{1.2*}$. *d;*

c. 15. Interim autem accessit ad eam una de sororibus et ait] *haec verba in codice* 3 *exciderant, unde alia ab aliis librariis suppleta sunt:* Et ille inquit 3*a;* Una autem ex eis (sororibus 3b^*) dixit ad eam 3*b.* b^**;* Ait ei quidam 3$c^{1.2.2*}$*;* Cui mox per quendam dictum est 3*d.*

Codicem 3c^1 *iam ante multa decennia Franciscus Goldhann b. m. in usum societatis nostrae descripsit;* 3*a G. Waitz b. m.,* 2c^1 *L. de Heinemann b. m.,* 2*a O. Holder-Egger v. c.,* 1*a.* 2b^* *et iterum* 2*a B. Krusch v. c. contulerunt;* 1*b. c. h. i. k.* 2*b.* 3*b.* b^*. *d ipse comparavi. Praeterea specimina libri* 1*i Waitz,* 1*d. e.* 2c^3. d^1 *Krusch,* 2c^2. d^2. 4

5*

et familiarum 1*f. g ipse exscripsimus. Ne autem apparatus nimia congerie lectionum inutilium oneraretur, lectiones universas non recepi nisi* 1*a.* 2*a. b; deinde* 1*b. c.* 2*c*[1]. 3*a usus sum, peculiaribus singulorum in universum reiectis; alios non adhibui nisi perraro.*

Andreas du Chesne, *Historiae Francorum scriptores coaetanei I, Lutetiae Parisiorum* 1636, *p.* 674, *initium Vitae publici iuris fecit, inprimis* 1*c usus, sed etiam alio libro adhibito, ut vel prima verba interpolata docent:* Temporibus Childerici imperatoris Romanae et Franciae terrae quidam dux illustris.

Hieronymus Vignier, *'La veritable origine des tres-illustres maisons d'Alsace, de Lorraine, d'Austriche, de Bade et de quantité d'autres', Parisiis* 1649, *p.* 65—67. *et* 70, *e codice collegii Claromontani Parisiensis* 1*a aliquatenus simili particulas Vitae excerptas edidit, quam per Philippum Labbe nactus erat.*

Carolus Le Cointe, *Annales ecclesiastici Francorum IV, Parisiis* 1670, *p.* 236—237. 240—243. 293—294. 376—378, *partem Vitae Odiliae, quam in duobus codicibus legerat (cf. p.* 236*), discerptam e libro ut videtur* 1*c edidit; quam integram ex eodem primus prelo mandavit*

Iohannes Mabillon, *Acta sanctorum ordinis S. Benedicti, saeculum III, pars* 2, *Lutetiae Parisiorum* 1672, *p.* 488—496. *Cuius editionem iteravit*

Iohannes Georgius Eccard, *Origines serenissimae ac potentissimae familiae Habsburgo-Austriacae, Lipsiae* 1721, *col.* 89—96, *itemque*

Martinus Bouquet, *'Recueil des historiens des Gaules et de la France' III, Parisiis* 1741, *p.* 590—591, *initium Vitae e Mabillonio deprompsit.*

Augustus Fridericus Pfeiffer *professor Erlangensis* († 1817) *Vitam Odiliae nonnullis omissis a.* 1784. *e codice* 1*c in duobus libellis universitatis edidit*[1], *qui inscribuntur:* 1*) Prorector Ioannes Fridericus Breyer — — successorem suum indicat civibus academicis (die* 3. *Maii a.* 1784*), Erlangae ex officina Ellrodtiana, p.* (2)—(4); 2*) Natalem serenissimae principis ac dominae dominae Fridericae Carolinae marggraviae Brandenburgicae — — d. XXIV. Iun. a. r. s. MDCCLXXXIV pie celebrandum indicat Friderico Alexandrinae prorector Ioannes Guilielmus Rau, Erlangae typis Kunstmannianis, p.* (2)—(3).

Grandidier, *'Histoire ecclésiastique, militaire, civile et littéraire de la province d'Alsace' II, Stratoburgi* 1787, *p. LI—LIII, frustula Vitae e codice* 3*b edidit. Denique*

Christianus Pfister, *Analecta Bollandiana XIII, Bruxellis* 1894, *p.* 9—32, *Vitam inprimis ad librum* 2*a recensuit neque vero alios neglexit, sed, codicibus* 43 *commemoratis atque magna ex parte evolutis, apparatum uberem comparavit*[2].

W. Levison.

1) *Nomen editoris in libellis impressis non legitur, sed in exemplaribus bibliothecae Erlangensis a librario quodam adnotatum est.* 2) *Cyrillus* Wehrmeister, *'Die heilige Ottilia. Ihre Legende und ihre Verehrung', St. Ottilien* 1902, *p.* 19—72, *V. Odiliam in linguam Germanicam transtulit, cui fabulas posteriores typis minoribus usus inseruit. Versio Germanica vetustior legitur in codice olim Coloniensi coenobii virginum viae S. Gereonis ('susteren zo up sent Gereoins straissen') a.* 1463. *exarato, hodie r. c. Francisci Schultz professoris Stratoburgensis, fol.* 2—8 *(praescr.* 'Van sente Odilien', *inc.* 'In den getzyden des keysers Childericus'*). De aliis versionibus Germanicis saec. XIV/XV. et Francogallica saec. XV. cf. Pfister, 'Duché' p.* 51.

IN[a] CHRISTI NOMINE
INCIPIT VITA SANCTAE ODILIAE[b] VIRGINIS[c].

(1).[d] Temporibus igitur[e] Childerici[f] imperatoris[1] erat quidam dux illustris nomine Adalricus[g], qui etiam alio[h] nomine Etih[i] dicebatur[k. 2], ex nobilissimis parentibus generis originem sortiens, Galliensium territorio oriundus. Pater vero illius nomine[l] Liuthericus[m. *] in palacio praedicti imperatoris honore maioris domus sublimatus erat[3]. Filius autem eius, cum esset iustus vitamque religiosam, in[n] laico habitu quamvis positus, ducere cupiens, Dei inspirante gratia, cogitare coepit, ut aliquem locum habilem[o] ad Domini[p] ministerium implendum praepararet, ac[q] archanum sui[r] cordis fidelibus suis pandere coepit. Qui iam consilium sui[s] domini cognoscentes ac voluntati suae libenter satisfacientes, et secretum tenuerunt et tandem locum diu desideratum requisitumque manifestarunt[t], dicentes, venatores ipsius quendam repperisse locum in praecelsis montibus situm, cui nomen ob[u] altitudinem urbium Hoenburc[v] erat; qui sibi aptus videretur fore ad explendum desiderium suae voluntatis, si ipsius venerabili[w] paternitati placeret. Qui etiam[x] olim propter firmitatem[y] atque defensionem ingruentium bellorum constructus tempore Marcelliani[z] regis fertur esse[4]. Praeclarus igitur vir Dei eorum manifestationi[a] consensum[b] praebens, concite[c] ipsum peragrans[d] locum diligenterque investigans, Deo gracias referre coepit, quod sibi talem dignaretur manifestare

*) Luthericus, Leuclesius vel Leuthericus 4.

Cap. 1. 1*a*. *b*. *c*. 2*a*. *b*. c^1. 3*a*.

Cap. 1. a) *ita* 2*a*; In Chr. n. inc. *om.* 1*b*. $2c^1$; In Chr. n. *om. rell.* b) Otili(a)e 1*b*. 2*a*. *b*. c^1 *(non* $2b^*$*)*. c) *om.* 1*b*; Christi *add.* 2*b*; quod est Idus Decembris (Id. Decemb. 2*a*) *add.* 1*a*. 2*a*. d) *numeri desunt codd.* e) *ita* 1*a*. *b*. *c*. *d*. *f*; *om. rell.* f) *ita* 1*a*. *b*. *c*. *d*. *f*. *k*; Hilderici *rell.* g) Adelricus 1*k*. $2b^*$; Aldaricus $2d^1$; Odalricus *m. al.* $2d^2$; vel Eticho *add.* 3*d*. h) auo 2*b*, *corr.* i) Etich 1*c*; Edih 3*a*; Edich 3*b*; Edichin 1*e*; Ethic 1*h*. *i*; Ethit $2b^*$; Erich 1*k*; Otyle 3*d*. k) vocabatur 3*a*. *b*. l) *om.* 1*a*. m) *ita* 1*b*. *c*. *d*. *f*. *h*. 2*a*. *b*. c^1; Luithericus 3*a*; Luthericus 3*d*; Liutherius $2b^*$; Liudericus 1*a*; Liutericus 1*i*; Leuthericus 3*b*. n) *om.* 3*a*. *b*. o) habita(bilem *in ras.*) 1*b*; habitabilem 3*a*. *b*. p) Dei 2*b*. q) et 1*c*; *om.* 1*a*. *b* *(versu ex.)*. 3*a*. r) cordis sui 1*b*. *c*. $2c^1$. s) d. s. 1*a*. *c*; sui senioris 2*b*. t) manifestaverunt 1*b*. $2c^1$. 3*a*. u) ob altitudine 1*a*. 3*b*; ab altitudine 1*c*. $2c^1$. v) *ita* 1*c*. *d*. 2*a*; Hoenbruc 1*a*; Hoenburch 1*b*. 3*a*; Hoenburk $2b^*$; Hohenburk 2*b*; Hohenburg $2c^1$; Hohenburch 3*b*. b^*. w) pat. ven. 1*c*. x) *pr. m. in ras.* 2*a*. y) infirmitatem 1*a*. z) Maximiani $2c^{1.2.3}$; *m. al. superscr.* vel Maximiani $2d^2$. a) manifestatione 1*b*. b) consensu 1*a*. *c*; assensum 3*a*. c) concitae 2*b*; concito 1*a*. *b*; quam cito 1*c*. d) peragravit 1*c*.

1) *De hoc titulo v. supra p.* 26. 2) Adalricus sive Aticus — — totius Burgundiae sive Alsatiae sub Hilderico rege principatum habebat *codex Bernensis n.* 47 *(supra p.* 29*)*. *De Chadicho duce cf. supra p.* 26. *Theganus, V. Hludowici c.* 28 *(SS. II,* 597*) de Hugone comite, socero Lotharii I, rettulit,* qui erat de stirpe cuiusdam ducis nomine Etih. 3) *Liuthericus maior domus ignotus est, neque Childerico II. regnante alius maior domus apud Austrasios fuit nisi Vulfoaldus. Liuthericum eundem fuisse atque Leudesium maiorem domus Neustriae a.* 675. *factum, filium Erchinoaldi, ab Ebroino interfectum (Lib. hist. Franc. c.* 45*), primus auctor chronici Ebersheimensis c.* 4. *statuit (SS. XXIII,* 434*), neque melius Mabillonius de Leuthario duce Alamannorum cogitavit, qui a.* 643. *commemoratur (Fredegar. IV,* 88*)*. 4) *Auctor de ingentibus munitionibus cogitavit antiquitus erectis, quae primum a.* 1050. *a Leone IX. papa* 'saepta gentilis muri' *(Germ.* 'Heidenmauer'*) nominatae sunt (Jaffé* I^2*, n.* 4244*)*. *Marcellianus rex fabulosus est.*

mansionem, quae tam competens aptaque esset ad explendum propositum[a] sui desiderii. Moxque[b] inibi[c] ecclesiam ac[d] cetera aedificia, quae militantibus Christo necessaria sunt, aedificari[e] ordinavit.

(2). Huius ergo[a] thalamis venerabilis coniux[b] adhaerebat[1], ex nobilissimis progenitoribus orta, nomine Persinda[c, 2], sicuti adsertione plurimorum didicimus, affinitate sancti Leudegarii[d] redimita[*, 3]. Quae quamquam lege coniugali ligata foret, tamen elemosinis et ceteris iustitiae operibus dedita necnon sanctarum paginas scripturarum libenter audiens, Deo studebat inlibatum[e] exhibere servitium, memor illius
1. Cor. 7, 29. apostolici, quo[f] dicitur: *Qui habent uxores*[g], *tamquam non habentes*, et[h] reliqua. Iudicio autem Dei veniente contigit, ut ex eis nata esset filia, a nativitate caeca. Pater autem ut audivit, quia caeca nata erat, turbatus est in[i] se ipso, dicens, quia[k] pro aliquo delicto[l] eius hoc[m] ei evenisset[n]; cogitabat, ut eam occidere[o] praecepisset. Dixit[p] ad coniugem[q] suam: 'Nunc cognosco, quia[r] in aliquo Deum iratum habeo, quia mihi[s] hoc evenit, quod ante haec[t] nullo[u] ex genere meo contigit', iussitque, ut occideretur. Mater vero eiusdem filiae respondit, dicens: 'Domine mi, noli esse[v] tristis; cognosco[w], quia iudicium Dei manifestum est, quia ipse Christus respondebat discipulis suis, de
Ioh. 9, 3. caeco nato interrogantibus, dicens, quia[x] *neque hic peccavit neque parentes eius, sed ut manifestentur opera Dei in illo*'. Ipse vero nolebat per haec verba consolari, sed magis ac magis in[y] corde suo dolebat, quod haec eadem puellula[z] viva erat, dixitque iterum ad coniugem suam, magnam sibi verecundiam esse, quod filia eius[a] visu oculorum frustrata esset. Et idcirco[b] praecepit ei, ut aliquem sibi familiarem satageret quaerere, per quem ipsa puella[c] occideretur aut in eum duceretur locum, ubi nusquam[d] manifestaretur.

) soror beatissim(a)e Sigrandae (Sigande 1e), matris ipsius sanctissimi Leodegarii[4], *addunt* 1e. e*.

Capp. 1. 2. 1*a. b. c.* 2*a. b.* c^1. 3*a*.

Cap. 1. a) sui prop. 2*b*, *corr.*; expl. desiderium animi sui 1*c*. b) que *om.* 2c^1; enim *pro* que 1*c*. c) ibi 1*b*. 2c^1. d) et 2c^1. e) aedificare 1*a*.

Cap. 2. a) *om.* 3*a. b.* b) coniunx 2*a*. c) Peresinda 1*i*; Perehsinda (Ber. 1*e*) 1*e*. 3*a*. c^1; Berehtswinda 3*b**; Berehtsivinda 3*b*; Berthiswynda 3*d*. d) *ita* 1*c. f. h. k.* 2*a*. 3*b*. *b**; Leodegarii *rell.* e) illic 1*a*. f) quo (quod 1*c*; qui 3*b*) dicit 1*a. b. c.* 3*b*. g) sint *h. l. add.* 3*d*, *m. al. in marg.* 2*a*, *post* habentes *add.* 1*a. c.* 3*b. b* cum Vulg.* h) et rel. *om.* 1*c*. 2c^1. 3*a. b.* i) d. in se i. 1*a*; in semet ipso d. 2c^1. k) quod 2c^1. l) eius del. 1*b*; del. *om.* 1*a*. m) *ita* 1*a. b. c.* 2*b*; ei *eras.* 2*a*; hoc ei evenisse 3*b*; ei hoc ev. 3*a*; (hoc *om.*) ei accidisset 2c^1; hoc accidit ei 2*b**. n) *ita* 1*a. b. d*; et *add.* 1*c. h. i. k cum rell.* o) occideret *pro* o. p. 2c^1. p) *ita* 1*a. b (pr. m.). c*; enim *add.* 3*b. b**; que *add.* 1*d. f. h. i cum rell. (cf. l. 20).* q) congugem *(?)* 2*a*, *corr.* r) quod 2c^1; quoniam 1*a*. s) hoc mihi 1*b*. t) hoc 2c^1; ante h. *om.* 1*c*. u) *ita* 1*a (pr. m.). b. f*; nulli *rell.* v) esse tristus 2*b*, *corr.*; t. e. 1*b*. 2*b**. 3*a*. w) enim *add.* 2c^1. x) *ita* 1*a. b. c. d. f. h. i. k*; *om. rell.* y) d. in c. suo 1*a*. 2c^1. z) puella 1*b. c.* 3*a*. a) sua 3*b*; sua ceca foret *pro* eius — esset 2c^1. b) iccirco *pr. m.* 2*a*. c) puellula 2*b**; ipsa p. *om.* 2c^1. d) numquam 1*c*. 2*b*. c^1.

1) *Iuvencus I*, 5: Huius inhaerebat thalamis dignissima coniux. 2) Berhtsvindis *vernaculo more in codice Bernensi n.* 47 *vocatur (cf. n.* c*). In chartis spuriis Ebersheimensibus 'Adalricus sive Atticus dux et coniux eius Bersvinda' commemorantur (Mühlbacher, 'Reg.' I², n.* 450. 1817*; MG. Dipl. Karol. I, n.* 210. 221, *etc.).* 3) *Primus auctor Chronici Ebersheimensis c.* 6 *(SS. XXIII,* 434*) 'Berswindam filiam sororis sancti Leodegarii episcopi et martiris et Garini comitis Pictavensis, sororem videlicet reginae', fuisse statuit. Leudegarius in Alsatia iam saeculo octavo colebatur et inter patronos coenobii Murbacensis erat; cf. Krusch, SS. R. Merov. V,* 255. 4) *De Sigrada cf. ib. p.* 253.

(3). Mater vero magnis angustiis circumdata, iussionem sui[a] mariti non[b] sponte perficiens, huc illucque animo fluctuare coepit, ignorans, quid filiae suae[c] facere debuisset, tandemque animo suo diiudicavit melius esse, ut eam in peregrinatione[d] vel[e] in aliquod latibulum mitteret, quam per consilium suum morti traderetur. Et[f] obnixe Dominum deprecari[g] studebat, ut consilium suae gratiae per Spiritum sanctum ei ostendere[h] dignaretur, qui merentium consolator[i] esse cf. Iob 29, 25. cognoscitur. Tunc, Domini inspirante gratia, recordationem cuiusdam feminae coepit[k] habere, quam ab infantia familiariter in domo sua nutriebat. Eratque illi quondam fidelissima, sed propter aliquod delictum eo tempore de domo eius abiecta erat; sed[l] tunc iam[m] marito[n] coniuncta, familiam cum viro suo possidebat. Domina vero eius audiens eam[o] iam filium habere memorque pristinae familiaritatis, misit nuntium, ut[p] eam ad[q] se cum magna festinatione accersiret. Quae imperium[r] dominae[s] suae gratulanter[t] amplectens, quod[u] per nuntium mandaverat, velociter ad eam pervenit. Postquam ergo se mutuo viderunt, domina eius cum magna tristicia ei cuncta replicando retulit, quae vel qualiter dominus eius[v] super filia[w] sua mandaverat. Ipsa autem famula[x] ut audivit, quomodo domina eius contristabatur, multum dolori[y] illius condolens, dixit ad eam: 'Domina mea Deo[z] cara, noli te merore afficere propter filiam tuam, quia ipse Dominus, qui eam secundum voluntatem[a] suam creavit, potens est etiam in ea restaurare, quod inperfectum est. Quod si vestrae[b] placuerit voluntati, tradite eam[c] mihi ad alendum; meum enim[d] erit, Domino annuente[e], eam perducere ad perfectam aetatem'. Tunc venerabilis domina, consolatione suscepta, accepit ipsam puellam et tradidit in manus ancillae, dicens: 'Tibi eam do ad nutriendum et domino meo Iesu Christo commendo'.

(4). Tunc ipsa[a], gratulanter accepta puella, remeavit in domum suam et nutrivit eam fere per[b] annum integrum, usque dum ipsi[c] vicini sermocinarentur, cuius haec[d] filia esset, quam ipsa tam honorabiliter nutriret. Nutrix autem, eorum agnitione percepta[e] verborum, magno timore perculsa[f], quia hoc palam fieri timebat, quod occultare cupiebat[g], misit[h] nuntium et intimavit dominae suae, qualiter vicini eius loquerentur. Ipsa autem ei remandavit, ut latenter properaret transfugere in alium locum, qui Palma[i] vocabatur[1], ibique secum[k] ipsam puellam occul-

Capp. 3. 4. 1*a*. *b*. *c*. 2*a*. *b*. c^1. 3*a*.

Cap. 3. a) m. s. $2c^1$; sui *om.* (3*a*). b) pertimescens *pro* n. sp. p. $2c^1$. c) s. fac. deberet 2*b**; faceret *pro* s. fac. d. $2c^1$. d) *ita* 1*a*. *b*; peregrinationem (*corr. e* pegrin. 2*b*) *rell.* e) aut $2c^1$; m. vel in al. lat. 1*c*. f) Tunc obn. $2c^1$. g) deprecabatur (precabatur $2c^1$) *pro* d. st. $2c^1$. 3*b*. h) ostenderet d. *pr. m.* 1*a*; d. o. $2c^1$. i) consolatio e. cogn. 1*a*; cons. e. dinosc. 1*c*. $2c^1$. 3*a*; cogn. e. cons. 1*b*. k) coen(u *m. al. add.*)triebat (*om.* -pit — domo sua) 1*b*. l) *ita* 1*a*. *b*. *c*.; sed tunc *om.* $2c^1$; et tunc *rell.* m) etiam 1*c*. $2c^1$. n) merito 1*a*. o) iam eam 2*b*. p) qui 1*a*. *c*. q) c. m. f. ad se 1*c*; m. *om.* $2c^1$. r) cum venisset et mutuo se videret *pro* imperium — viderunt $2c^1$. s) *ita* 1*a*. *b*. *c*. g^2. *i*; s. d. 1*f*. $g.^1$ *h cum rell.*; *cf. l.* 28. t) gratanter 1*c*. 3*a*. u) *ita* 1*a*. *b*. *c*. *f*. $g^{1.2}$. *h*. *i*; sicut *rell.* v) *om.* 2*a*. w) filiam suam 1*b*. *c*. $2c^1$. x) ut aud. fam. 2*b*, *corr.*; (Ipsa *om.*) Fam. autem videns dominam eius nimis contristari et multum $2c^1$. y) d. eius c. 1*b*. *c*. (3*a*); eius d. c. $2c^1$. z) adeo c. 1*c*. a) suam v. 1*c*. 3*b*. b) vestrae vol. pl. 1*c*; tuae vol. pl. 3*a*; tibi pl. (vol. *om.*) $2c^1$. c) m. eam 1*c*. d) *om.* 1*a*. *b*. 3*b* (*non* 1*c*). e) adiuvante 2*a*.

Cap. 4. a) illa 1*a*. b) *ita* 1*a*. *b* (*ubi* per a. *m. al. superscr.*). *c*. *f*. *h*. *i*. (3*a*); *om. rell.* c) ipsius v. 1*c*; v. eius $2c^1$. 3*a*. d) h. e. f. 3*a*; e. h. f. $2c^1$. e) v. p. 2*b*; hac fama audita *pro* eorum agn. p. v. $2c^1$. f) perculso 2*a*, *corr.* g) volebat 2*b*. h) misit — loquerentur *om.* 1*c*. i) vocatur P. 3*a*; dicitur P. $2c^1$. k) se cum ipsa puella 1*b*; se cum (i. *om.*) puellula $2c^1$; i. *om.* 1*a*.

1) *Balma est caverna (cf. Du Cange s. v.; A. Holder, 'Alt-Celtischer Sprachschatz' I,* 337*), idque nomen compluribus coenobiis erat, veluti monasterio virginum, prope quod Romanus abbas Iurensis sepultus est (V. Romani c.* 19*; V. Lupicini c.* 16*), hodie Saint-Romain de*

taret, adserens, se[a] ibi habere quandam amicam, quae illi necessaria quibus indigeret largiretur. Tunc iussionibus eius libenter obtemperans, ad consignatum pervenit locum et in eodem coenobio ipsam educavit puellam, donec cuidam episcopo nomine Erhardo[b. 1] de partibus[c] Baiariorum[d] Dominus in visione mandavit*, dicens: 'Vade ad quoddam monasterium, quod dicitur Palma, et ibi[e] invenies puellam a nativitate caecam; accipe eam et baptiza in nomine trinae[f] maiestatis, inponens ei nomen Odilia[g], et continuo post baptismum visum recipiet[h]'. Ipse ergo[i] hilariter praeceptum sibi iniunctum inplere festinans, propere[k] ad praefatum pervenit locum ac omnia, sicut ei ostensa[l] fuerant, invenit. Tunc accepit[m] ipsam puellam et secundum mandatum sibi datum eam in fontem sanctificatum inmersit. Et cum eam a[n] fonte sancto elevaret et oculos ipsius[o] crismate liniret[p], ilico ligaturis[q] oculorum laxatis clare intendebat in[r] faciem antistitis. Sanctus vero[s] Dei famulus, ingenti gaudio repletus, Deo[t] dignis laudibus gratias retulit et eidem congregationi, quomodo in[u] visione ei omnia ostensa sunt, patefecit, admonens et exhortans sacras ancillas Christi, ut strenue diligenterque curam virginis Christo consecratae niterentur habere, et exinde[v] osculum pacis filiolae porrexit[w] suae, dicens: 'In regno aeterno, superna concedente clementia, liceat nobis denuo nostros mutuo contemplari[x] vultus'. Ac[y] his omnibus fine tenus expletis, ad patriam repedavit[z] propriam.

(5). Sanctae[a] autem moniales carae[b] virginem[c] Christi nutriebant eique, ut meditationi scripturarum operam daret, iniungebant. Tunc sacra[d] virgo, adepta[e] oculorum visione, studebat in[f] sacra lectione sollers, pervigil in oratione, in par-

*) donec cuidam episcopo Argentinensi nomine Erhardo in visione Dominus revelasset *epitome codicis Vratislaviensis bibl. univ. I. Q. 437, saec. XV*; Apparuit vero angelus Domini per visum cuidam episcopo Ratisponensi Herhardo nomine *Vaticanus Palatinus Lat. n. 863, saec. XIV/XV*.

Capp. 4. 5. 1*a. b. c.* 2*a. b.* c^1. 3*a*.

Cap. 4. a) (se *om.*) sibi (*corr.* ibi) qu. h. a. 1*b*. b) Herhardo 1*b*; Erardo 3*a*. c) parentibus 1*a*. d) *ita pr. m.*, Baioar. *m. al.* 2*a*; Bauwar. 1*a*; Pawar. 1*b*; Bawar. *rell.* e) ibi *pr. m. in mg. suppl.* 1*c*; inv. ibi 2*b**; (ibi *superscr.*) inveniens $2c^1$. f) tr. *om.* 1*a*; Patris et Filii et Spiritus sancti *pro* tr. m. 2*b** (*non* 2*b*). g) Odilia *corr.* Otilia 2*a*. c^1, *et ita* 1*i*. 2*b*. 3*b* (*non* 2*b**. 3*b**). h) recepiet 2*b*. *corr.* i) vero 2*b*. 3*a*. k) *om.* 1*b*. l) ostensum 1*a*. m) secundum iussum Domini *pro* accepit — datum $2c^1$; traditum *pro* datum 3*a*. n) *superscr.* 2*a*. o) suos $2c^1$. p) lineret *pr. m.* 2*a*. q) ligatur(is *m. al. in ras.*) 2*a*; (lig. *om.*) oculis $2c^1$. r) ant. in f. 2*a*, *corr.* s) itaque 1*c*. t) dign. l. gr. Deo 1*c*. u) ei in v. o. 1*b*; ei o. in v. 1*c*. v) *ita* 1*a. b. c. f*; deinde *rell.* w) s. p. 1*c*. 3*a*; s. dedit $2c^1$. x) contempplari *pr. m.* 2*a*. y) Atque his o. 3*a*; His enim o. 1*c*. z) remeavit 1*b. c.* $2c^1$.

Cap. 5. a) *ita* 1*a. b. c. f. h. k.* $2c^1$. $d^{1.2}$; Sanctimoniales autem 1$g^{1.2}$. *i cum rell.*; *cf. p.* 44, 17. b) caram 1*c*; devote 3*a. b*. c) Chr. v. ($2c^1$). 3*a*. d) sancta 2*b*. 3*a*. e) adepta *m. al. in ras.* 1*b*; indepta 1*a. k*; in adepta 1*f*. f) sollers (esse *m. al. superscr.*) in s. l. $2c^1$; esse *post* sollers *add.* 1*c*.

Roche (dép. Iura, arr. St.-Claude, cant. Moirans, comm. Pratz: cf. Longnon, 'Géographie de la Gaule' p. 223). Plerique de Baume-les-Dames monasterio (dép. Doubs) cogitaverunt, quod a. 870. Ludovico regi concessum est (MG. Capitularia II, 194) atque iam in Notitia de servitio monasteriorum a. 817 (ib. I, 350) et in Gestis abb. Fontanell. c. 17 (ed. Loewenfeld p. 60) commemoratur. Rupem Mediano Monasterio supereminentem, cui hodie Alta Petra ('la Haute-Pierre') nomen est, olim Balmam vocatam esse, Iohannes a Bayon a. 1326. tradidit (Belhomme l. l. p. 203. 256. 263); quo nisus Belhomme abbas (ib. p. 73), Vitam Hildulfi secutus, baptisma Odiliae suo coenobio vindicare conatus est. Cf. Pfister, 'Le duché d'Alsace' p. 62; Jérome, 'L'abbaye de Moyenmoutier' I, 73 sq. 1) *De Erhardo cf. supra p. 2 sqq.*

citate[a] strenue[b] insistere ac elemosinis secundum propriam facultatem[c] insegniter[d] deservire necnon culmine praesolidae[e] mentis omnes pompas mundani fastus[f] veluti pro nihilo despicere, quatenus expedita ab omnibus, quae mentem ipsius per inlicita desideria seducerent, illi soli liberius deserviret[g], cuius miliciae se manciparat[h].

(6). Patri autem eius caelitus ostensum est, quod filia[a] sua, quam interimere decrevit[b], superesset, et quomodo per episcopum sacro fonte abluta visum recepisset. Antistes autem ignorans, quod patri illius haec omnia revelata fuerant[c], dum in patriam rediret, misso nuntio ad praedictum ducem, ei omnia quae gesta erant intimavit, obsecrans obnixe, ut dissensionem, quae inter se et filiam eius, diabolo[d] incitante, erat, Deo opitulante disrumpere[e] et in concordiam redire festinaret.

(7). Eximia ergo Odilia[a], in monasterio posita, Deo studebat consuetum[b] inpendere famulatum. Qua de re accidit, ut, omnium malorum incentore[c] instigante, quaedam feminae in ipso habitu positae, sicut semper malorum est bonorum (Gregor. M. Dialog. II, 8.) invidere actibus, eam odio habere inciperent et multa ei contraria inrogarent. Ipsa vero[d] nihil horum curans, sed omnia pro Dei amore sponte amplectens convicia, in Domini[e] servitio cottidie augebatur. Habebat etiam fratrem decorum[f], in domo patris sui optime edoctum, quem et ipse pater valde diligebat[g]; illa[h] autem eum in conlocutione et contemplatione incognitum habebat. Tunc ergo[i] scripsit epistolam eamque globo coccineo involutam eidem[k] germano[l] per quendam peregrinum transmisit inplorando eius fraternitatem, ut propter Dei amorem, quo[m] non solum propinquos[n] et amicos, sed[o] etiam inimicos diligere iubemur, recordari (cf. Matth. 5,44.) sui dignaretur. Frater autem litteras a dilecta sorore destinatas[p] non[q] solummodo suscepit, verum etiam intente perlegit et[r] deinde patrem suum allocutus est, dicens: 'Domine mi carissime, praebeto pium auditum suasionibus famuli tui, clementiam tuam supplicantis[s]'. Pater autem respondit, dicens: 'Si enim[t] ea quae ad rem non pertinent postulaveris[u], incongruum est, ut tibi consensus[v] praebeatur'. Ille respondit: 'Congruum esse poterit, si vestrae placuerit paternitati, quia nihil aliud postulo, nisi ut filiam vestram[w], quae nunc in extera gente omnium suorum destituta parentum[x] consistit solatio, revocare[y] et vestrae praesentiae repraesentari[z] faciatis[a]'. Pater vero[b] ei[c] imperavit, ut de hac re omnino reticeret. Bonae nam-

Capp. 5—7. 1*a*. *b*. *c*. 2*a*. *b*. c^1. 3*a*.

Cap. 5. a) *ita* 1*a*. *c*. *h*. *i*. 2*b*. 3*a*. *b*. *b**. c^1. *d*. 4; abstinentia *add.* 2*a*; abstinentiae (abstinentia *pr. m.* 2d^2; abstinenti: *pr. m.* 2d^1) *ante* parc. *add.* 2$d^{1.2}$; in (parc. *om.*) abstinentia 2c^1; (in parc. *om.*) strennue (ins. *om.*) 1*b*; in parc. *om.* 1*f*. f^1. *k*. b) stren(n)ua 1*a*. *c*. *k*. 3*b*. *b**. 4. c) *in ras.* 2*a*; voluntatem 2*b*; voluntatem et fac. 1*b*. d) insigniter 2*b**. 3*a*. e) persolide 2*b**; persolido 1*c*. f) *in ras.* 2*a*. g) deservirent 1*c*; deservire 2c^1, *corr.* h) mantiparat 2*a*, *corr.*; manciparet 1*b*. 2*b* *(corr.)*.

Cap. 6. a) filiam suam 2*b*, *corr.*; f. eius 3*a*; sua *om.* 2c^1. b) decreverit 1*c*; precepit 2c^1. c) fuerat 2*b*, *corr.* d) erat d. inc. 1*c*; d. instigante (inst. d. 3*a*) erat 2c^1. 3*a*. e) *ita* 1*c*. 2*a*. *b*. 3*b* *(pr. m.)*; dirumpere 3*b**; disrumperet 1*a*. *b*. 2c^1. 3*a*.

Cap. 7. a) *corr.* Otilia 2c^1, *et ita* 1*i*. 2*a*. *b* *(non 2b*)*. b) i. c. 2c^1; c. *om.* 1*b*. c) incensore 1*c*. d) *superscr.* 2*b*. e) Dei 1*c*; (in *om.*) servicium ipsius cott. augebat 3*a*. f) decorē *(?) pr. m.* 1*a*. g) dilegebat 2*b*, *corr.* h) sed ipsa in coll. et cont. eum inc. 2c^1; quem tamen illa in coll. 3*a*; Illa — habebat *m. al. in marg. sup. suppl.* 1*b*. i) *om.* 1*a*. 2c^1. 3*a*. k) eodem 1*c*. l) suo *add.* 1*a*. m) quo — iubemur *om.* 3*a*. n) propinquus *pr. m.* 1*a*. o) s. e. i. *versu ex. om.* 1*b*. p) *om.* 1*a*. 2c^1. q) *ita* 1*a*. *f*. *k*; non solum susc. 2*b*; non modo susc. 1*b*. *c*. *i*. 2*a*. *b**; non solum mox susc. 3*b**; mox *pro* n. sol. 3*b*; dest. mox susc. intenteque p. 3*a*; (n. sol. *om.*) suscipiens, intente p. 2c^1. r) ac 1*b*. s) suppli(cantis *in ras.*) 2*a*; postulantis 2*b*; postulanti 2c^1. t) *ita* 1*a*. *b*. *c*. *f*. *h*. *i*; *om. rell.* u) postularis 2*b*, *corr.* v) assensus pr. 3*a*; consentiatur *pro* c. pr. 2c^1. w) sororem meam Odiliam *add.* 3*a*. x) s. p. c. 2c^1; p. s. c. 3*a*. y) revocari 2*b*. c^1. 3*a*. z) presentari f. 1*b*; f. repr. 2c^1. a) facientis *(?)* 2*b*, *corr.* b) *om.* 2*b*. c) imp. ei 1*b*. 2c^1.

que[a] indolis adolescens, dolori sororis compatiens, patre ignorante, misso curru et ceteris, quae iter facientibus necessaria[b] erant, fecit eam in proprium reverti locum.

(8). Eodem autem[a] duce una cum filio et ceteris suis hominibus[b] consedente[c] in editiore eiusdem urbis loco, qui ob ethimologiam[d] ipsius nominis Hohunburc[e] dicitur, contigit, ut Odilia[f], sponsa Christi, in curru sedens, sicut illis temporibus mos erat eundi, cum turba copiosa adveniret, sicut ei[g] frater suus disposuerat. Ipse vero, elevatis suis[h] obtutibus, cernens multitudinem illam, percunctatus est, quid hoc esset[i]. Tunc adolescens respondit, quod filia eius Odilia[f] esset. Et ipse inquit: 'Quis tam stolidus et temerarius eam revocare praesumpsit sine meo iussu?' Puer autem animadvertens, quod iam latitare non potuisset hoc[k] quod fecerat, patri respondit: 'Ego famulus tuus[l], arbitrans, quod in obprobrium nobis proveniret, si in tanta[m] paupertate permaneret, multumque afflictioni illius conpassus, eam revocavi. Sed nunc, pater, mihi[n] hoc[o] indulge, quia scio me nimis stulte egisse, quod eam sine tuo revocare praesumpsi imperio'. Sed ipse[p] heu! male iracundia devictus, baculo quem manu gestabat[q] puerum percussit durius, quam sibi voluntati[r] esset. Tunc[s] adolescens ex eodem ictu in egritudinem[t] decidit[u] vitamque finivit*. Pater vero inmanitatem reatus sui considerans et semet ipsum in lamentatione et abstinentia affligere studuit et longa suspiria trahendo dixit: 'Ve mihi misero, quia filium meum interimendo[v] superni iram iudicis multum incurri!'. Ac deinceps usque ad obitum suum in monasterio perseverans, Deum sibi placare nitebatur dignis poenitentiae fructibus et[w] sanctorum limina frequentando; spiritu contrito et corpore macerato, eorum intercessionem sedulus inplorabat.

(9). Tunc demum, superna disponente clementia, recordatus est abiectionis[a] filiae suae eamque ad se accersiri[b] praecepit. Quae cum accersita venisset, aliquid mitius erga eam agere volens, tradidit[c] eam cuidam sanctimoniali, quae de Brittanico[d] territorio erat, et constituit ei cottidie dari stipendium unius ancillae. Ipsa autem cum gratiarum accione hoc ipsum accipiens, in ipso monasterio multa[e] permanens tempora, nihil aliud habens, nisi quod una ancillarum habere[f] consuevit.

(10). Interim autem evenit[a], ut nutrix eius[b] de hoc seculo migraret. Ipsa autem[c] non inmemor, quemadmodum[d] se prius cum industria magna nutrierat[e],

*) De quo facto ducissa et omnis familia castri contristabatur. Otilia haec audiens per preces suas fratri suo vitam restituit *addit epitome codicis Vratislariensis bibl. urb. n.* 370, *saec. XV.*

Capp. 7—10. 1*a. b. c.* 2*a. b. c*¹. 3*a.*

Cap. 7. a) *ita* 1*a. b. f. h. i*; Sed bone i. 1*c*; B. autem i. 2*a. b. c*¹. 3*a*; *cf. p.* 43, 17. b) necesaria 2*a.*

Cap. 8. a) *eras* 2*a*; Patre igitur *pro* E. a. duce 2*c*¹. b) militibus 2*c*¹·². c) considente 2*a. b**. 3*a*; conside(nte *in litura*) 2*b.* d) ethimulugiam *pr. m.* 1*a.* e) *ita* 1*i.* 2*a. d*¹; Hohunburch 1*h*; Hohunburg 2*b*; Hohunpurch 2*c*¹; Houmburh 1*a*; Hohenburc 1*c. k*; Hohenburch 1*b.* 3*b*; Hoenburch 3*a*; Hoenburhc 2*b**. f) *m. al. corr.* Otilia 2*c*¹, *et ita* 1*i.* 2*a. b.* 3*b (non* 2*b**. 3*b***)*. g) f. s. ei 1*c*; suis *pr. m.* 1*b*; suus *om.* 3*a.* h) *om.* 1*c.* 2*c*¹. 3*a.* i) esse *pr. m.* 2*a.* k) h. q. f. *eras.* 1*b*; hoc *om.* 2*c*¹. l) *om.* 1*c.* m) tante 2*b, corr.* n) mi 1*b.* o) *pr. m. superscr.* 1*c*; *om.* 3*a.* p) tunc *add.* 1*b.* q) gerebat 1*c.* r) voluntatis e. 2*b*; e. voluntati 1*b*; quam vellet 2*c*¹. s) (Tu *in ras.*)nc 2*a.* t) egritudine 1*a.* u) cecidit 1*c.* v) interemi sup. iud. iram 1*a.* w) *om.* 1*c.*

Cap. 9. a) obiect. 1*a.* b) accessiri — accessita *pr. m.* 1*b.* c) tr. e. c. sanct. *versu ex. om.* 1*b.* d) Brittani(co *m. al. in ras.*) 2*a*; Britanico *pr. m.* 1*a*; Brittannico 2*b**. *c*¹. 3*a*; Britannico 2*b.* 3*b*; Prittannico 1*b*; Britannio 1*c.* e) *ita* 1*a. b. c*; m. permansit t. 2*a. b.* 3*b*; multo permansit tempore 2*b**. 3*a*; m. mansit t. 2*c*¹. f) h. consueverat 1*a.* 3*a*; cons. h. 1*b*; nisi unius ancillae stipem 2*c*¹.

Cap. 10. a) contigit 3*a.* b) eis *pr. m.* 2*a.* c) enim 2*b** *(non* 2*b)*. d) quaemadm. 2*a, corr.* e) nutriebat 1*b.*

terram fodere ad sepeliendum praecepit et per semet ipsam[a] eam terrae commendare curavit. Contigit autem post spatium fere LXXX annorum[b], ut sepulchrum, quo praedicta nutrix sepulta fuerat, evacuaretur[c] ad aliud corpus humandum. Tunc vero, toto corpore putrefacto ac penitus in pulverem converso[d], sola dextera[e] mamilla ita incorrupta[f] et integra inventa est, acsi eodem momento a corpore esset abscisa. Hoc vero ad conprobandam sacrae virginis almitatem factum creditur, quia[g] sagax illius nutrix, aliquid caeleste in ea esse comprehendens, de sola[h] dextera mamilla ei lac praebuerat et per omne tempus lactationis eam circumdatam lineo[i] habebat pallio.

(11). Sancta autem[a] virgo eodem stipendio contenta in monasterio multo tempore erat[b], nihil aliud habens, quod[c] nec pater eam vocavit nec ipsa invocata[d] eum[e] adire praesumpsit. Sed[f] cum iam superna pietas lucernam suam super can- cf. Luc. 8, 16.
delabrum ponere decrevisset, ut intrantes domum[g] lumen cernerent, accidit, ut quadam die farinam in vasculo subter pallio quo circumamicta erat portanti pater infra septa monasterii obviaret, iamque rigida deposita mente, per divinam inspirationem eam clementer allocutus est, dicens: 'Filia mea carissima, unde venis et[h] quo ire cupis vel quid portas?' Ipsa namque[i] subsistens respondit: 'Parum farinae, domine[k], ego fero, ut ex ea aliquid cibi faciam ad recreandos egenos'. Ipse autem: 'Noli[l]', inquit, 'contristari, quod actenus inopem duxisti[m] vitam, quia, Domino annuente, in proximo est, ut hoc exsuperes'. Ac[n] eodem die praefatum monasterium cum[o] omnibus appendiciis in[p] manibus illius tradidit[q], obsecrans eam, ut una cum sancta congregatione memoriam sui retentando[r] Deum sedulo[s] pro suo facinore interpellaret*. Et non multo post vivens tempore, diem sortitus est extremum.

*) *In epitome codicis Vratislaviensis bibl. urb. n.* 370, *saec. XV, haec inseritur fabula:* Non post multum contigit, regem Anglie monasterium ingressurum. Qui vidit inter ceteras sanctimoniales ipsam sibi valde placere, habentem occulos pulcherrimos; et rediens quam cito ad propria, misit ad monasterium litteras, ut puella nobilis sibi mitteretur, alioquin totum monasterium funditus deleri. Quod cum sancta Ottilia audisset, cum filiabus suis valde tristabatur, et sciscitans inter filias, que esset puella et propter quam causam rex eam habere vellet, et inter cetera intelligens, quia ipsa esset, quam rex propter occulorum suorum pulchritudinem habere vellet; secedens ergo beata Otilia, sibi ipsi exuit occulos et misit regi, dicens: 'Ecce quod concupisti, accipe!' Quod videns rex multum confusus abscessit. Sed non multo tempore elapso, angelus in oratorio sibi apparuit, dicens: 'Arram, quam a sponso tuo accepisti, pro eius amore iterum perdidisti. Sed nunc oculos, quos de celo tibi misit deus Christus, sponsus tuus; ipsum in claritate eterna videbis'. Statim, postquam visum recuperasset, pater eius moritur.

Capp. 10. 11. 1*a*. *b*. *c*. 2*a*. *b*. c^1. 3*a*.

Cap. 10. a) *om.* 1*a*. *b*. *c*. *f* (*non* $1f^{1.3}$). b) dierum $1f^{1.2.3.4.5}$; fere — sepulchrum *om.* 1*f*. c) evacueretur *pr. m.* 1*a*; levaretur 1*c*. d) redacto, *pr. m. superscr.* vel converso 1*a*; resoluto 3*a*. e) (de *m. al. in ras.*)xtera 2*a*; dextra 1*b*. *c*. $2c^1$. f) int. et inc. 1*b*. g) quua *pr. m.* 1*a*. h) s. dextra m. 1*b*. ($2c^1$. 3*a*); dext. m. s. 1*c*. i) lin(eo *m. al. in ras.*) 2*a*; linteo 2*b* (*corr.*). *b**.

Cap. 11. a) Dei *add.* 1*a*. b) manebat 3*a*. c) quia 1*c*. $2c^1$; et *pro* q. 1*b*; sed *pro* q. 3*a*. d) non vocata $2c^1$; *om.* 3*a*. e) ad eum ire 1*c*. 3*a*. f) Sed — cernerent *om.* 3*a*. g) *in ras.* 2*a*. h) aut 1*b*. 2*b*; vel 3*a*. i) *ita* 1*a*. *b*. *f*. $2c^1$; quoque 1*c*; vero 2*a*. *b*. 3*a*; *cf. p.* 41, 31. k) e. d. $2c^1$; ego *om.* 2*b**. l) inquit: Noli c. 1*c*; filia *pro* i. $2c^1$. m) v. d. 1*c*. n) Ac *om.* 1*c*; Tunc *pro* Ac e. d. $2c^1$. o) con *pr. m.* 1*a*. p) app. pater filiae in manus tr. $2c^1$; app. suis (in *om.*) illius manibus tr. 3*a*. q) tradi::dit, *ras.* di 1*a*. r) retinendo 1*c*. 3*a*. s) sedule 1*a*.

(12). Ipsa vero per iudicium[a] plurimorum et revelationem sanctam agnovit, quod pater eius in poenali loco[b, 1] esset propter peccata, pro quibus in hoc saeculo, morte se anticipante, dignum poenitentiae fructum non fecit[c]. Tunc illa ingenti merore propter interitum sui patris vallata, in vigiliis, in ieiuniis, in[d] orationibus pro eo Dominum deprecari studuit, recolens, illum[e] suis[f] dixisse discipulis: [Marc. 11, 23. 24.] *Amen dico*[g] *vobis*[h]*; quicquid orantes petitis, credite, quia accipietis et fiet vobis.* Cum vero superna pietas famulam suam de tanto merore consolari vellet, ipsa orante in secreto latere[i] illius montis, super quem monasterium situm est, ut se tanto [Gregor. M. Dialog. IV, 15.] ardentius quanto[k] liberius pro absolutione sui patris adfligeret, aperto caelo, tanta lux caelitus missa super eam in oratione prostratam emicuit, ut quaedam pars eiusdem cellae ex eodem splendore enituisset[l], voxque ad eam facta[m] intonuit[n]: 'Odilia[o] Deo dilecta, iam angores[p] afflictionis[q] a[r] te conpesce, quia remissionem peccatorum patri tuo a Domino impetrasti; et ecce! ab inferno liberatus, in choro patriarcharum collocandus ab angelis ducitur[s]'. Ipsa autem hoc audiens, mox intulit, dicens[2]: 'Gratias tibi ago, Domine, quod me indignam, non meis meritis, sed tua bonitate exaudire dignatus es[t]'.

(13). Habebat etiam sub cura sui[a] regiminis numerum sanctarum[b] monialium quasi centum XXX. Quibus dum sancta mater duplici studeret praeesse doctrina[3], ut, quas verbis instruebat, corroboraret et[c] exemplis, satagebat cottidie se in di- [1. Cor. 9, 27.] vinis exercere obsequiis, illud apostolicum in mente revolvens: *Ne aliis praedicans, ipse reprobus inveniar.* Erat sancta Odilia[d] in oratione constans, divinae lectioni intenta, in locutione moderata, in abstinentia singularis, ita ut praeter dies solemnes nihil aliud cibi sumeret nisi panem hordeatium[e] et legumina[4]. In lecto namque[f] suo[g] ursinam pellem habere et pro plumacio[h] capiti suo petram subponere consuevit. Ista autem faciendo non laudem requirebat humanam, sed solam sui redemptoris inspectionem; ac ideo cum magna occultatione omnia[i] faciebat divina obsequia, reco- [Matth. 6, 3.] lens[k] illum dixisse: *Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua,* et[l] reliqua huic similia.

(14). Monasterium vero, quod venerabilis abbatissa gubernabat, sicut iam praelibavimus, in excelso monte erat constructum, et idcirco non solum debiles et infirmi, sed etiam[a] integritatem[b] corporis habentes cum magna difficultate[c] illuc[d] ascendebant. Tunc sancta Dei famula dolens, eos propter difficultatem itineris

Capp. 12—14. 1*a*. *b*. *c*. 2*a*. *b*. c^{1}. 3*a*.

Cap. 12. a) indicium 2*b*. 3*a*. b) e. l. 1*b*. 3*a*. c) fecerat 1*a*. d) et 1*c*; *om.* 3*a*. e) *ita* 1*a*. *b*. *c*. *f*. $g^{1.2}$. *h*. *i*. $2d^{1.2}$ *(cf. l. 27)*; eum $2c^{1}$; Dominum 2*a*. *b*. 3*a*. *b*. c^{1}. *d*. f) disc. s. dix. $2c^{1}$; dixisse *om.* 1*a*. g) doco *pr. m.* 1*a*. h) quia *add.* 1*a cum Vulg.* i) l. m. i. 2*b*; l. ipsius m. $2c^{1}$; l. unius m. 1*b*. k) quando *pr. m.* 2*a*. l) emicuisset, vox vero ad 1*c*. m) *versu ex. om.* 1*a*. n) dicens *add.* 1*c*. o) *m. al. corr.* Otilia $2c^{1}$, *et ita* 1*i*. 2*a*. *b*. 3*b* *(non* $2b^{*}$. $3b^{*}$*)*. p) *ita* 1*a*. *b*. *c*. *h*. *i*; angorem 2*a*. *b*. c^{1}. 3*a*. q) dilectionis 1*a*. r) a te *om.* $2c^{1}$. 3*a* (*ubi* tantae *ante* affl.). s) deducitur 1*b*. t) est 2*a*, *corr.*

Cap. 13. a) sui:, *ras.* s 1*a*. b) *ita* 1*a*. *b*. *c*. *i*; s. virginum 3*a*; sancti(ę)monialium 2*a*. *b*. c^{1}. 3*b*. c) *om.* 1*a*. 2*b*. 3*a*. d) Otilia 1*i*. 2*a*. *b*. 3*b* *(non* $2b^{*}$. $3b^{*}$*)*; namque *pro* s. Od. $2c^{1}$. e) ordeaceum 1*b*. *c*. $2c^{1}$. f) quoque 2*b*; *om.* $2c^{1}$. g) *om.* 1*a*. h) pulmatio 1*c*; plumario 3*a*; pulvinari 3*d*. i) f. o. d. $2c^{1}$; d. *om.* 3*a*. k) recolens — similia *om.* 3*a*. l) et — similia *om.* 1*c*. $2c^{1}$.

Cap. 14. a) *bis scr., sed eras.* 2*b*. b) c. i. h. 1*c*; sani *pro* i. c. h. $2c^{1}$. c) difficultatē *(?)* *pr. m.* 2*a*. d) (i *in ras. maiore*)lluc 2*a*.

1) *Cf. Gregorii M. Dialog. IV,* 40: in hoc poenali loco. 2) *Cf. Gregorii Dial. I,* 10: ac post intulit, dicens. 3) *Regula Benedicti c. 2. de abbate:* duplici debet doctrina suis praeesse discipulis, id est omnia bona et sancta factis amplius quam verbis ostendat. 4) *Cf. V. Germani Autissiod. auct. Constantio c.* 3; *V. Radegundis auct. Fortunato c.* 15. 21; *V. Arnulfi c.* 8.

raro[a] ad suum venire coenobium, cum esset hospitalitate praecipua, convocavit omnem congregationem[1], quam sub suo habebat regimine, uti earum[b] volens consilio[2]; dixit[c] ad eas: 'Cernitis, dilectissimae sorores, quod asperitas itineris magnum laborem ascendentibus peregrinis et debilibus confert, et ideo pauci[d] nos adeunt. Ego autem volo iubere, si vestrae placuerit sanctitati[e], in inferiori[f] latere istius montis aedificare[g] hospitale ad recipiendum[h] christianos'. Tunc omnes responderunt, optimum eius[i] esse consilium. Et accepta earum[k] benedictione, inprimis ibi aecclesiam construxit et eam in honore sancti Martini dedicari rogavit et deinde receptionem pauperum fecit. Placuit autem sororibus habitatio[l] illa, quia locus amoenus erat et aquarum habundatione[m] locuples; et postulaverunt, ut ibi monasterium faceret, quia superius monasterium[n] in magna aquarum penuria situm erat. Illa autem consilio illarum[o] adsensum praebens, aedificavit et ibi monasterium, sicut[p] hodiernus comprobat dies[3].

(15). Factum est autem, dum in eodem opere occupata esset, ut veniret ad eam quidam vir, portans in manu sua tres virgas de[a] arbore tilia, et dixit ad eam: 'Domina, accipe has virgulas[b] et planta eas, ut in posterum ob[c] memoriam tui habeantur'. Illa autem accipiens, iussit tres parari fossas. Interim[d] autem accessit ad eam una de sororibus et[e] ait: 'Noli has plantare, domina[f], virgas[g], quia frequenter ex ipsa arbore nascuntur vermes mali'. Et illa: 'Noli', inquit, 'turbari, quia numquam aliquid contrarietatis ex his arboribus veniet'. Et tulit unam in manu sua et ait: 'In nomine Patris te planto'; et alteram accipiens, dixit: 'Et te in nomine Filii', et tertiam tulit, dicens: 'Et te in nomine Spiritus sancti', mysterium[h] trinitatis conplens. Quae usque hodie umbra sua videntur in ardore aestatis praestare ancillis Christi magnum refrigerium se[i] per plurimum extendendo spatium.

(16). Erat etiam[a] ei consuetudo peregrinas[b] ad sanctam conversationem suscipere feminas tam de Scotia[c] quam etiam[d] de Brittannia[e], necnon[f] et viros religiosos[g] ex diversis[h] provinciis venientes cum gaudio suscepit[i] et ex eis sibi[k]

Capp. 14—16. 1*a*. *b*. *c*. 2*a*. *b*. *c*[1]. 3*a*.

Cap. 14. a) raro *(?) m. al. corr.* rare 2*a*, *et ita* 1*a*. b) v. e. 2*c*[1]. c) *ita* 1*a*. *b*. *f*; et dixit 1*c*; dixitque *rell.* d) nos p. 1*c*; nos *om.* 2*a*. e) sanctitate *pr. m.* 1*b*. f) inferiore 1*b*. g) *ita* 1*a*. *b*; (a)edificari *rell.* h) recipiendos 1*c*. 2*c*[1]. 3*a*. i) *ita* 1*a*. 2*c*[1]. 3*a*; esse c. eius 1*b*. *c*; esse eius c. 2*a*. *b*. k) eorum 2*a*. l) i. h. 2*c*[1]. 3*a*. m) *ita (sed* abund. 1*i et e corr.* 2*a)* 1*a*. *b*. *i*. 2*a*. 3*b*. *b**; (h)abundant(c)ia *rell.* n) claustrum 2*c*[1.2]. o) illorum 1*a*, *corr.*; earum 2*c*[1]. p) et *add.* 1*b*.

Cap. 15. a) conquerens *pro* de arb. — *l.* 18 virgas 1*c*. b) h. tres v. (virgas 3*a*) 2*c*[1]. 3*a*. c) in 3*a*; *om.* 1*a*. d) *Pro* Interim — ait *habent* Et ille inquit 3*a*, Ait ei quidam 3*c*[1.2], Cui mox per quendam dictum est 3*d*, Una autem ex eis (sororibus 3*b**) dixit ad eam 3*b*. *b**. e) *m. al. add.* 2*c*[1]; *om.* 1*a*. f) v. d. 2*b*; dom. *ante* has 2*c*[1]. g) de arbore tilia *add.* 2*b** (*non* 2*b*). h) ministerium 3*a*. *b*; sanct(a)e *add.* 1*b*. *c*. i) super pl. 1*a*; se pl. ext. per sp. 1*b*; se (per plurimo *m. pr. in marg. add.*) 1*c*; per pl. se extendo *(sic)* 3*a*.

Cap. 16. a) etiam cons. ei 2*b*; Erat cons. sanctae Odiliae (*m. al. corr.* Otiliae) p. 2*c*[1]. b) *om.* 1*a*. c) *corr.* Scoctia 2*b*; Scottia 3*a*; Schotia 2*c*[1]; Socia *m. al. corr.* Scocia 1*b*. d) *om.* 1*b*. e) Brutannia *corr.* Britannia 2*b*, *et ita* 1*c*; Prittannie *corr.* Prittannia 1*b*. f) Nennon *(?)* 2*b*, *corr.* g) religiosus 2*b*, *corr.*; religiosas *pr. m.* 1*b*. h) diversos 2*b*, *corr.* i) suscipiebat 1*a*. k) pr. sibi 1*c*. 2*c*[1]. 3*a*.

1) *Regula Benedicti* c. 3 (De adhibendis ad consilium fratribus): convocet abbas omnem congregationem. 2) *Ib. (infra):* seniorum tantum utatur consilio. 3) *Inferius monasterium ('Niedermünster') post auctorem Vitae primum a.* 1016. *commemoratur, quo Heinricus II. imperator pro 'Helewig abbatissa inferioris monasterii, quod dicitur Hohenburg et est constructum in honore sanctae Mariae et sancte Gundelinde virginis', privilegium dedit (MG. Dipl. III, p.* 457*); cf. Pfister p.* 71. *Ecclesiae sancto Martino dedicatae alias mentio non fit (ib. p.* 56, *n.* 2*).*

prespiteros[a] ordinari rogavit. Et consummavit utraque monasteria et collocavit in eis sanctimoniales et[b] post haec convocavit[c] omnes sorores et rogavit eas, ut sibi indicarent[d], utrum canonicam an[e] regularem[f] vitam ducere vellent. Tunc omnes unanimiter responderunt, se regularem velle conversationem habere. Illa autem cum humilitate et mansuetudine dixit eis[g]: 'Scio enim[h], carissimae sorores et matres, vos promptissimas[i] esse ad omnia aspera et dura pro Christi nomine toleranda; sed timeo, nos[k], si regularem vitam elegerimus[l], maledictionem a successoribus nostris incurrere, quia iste[m], ut scitis, locus valde incompetens et laboriosus est regulari vitae, adeo ut nec aqua nisi cum magno labore hic adipisci possit. Unde mihi videtur, si vestrae[n] placuerit almitati[o], melius esse, ut in canonico[p] habitu consistatis'. Tunc omnes secundum illius verba elegerunt canonicam regulam[1], in qua usque hodie in supradictis monasteriis degentes praecedentium normam sequendo perseverant. Illa autem, ut cognovit, quod canonicam regulam[q] elegerunt, ait: 'Gratias tibi ago, domine Iesu Christe, qui me indignam, non meis meritis, sed tua ineffabili clementia ex caecitate per sanctum baptisma[r] eripere dignatus es[s]. Te[t], Domine, supplico, ut hanc[u] familiam tuam, cui me praeesse fecisti[v], tua protectione ubique custodias et omnem cupiditatem carnalium desideriorum ab eis avertas, ut tibi, Domine, toto nisu mentis inlibatum studeant semper inpendere famulatum'.

(17). Ipsa autem[a] per ascensus sanctarum virtutum quasi bona abies in altum proficiebat; et quamvis toto conamine omnes in commune sanctos ad auxiliandum sibi satageret invocare, sepius tamen reliquias[b] sancti Iohannis Baptistae frequentabat, eo quod in baptismate visum adepta fuerit[c], unde etiam aecclesiam in honore ipsius aedificare cogitabat. Sed quia per[d] ipsius revelationem scire volebat, in quo loco aecclesiam[e] sibi construi praedestinaret[f], ante nocturnas horas[g] surgens, secretum quem sibi ad orandum elegerat locum petiit seque ibi[h] in orationem super unam pergrandem[i] petram[k] prostravit, quae usque hodie ob memoriam ipsius crucem ligneam gestat non modicam. Dumque[l] se ibi[m] in orationem largiter effudisset[n], sanctus Iohannes Baptista, magna claritate comitatus, dicitur
cf. Matth. 3, 4. apparuisse, taliter, sicut Salvatorem in Iordane baptizavit, circumamictus. Una autem sanctarum feminarum, cuius ministerium erat horam divini officii praevidere, surgens foras egressa est, ut, stellis contemplatis, sciret[o], si[p] iam tempus esset ad signum nocturnale pulsandum. Videns autem tantam[q] claritatem, scire[r] volens,

Capp. 16. 17. 1*a*. *b*. *c*. 2*a*. *b*. *c*¹. 3*a*.

Cap. 16. a) *ita* 1*b*. 2*a* *(pr. m.)*. *b**. b) *om.* 1*c*. 3*b*. c) vocavit 1*a* *(corr.)*. *c*. d) indica::rent, *ras.* ca 1*a*. e) aut 1*c*. f) la *pr. m. suppl.* 1*a*. g) ad eas 2*b*; eis *om.* 1*c*. h) *om.* 1*c*. 2*c*¹. i) proptiss. 2*b*. k) si nos r. v. 1*c*; nos r. v. si 1*b*; ne si r. v. 3*a*; nos *om.* 2*c*¹. l) elig. 1*a*. m) ist(e *m. al. in ras.*) 2*a*; ut sc. i. l. 2*c*¹; i. l. ut sc. 1*c*. 3*a*. n) :re *m. al. corr.* urę̄ 2*a*. o) almitate *pr. m.* 1*b*. p) canonica *pr. m.* 1*b*; canonio 3*a*. q) vitam 1*c*. 2*b*. r) baptismum 3*a*. s) *om.* 1*a*. t) tibi D. s. 1*a*. *b*. *c*. 3*b*; te D. oro 2*c*¹. u) h. famulam t. *pr. m.* 1*b*. 2*b** (*m. al. corr.* has famulas tuas); has famulas tuas, quibus 1*a*. v) voluisti 1*c*. 2*c*¹.

Cap. 17. a) vero 1*b*; igitur 2*c*¹. b) s. Ioh. B. rel. 2*b*. c) fuerat 2*c*¹. 3*a*. d) *superscr.* 2*b*: (per *om.*) i. revelatione 2*c*¹. e) s. ęccl. 1*c*. 3*a*. f) predistin. 2*a*. g) horans 2*b*, *corr.* h) ubi *pr. m.* 1*a*. i) pergrandam *pr. m.* 1*a*; grandem 1*b*. 2*c*¹. 3*a*. k) *m. al. in marg. ante* pergr. *suppl.* 2*a*. l) Cumque 1*c*; Dum ergo 2*c*¹. m) in or. ibi 2*a*; ibi in oratione 1*c*. 2*b*. n) fudisset 1*b*. 3*a*. o) videret 1*a*. p) *ita* 2*b*. *c*¹. 3*b**; si iam *in ras.* 2*a*; iam si 3*b*; si: (*ras.* c) iam t. e. 1*a*; si i. e. t. 1*b*; an t. e. 3*a*; quando t. e. 1*c*. q) tanta 1*b*; *om.* 1*a*. r) v. sc. 1*c*; scire: (*ras.* t) vellet 1*b*.

1) *'Id scribit auctor habita ratione sui temporis, quo virgines Hoemburgenses a monastico ad canonicarum statum deflexerant'. Mabillonius. Cf. supra p. 27.*

quid hoc[a] esset, pedetemptim propius accessit. Cumque propius accessisset, nimio splendore[b] perterrita, continuo ad[c] proprium repedavit officium nihilque ibi videre potuit nisi sanctam virginem, nimia claritate circumdatam; sanctum autem[d] Iohannem minime vidit. Tunc sanctus Iohannes electae Dei virgini et locum, ubi aecclesiam[e] construi vellet, et quantum spacium in latitudine et[f] longitudine habere deberet, patefecit. Finitis[g] autem nocturnis[h], extemplo[i] eam Dei ancillam, quae huic visioni intererat[k], ad se convocavit et[l] ei indixit, ut nulli[m] hanc ante suum obitum manifestaret visionem, et hoc quod ipsam[n] latebat[o] aperuit, dicens: 'Claritatem[p] quam vidisti[q] non propter me[r], sed propter sanctum Iohannem advenit[s], qui mecum loquendo praeceptum sibi aecclesiae construendae iniunxit[t]'. Facto[u] vero mane, ingenti gaudio repleta, mox divinum quod sibi ostensum erat facere opus inchoavit.

(18). In ipsa autem inchoatione[a] accidit miraculum, quod nequaquam arbitror silentio occultandum. Boves namque, qui plaustrum onustum petris ad fabricam aecclesiae trahebant, ab ipso cacumine montis, quod a summo usque deorsum spacio LXX[b] pedum vel amplius distabat, ceciderunt. Tunc homines cito per descensum illuc[c] currentes, ut saltim eos, si quid vitale in se haberent, gladio iugularent, quatenus eorum carnes[d] vesci liceret[1], suffragantibus[e] meritis sancti[f] Baptistae, inlesos plaustrumque onustum reppererunt, rursumque[g] eos per semitam angustam, quae vix equis pervia est, sursum[h] ascendere plaustrum trahendo ad praedictum opus fecerunt. Qua[i] perfecta, iuxta[k] eam dormitorium et ceteras officinas construi iussit, et[l] ibi ipsa cum paucis secretam vitam ducebat[m].

(19). Habebat etiam et[a] fratrem nomine Adalbertum[b. 2], qui habebat[c] tres filias, quarum una Eugenia, alia Atala[d. 3], tertia Gundlinda[e. 4] dicebatur. Quae,

Capp. 17—19. 1*a*. *b*. *c*. 2*a*. *b*. *c*¹. 3*a*.

Cap. 17. a) *om.* 1*c*. 3*a*. b) terrore 1*b*. 2*c*¹. c) approprium 2*a*. d) vero 1*c*; *om.* 1*a*. e) construi eccl. 2*b*. f) et long. *om.* 1*c*. g) Defin. 1*a*. h) horis *add.* 1*a*; vigiliis *add.* 3*a*; laudibus *ante* noct. *add.* 2*c*¹. i) ext: m(plo *pr. m. add.*) 1*a*. k) interfuerat (ad se *om.*) 1*a*. l) eique indixit 3*a*; et ei interdixit 1*b*. *c*; et evidenter dixit 1*a*. m) h. n. 1*a*; h. *om.* 2*c*¹. n) ipsi 1*a*; ipsum 2*b*. o) latitabat 1*a*. p) Claritas 2*a*. *c*¹. q) nemini dixeris *add.* 1*c*. r) facta est *add.* 1*c*. s) qui adv. 3*a*; adv. *om.* 1*c*. t) iniunsit 2*a*, *corr.* u) Facta (2*a*).

Cap. 18. a) inchoatiatione 1*a*. b) XX 1*c*; LXXX 2*b*. *b**. c) curr. illuc 2*b*; i. concurrentes 1*b*. d) *ita* 1*a*; carni: (*ras.* s?) *pr. m.* 1*b*; carnibus *rell.* e) autem *add.* 1*a*; itaque *add.* 2*c*¹. f) Iohannis *add.* 1*c*; Iohannis *pro* B. 3*a*; B. *om.* (2*c*¹). g) rursumque — fecerunt *om.* 2*c*¹. h) rursum 2*b*. i) Quo perfecto 1*c*; Aecclesia autem perf. 3*a*. k) i. eam *om.* 1*a*. l) in quibus ipsa 3*a*; et ipsa ibi 2*a*. *b** (*non* 2*b*); ipsa cum p. *om.* 1*c*. m) duxit 1*b*. 2*b*.

Cap. 19. a) *om.* 1*b*. *c*. b) Aldelbertum 2*a*; Adelbertum 2*b*; Albertum 1*c*. c) ha::bat, *ras.* be 2*a*. d) Athala 1*b*. *c*. 2*b**; Attala 1*f*. 2*c*¹. e) Gundelinda 3*b*; Gundelina 1*c*. 3*a*; Guuitlinda 1*a*; Gundebundis 3*d*.

1) *Cf. Deut.* 14, 21: Quidquid autem morticinum est, ne vescamini ex eo; *K. Böckenhoff, 'Speisesatzungen mosaischer Art in mittelalterlichen Kirchenrechtsquellen', Monasterii* 1907, *p.* 42. 62. 74 *sq.* 89 *sq.* 121, *cet.* 2) *Adalbertus dux donationem quandam monasterio Weissenburgensi (Zeuss, Traditiones Wizenburg. p.* 20; *Pardessus II, p.* 464*) aliamque mense Iunio a.* 722. *Hohenaugiae concessit (Pardessus II, p.* 337*) et paulo post vita functus est, id quod e charta pro eodem coenobio a Liutfrido et Ebrohardo filiis a.* 722. *vel* 723. *(Dec.* 11*) data efficitur (ib.). Cui 'Eugenia acsi indigna abbatissa' subscripsit, quam eandem fuisse volunt atque filiam Adalberti.* 3) *Haec Atala prima abbatissa coenobii S. Stephani Stratoburgensis fuisse fertur; cf. chartam spuriam Lotharii I. a.* 845. *attributam (Mühlbacher I², n.* 1120; *Wiegand, 'Urkundenbuch der Stadt Strassburg' I,* 1879, *p.* 19*). Adala abbatissa monasterio Hohenburgensi a.* 783. *praefuit; cf. supra p.* 24. 4) *Inferius monasterium Gundelindam patronam colebat; cf. supra p.* 45, *n.* 3.

audientes opinionem sanctae virginis, cogitaverunt et ipsae, Dei[a] caritate accensae[b], mundum relinquere et discipulatui amitae suae se mancipari[c], quatenus, exemplis[d] illius instructae, perfecte discerent omnes voluptates carnalium desideriorum in[e] se edomare et domino Iesu Christo dignam persolvere servitutem, ut simul cum cf. 1. Petr. 5, 4. illa[f] inmarcescibile[g] aeternae vitae praemium mererentur accipere. Illa autem, ut audivit earum desiderium, libenter eas suscepit et diligenter edocuit edoctasque Domini servitio mancipavit.

(20). Post haec contigit, ut quidam ex servitoribus eius monasterii ipsius occideret fratrem[a]. Tunc ipsa magnopere pro illius morte contristari coepit omnisque congregatio simul cum ea. Unde etiam Dominum rogabant, ut ipse eam[b] in eo qui eam[c] tam fortiter contristavit[d] vindicare dignaretur, melius esse dicentes, ut in praesenti dignam castigationem[e] quam in futuro perpetuam poenam subiret. Quarum preces, ut posteritas illius[f] probat, exaudiri meruerunt, quia nullus postea ex ipsius progenie humanam sortitus est vitam, qui non aliquid in[g] se debilitatis haberet[1].

(21). Evenit etiam quadam die, — sicut consuetudo in eodem monasterio erat, ut cottidie secundum ordinem viritim[a] ieiunarent et psalterium decantarent, — ut veniret dies ieiunii eius, dumque in oratione stando psalterium niteretur[b] explere, accessit ad eam una de ministralibus[c, 2] et dixit ad eam: 'Domina, nobilitatem vestram celare nequeo, quod, unde[d] consororibus nostris ex vino servire debuimus, defectus nobis[e] est, quia supra[f] mensuram hodiernam nihil habemus. Tuum est praevidere, quid ex hoc agere debeamus'. Illa autem inquit: 'Noli contristari, cf. Matth. c. 14. filia, sed habeto fiduciam, quia, qui ex quinque panibus et[g] duobus piscibus tot milia hominum[h] saturavit, potens est etiam ipsam[i] parvam quam servare dignatus est mensuram, si suae voluntati placuerit, multiplicare. Sed[k] vade et sollicita esto Luc. 12, 31. erga[l] ministerium[m] tibi commissum[n] et noli oblivisci, quod ipse ait: *Quaerite*[o] *primum regnum Dei et*[p] *iustitiam eius* et[q] reliqua'. Tunc ipsa, petita benedictione, ad suum remeavit officium. Tempore autem, quo consuetudo erat vinum sororibus[r] propinari, accessit ad vas vinarium, in quo parva[s] mensura remansit, quod secundum idioma Galliensium wogin[t] vocatur[3], plenoque invento[u], statim reversa nunciavit dominae suae, quod factum fuerat. Illa autem convocatis sororibus ait: cf. Dan. 13, 60. 'Gratias agite domino[v] Iesu Christo, qui non deseruit sperantes in[w] se et nobis mensuram vini sua[x] benignitate multiplicare dignatus est, ut debitam illi servi-

Capp. 19—21. 1*a*. *b*. *c*. 2*a*. *b*. c^1. 3*a*.

Cap. 19. a) c. D. 3*a*; D. amore 1*b*. 2c^1; D. *om.* 1*c*. b) succensae 2*b*. c^1. c) mancipare 1*c*. 2*b*. c^1. d) e. eius 1*b*; eius e. 2c^1. e) in se *om.* 1*b*. 3*a*. f) ipsa 3*a*. g) inmarsccescibilē *pr. m.* 1*a*. *i*.

Cap. 20. a) Adalbertum *add.* 1*i*. b) *om.* 1*a*. 2c^1. c) t. f. eam c. 3*a*; eam in tantum c. 2c^1. d) contristaverat 1*c*. 2c^1. e) gastigat. 2*b*. f) eius 2c^1; *om.* 1*c*. g) in se h. d. 1*c*; d. h. in se 3*a*.

Cap. 21. a) vicissim 1*b*; virium 3*a*. *b*; iurium 1*c*. b) conaretur 1*a*. c) ministrantibus 1*a*. d) (con *m. al. suppl.*)sororibus n. unde ex v. deservire deb. 1*b*; cons. n. ex v. u. s. d. 1*c*; ex vino *om.* 3*a*. e) est n. 1*b*. f) super 1*a*. *b*. *c*. g) ex *add.* 1*a* *(eras.)*. 2*a*. h) satur. h. 1*b*; saciavit h. 1*c*. i) *om.* 1*a*. k) Vade ergo 1*c*. 2c^1. l) circa 2*b*. m) tuum *add.* 1*c*. n) cummissum 1*a*. o) quae-(rite *m. al. in marg. suppl.*) 2*a*. p) et i. eius *om.* 1*a*. q) et cetera 1*c*; et haec omnia adicientur vobis *(Luc.* 12, 31*)* *pro* et r. 2c^1; et r. *om.* 2b^*. 3*b*. r) *om.* 1*a*. s) parva 1*a*. t) woginh 1*a*; wagin 1*b*. *f*; uuuiugin (3*a*); duogin 3*b*; foge 3*d*. u) in | to *pr. m.* 2*a*. v) nostro *add.* 2*b*. c^1. w) *om.* (1*a*). 2*a*. x) sui ben. 1*b*; sua ben. *post* dign. est 2*b*; sua ben. *om.* 1*a* *(versu ex.)*. 2c^1.

1) *Similia de percussoris Leudegarii progenie attulit Frulandus, SS. rer. Merov. V, p.* 278. 2) *I. e. cellararia; cf. e. gr. R. Benedicti c.* 31. 3) *Pfister deminutivum Gallicum 'bougin' attulit a 'bouge' repetitum, quo vocabulo eodem teste adhuc in Lotharingia dolia significantur.*

tutem sine murmuratione inpendere valeamus', ac deinceps eas ex[a] eodem vino laetabundas[b] pro Dei caritate fecit.

(22). Sancta ergo virgo per plurima exercitia carnem suam magis ac magis castigando[a] ac de virtute in[b] virtutem proficiendo cottidianos profectus sanctarum *cf. Ps. 83, 8.* virtutum in se congregavit. Sed cum iam Dominus sanctam[c] suam a tanto labore certaminis quiescere eique remunerationem, quam in praesenti cum magna agilitate adquisivit, reddere decrevisset[1], sciens iam[d] sibi solutionem sui corporis inminere, perrexit in aecclesiam sancti Iohannis Baptistae, illicque omnibus accersitis[e] sororibus, admonuit eas, ut semper[f] Dominum[g] diligerent[h] ac mandatis eius in omnibus oboedire[i] satagerent, obsecrans etiam earum sanctitatem, ut tam pro se quam etiam pro patre suo et ceteris eius propinquis Dominum sedulo interpellarent. Et[k] his expletis, iussit eas in[l] oratorium sanctae Mariae ire et ibi psalmodiam celebrare. Ipsa autem inibi[m] sola remansit. Illis[n] vero iussionem ipsius[o] inplentibus et psalmos cantantibus, sancta illa anima carne *Gregor. M. Dialog. IV, 14.* soluta est, tantaque flagrantia[p] miri[2] odoris illic aspersa est, acsi omnis[q] domus aromatibus plena[r] esset[3]. Dumque[s], conpleta oratione, reversae essent[t], spiritalem[u] matrem iam defunctam[v] invenientes[4], nimio merore contristari coeperunt, quod, tam sancta anima egrediente, minime interesse meruerunt, et quia earum dilectissima mater, antequam viaticum* acciperet, spiritum exhalaret supremum. Dumque[w] nimie[x] angustiarentur, unanimiter in oratione prostratae, lacrimis ex intimo affectu profusis, Dominum rogavere, ut sanctis qui animam deduxerant[y] angelis[z] imperaret, eam iterum[a] in corpus restitui. Mirumque[b] in modum, illis toto conamine orantibus animaque[c] repente in corpus recepta[5], sancta Dei famula resedit ac eas his allocuta est verbis: 'O dilectissimae matres[d] et sorores, quare mihi[e] talem inquietudinem irrogare voluistis, ut Dominum rogaretis, ut[f] animam pondere corruptionis[g] exutam hoc quod semel amiserat denuo revisere iuberet[h]. Ego enim, Dei[i] gratia annuente, contubernio Luciae virginis coniuncta, tanto gaudio perfruebar, quod nec lingua exprimere nec auris audire nec oculus intueri *cf. 1. Cor. 2, 9.*

*) id est corpus Cristi *add.* 3*d*.

Capp. 21. 22. 1*a*. *b*. *c*. 2*a*. *b*. c^1. 3*a*.

Cap. 21. a) laet. ex eodem v. 2*b*. b) p. D. amore l. fecit $2c^1$; pro D. c. *om.* 3*a*.

Cap. 22. a) castigabat et *pro* castigando — proficiendo 3*a*. b) ad 2*a*. *b*. c) dilectam $2c^1$; famulam 1*b*. d) iam sibi *om.* 1*c*; sibi *om.* 2*b*. e) s. a. 1*c*. $2c^1$. f) super omnia 1*c*. g) Deum 1*a*. h) diligere 1*a*. *b*. i) oboedirent atagerent *(?)* 2*a*, *corr.*; obedirent *pro* o. s. $2c^1$; obęd. obsecr. sat. (etiam earum s. *om.*), ut 1*b*. k) His ergo expl. 1*c*. $2c^1$. l) ire (*m. al. suppl.* 1*b*) in o. s. M. et 1*b*. *c*. m) ibi s. rem. 1*b*; inibi rem. s. 2*b*; s. inibi rem. 3*a*. n) Illi 1*a*. o) illius 1*a*; matris $2c^1$; *om.* 1*c*. p) fraglantia 1*c*. $2c^1$. q) omn(is domus *in ras.*) 2*a*. r) e. pl. $2c^1$. 3*a*. s) Cumque 1*b*. *c*; Dum ergo $2c^1$. t) esset 1*a*, *corr.* u) spiritulem *corr.* spiritualem 1*a*, *et ita* 2*b*. c^1. 3*a*. v) defunc(tam *in ras.*) 2*a*. w) Cumque 1*b*. *c*. x) nimium 1*c*. 3*b*; nimis $2c^1$. y) duxerant 1*b*. z) ut *add.* 1*a*. a) *om.* $2c^1$; it. *post l.* 23. repente *ponit* 1*b*. b) que *om.* 1*a*; Miroque immodo 2*a*. c) que *om.* 1*c*. $2c^1$. d) s. et m. 1*b*. ($2c^1$). 3*a*; m. et *versu ex. om.* 1*c*. e) t. m. 1*a*. f) quatenus 1*b*; *om.* 1*a*. $2c^1$. 3*a*. g) carnis 1*a*; *om.* 3*a*. h) iuberetur *fortasse recte* 1*a*. *b*. *c*. $2d^1$. 3*b*. i) D. a. gr. 1*b*; gr. D. a. 1*c*.

1) *Cf. Gregorii Dialog. IV,* 13: Cumque omnipotens Deus perennem iam mercedem reddere eius laboribus decrevisset; *ib. II,* 1: Cum vero iam Deus omnipotens et Romanum vellet a labore quiescere. 2) *Cf. ib. IV,* 16: fragrantia miri odoris (*cf. IV,* 15). 3) *Cf. ib. IV,* 27: acsi — — aromata ferbuissent. 4) *Cf. ib. IV,* 12: aegrum — — iam defunctum invenerunt. 5) *Cf. ib. I,* 12: repente — — animam recepit.

sufficit'. Illae autem econtra ferebant[a], se[b] hoc idcirco egisse, ne neglegentia notarentur, si ipsa expers dominici corporis obiret. Cumque calicem, in quo[c] dominicum corpus et sanguis habebatur, sibi afferri[d] iussisset, propriis manibus eum[e] accipiendo, sancta communione participata[f], omnibus cernentibus, animam[g] tradidit. Ipse autem calix in eodem monasterio ob memoriam illius venerabilis facti actenus[h] permanet[*, 1].

(23). Tunc sanctae Dei ancillae sacrum corpus cum magno honore sepulturae tradiderunt in ipsa[a] aecclesia in dextro[b] latere ante altare sancti[c] Iohannis Baptistae, flagrantia[d] miri odoris, quae prius ibi aspersa erat, usque in octavum diem inibi continuo[e] consistente. Ubi, superna praestante pietate, intervenientibus meritis sanctae Dei virginis[f], nonnulla miracula postea[g] facta memorantur. Nec mirum videri debet, si se[h] societati sanctae Luciae martyris Christi coniunctam[i] esse dicebat[2], quamvis ipsa per[k] martyrium vitam ab aliis inrogatum[l] non finierit, quia ex[m] hoc, quod carnem suam per tot aspera et ardua edomare, immo macerare studuit, conici[n] datur, nequaquam eam cervicem ferro renuisse[o] submittere, si ferocitas persecutoris non deesset[3]. Migravit autem sancta Odilia[p] et, ut ita dixerim, vitam Dec. 13. in melius mutavit Idus Decembris[4], regnante domino nostro Iesu Christo, cui est cum[q] Patre et Spiritu sancto laus, honor[r] et potestas per omnia secula seculorum. Amen[s].

*) Caelitus enim creditur illuc pervenisse *addit epitome, quae Legendae Aureae (ed. Graesse p. 877 [3]) postea subiuncta est.*

Capp. 22. 23. **1***a. b. c.* 2*a. b. c*[1]. 3*a.*

Cap. 22. a) ferebat 1*a, corr.* b) se idc. hoc 1*c.* 3*b*; iccirco 2*a, corr.* c) qua 1(*a*). *i.* 2*a.* d) offerri 1*b.* e) *om.* 2*b.* f) participipata 2*a, corr.*; parcipita *pr. m.* 1*b.* g) a. reddidit (r. a. 1*c*; caelo *add.* 2*c*[1]) 1*b. c.* 2*c*[1]. h) *ita* 1*b*; eatenus 1*a. c*; hactenus *rell.; cf. p.* 43, 19.

Cap. 23. a) ips(a *in ras. maiore*) 2*a*; ipso 1*a, corr.* b) dextero l. 2*a. b*; l. d. 2*c*[1]. c) *om.* 2*a. b.* d) fraglantia 1*a. c.* 2*c*[1]; autem *add.* 2*c*[1]. 3*a.* e) (cont. *om.*) consistenti (mansit 2*c*[1]) 2*c*[1]. 3*a.* f) *in ras.* 2*a*; genitricis *pro* v. (1*e*). 3*b* (*non* 3*b**). g) f. p. 2*b*; f. *pr. m. superscr.* 1*a.* h) se *om.* 2*b*, *post* coniunctam *m. al. add.* 2*a.* i) coniuncta 1*a. d.* k) vitam ab aliis per m. 2*b*; i. martirio v. 1*c.* l) irrogata 1*a*; irrigato 1*c.* m) in 2*b.* n) coniciatur, nequ. 2*b.* o) rennuisset subm. 1*b*; subm. rennuisse 2*b.* p) *m. al. corr.* Otilia 2*a.* 3*b**, *et ita* 1*i.* 2*b.* 3*b.* q) laus c. P. et Sp. s. 1*c*; c. P. et s. Sp. l. 3*a*; honor et gloria in *pro* cum — omnia 3*b.* r) laus et honor in secula 2*c*[1]; inmortalia *pro* omnia 1*a.* s) Explicit vita sanctae Odiliae virginis *subscr.* 1*a.*

1) *Calix temporibus belli tricennalis periisse fertur; cf. Pfister, 'Duché' p.* 59, *n.* 1. 2) *Supra p.* 49, 27. *S. Lucia eodem die quo Odilia colitur (Dec.* 13*).* 3) *Cf. V. Albini auct. Fortunato c.* 18, 49 *(ed. Krusch, Auct. ant. IV,* 2, 32*):* siquidem martyr effici cuperet, si non defuisset dextera percussoris. 4) *Cf. ad eundem diem Kalendarium psalterii Emmae reginae paulo post a.* 988. *defunctae (Mabillon, Annales II,* 58; *cf. Krusch, SS. rer. Merov. V,* 45*):* sanctae Odiliae virginis; *Kalendarium Tegernseense c. a.* 1009. *compositum (Analecta Bolland. XVII,* 10*):* Ottiliae virginis, *et fragmentum Basileense Kalendarii Fuldensis saec. XI (ed. P. v. Winterfeld, De Germanici codicibus, 'Festschrift Johannes Vahlen gewidmet',* 1900, *p.* 406*):* Eodem die sanctae Otiliae *(m. al. corr.* Othiliae*)* virginis. *Ex ipsa Vita pendet Martyrologium Hermanni Augiensis (Dümmler, 'Forschungen zur Deutsch. Gesch.' XXV,* 1885, *p.* 212*):* Eodem die natalis sanctae Otiliae virginis, quae ceca matris utero nata in baptismatis regeneratione tam mente quam corpore illuminata *(cf. V. Hildulfi ed. Belhomme l. l. p.* 60*:* eamque de sacro fonte mente et carne illuminatam; *V. Erhardi I,* 7, *supra p.* 14, 9*)* est celitus, patri principi terreno despecta, sed regi regum Domino singulariter electa.

PASSIO DESIDERII EPISCOPI ET REGINFRIDI DIACONI MARTYRUM ALSEGAUDIENSIUM.

Basilicam sancti Desiderii[1], *a quo Saint-Dizier vicus prope Dattenried vel Delle urbem in pago Alsegaudiensi*[2] *(hodie Germ. 'Elsgau', Gall. 'l'Ajoye') ad fines Helvetiorum in territorio Belfortiensi situs nomen accepit, Ebrochardus († 747), filius Adalberti ducis Alsacensis, inter a. 735. et 737. coenobio Murbacensi concessit*[3], *eamque inter loca tempore Liudfredi ducis, fratris Ebrochardi, monasterio donata Conradus I. rex a. 913. monachis confirmavit*[4]. *Ecclesia Murbacensibus permansit, episcopo Vesontino dioecesano tributum nullum solvens, sed 'ab omni iugo servitutis libera'. Cum autem 'sanctorum martyrum Desiderii et Regenfridi corpora' inde ad monasterium Murbacense translata essent*[5], *archipresbyteri Vesontini, usu circuitionis nisi, ecclesiam facere voluerunt 'tributariam, quam prius invenerant liberam', neque vero in ea re profecerunt. Nam Hugo I.*

1) *Cf. dissertationem meam 'Die Urkunden des Elsässischen Grafen Eberhard († 747) und die Vita Desiderii Alsegaudiensis' ('N. Arch.' XXVII, 1902, p. 368—399).* 2) *Nummis aevi Merovingici inscriptum est:* Alsegaudia vico *(M. Prou, 'Les monnaies mérovingiennes de la Bibliothèque Nationale', 1892, p. 274, n. 1258/9). De pago cf. P. E. Martin, 'Études critiques sur la Suisse à l'époque mérovingienne', Genavae et Parisiis 1910, p. 439 sqq.* 3) *Pardessus II, p. 356; Trouillat, 'Monuments de l'ancien évêché de Bale' I, 71; 'N. Arch.' XXVII, 379:* Datira cum basilica, ubi sanctus Desiderius in corpore requiescit vel quod ad ipsam ecclesiam adspicere videtur. *Charta, in chartulario saec. XV. servata, anno octavo Theuderici (IV.) regis (728/29) data esse traditur; quam et genuinam et a. 735/37. attribuendam esse demonstravi l. l. p. 373 sqq. Saeculo XI. de origine ecclesiae non iam satis instructi erant, ita ut Hugo archiepiscopus Vesontinus in charta a. 1041. talia narraverit (cf. infra):* ecclesia olim fuit regalis abbatia, sed ab antiquis regibus sancto Leodegario Murbacensi per praeceptum tradita. 4) *Mühlbacher, Reg. I², n. 2087; Sickel, MG. Dipl. I, p. 16. 'Epistola de tapeciis antiquis in monasterio Morbacensi' a. 1464. a Sigismundo Meisterlin conscripta (cf. P. Joachimsohn, 'Die humanist. Geschichtschreibung in Deutschland' I, 1895, p. 103 sq.) docet, Murbacenses, cum saeculo XII. vellent 'intexta pannis eos proponere, qui loco benefecerant', etiam Conradum I. depinxisse Nandberto abbati dicentem:* Basilicam sancti Desiderii — — regali auctoritate tibi roboramus *(Kraus, 'Christl. Inschriften der Rheinlande' II, 1894, p. 5, n. 9).* 5) *Kalendario monasterii Murbacensis, quod Breviario monachorum praefixum est, codici scilicet bibliothecae urbis Colmariensis n. 421, saec. XIII/XIV., haec illata sunt (fol. 4') 8. Kal. Nov.:* Translacio sancti Desiderii et Regimfridi, *quae iisdem verbis iterata (at* Regenfridi*) in altero Murbacensium Kalendario, scilicet in codice Einsidlensi n. 759, saec. XV, fol. (7') redeunt.*

archiepiscopus Vesontinus (1031—66), cum, Eberhardo abbate Murbacensi petente, ecclesiam sancti Desiderii restauratam consecrasset, a. 1041. in synodo provinciali Vesontione habita 'pristinam libertatem ecclesiae' confirmavit atque statuit, ut, si altaria ecclesiae proprio pastore orbata essent, rectores Murbacenses idoneum hominem eligerent, cui ab archiepiscopo cura animarum absque mercede tribuenda esset[1]. Cum igitur in charta Hugonis aliquantulo accuratius de basilica sancti Desiderii agatur, alias hic illic solum nomen loci invenitur[2], neque alii casus eius fuerunt atque Datirensium, quibuscum ecclesia ad Murbacenses pervenerat, cumque saeculo XIII. rationes cum coenobio intercedentes magis magisque evanescerent, locus, postquam complurium possessorum fuit[3], tandem cum regione Datirensi ad comites Habsburgenses, advocatos monasterii Murbacensis, concessus est[4]. Cum Albertus I. rex a. 1303. possessiones iuraque in urbario famosissimo describenda curaret, vicus Sancti Desiderii ('das torf ze Sant Sthoergen') cum ecclesia ad officium Dattenried pertinebat[5] sicque per complura saecula in dicione Habsburgensi permansit[6].

Cum igitur casus ecclesiae locique satis comperti sint, de sancto ipso, a quo locus nomen repetit, vix quicquam pro certo haberi potest, nisi quod ante a. 737. illic sepultus erat: emortualem diem 17. Septembris celebrarerunt[7]. Vita quae extat Desiderii[8] conscripta est, antequam corpus sancti aliquanto ante a. 1041. ad coenobium Murbacense translatum est[9], neque vero opusculum nimis exile ante saeculum nonum compositum esse iudicandum est, atque ipse auctor se ab aevo Desiderii haud exiguo tempore remotum fuisse ostendit, affirmans se vidisse arborem e virgula sancti ortam 'diu durantem quasi annis octoginta vel eo amplius[10]', quamquam inde fortasse veri simile fit, eum non post saeculum nonum scripsisse, ne spatium intercedens nimis extendatur. Aevum accuratius indagare non habeo, neque sermo a barbarie Merovingica omnino alienus ad rem diiudicandam facit.

Biographo igitur teste, Desiderius e Rhodonis civitate[11] oriundus erat atque, dignitatem

1) Grandidier, 'Histoire d'Alsace' I, 1787, p. CCXLIII; Trouillat I, 172; Viellard, 'Documents de Belfort' (v. infra p. 55) p. 102. 2) Trouillat I, 316. 525 sq.; Viellard p. 262. 418. 3) Trouillat I, 567. III, 673; Viellard p. 447. 4) Cf. A. Schulte, 'Geschichte der Habsburger in den ersten drei Jahrhunderten', 1887, p. 88 sqq.; R. Maag, 'Das Habsburgische Urbar' I ('Quellen zur Schweizer Geschichte' XIV), 1894, p. 32, n. 1. 5) Maag p. 37 sqq. 56. 6) Cf. Maag II, 1 (l. l. vol. XV, 1), 1899, p. 456 (a. 1361). Leopoldus III. dux Austriae a. 1374. Henrico abbati Lutrensi 'ius patronatus ecclesiae sancti Desiderii' concessit: cuius rei chartam edidit I. Faivre, 'Vie de Saint Dizier', Belfortii 1881, p. 70, commemoravit Mabillon, Acta V, p. 279. 7) Diem 17. Septembris confirmant Martyrologium Murbacense (Martène et Durand, Thesaurus novus anecdotorum III, 1569): Desiderii martyris; codex Martyrologii Flori Epternacensis (Paris. n. 10158), saec. XII (H. Quentin, 'Les martyrologes historiques', 1908, p. 235): Eodem die sanctorum martyrum Desiderii et Reginfredi; Kalendaria Murbacensia et codicis Colmariensis n. 421, saec. XIII/XIV, fol. 4: Desiderii et Regemfridi, et codicis Einsidlensis n. 759, saec. XV, fol. (7): Desiderii et Regenfridi martyrum; V. Desiderii c. 10, cum alibi dies 18. eiusdem mensis commemoretur. Cf. AA. SS. Sept. V, 788; Grandidier, 'Oeuvres historiques inédites' V, 1867, p. 342. 8) Cf. 'N. Arch.' XXVII, 389 sqq. 9) A. de Barthélemy, 'Tombeau de saint Dizier' (Didron, 'Annales archéologiques' XVIII, 1858, p. 56) coniecit, translationem factam esse, cum Ungarii Alsatiam saeculo X. ineunte vastarent. 10) V. Desiderii c. 7. 11) Ib. c. 1: Rhodonis civitatis indigena, ad civitatem Rhodonensem. De Redonica urbe (hodie Rennes) neque de Rutenensi (Rodez) agi videtur; cf. diplomata Chlotharii III (MG. Dipl. Merov. p. 33. 34) de pago Rodonico, Rodonucinse, et Caroli M. (MG. Dipl. Karol. I, n. 205): in pago Rodonico. Tamen nomen in codicibus Vitae vario

episcopalem nactus[1], cum comitibus et aliis et Reginfrido diacono iter Romanum suscepit. Pluribus comitibus morbo consumptis, rediens in fines Alamannorum pervenit 'ad locum, cuius vocabulum est Mortunaugia, ubi dux praeerat nomine Willicharius', ibique coram duce episcopum quendam haereticum miraculo refutavit. A Willichario muneribus ornatus, 'abiit per viam, quae ducit ad desertum Vosagi in regionem Burgundionum', atque in loco postea ipsius nomine vocato ad oratorium sancti Martini moratus est. Ad Crucem locum vicinum cum Reginfrido a latronibus occisus est, cum Willibertus servus et ipse trucidatus miro modo iussu episcopi morituri evaderet. In oratorio illo sepulti sunt; ubi Rabiacus (aut Raurachus) dux regionis loculum faciendum curavit et tabulam argenteam nomen ipsius exhibentem in tumulo collocavit. 'Passi sunt autem sancti martyres Desiderius et Reginfridus XV. Kalendarum Octobris tempore Childerici regis'.

Auctor 'annis octoginta vel eo amplius' posterior sanctum tam notum habebat, ut vel ultima verba Desiderii absque vivis testibus relicti memoriae tradere potuerit; unde iam Stiltingus monuit, auctorem videri 'plusculum coniecturis indulsisse et plura scripsisse, quam ipse satis noverat'. Temporum autem notae ab eo allatae minime inter se quadrant. Childericus enim ille rex, qui alius esse non potest nisi secundus (662—675), cum Willichario duce non congruit, apud quem episcopus paulo ante mortem in Mortunaugia commoratus esse dicitur[2]; qui annis tantum 709—712. commemoratur, quibus Pippinus dux, Godofredo duce Alamannorum a. 708. aut 709. vita defuncto, 'in Suavos contra Vilarium' quater exercitum aut ipse duxit aut per alios misit[3]. Unde sive Willicharium alterum aetate Childerici II. extitisse conieceris sive nomen Childerici errore librarii pro Childeberto III (694/5—711) vel Chilperico II (715—721) irrepsisse statueris, nihil nisi mera coniectura est, qua fides auctoris minime confirmari potest. Qui sane se vera tradidisse affirmavit (c. 10), id quod etiam falsarii non semel asseruerunt, et fidem testimoniis inanibus approbare conatus est, reliquias scilicet afferens, e quibus de cultu sancti neque vero de vita eius quicquam intellegitur. Neque auctoritas opusculi augetur, ratione considerata, qua vita Desiderii ante peregrinationem susceptam transacta in capite primo referatur; quod totum fere e V. Albini a Fortunato composita[4] et V. Sulpicii episcopi Biturigi[5] et Actis Sebastiani[6] ad verbum exscriptum est. Etsi igitur fortasse granum paleae inesse non denegaverim, tamen pauca quae auctor satis verbose narravit omnino pro dubiis habenda sunt, neque Stiltingus 'indubitatam fidem' ei adhibuit[7]. Res fama acceptas[8] easque plus minus incertas litteris mandasse atque magis exornasse videtur, ad iter spectantes, quo episcopus in pagum Alsegaudiensem venisse

modo traditum est, ita ut de Rennes agi, quamquam veri similius videtur, non pro certo habuerim; cf. lectiones varias c. 1. 1) Sedis mentio non fit, atque omnino incertum est, an sanctus idem fuerit atque Desiderius episcopus, qui a. 688/89. privilegio Fontanellensi consensisse fertur (V. Ansberti c. 18, SS. R. Merov. V, 632). Cf. Duchesne, 'Fastes épiscopaux de l'ancienne Gaule' II, 341, n. 8. 2) Chr. Fr. Stälin, 'Wirtembergische Geschichte' I, 1841, p. 179, et F. Dahn, 'Die Könige der Germanen' IX, 1, p. 703, et P. E. Martin l. l. p. 415 sq. coniecerunt, Willicharium ducem non toti Alamanniae praefuisse, sed uni Mortunaugiae pago; quae tamen opinio ratione idonea caret. 3) Cf. ea quae ad c. 3. adnotavi. 4) Ed. Krusch, Auct. ant. IV, 2, p. 29. 5) SS. R. Merov. IV, 372. Auctor recensionem B Vitae Sulpicii adhibuit. 6) AA. SS. Ian. II, 265. Cum Sulpicius die 17. Ianuarii, Sebastianus die 20. eiusdem mensis, Albinus Kalendis Martiis colerentur, auctor legendario usus videtur esse, quod sanctos prima parte anni celebratos complectebatur. 7) Etiam J. Zettinger, 'Die Berichte über Rompilger aus dem Frankenreiche' ('Römische Quartalschrift, Supplementheft' XI), 1900, p. 49, de fide auctoris dubitavit. 8) Cf. c. 8: Fertur autem a multis, c. 9: ut refertur; cf. 'N. Arch.' XXVII, 393.

ferebatur, cumque de vita anteriore Desiderii ne fama quidem quicquam compertum haberet, more haud raro alios sanctos expilarit, locos communes mutuatus, quae ad quemlibet sanctum facile pertinere videbantur.

1) Codex, cuius exemplar Chiffletius *Bollandianis transmisit (cf. infra l. 34), iam latet; sed lectiones eius aliquatenus ex editione Stiltingi constant, qui hunc librum potius secutus est quam 2, ita ut lectiones eius a 2 discrepantes ad 1 referre liceat.*

2) Codex Monasteriensis *n. 23 (Catal. n. 214, vol. IV), olim volumen VIII. legendarii magni coenobii Bodecensis, auctore Arnoldo de Holte priore a Conrado de Hersfeldia presbytero et Antonio de Lippia diacono paulo post saeculum XV. medium exaratum*[1], *inter Vitas sanctorum mensis Septembris fol. 106′—108′. Vitam Desiderii integram iam solus continet*[2], *sed textum exhibet passim nimis immutatum et retractatum, id quod in legendario illo saepius contigit.*

3a) Codex Colmariensis *bibliothecae urbanae n. 421, saec. XIII, breviarium monasterii Murbacensis continet, cui fol. 269—273. Vitae Desiderii capita 1—7 (ad verba p. 61, 1* spolia eius diriperent*) insunt, in lectiones complures discerpta, quae et die illi dedicato et per septimanam subsequentem legendae erant. Officio sancti fol. 268′. verba* Desiderii et Reginfridi *praescripta sunt, ibidemque in margine inferiore manu alia adnotatum est:* Require hystoriam in fine libri per totum, *quae tamen iam abest, parte codicis extrema deperdita. Cum hoc libro alterum breviarium Murbacense quam maxime convenit, nisi fallor, e 3a descriptum, scilicet*

3a) codex* Colmariensis *n. 430, saec. XIII XIV, fol. 416′—419′.*

3b) Codex Einsidlensis *n. 759, saec. XV, item breviarium Murbacense continet*[3], *cui fol. 286—288′. capita 1—4. Vitae Desiderii insunt in lectiones divisa atque seiuncta, antiphonis, responsoriis, orationibus intercedentibus et nonnullis aut omissis aut in brevius coactis, ita ut officium sancti iam spatium minus occuparet atque aevo codicum 3a. a*.*

Liber Murbacensis, *cui item* Historia sanctorum Desiderii et Regenfridi *inerat testibus Calmeto*[4] *et Grandidiero (v. infra l. 40), fortasse idem erat atque textus in libro nostro 3a fol. 268′. laudatus (v. supra l. 18).*

Codices ipse contuli. Rationem scribendi recentiorem -e *pro* -ae *(declin. 1) et* -ci- *pro* -ti- *ex iis non admisi neque exemplaris 3a* rationem habui nisi perraro.*

Iohannes Stiltingus, *Acta sanctorum Septembris V, Antverpiae 1755, p. 789—791, Vitam Desiderii edidit, duobus apographis usus (cf. p. 788), et libri 1, cuius exemplar praedecessoribus eius Chiffletius olim concesserat, 'non notato codice, ex quo illud exscripsit', et libri Bodecensis (nobis 2), cuius exemplar Iohannes Gamansius Bollando a. 1641. miserat, iisque ita usus est, ut praecipue textum Chiffletianum publici iuris 'faceret, sed 'menda clara et aperta' ex altero corrigeret.*

Grandidier, *'Histoire ecclésiastique, militaire, civile et littéraire de la province d'Alsace' II, Stratoburgi 1787, inter probationes p. LXXXVIII—XC. particulas Vitae publici iuris fecit, ut asserit, 'ex duplici membranaceo abbatiae Murbacensis et Bodecensis monasterii manuscripto'; sed vereor, ne auctor suspectae fidei*[5] *ipsum librum Bodecensem*

1) *Cf. H. Moretus, Analecta Bolland. XXVII, 1908, p. 257 sqq.* 2) *Ib. p. 325.* 3) *Fol. 70′. et 317. nota* W. W. 87. *legitur.* 4) *Montfaucon, Bibliotheca bibliothecarum manuscriptorum II, 1739, p. 1177.* 5) *Cf. H. Bloch, 'Die Urkundenfälschungen Grandidiers' ('Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins, Neue Folge' XII, 1897, p. 459—511. XIII, 1898, p. 543—546); 'Die Elsässischen Annalen der Stauferzeit' ('Regesten der Bischöfe von Strassburg' I, 1, 1908, p. 5 sqq.).*

minime viderit, omnino fere cum Stiltingo conveniens. Lectiones eius peculiares et paucas et exigui momenti, quas ad codicem Murbacensem deperditum fortasse referre licet, textui subiunxi, signatas G.

J. Trouillat, 'Monuments de l'histoire de l'ancien évêché de Bale, Porrentruy' 1852, *I, p.* 56 — 60, *capita* 5—10. *editionis Stiltingianae iteravit, quam integram recudendam curavit*

Leo Viellard, 'Documents et mémoire pour servir à l'histoire du territoire de Belfort', Vesontione 1884, *p.* 48 — 55.

E Vita Desiderii hymnus[1] *pendet infra post eandem editus atque traditus in iisdem codicibus atque Vita, excepto Bodecensi, scilicet in:*

1*) Chiffletiano qui iam latet;*

3*a) Colmariensi n.* 421, *fol.* 101*;*

3*a*) Colmariensi n.* 430, *fol.* 87—87'*;*

3*b) Einsidlensi n.* 759, *fol.* 66'—67.

Eum ediderunt Stiltingus l. l. p. 791. *ex* 1, *Gallus Morel, 'Lateinische Hymnen des Mittelalters', Einsiedeln* 1868, *p.* 220—221, *e* 3*b; Viellard l. l. p.* 55—56. *et I. Faivre, 'Vie de Saint Dizier', Belfortii* 1881, *p.* 37—38, *textum Stiltingi iterarunt.*

W. Levison.

PASSIO[a] SANCTORUM DESIDERII EPISCOPI ET REGINFRIDI DIACONI, QUAE COLITUR XV^TO KALENDAS OCTOBRIS.

(1). Igitur[b] beatissimus[c] Desiderius, Rhodonis[d, 2] civitatis indigena, non exiguis parentibus oriundus[e], immo digni[f] germinis dignissima proles emergens, decus, quod sumpsit ex genere, felicis vitae meritis ampliavit, dum[g] in illo et quod glorificaret Christus elegit et quod universus veneretur[h] mundus effulsit. Qui[i] inter ipsa[k] novellae iuventutis exordia tanto fidei ardore flagravit[l], ut parentes, ad quorum desiderium solet infantia festinanter decurrere[m], pro caritate Christi magis[n] iste voluntarie reliquisset[o], et velut hostes animae carnales affectus[p] effugit[q], credens[r], sibi sufficere posse, si omnem dilectionem[s] in[t] solo patre celesti plantaret[u]. Mox[v] itaque convolavit ad civitatem[w] Rhodonensem, ibique sacris litteris imbutus ac[x] eruditus, omnes[y] disciplinae artes usque[z] ad summam perduxit perfectionem, et[a] quidquid in sanctis[b] voluminibus legebat[c], satagebat in opera converti, unde et famosissimus didascalus[d] nominatus est in partibus[e] illis. Cumque[f] iam Dominus suo voto et bono proposito satisfacere[g] dignaretur, decisa cesarie et succedentibus gradibus ecclesiasticisque digni-

V. Albini auct. Fortunato c. 5.

V. Sulpicii c. 1.

Cap. 1. (1): 2. 3*a. b.*

Cap. 1. a) *ita* 2; L(ectio) I (prima 3*b*) *praescr.* 3*a. b; capita ad Stiltingum distinximus; partim minus apte et absque numeris ea distinxit* 2. b) *ita* 3*a. b; om.* 2. c) Beatus 2. d) *ita* 1; Rodomis 3*a. b*; Hyrodomis 2; *cf. infra l.* 30. e) ortus *G.* f) dignis 3*a. b.* g) cum 3*a*; dum — effulsit *om.* 3*b.* h) *ita* 3*a cum Fortunato;* veneraretur 2. i) L(ectio) II. *incipit* 3*a. b.* k) ipse 2, *corr.* l) fraglavit 3*b.* m) *ita* 1; occurrere 2. 3*a. b*; recurrere *Fort.* n) magis iste *om.* 2. o) relinqueret 2. p) effectus 3*b.* q) *ita* 1. 3*a. b*; effugiens 2; effugisset *Fort.* r) credens s. s. posse si *om.* 2; credens — plantaret *om.* 3*b.* s) delectationem 1 *cum textu Suriano Fortunati.* t) in solo *superscr.* 3*a.* u) plantare *pr. m.* 3*a.* v) L(ectio) III. *inc.* 3*a. b.* w) Rhodon. civ. 1; civ. Rodon. 3*a. b*; civ. Hyrodomensem 2. x) et (1); ac erud. *om.* 2. y) omnis (1). z) *om.* (1). a) et *om.* (1); et — partibus illis *om.* 3*b.* b) sacris (1). c) *ita* 1; legerat 3*a*; legeret 2. d) didascolus 3*a.* e) regionibus 1. f) Lectio IIII. *inc.* 3*b.* g) satisfaceret, decisa (1).

1) *Chevalier, 'Repertorium hymnologicum' I, n.* 4588. 2) *Hodie fortasse Rennes; cf. supra p.* 52, *n.* 11.

V. Sulpicii c. 1. tatibus[a], electione populi et[b] clericorum conniventia[c] episcopatus dignitatem ascendit. In[d] quo officio[e] nichil aliud magis insistebat[f] preter sanctum et divinum ministerium quam[g] curam pauperum, orphanorum, viduarum[h], captivorum atque[i] omnium indi- V. Albini c. 6. gentium[k]. Quis[l] enim valet enumerare, quam[m] fuerit[n] in ieiuniorum parcitate precipuus, in vigiliarum delectatione[o] propensus[p], in orationum[q] assiduitate laudabilis, in miserationis opere singularis, ut[r] et hostem, qui sibi repugnabat, extingueret et, unde[s] Acta Sebastiani c. 1. se solum affligeret[t], cunctis[u] spes maxima subveniret[v]? Erat[w] enim[x] verus Dei cultor, et necesse erat, ut[y], quem Deus perfuderat gratia, ab omnibus amaretur.

(2). Cum vero[a] haec omnia diu secum diligentissime impleret[b] et curam maximam erga oviculas Christi[c] strennue ac[d] vigilanter custodiret[e], et[f] eas Dominus bonis omnibus eruditos[g] atque locupletes prospiceret, voluit[h] etiam Dominus[i] doctorem finibus extraneis eum constituere, qui[k] in suis pervigil semper existeret. Unde[l] sumpsit[m] ille consilium bonum, scilicet ut visitaret[n] limina apostolorum et reliqua oracula sanctorum, et[o] ubicumque pergeret, euangelium Christi die noctuque[p] predicaret nec[q] umquam vacaret a colloquiis divinis et orationibus, sicut illis temporibus magna necessitas ex[r] parte christianis populis[s] imminebat, pullulantibus hereticis atque[t] scismaticis. Tunc[u], collectis suis comitibus, qui semet[v] voluntario ac promptissimo animo sequi decreverant[w], ducens[x] etiam secum socium, videlicet[y] Reginfridum[z] diaconum[a] suum et filium[b] in baptismo, factaque[c] turba non modica[d], pergere cepit, ubi pauper Christi potuit. Deinde[e], succedente tempore et spatio[f] dierum, multa[g] templa beatorum martyrum ac confessorum perlustrans, coacervavit sibi reliquias et[h] exempla illorum ob auxilium divinum et celeste[i] thesaurum. Tandem[k] pervenit ad locum multo iam tempore desideratum, Romam scilicet, ubi caput ecclesiae[l] est et[m] super quam edificata sunt fundamenta apostolorum; ibique se in[n] oratione cum suis diutissime prosternens, petiit sibi dari[o] a Domino cf. 1. Petr. 5, 4. inmarcessibile[p] regnum et coronam eternam cum reliquis sanctis, ad quorum om-

Capp. 1. 2. (1). 2. 3*a*. *b*.

Cap. 1. a) tocius *add.* 2. b) *ita V. Sulpicii*; p. necnon et cler. 2; p. clericorumque (1); p. clericorumve 3*a*. *b*. c) *ita* 2; convenient(e)ia 1. 3*a*. *b*; conibentia *V. Sulp.* d) L(ectio) IIII (V. 3*b*) *inc.* 3*a*. *b*. e) officio — sanctum et *om.* (1); *cf. n.* k. f) magis, excepto divino ministerio, studebat agere quam indigencie pauperum 2. g) et (1). h) et *add.* (1). i) necessaria queque ministrare *pro* atque o. ind. 2. k) insistebat *add.* 1. l) Lectio VI. *inc.* 3*b*. m) quantus 3*b*. n) fuerat 2. o) *ita* 2. 3*a*'. *b cum Fort.*; dilectacione 3*a*; dilatatione (1). p) perpensus 3*b*. q) *ita* (1). 2. 3*a*; orationis 3*b cum Fort.* r) et ut 3*b*. s) aliis *pro* unde — maxima 3*b*. t) inde *add.* (1). u) *ita* 3*a*; spes cunctis (1); multis spes 2. v) subvenerit 3*a*. w) L(ectio) V (VII. 3*b*) *inc.* 3*a*. *b*. x) siquidem 2. y) *om.* (1).

Cap. 2. a) ergo 2. b) exerceret (1). c) *om.* 3*b*. d) ac vig. *om.* 3*b*. e) haberet 2. f) *ita* 1; et eas — prospiceret *om.* 2. 3*b*; eas Dominus *om.* 3*a*, *ubi* perspiceret. g) eruditus 3*a*, *corr.* h) Lectio VIII. *inc.* 3*b*. i) *om.* (1). k) *ita* 2 (*ubi* extitisset). 3*a*; qui semper perv. in suis existebat (1); *haec om.* 3*b*. l) L. VI. *inc.* 3*a*. m) beatus *add.* 2; ille *om.* 3*b*. n) ap. l. vis. (1). o) *ita* 2. 3*b*; ut 3*a*; *om.* (1). p) nocteque (1). q) nec — *l.* 17. scismaticis. Tunc *om.* 3*b*. r) ex p. *om.* (1). s) imm. pop. 2. t) et (1). u) VII. *lectio inc.* 3*a*; Lectiones per oct(avam) et in oct(ava) de legenda sequenti *praescr. et post* Tunc *add.* itaque 3*b*; Tunc assumpto diacono suo Reginfrido, quem susceperat de baptismo, et aliis non paucis, qui semet 2. v) eum (1). w) decreverat 3*a*. x) ducens — modica *om.* 2 (*cf. n.* u). y) suum *pro* vid. (1). z) Regenfr. *semper G et* 3*b*; Regnifr. *semper* (1). a) dyaconem 3*a*. b) *m. al. corr.* filiolum 3*a**. c) est *add.* 3*a*. *b* (*om.* que). d) et *add.* 3*a*. *b*. e) Deinde — dierum *om.* 2. f) spatia 3*b*. g) perl. multa t. b. mart. ac conf. et coacervans 2; sanctorum *pro* b. mart. ac conf. 3*b*. h) et ex. *om.* 2. i) *ita* 3*a*. *b*; c(a)elestem (1). 2. k) L. VIII. *inc.* 3*a*. l) ecclesiarum 1; Christi *superscr.* 3*a*, *habet* 3*a**, *ante* eccl. *add.* 3*b*; Christus deus *add.* 2. m) et — apostolorum *om.* 3*b*. n) cum suis in or. 2. o) *om.* 2. p) *ita* 3*a*. *b*; inmarcessibilem regni cor. (eternam *om.*) (1); simul et beato Petro *pro* inmarc. — credens sibi 2.

nium fidem catholicam cucurrit, credens sibi relaxari pondera delictorum[a] priorum[b]. Cumque[c] cuncta[d] oracula[1] circuiret, omnium sanctorum patrociniis secum assumptis ac[e] bonis exemplis illic repertis, rediit via qua venerat ac[f] in semet ipso tractavit et revolvit[g] omnia, quae audierat et viderat, magnasque laudes suo[h] retulit creatori, eo[i] quod mirabilis factus[k] est in[l] sanctis et gloriosus in omnibus operibus suis. cf. Ps. 67, 36.

(3)[a]. Factum[b] est autem, postquam haec omnia vir[c] Dei[d] adimplesset[e] et[f] videret solem ardentius uri[g], quam dudum, illuc ipso tendente, fecisset, timens, quod[h] etiam accidit, non propter se, sed propter eos qui secuti fuerant illum, decrevit cum suis, ut citius fines illos pertransiret[i] et ad sedem propriam deveniret[k] ac desertas oves visitaret. Sed[l] mens refugit humana, quod Domini nutu institutum est. Accidit namque[m], ut omnes[n] infirmarentur preter ipsum solum et duos fratres, qua[o] etiam infirmitate multi mortui sunt. Ille[p] autem corpora illorum[q] sepelivit, et largas elemosinas praebens[r] simul cum precibus, luxit eos diebus[s] multis. Completo[t] vero luctu et consolatione recepta, iter anxium peregit propter[u] eos. Venit[v] in fines[w] Alamannorum ad[x] locum, cuius vocabulum est Mortunaugia[y. 2], ubi dux preerat nomine[z] Willicharius[3]. Audivit[a] quendam episcopum non secundum catholicam[b] fidem docentem; quem[c] coram omnibus arguens, dicebat[d] illi: ‘O bone pastor, quis te docuit aliunde ingredi in ovile Christi quam per ostium[e]? cf. Ioh. 10, 1.

Capp. 2. 3. (1). 2. 3*a*. *b*.

Cap. 2. a) peccatorum 1. b) *om.* 2. c) *lectiones ‘infra octavam’ incipiunt atque praescr.* Infra octavam per omnia, sicut scriptum est infra octavam sanctorum Preiecti (Proiecti 3*a**) et Amarini, cum responsoriis et antiphonis. L. I. 3*a*. *a**. d) iam or. circuieret 3*b*; circuisset cuncta eiusdem civitatis or., acceptis inde plurimorum sanctorum reliquiis (ac b. ex. i. rep. *om.*) 2. e) sic 3*a*, *corr.* f) (ac *om.*) retractans in s. ipso (et rev. *om.*) 2; (tractavit — viderat *om.*) magnas l. 3*b*. g) devolvit 3*a*. h) reddidit suo cr. 2. i) eo — op. suis *om.* 3*b*. k) sit *pro* f. est 2. l) suis *add.* 3*a*, *post* sanctis *add.* 2 *cum Vulg.*

Cap. 3. a) L. II. *inc.* 3*a*. b) (F. est *om.*) Postquam autem 2. c) vir Dei *om.* 3*b*. d) devotus *add.* 2. e) adimplevit 2; complevisset 3*b*. f) et vid. — *l.* 12. institutum est *om.* 2. g) *ita* 3*a*. *b*; urere (1). h) etiam quod (1). i) transiret (1). k) perveniret et des. 3*b*. l) L. III. *inc.* 3*a*. m) *om.* 2. n) antequam fines Italie redeundo transisset, ex nimio estu solis omnes itineris sui comites preter duos tantum fratres graviter infirmari *(sic)* plurimosque eorum, fatis (satis *cod.*) urgentibus (*cf. Taciti German. c.* 33: urguentibus imperii fatis), ad extrema perduci. Quorum ille corpora studiose sepelivit, et largas pro illorum absolucione dans elemosinas, multis diebus gravem pro illis luctum habuit. *(Sequitur signum capituli incipientis)* Postremo consolacione recepta, cum residuis iter anxium aggressus *pro* omnes — *l.* 16. propter eos 2. o) et ea inf. 3*b*. p) Ille — diebus multis *om.* 3*b*. q) eorum 3*a*. r) dans 3*a*. s) dies multos 3*a*. t) Feria III. L. I. *praescr.* 3*a*. *a**: Completisque diebus luctus 3*b*. u) pr. eos *om.* 3*b*. v) *ita* (1). 2; venitque 3*a*; veniensque 3*b*. w) finem regionis Al. 2. x) *ita* (1); ad loc. *om.* 2. 3*a*. *b*; *cf. p.* 59, 9. ad montem *etc.* y) *ita* 3*a*. *b*; Mortenaugia 2; ‘Morvaugia *legit in ms.* (1) *Chiffletius vel, ut in margine notavit,* Norvaugia’; Mortnaugia *G.* z) *ita scripsi;* Williharius n. 2; n. W. (Wilhcharius 3*b*; Willeharius 3*a*; Williarius 1; Willarius *G*) *rell.* a) *ita* 3*b*; autem *add.* (1); eciam *add.* 3*a*; In qua videlicet regione compertum habens *pro* Aud. 2. b) *ita* (1). 3*a*; f. cath. (populum *add.* 3*b*) 2. 3*b*. c) doc., cepit eum arguere coram omn., dicens: O b. 2. d) *ita* (1); dixit 3*a*; ait 3*b*. e) An non *add.* 2.

1) *I. e. aedes sacra.* 2) *Ortenau pagus Badensis inter Breisgau et Ufgau situs est; cf. A. Krieger, ‘Topographisches Wörterbuch des Grossherzogtums Baden’* II^2, *1905, col.* 434. 3) *Franci a.* 709—712. *‘in Suavis contra Vilario’ pugnaverunt; cf. Annales S. Amandi, Tilianos, Petavianos (MG. SS. I,* 6. 7*), Adonis Chronicon (ib. II,* 318*). Idem vocatur dux in Annalibus S. Columbae Senon. a.* 709 *(ib. I,* 102*):* Primum Pipinus perrexit in Alamaniam contra Wilharium ducem *(= Annales S. Maximini, ib. II,* 212*).*

Legisti[a] euangelium, ubi haec scripta didicisti[b]? Quare[c] perdidisti, quod cum
cf. Rom. 1, 28. magno labore acquisisti[d], et in reprobum[e] sensum[f] convertisti[g]? Ibi enim dicitur[h]:
Iohann. 10, 1. *Qui aliunde intrat nisi*[i] *per ostium, ille fur est et latro*'. Ille autem torvo vultu et[k] pectore[l] irato intuens in[m] eum, dixit[n] nichil predicasse[o] neque credidisse nisi[p] rectissimam catholicamque[q] fidem[r]. Unde[s] gravissima contentio orta est in populo una cum duce eorum[t], ita ut ipse dux adduci precepisset utrosque in medio eorum[u], quibus ait: 'Vos quippe debuistis[v] lites et contentiones sedare in populo et christianam defendere fidem, qui[w] sacerdotio fungimini. Cur ergo plebem hanc[x] concitastis et turbastis[y] a credulitate[z, 1] illorum?' Cui[a] sanctus Desiderius respondit[b]: 'Tacere non possumus[c] et[d] non loqui, ubicumque contra Deum[e] documenta aliqua audimus repugnare et falsa predicare'. Alius affirmabat, dicens: 'Non ego turbavi populum hunc[f], qui veritatem loquor, sed iste qui[g] extraneus atque[h] alienus a fide esse cognoscitur[i]'.

(4). In[a] hunc ergo modum contenderunt[b] coram duce[c] et reliquo[d] conventu. Tunc[e] repletus sanctus Desiderius igne fidei ac[f] maximo zelo, quem semper in pectore gerebat, cum fiducia ad[g] iudicem dixit: 'Ignem copiosum iube accendi, ubi[h] totus hic cetus concurrere possit, et proiciamus[i] baculos nostros in medio[k]
cf. Gen. 41, 18. eius, et tunc probabitur eventus[l] rei'. Ad[m] hanc vocem dux[n] consentit simul cum episcopo et cetera plebe; accensusque[o] est ignis vehemens, cuius flamma altius percrepuit[p], et proiectis baculis suis[q] in medio eius[r], sancti Desiderii[s] ita[t] illesus evasit[u], sicut in ignem[v] proiecit; alterius vero[w] statim consummatus est in uno[x] momento coram ipsis et in cinerem redactus et[y] ab eo qui eum[z] intromisit non est amplius inventus. Tunc[a] omnis multitudo populi una cum duce eorum[b] credi-

Capp. 3. 4. (1). 2. 3*a*. *b*.

Cap. 3. a) Legistis *(ubi* L. II. *incipit)* — didicistis — perdidistis — acquisistis *pr. m.* 3*a*. b) aperte a Domino predicantur *pro* did. 2. c) Cur 3*b*. d) acquisivisti (1). e) reciprocum 3*a*. *b*. f) nunc te *add.* 2. g) conversus es (1). h) *ita* (1); dicit 3*a (pr. m.)*. *b*; Scis scriptum in euangelio *pro* Ibi e. dic. 2. i) *ita* 2. 3*a*; non 3*b cum Vulg.*; quam (1). k) latro *add.*, *sed del.* 3*b*. l) ir. p. 3*b*. m) *versu exeunte om.* 2. n) se *add.* (1), *post* nichil *add.* 2. o) pr. n. cr. *om.* (1). p) secundum *add.* 2. q) *ita (1. 3b)*; que *om.* 2. 3*a*. r) aliquando praedicasse *add.* (1); *cf. n.* o. s) *ita* 3*a* (*ubi* L. III. *inc.*). *b*; Inde igitur gr. (1); Ex hac ergo altercacione gr. 2. t) prefato Willihario *add.* 2. u) (eorum *om.*) qu. et ait (*corr. ex* et ait qu.) 2. v) debuissetis 3*b*; Vos, qui pastores esse videmini et sacerd. fung., cont. ac lites sed. magis debetis et chr. fid. ac religionem def., non destruere. Cur 2. w) quia (1); q. s. f. *om.* 3*b*. x) *om.* 3*b*. y) conturbastis et avertere vultis a fidei rectitudine. Tunc sanctus 2. z) crudelit. eorum 3*b*. a) Feria IIII. L. I. *praescr.* 3*a*. *a**. b) dicens *add.* 2. c) possum 2. d) (et non l. *om.*) ubi 3*b*. e) *ita* 3*a*; c. Deum aud. aliquid rep. et doc. fallacia praedicari (1); c. vere fidei doc. aliquem audio falsa predicantem. Econtra alius episcopus aff. 2; c. Deum loquitur et eius praecepta. Alius aff. 3*b*. f) *om.* 3*b*; qui v. l. *om.* 2. g) *om.* 3*b*. h) atque al. *om.* 3*b*. i) dignosc. *G*.

Cap. 4. a) In — conv. Tunc *om.* 3*b*; itaque *pro* ergo 2. b) contendebant (1). c) rege 1. d) tocius populi *pro* rel. 2. e) L. II. *inc.* 3*a*; Repl. igitur s. 3*b*; Beatus vero Des. episcopus repl. igne 2. f) et zelo bone doctrine (quem — gerebat *om.*) 2; ac — fiducia *om.* 3*b*. g) d. ad iud. 2. h) coram omni populo *pro* ubi — possit 3*b*. i) iniciamus 3*b*. k) medium ignis et 3*b*. l) rei ev. 3*b*. m) Quibus dux consentiens fecit fieri ignem coram omni populo, proiectisque bacculis ambobus *pro* Ad — medio eius 3*b*. n) consenciente duce 2. o) L. III. *inc.* 3*a*; que *om.* 2. p) percrebuit (1). q) *om.* 2. r) amborum *add.* 2. s) baculus *add.* (1. 3*b*); episcopi *add.* 2. t) *om.* 3*b*. u) permansit, sicut antea fuit, alt. 2; sicut in i. pr. *om.* 3*b*. v) eum *add.* 3*a*. w) autem in uno mom. c. ipsis consumptus est et 2; vero st. incineratus est, et sic dux cum omni populo in sanctum Desiderium et eius doctrinam crediderunt *desinit* 3*b*; ita *pro* statim (1). x) *om.* (1). y) ut — non posset ampl. reperiri (1). z) tum (1); proiecerat illum, non 2. a) Quo viso universa mult. 2; Feria V. vacat propter festum Mathei. Feria VI. vacat propter festum Mauricii (VI — Maur. *in ras.* 3*a*). Sabbato L. I. *praescr.* 3*a*. *a**. b) suo 2.

1) *I. e. fides.*

derunt hiis[a], quae a sancto Desiderio dicebantur, videntes[b] signum, quod factum fuerat, et glorificaverunt Deum ac[c] servum eius, quem miserat liberare illos[d] ab errore viae[e] suae. Mansit autem[f] illic, compellente iudice[g], aliquantis[h] diebus et (cf. Iac. 5, 20.) instruxit eos de omnibus, in[i] quibus prius erraverant, et bene instructos atque unanimes et[k] in lege divina proficientes[l] commendavit eos Domino, cui serviebat in Spiritu sancto. At[m] illi valefacientes[n] simul cum duce, ditatum etiam muneribus sacris, dimiserunt illum ire in[o] pace.

(5). Ille[a] autem abiit per viam, quae ducit ad desertum Vosagi[b], in regionem[c] Burgundionum ad[d] montem[e], cuius[f] nunc vocabulum est Mons[g] Sancti Desiderii[1], ibique repperit oraculum[h. 2] non pregrande in honore sancti Martini constructum. Ubi[i] cum ingressus orationis[k] causa fuisset, facta est concursio populi[l] ad eum, qui viciniores erant, talem virum audire et videre cupientes, *quicumque*[m] videlicet (Act. 13, 48.) *preordinati erant*[n] *ad vitam*. Reliquos[o] vero adduxit curiositas pecuniae, quae suffocat vitae verbum[p], ut non referat fructum. Qui[q] autem docti erant, assen- (cf. Matth. 13, 22. Luc. 8, 14.) serunt[r] eius doctrinae et[s] quasi verum predicatorem susceperunt et magnificas laudes Deo dederunt. Erat autem in eodem loco sanctimonialis femina, quae ex- (cf. Exod. 38, 8.) cubabat in[t] atrio illius oraculi, sedulum[u] ministerium[v] prebens cunctis venientibus et in[w] illud introeuntibus[3]. Denique[x] post exhortationem populi et solemnitatem missarum, secundum[y] solitum morem expletam, vir Dei dixit ad eam: 'Peto[z] te, castissima virgo, ut des nobis post perceptionem communionis sanctae aliquid[a] refectionis et[b] benedictionis donum, unde sustentare queamus[c] sitim corporis huius'. Locus enim ille in penuria[d] aquae situs est valde[4]. At[e] illa dixit: 'Pauxillum potus conservatum, vir[f] Dei, habemus in vasculo parvo propter[g] necessitatem loci istius, sed tamen non audeo tam sancto viro et[h] Dei servo aliquid[i]

Capp. 4. 5. (1). 2. 3*a*.

Cap. 4. a) *ita* 2; iis (1); *om.* 3*a*. b) vid. s., q. f. fuerat *om.* 2. c) et (1). d) eos 3*a*. e) vitae (1). f) igitur 2. g) duce 2. h) aliquot (1). i) *om.* (1). k) *om.* 3*a*. l) effectos 2. m) L. II. *inc.* 3*a*. n) ei *add.* 2. o) cum 2.

Cap. 5. a) Profectus inde beatus Desiderius abiit 2. b) et *add.* 2. c) regione 3*a*. d) versus 2. e) que *add.* 3*a*. f) qui n. appellatur Mons 2. g) *om.* (1). h) or. n. pergr. (1); n. pregr. or. 2. i) Quod dum 2; L. III. *inc.* 3*a*. k) c. or. *G*. l) populorum *G*. m) quicumque — vitam *om.* 2. n) fuerant 3*a*. o) nonnullos eciam add. 2. p) *superscr.* 3*a*. q) Qui — dederunt *om.* 2; In octava sanctorum *(sic)* Desiderii per omnia, sicut in die sancto. (L. I. *add.* 3*a*) *praescr.* 3*a*. *a**. r) affuerunt (1). s) et — susceperunt *om.* (1). t) (in *om.*) atrium 3*a*. u) et *pro* sed. 3*a*. v) pr. min. 2. w) *om.* 2. x) Ad quam vir Domini *pro* Den. 2; L. II. *inc.* 3*a*. y) *ita* (1); (sec. *om.*) sol. quoque morem exemplum (*m. al. corr.* expletum 3*a**) 3*a*. *a**; locutus est *pro* secundum — ad eam 2. z) a *add.* (1). a) aliquot 2. b) et ben. *om.* 2. c) *ita* 2; quatinus *corr.* queamus 3*a*; quatenus *m. al. corr.* possimus 3*a**, *et ita* (1). d) in magna aque pen. s. est (valde *om.*). Sanctimonialis autem femina respondit: Paux. 2. e) L. III. *inc.* 3*a*. f) habeo, vir Dei 2; v. Dei *om.* (1). g) quendam *(sic)* *add.* 3*a*. h) sicut te video esse *pro* et D. s. 2. i) *ita* 3*a*; (al. *om.*) celari (1); al. denegare. Et hec dicens ingreditur secr. suum atque 2.

1) *Saint-Dizier locus prope Delle in territorio Belfortensi ad Pruntrut (Porrentruy) urbem Bernensem versus situs est.* 2) *Cf. p.* 57, *n.* 1. 3) *De sanctimonialibus eiusmodi in ecclesiis ministeria inferiora exercentibus cf. K. H. Schäfer, 'Die Kanonissenstifter im deutschen Mittelalter' (Stutz, 'Kirchenrechtliche Abhandlungen' 43/4)*, 1907, *p.* 30 *sqq.* 4) *'Il n'existe pas de source ni de puits dans le village de Saint-Dizier, situé sur une colline aride: l'eau potable y est recueillie pendant les pluies et conservée dans des citernes'. Viellard l. l. p.* 52.

celare'; studioseque in[a] secretarium ingrediens atque[b] inde plenum[c] vasculum reportans, poculum famulo Dei porrigebat.

(6). At[a] ille crucis[b] signaculum super ipsum vas fundens, ardorem sitis[c] abstersit ceteroque populo iuxta voluntatem uniuscuiusque[d] sufficienter tribuit, ac[e] sic peractum est mirabile magnumque[f] signum, ut vas, in quo prius steterat potus, non[g] est de liquore imminutum, verum usque ad summum ita inundans, ut in pavimento domunculi[h] flueret[i] huc et[k] illucque per vasculi circuitum[l]. Quod[m] nempe[n] propter[o] meritum beati viri et propter nimiam mulieris[p] caritatem accidisse, indubie credendum est. Populus autem[q] stabat stupefactus, cuius Deus[r] cor tetigerat, et[s] intenta mente glorificabant Deum in omnibus, quae audierant[t] et viderant, in[u] eumque magis ac magis credebant. Vir[v] autem[w] Domini nichil suis meritis de[x] miraculo, quod factum fuerat, attribuebat[y], sed[z] omnium auctori
cf. Ps. 16, 7. Deo bonorum gloriam referebat[a], qui magnificat[b] sperantes in se et[c] qui *non* vult videre
ib. 36, 25. *iustum derelictum nec semen eius indigens pane.* Hiis[d] autem[e] gestis, iussit sanctissimus presul suo[f] socio, videlicet Reginfrido, vestimenta, in quibus missam[g] prius celebravit[h], in[i] locum pristinum recondere; deinde ceptum iter carpere cepit.

(7). Audientes[a] autem haec quidam, qui illuc convenerant, et pulchritudinem vestimentorum eius considerantes ac speciem vasorum, calicis[b] scilicet et patenae ac fialae argenteae, quae[c] illi nuper pro[d] munere felicissimus[e] obtulit iudex[1], exarserunt in concupiscentiam[f] illorum, et adherentes vestigiis beati viri, cogitare ceperunt ac mutuo consiliantes[g], quemadmodum interficerent[h] eum et spolia eius[i]

Capp. 5—7. (1). 2. 3*a*.

Cap. 5. a) *om.* (1). b) aquae (1). c) vasc. pl. 2.

Cap. 6. a) L. IIII. *inc.* 3*a*; Tunc vir Dei *pro* At i. (1). b) facto signaculo cr. super i. vas, cum graciarum actione bibit ac sitis ard. extinxit cet. 2. c) sitis ? *m. rec. in litura* 3*a*; suis *pr. m.* 3*a**. d) *ita scripsi*; unicuiusque 3*a**; uniculoȝ *(sic) pagina exeunte m. rec. super litteras evanidas superduct.* 3*a*; cuiusque (1); singulorum 2. e) tr. Mirum tamen in modum, sumentibus inde cunctis, non est imminutus liquor vasis illius, verum ita inundavit usque ad summ., ut 2. f) *ita* (1); *om.* 3*a*. g) *ita* 3*a*; de l. non fuerit imm. (1). h) *ita* 3*a*; domuncul(a)e (1). 2. i) *om.* (1). k) *ita* 3*a*; et *om.* 2; que *om.* (1). l) exundaret *add.* (1). m) L. V. *inc.* 3*a*. n) nimirum 2. o) per (1). p) castitatem seu *add.* (1). q) hoc viso miraculo *add.* 2. r) *ita* 3*a*; cor Deus (1); (cuius — mente *om.*) glorificans 2. s) *ita* (1); tet., Deum int. m. in omn. glorificavit 3*a*. t) *ita* (1); audierat et viderat (v. et a. 2) 2. 3*a*. u) a sancto Desiderio episcopo *pro* in — credebant 2; credebat 3*a*. v) L. VI. *inc.* 3*a*. w) itaque 2. x) *ita* (1); illud applicuit *pro* de mir. 3*a*; de mir. *om.* 2. y) *ita* (1); attribuit 2; *om.* 3*a*. z) ipsi *add.* 3*a*; sed magis Deo omn. b. largitori in omnibus gracias ref. 2. a) referens 3*a*. b) magnificans *pr. m.* 3*a*. c) et — pane *om.* 2; patitur *pro* vult videre 1 (vidi *Vulg.*). d) His (1); L. VII. *inc.* 3*a*. e) ita 2. f) socio suo Reg. vid. diacono vest. (in *om.*) 2; scilicet *pro* vid. (1). g) *ita* (1); pr. m. 3*a*; pr. *om.* 2. h) celebraverat (1). i) *ita* 3*a*; in loco pristino (1); cel. (sarcinulis suis *in litura*) restitui, deinde ambo iter ceptum carp. ceperunt 2.

Cap. 7. a) L. VIII. *inc.* 3*a*; Quidam vero ex hominibus, qui i. conv., cum vidissent pulchr. vest. et speciem 2. b) sc. cal. (et *om.*) 2. c) omnia *add.* 2. d) pro m. *om.* (1). e) supramemoratus obtulerat 2; dux obtulerat Williarius *pro* f. obt. i. *G*. f) *ita* (1); conc. eorum 3*a*; concupiscencia prede, putantes eos amplius aliquid thesauri vel pecunie habere, et insecuti eos e vestigio, cogitaverunt ac consilium inierunt, quemadmodum int. eos et sp. eorum dir. 2. g) *ita* 3*a*; pertractare (1). h) eum int. (1). i) *superscr.* 3*a*.

1) *I. e. Willicharius dux (cf. supra c. 3. 4) neque Rabiacus (cf. c. 9), id quod statuit F. Pajot, 'Ce qu'était Rabiacus' ('Bulletin de la Société Belfortaise d'émulation' XXIII,* 1904, *p.* 101*).*

diriperent[a]. Ille autem sciens[b], quae ventura erant super eum[c], annuente sibi maxime Christo, valefaciens ancillulae Christi ceterisque fidelibus illic congregatis, proficisci cepit intrepidus ad locum passionis, qui nunc vocatur Ad Crucem[1]. Attamen ante predixerat audientibus multis: 'O dilectissimi fratres, si alicubi audieritis peregrinos occisos, hic[d] in oratorio beati Martini sepelire curate'. Cum pervenisset autem ad locum supradictum, virgulam suis[e] manibus contorquens gracilem huc illucque in modum crucis, ibi se in oratione prostravit ac suis sequacibus similiter agere precepit. Quae[f] virgula post passionem eius crevit in arborem magnam in[g] eandem similitudinem crucis, et[h] nos et multi vidimus illic stantem ac[i] diu durantem, quasi annis[k] octoginta vel[l] eo amplius, unde et locus ille vocabulum sumpsit. Et[m], completa oratione, surrexit, et confortans suos[n], dixit: 'Nunc[o] estote viri ac[p] *viriliter agite, et confortetur cor vestrum,* quia appropinquat Ps. 30, 25.
hora vocationis[q] nostrae'.

(8). Adhuc eo loquente, ecce! viri iniqui ferro armati accedentes[a], ut eos perimerent[b]. Et sic interfecerunt primo sanctum Reginfridum[c] ac demum[d] servum militis Christi insanabili[e] plaga; capite[f] scilicet in duas partes pugione diviso, semivivum reliquerunt. Tandem venientes ad invictissimum athletam Christi Desiderium[g], in oratione prostratum invenerunt[h] eumque gladio percusserunt, eo[i] quod ad spolia festinabant; adhuc tamen vivum dimiserunt. Tunc demum spolia securi diripientes neminemque formidantes, via qua venerant redierunt. Fertur autem[k] a multis, eos in via rixari cepisse propter divisionem pecuniae et accidisse[l], ut, cum se ad invicem pacificare non possent, omnes fuissent ab invicem trucidati. Sanctus vero Desiderius, antequam exhalaret[m] spiritum, cum adhuc[n] minime a laude divina cessaret, videns etiam[o] servum vivere posse, ait illi: 'Surge, frater, in nomine Domini et vepre[p] quae circumstat tibi caput tuum cinge et[q] renuntia

Capp. 7. 8. (1). 2.

Cap. 7. a) *in* dirip. *desinunt* 3a. a*. b) previdens in spiritu *pro* sc. 2. c) super se, ad locum p., qui n. dicitur Ad Cr., cum suo commilitone intrepidus pervenit. *(Signum capituli)* Prius siquidem quam de monte descendissent, valef. ancille Chr. ceterisque fid. ad se congr., predix. ista, dicens: O dil. 2. d) occ., ad oratorium b. M. in montem istum sepeliendos transportate. Cum ergo perv. ad l. 2. e) gr. suis man. h. illucque in mod. cr. contorsit, et ibi se iactans in oracionem, sequ. suis 2. f) Hec inquam virga 2. g) secundum ipsam contortam *pro* in eand. 2. h) quam et multi : : (*ras.* : u) nostrorum *pro* Et nos et m. 2. i) diuque 2. k) annos 2. l) et *G.* m) Compl. denique sanctus episcopus oracione 2. n) in Domino *add.* 2. o) fratres *add.* 2. p) et 2. q) ac passionis *add.* 2.

Cap. 8. a) accurrentes 2. b) *ita G;* punirent 1; morti traderent, interfeceruntque 2. c) diaconem *add.* 2. d) deinde servulum quendam mil. 2. e) percusserunt *add.* 2. f) caput sc. in d. p. pug. secantes et semivivos relinquentes. Postea festino cursu properantes ad invict. 2. g) episcopum *add.* 2. h) inv. eumque *om.* 2. i) et quia nimia mentis cupidine festinaverunt ad sp., vivum eum dereliquerunt. Tum demum 2. k) tamen 2. l) et non valentibus se inv. pacif. accid., ut omnes mutuis vulneribus interempti fuissent 2. m) sp. exh. (1). n) lingua *add.* 2. o) (etiam *om.*) servulum suum nondum defunctum, sed iam in extremo spiritu constitutum, ait ad eum: Surge 2. p) et cum una veprium 2. q) ac remunera *(sic)* 2.

1) *Croix vicus prope Saint-Dizier ad fines Bernensium in territorio Belfortensi situs est (cf. P. Joanne, 'Dictionnaire géogr. et admin. de la France' II,* 1892, *p.* 1172*).* Ecclesiam de Cruce destructam et in solitudinem redactam *a.* 1232. *abbas et conventus Lucelae coenobii (Lützel) restaurandam susceperant (Trouillat I, p.* 525; *Viellard p.* 418*); vicus et ecclesia 'ze Krútz' in urbario Habsburgensi a.* 1303. *commemorantur (ed. Maag l. l. I,* 38. 39*).*

famulae Dei, unde hodie recessimus[a], ut huc veniat cum presbytero, et corpora nostra sepeliant in oratorio beati[b] Martini'. Ille[c] autem abiit et iussionem domini sui complevit atque[d] multis diebus ibidem[e] vixit signumque vepris pro testimonio semper in[f] capite portavit. Vir autem Dei[g], sentiens[h] non posse diutius vivere, quia[i] iam defecerat virtus exterioris hominis, oravit et dixit: 'Domine Deus omnipotens, cunctarum[k] creaturarum creator, iube animas nostras recipi, ubi omnes receptae sunt, quae tibi placuerunt, et da[l] indulgentiam iis, qui nos tribulant'. Cumque haec et iis similia diceret, expiravit.

(9). Dux autem[a] regionis illius nomine Rabiacus[b, 1], cum audisset famulos[c] Dei tanta ac talia perpessos, voluit[d] in locum alium transferre; sed viri, manibus accedentes secundum iussionem iudicis, non valuerunt eos movere de loco, in quo iacuerunt sanctissimi viri. Veniente vero presbytero oratorii superius prelibati una cum famula Domini[e] nomine, ut[f] refertur, Pomponia servoque martyris Christi Williberto, accesserunt et levaverunt eos absque ulla mora in vehiculum, quod secum adduxerant, et adportantes[g] ad locum predictum[h], sic detulerunt, veluti nullum pondus sensissent, ibique cum magno honore eos sepelierunt. Nam[i] fiunt illic multa miracula per orationes illorum[k]; ceci visum recipiunt, claudi gressum[l], languidi sanitatem, demones effugantur, et omnis[m] curatur infirmitas, ceteraeque innumerabiles per eorum merita inibi gratia Dei peraguntur virtutes. De quibus omnibus est[n] longum stilum trahere per singula, ne fastidium generet[o]; multa enim erant valde.

(10). Denique, ne forte quis tacita dicat[a] conscientia, haec non vera et falsa adinvenisse, satis certis testimoniis approbemus. Est namque ibi baculus ipsius sancti, qui de incendio liberatus est, et stratorium[b], in quo sanctissimus sedit. Sunt et vestimenta sancta, quibus functus est, dum[c] perficeret opus Dei[2], ita adhuc integra quasi nuperrime facta et[d] ab omni permanent[e] laesione. Vidimus et tabulas ipsius martyris et corneum grafium in eodem loco[f], ac si quis dolorem dentium patiebatur[g], cum tangeret eo dentem, nec[h] fere aut statim, si dignus erat,

Capp. 8—10. (1). 2.

Cap. 8. a) :egressi (*ras.* g?) sumus 2. b) sancti 2. c) Ad hanc vocem protinus ille consurgens cum fiducia *pro* Ille a. ab. et 2. d) qui et ipse *pro* a. 2. e) d. postmodum superstes manens signum v. 2. f) cap. in 2, *corr.* g) Domini Desiderius *pro* Dei 2. h) se *add.* 2. i) cum i. defecisset 2. k) omn., creator omnium rerum visibilium et invisibilium 2. l) ind. tribue illis qui tribulaverunt nos. Inter hec et huiusmodi verba expir. 2.

Cap. 9. a) Burgundie *pro* aut. reg. ill. 2. b) *ita G et in textu* 1: Rabiarus *in marg.* 1; Raurachus *fortasse rectius* 2. c) Christi servos *pro* f. Dei 2. d) misit quosdam ex suis ad locum decollacionis eorum, ut transferrentur a::se. Qui dum acced. imperium domini conarentur exequi, non val. eos nec ad modicum quidem de loco in quo iacuerant amovere et ita cum admiracione non parva vacui rediere *pro* voluit — *l.* 12. viri 2. e) Dei 2. f) ut ref. *om.* 2. g) asportantes 2. h) pristinum (1). i) Ubi f. (illic *om.*) 2. k) eorum 2. l) egroti et *add.* 2. m) omnes infirmitates curantur (ceteraeque — virtutes *om.*) 2. n) l. est 2. o) fast. legentibus ingeramus (m. en. er. v. *om.*) 2.

Cap. 10. a) tac. sibi aut operta *(sic)* consc. dic., ubi hec que loquimur invenissemus. cert. test. approbamus 2. b) *ita* 2; scintorium 1; sessorium *coniecit Carpenterius apud Du Cange-Favre, Glossarium VII,* 355. c) in celebracione misse et *pro* dum p. op. Dei ita 2. d) *versu exeunte om.* 2. e) manent corrupcione 2. f) eod. monte, quo si 2. g) habens, ipsos dentes attigerit *pro* pat. — dignus erat 2. h) *haec corrupta sunt*; necopinato fere *coni. Krusch.*

1) *Rabiacum, cuius alibi mentio non fit, non territorio maiori praefuisse, sed regioni tantum Alsegaudiensi vel vico, cui iam nomen S. Desiderii est, voluit F. Pajot l. l. p.* 100—102: *sed huic opinioni dignitas 'ducis' viro attributa obstat.* 2) *I. e. officium divinum, missa.*

ab omni fatigatione doloris[a] meruit liberari; et in quibus continebatur calculus sancti, et ubi pontifex fuerit et per quanta lustra annorum circuibat corpora sanctorum, et cetera, quae prae multitudine ac spatio dierum deleta esse videntur. Dux[b] vero supra nominatus, videns virtutes martyrum, loculum fabricari fecit[1] ac[c] tabulam argenteam miro opere sculptam, in qua nomen suum litteris impressit[d], et super tumulum posuit[e].

Passi sunt autem sancti martyres Desiderius et Reginfridus quinto[f] decimo Kalendarum Octobris tempore Childerici[g] regis[2], regnante domino[h] Iesu Christo[i] Sept. 17.
in secula seculorum. Amen.

HYMNUS.

(1).[a] Diem colamus[b] laudibus
binis dicatum testibus,
presuli Desiderio
levitaeque Reginfrido[c].

(2). E[d] quibus Desiderius,
claris ortus natalibus,
nobilitatem generis
moribus ornavit probis[e].

(3). Hic Rhodonensis[f] pontifex
Reginfridum[g] enutriens,
baptismate filiolum
fecit archidiaconum.

(4). Nec defuere varia
docenti[h] mirabilia,
bacillum[i] ab incendio
sanum recepit maximo.

(5). Parvum signavit poculum,
multum potavit[3] populum[k],
os plenum reddit calicis
pro caritate virginis.

(6). Pati pro tuo nomine
semper paratus, Domine,
mortis tempus presciverat
venturumque predixerat.

(7). Post haec retorsit virgulam
vir sanctus in cruciculam[l],
quae creverat, hoc modulo
dicta crucis vocabulo.

(8). Orantes illic martyres
diri plectunt carnifices;
mox levitam[m] cum servulo[4],
tunc[n] vatem necant gladio.

(9). Sit Trinitati gloria,
virtus, honor, victoria,
quae dat coronam testibus,
quorum pollemus ossibus.
Amen.

Cap. 10. (1). 2. ***Hymnus*** 1. 3*a*. *b*.

Cap. 10. a) fat. liberari merebitur. (Et in — *l*. 3. videntur *om*.) 2. b) Videns igitur dux superius denominatus Raurachus multas virt. ibidem divinitus ostendi, decentem loc., in quo reliquie sanctorum martirum ponerentur, fabr. 2. c) et 2. d) impresserat (et *om*.) 2. e) tum. eorum collocavit 2. f) decimo quinto (*corr*. qu. d.) Kalendas 2. g) Hild. 2. h) nostro *add*. 2. i) qui vivit et regnat *add*. 2.

Hymnus. a) Desiderii et Regenfridi (Regemfr. 3*a*) ymnus (*om*. 3*a*) *praescr*. 3*a*. *a**. *b*. b) colimus 1. c) *ita* 3*a**; Regimfr. 3*a*; Regenfr. 3*b*; Regnifr. 1. d) Ex 3*a*. e) bonis 1. f) *ita* 1; Rodon. 3*a*. *b*. g) Regimfr. 3*a*; Regenfr. 3*a**. *b*; Regnifr. 1. h) dicendi 1. i) baculum 1. k) populum *m*. *al*. *in marg*. *suppl*. 3*a*. l) cruticulam 3*a*. m) levita 3*a*. *b*. n) *ita* 1; (tunc *om*.) v. n. cum gl. (*m*. *al*. *corr*. v. necantes gl. 3*a*) 3*a*. *b*.

1) *De sarcophago quodam bipartito adhuc in ecclesia asservato, quem martyrum fuisse voluerunt, cf. A. de Barthélemy l. l. p.* 49—56; *'N. Arch.' XXVII*, 391, *n*. 5. 2) *Childericus II. (a.* 662—675*) cum aetate Willicharii ducis non congruit, qui a.* 709—712. *commemoratur, ita ut potius Childebertus III. (*694/5—711*) vel Chilpericus II. (*715—721*) laudandus fuerit, nisi de alio Willichario agatur (cf. supra p.* 53*). Desiderius ante a.* 737. *vita functus est; v. supra p.* 52. 3) *Germ. 'tränken'*. 4) Servulum *supra p*. 61, 37 *(cod. 2)*.

VITA ANSTRUDIS ABBATISSAE LAUDUNENSIS.

Monasterio S. Mariae et S. Iohannis Baptistae Laudunensi nobilissimo[1], *quod usque ad a.* 1128. *santimoniales tenebant, post Sadalbergam conditricem Anstrudis, quam filiam eius fuisse finxerunt*[2], *abbatissa praefuit. A qua Vulfoaldus comes Buxarias villam in pago Virdunensi sitam pretio dato nactus est, ab ipso c. a.* 709. *monachis S. Michaelis concessam, quo tempore Anstrudis non iam inter vivos erat*[3]. *Cum aliis tum eidem Vitam Sadalbergae auctor huius re vera posterior dedicasse vult*[4].

Vita Anstrudis miraculaque post obitum eius facta pro sanctimonialibus monasterii Laudunensis enarrata sunt[5], *neque vero auctor brevi post aetatem sanctae scripsit, sed sermo a barbarie Merovingica omnino alienus hominem prodit post litteras renatas atque si non postea, at certe non ante IX. saeculum viventem, sententiarumque particulae in compluribus capitibus syllabis concinentibus desinentes*[6] *aevi sunt, quo ratio scribendi orta erat, quam vernacula lingua 'reimprosa' vocamus. Neque obstat, quod vestigia eius rationis nonnulla iam aetate Merovingica occurrunt*[7]. *Nam auctorem a temporibus Anstrudis satis remotum fuisse*[8], *vel ex ipsius verbis concludere licet de die anniversario sanctae 'secundum morem' celebrato referentis (c. 31). Denique ultimum miraculum (c. 37) in quattuor feminis daemoniacis gestum, cum verbis inducatur:* N u p e r quidem

1) *De quo cf. B. Krusch, SS. R. Merov. V,* 40 *sq.; A. Schulte, 'Der Adel und die deutsche Kirche im Mittelalter' ('Kirchenrechtliche Abhandlungen' ed. U. Stutz* 63/4*),* 1910, *p.* 196. 429 *sqq.* 2) *V. Sadalbergae c.* 11 *(SS. R. Merov. V,* 55*).* 3) *Pardessus II, p.* 282; *A. Lesort, 'Chronique et chartes de l'abbaye de Saint-Mihiel' (Mettensia VI, 'Mémoires et documents publiés par la Société nationale des antiquaires de France'),* 1909, *p.* 44 *(qui minus iuste lectiones chartularii saeculi XII. 'authentico' a Martino Réthelois et Mabillonio adhibito praetulit atque chartam spuriam esse statuit, vix recte):* Simili modo donamus villam nostram sitam in pago Virdoninse quae vocatur Buxarias, quam nos de Anstrude (Anstrida *chartularium*) abbatissa quondam dato pretio comparavimus. *De Vulfoaldo cf. V. Anstrudis c.* 16. 4) *V. Sadalbergae, prol. (l. l. p.* 49*).* 5) *Cf. V. Anstrudis c.* 4: Cum consilio itaque h u i u s Laudunensis ęcclesiae pontificis — — et acclamatione sororum tunc in h o c loco degentium; *c.* 9: cives h u i u s urbis; *c.* 15: partem urbis h u i u s; *c.* 36: in h o c sacro cenobio; *c.* 3: Propterea, s o r o r e s c a r i s s i m a e, non extinguntur; *c.* 10: Nec mirum est, s o r o r e s k a r i s s i m a e. 6) *Cf. e. gr. ib. c.* 1: mundo — Baso, naturam — gratiam — Sallabergam — filiam, diligentiae — christianae — infanciae, cunabulis — virginis, memoriae — doctrinae, genere — sanctitate — specie — corde, ęloquentiae — sapientiae, hominibus — virtutibus, gracia — prima. 7) *Cf. SS. R. Merov. V,* 573, *n.* 1. 8) *Verba extrema Vitae e Vita Geretrudis B c.* 7 *(SS. R. Merov. II,* 464*) pendere videntur.*

contigit, *mulieribus illis aetate auctoris iam defunctis, ceteris miraculis quasi multo tempore antea factis opponi apparet. Quod autem, nece Balduini fratris Anstrudis relata, inimicorum 'nomina et stirpem dicere iniuriam esse' auctor dicit (c. 5), inde eum aequalem aut fuisse aut videri voluisse minime efficitur; ubi nequaquam 'viventium verecundiae' pepercit*[1], *sed nomina hominum nefariorum, nisi fallor, oblivioni tradenda esse iudicavit, et ipse certe ea ignorans.*

De origine sanctae e Vita Sadalbergae satis fabulosa certior fieri poterat; unde perpauca eademque reicienda[2] *sine dubio hausta sunt, quae de genere Anstrudis narravit (c. 1. 5). Quae de Lauduno oppido ab Ebroino invaso rettulit (c. 12), ea cum Libro historiae Francorum (c. 46) et continuatione Fredegarii (c. 3) conveniunt, atque conici licet, auctorem hac ipsa nisum propriam narrationem sibi excogitasse. Miro enim modo, ut continuator Fredegarii post mentionem Martini Laudunum sese recipientis A g l i b e r t u m quendam legatum eo missum esse refert, ita in V. Anstrudis (c. 13), Lauduno ab Ebroino capto, 'quidam vir boni desiderii nomine A g l i b e r t u s' sanctimoniales adiisse dicitur. Unde gravis suspicio oritur auctorem plura narrasse quam comperta habebat, omniaque de invasoribus monasterii exposita (c. 12—15) nescio an ad casus quosdam Lauduni urbis spectent, quae saeculo IX. et X. haud semel ab una vel altera factione occupata est*[3]*, similiterque, quod Madelgarius episcopus Laudunensis coenobium usurpare studuisse dicitur, quem Grimoaldus iussu Pippini patris repulisset (c. 16), fortasse ad lites pertinet de libertate monasterii aevo auctoris cum pontificibus Laudunensibus habitas. Quae etsi fontibus deficientibus certo certius affirmare non licet, tamen auctori multo post aevum sanctae atque etiam post biographum Sadalbergae et ipsum sublestae fidei scribenti fidem minime habendam esse constat, atque eum res acceptas si quas habuit proprio Marte admodum exornasse et amplificasse, narratio prolixa demonstrat, qua mors Balduini et lamenta Anstrudis sororis describuntur, considerationibus piis adiunctis (c. 5—10), et spatium amplum miracula exigui momenti occupant, qualia quolibet saeculo excogitari poterant. Quod Madelgarius episcopus ille, Vulfoldus consanguineus abbatissae, Grimoldus filius Pippini in rebus coenobii eodem tempore versati esse dicuntur (c. 16), cum aliis fontibus convenit, quibus episcopum, Vulfoaldum comitem, Grimoaldum maiorem domus re vera coaetaneos fuisse constat*[4]*, id quod auctor vix scire poterat, nisi nomina e fonte sincero hausit, cumque unam ex abbatissis Laudunensibus Adalsindam vocaverit (c. 33), quod nomen uxori Vulfoaldi comitis erat*[5]*, nescio an de charta quadam Vulfoaldi expilata cogitare liceat, quem villam ab Anstrude emptione acquisisse supra p. 64. monui.*

Vita Balduini fratris Anstrudis[6] *tota fere e Vita sororis exscripta est, adhibito codice nostro 2b simili. Vita Anstrudis fortasse etiam Hermanno abbati ut videtur Tornacensi nota fuit*[7].

1) *Mabillon, Acta II,* 976; *cf. 'Histoire litéraire de la France' IV,* 1738, *p.* 39. 2) *Cf. Krusch, SS. R. Merov. V, p.* 42 *sq.* 3) *Cf. e. gr. C. v. Kalckstein, 'Geschichte des Französischen Königthums' I,* 1877, *passim.* 4) *Cf. ea quae c.* 16. *adnotavi.* 5) *Cf. chartas ad c.* 33. *citatas.* 6) *Ediderunt Bollandus et Henschenius, AA. SS. Ian. I,* 503—505, *e codice Korssendonckano, iam Parisiensi bibliothecae Mazarineae n.* 1733 (1329), *a.* 1498, *fol.* 17'—20. 7) *Cf. Miracula beatae Mariae Laudunensis auct. Hermanno III,* 23 *(d'Achery, Guiberti de Novigento Opera,* 1651, *p.* 553*), ubi de sanctimonialibus a.* 1128. *eiectis agitur:* non debuisse — — ecclesiam monachis tradi, maxime cum praedicta nobilis matrona sancta Sallaberga c u m f i l i a s u a s a n c t a A u s t r u d e de patrimonii sui possessionibus eam construxerint et sanctimoniales in ea posuerint p l u r i m o r u m q u e s i g n o r u m o s t e n s i o n i b u s e a m s p l e n d i f i c a v e r i n t.

1) Codex **Laudunensis** *n.* 261 *(antea* 431*), saec. XII, olim ecclesiae S. Mariae cathedralis*[1], *fol.* 183'—195'. *Ex hoc libro descriptus est*

1) Codex* **Romanus** *Vaticanus Ottobonianus n.* 223, *saec. XIV, a.* 1543. *a Ludovico Galnyere presbytero Parisiis emptus, fol.* 298'—304.

2a) Codex monasterii S. Iohannis **Laudunensis**, *e quo Mabillonius Vitam eruit, hodie latet.*

2b) Codex **Vindobonensis** *bibliothecae privatae imperatoris Austriaci ('k. k. Familien-Fideicommiss-Bibliothek') n.* 9389, *saec. XV, olim ut videtur Rubeae Vallis coenobii*[2], *fol.* 76—81.

Codices 2a. b ex uno exemplari fluxerunt, uterque propriis mendis inquinatus. Quibus discrepantibus, res diiudicatur collato libro 1. *Utroque autem contra* 1 *faciente, non semel minus constat, utrum huius an geminorum lectio praeferenda sit. Codicem* 1 *B. Krusch v. c. contulit;* 1*, *qui neglegi poterat, et 2b ipse adhibui. Considerationes quasdam auctoris ad necem Balduini spectantes (c.* 10*) aeque ac Mabillonius omisi.*

Iohannes **Mabillon**, *Acta sanctorum ordinis S. Benedicti II, Lutetiae Parisiorum* 1669, *p.* 976—984, *V. Anstrudis e codice 2a publici iuris fecit. E qua editione particulas excerptas iteravit*

Martinus **Bouquet**, *'Recueil des historiens des Gaules et de la France' III, Parisiis* 1741, *p.* 615—616*; eandem integram recudendam curavit*

Iosephus **Van Hecke**, *Acta sanctorum Octobris VIII, Bruxellis* 1853, *p.* 111—116.

Alteram Vitam Anstrudis 'politiore stilo exaratam ab auctore saeculi XII.' Mabillonius legerat[3]*; unde frustula duo notis Vitae prioris inseruit, a me recepta.*

W. Levison.

INCIPIT[a] VITA SANCTAE AC BEATISSIMAE ANSTRUDAE VIRGINIS DOMINI NOSTRI IHESU CHRISTI.

(1).[b] Temporibus[c] Dagoberti regis fuit in hoc mundo vir nobilis[d] Baso[4], qui nobilibus ortus parentibus secundum naturam, nobilior factus moribus per gratiam, consilio Francorum procerum[5] duxit uxorem Sallabergam[e], generosi et religiosi viri Gunduini[6] religiosam filiam. Haec post sterilitatem peperit[f] sponso suo inter ęlectam turmam natorum filiam, quae Anstrudis[g] appellata est[7]. Nutritur autem a progenitoribus[h] suis cum magno studio tocius diligentiae, tradita religioni christianae, discens etiam litteras in diebus tenerae infanciae. Excedit itaque
cf. Ps. 83, 8. annos puellares, ambulans de virtute in virtutem, virgo noviter nata, et dum cessat vagire in cunabulis, laudes discit cantare filio virginis. Fit ętiam per divinam clementiam audiendo, legendo capax memoriae, exercens[i] se ętiam in magisterio doctrinae; insignis apparet[k] carnali genere, insignior mentis sanctitate,

Cap. 1. 1. 2*a*. *b*.

Cap. 1. a) *ita* 1; De sancta Austrude *praescr.* 1*; *praescr. om.* 2*b*. b) *numeri desunt codd.* c) (T *om.*)emp. 2*b*. d) nomine 1*. 2*b*. e) Salab. *semper* 2*a*. f) *bis scr. erat* 2*b*. g) Austrud. *semper fere* 2*b*; Astrudis *hoc loco* 1*. h) *ita* 2*a*. *b*; genitoribus 1. i) excercens *pr. m.* 2*b*. k) appare 2*b*.

1) *Ibidem codex ad lectiones matutinales* in natali sancte Anstrudis virginis *proferendas adhibitus videtur esse; cf. Ordinarium ecclesiae Laudunensis ante a.* 1228. *compositum, ed. U. Chevalier, 'Ordinaires de l'église cathédrale de Laon' ('Bibliothèque liturgique' VI),* 1897, *p.* 361. 2) *Cf. Analecta Bolland. XIV,* 256. 3) *L. l. p.* 975. 4) *V. Sadalbergae c.* 10: Blandinus qui cognomentum Baso acceperat. 5) *Ib.:* regio tamen iussu. 6) *De Gundoino cf. V. Columbani II,* 8, *et V. Sadalbergae.* 7) *Haec pendent e V. Sadalbergae c.* 11.

preciosa vultus specie[a], preciosior corde[b]. Manifestatur mundo plena esse ęloquentiae, sed multo plus sapientiae; dilecta Deo et hominibus, anchoram voluntatis suae copulavit virtutibus. Insuper tanta repleta est gracia, ut morum maturitas monstraretur in eius aetate prima.

(2). Preterea cum esset in anno duodecimo, requiritur a quodam Landranno[a], ex progenie nobili progenito; delatasque[b] secum multas opes auri et gemmarum et vestium tradidit manibus parentum, ut possit[c] Anstrudem virginem accipere sibi coniugem. Sed probatur frustra[d] pro Dei sponsa sua dedisse et frustra ampliora promisisse. Recusat[e] namque[f] virgo respuendo opes perituras et transitorias nuptias, nec iam cogitat mens eius de maritali[g] thoro, sed de ęuangelio. Munita enim muro virginitatis, sponsum despexit[h] cum dote[i] terrenae facultatis. Sicque feliciter seducitur Landrannus[k] in agro castitatis, cum[l] putat sponsum se fieri posse de iam a Christo desponsata virgine. Anulum fidei, quem misit caelestis sponsus virgini, non viderat oculus terreni mariti. Quid plura? tandem sic fertur dixisse presentibus sibi puellis, servicio suo destinatis: 'Nunquid iste est, quem sponsum meum esse dicitis? Credite meis sermonibus: nunquam nuptiarum legibus sociabitur mihi carnalis sponsus'. His[m] dictis, accensa ardore caelestis sponsi, coniungitur choro in ęcclesia psallentium clericorum, relictis corde et animo temporalibus amiciciis mundi.

(3). Dum sic incipit militare[a] Deo filia nobilium, letantur ordines clericorum, offerentibus clericis illuminatos cereos[b] et cruces in manibus portantibus et Deum[c] laudantibus pro tanta virtute, quam cognoverunt esse in virgine Anstrude[d]. Sicque prosequitur cantantes clericos cum magna devocione usque in[e] locum, in quo manet monasterium[1], cui[f] prefuit Sallaberga, sacra mater huius sacrae puellae, pie regendo catervam sanctimonialium. Itaque, regente Deo, non est obruta virgo Sirtibus[g] vitiorum nec[h] est decepta coloribus preciosarum[i] gemmarum, quae sunt ambitiones secularium feminarum. Nunquam avaricia in ea regnavit, quae fidem et honestatem artesque bonas subvertit in avidis mentibus. Ecce! prudens virgo inter tempestatem[k] mundanam providi nautae more[l] vitando fugientis seculi naufragia, sapienter servante Deo[m] sui pectoris habitacula, nunc colitur, quoniam paupertate Christi nichil est dicius, quia non est laudis[n] ęcclesiasticae possidere divicias, sed pro Christo eas contempnere. Virgo enim, quae contempnit pompas mundi, habet in vase suo copiam olei. Propterea[o], sorores carissimae, non extinguntur lampades huius[p] gloriosae Anstrudis[q], quia remota fuit, sicut audistis, a secularibus pompis. Dulcius ergo sit vobis[r] cum hac virgine sequi gloriam post victoriam, quam sine ipsa sequi ignominiam pòst carnis ruinam. cf. Matth. 25, 4.

Capp. 1—3. 1. 2*a*. *b*.

Cap. 1. a) sed *add.* 2*b*. b) magnifice maniste *(sic) add., sed. del.* 2*b*.

Cap. 2. a) *ita* 2*a*; Landrando 1. 2*b*; *cf. l.* 12. b) dilat. 1. c) posset 2*b*. d) ampliora *add., sed del.* 2*b*. e) ma *add., sed del.* 2*b*. f) Dei *add.* 2*a*. g) materiali 2*b*. h) desp. *om. et post* cum d. t. fac. *add.* non admisit 1. i) felicitatis *add., sed del.* 2*b*. k) *ita h. l.* 1. 2*a*; Landrandus 2*b*. l) computat 1. m) Hiis 2*b*.

Cap. 3. a) militari 1. b) ceros *pr. m.* 2*b*. c) Dominum 2*a*. d) Anstrudi 1; Austrude 2*b*; Austrudi 1*. e) ad 2*b*. f) postea *add.* 1. g) *ita* 2*b*; syrtibus 2*a*; sutibus 1. h) non 2*a*. i) margaritarum *add., sed del.* 2*b*. k) tempestates mundanas 2*a*. *b*. l) *om.* 1. m) *ita* 2*b*; ad *pro* Deo 1; servans Domino sui 2*a*. n) ecclesiatice *(sic) add., sed del.* 2*b*. o) Preterea 1. p) glor. h. 2*a*. q) Astrudis 2*b*; Austrud. *saepius* 1*. r) *fortasse corr. e* nobis 1.

1) *S. Mariae Laudunense.*

(4). Preterea venerabilis abbatissa Sallaberga, sentiens[a] resolutionem sui corporis imminere[1], committit[b] pastoralem sollicitudinem filiae suae Anstrudi, post fugam nuptiarum suarum olim Deo[c] sacratae, commonens eam habere curam ovilis Christi. Cum consilio itaque huius Laudunensis ęcclesiae pontificis et Francorum procerum, qui preerant huic provinciae, atque assensu et electione et acclamatione sororum, tunc in hoc[d] loco degentium*, sub regali licentia benedictione ępiscopali sacratur in abbatissam. Eratque annorum viginti, quando gregem Christi sub suo suscepit regimine. Tota in Deo eius cogitatio[e], quia non diebus, non noctibus a colloquiis et mandatis divinis recessit. O virginem per omnia repletam Dei gratia! quam voluit esse pulchram facie, sed pulchriorem fide, eligantem corpore, pollentem castitate, ieiuniis intentam, orationibus devotam, in vigiliis sedulam, sobrietate assiduam, conversatione[f] ęcclesiasticam, in ęlemosinis largam, in distributione suarum rerum letissimam, in congregatione[g] mitissimam, in[h] sermonibus lenissimam. Probatur esse humilis et pia sibi subditis et[i] hospitum receptrix. Ianuae eius patefactae sunt egenis et peregrinis, in carceribus retrusis vel vinculis vinctis personis[k] curam gerebat. Assidue autem[l] orphanis et viduis, pupillis et miseris cle-
cf. Ps. 145, 7. menter misericordiam impendebat ęscam esurientibus prebendo, potum sicientibus dando, dolentes consolando, tristes exhilarando, egrotos visitando, irascentes mitigando, discordes in[m] pacem revocando, ad ultimum mortuos sepeliendo. Quamvis fama bonorum operum apud reges Franciae et principes terrae magnum nomen et honorem huic dilectae Dei[n] adquisiverit, nil[o] sibi de bono, sed totum imputabat[p] Deo, quia illi in tantum[q] adherebat, ut habitus eius, sermo, vultus, incessus[r] doctrina virtutum esse videretur.

(5). Sed nunquam in hoc seculo deest perfidia pravorum, quae probat patientiam bonorum. Semper enim pars malorum infesta[a] est parti piorum, ex quo Cain[b] fregit sarculo[c] guttur[d] fraternum. Dum beata virgo Anstrudis[e] conaretur exercere omnes dies vitae suae in Dei laudibus, sagittas doloris occulte fabricat ei humani generis adversarius. Erat namque ei frater carissimus nomine Balduinus[2]; adversus hunc, stimulante[f] diabolo, concipiunt et meditantur dolos, qui videbantur esse amici et fideles huius virginis et fratris. Sed rara fides est**
Iob 36, 13. hominum, de quibus scriptum est: *Simulatores et callidi provocant iram Dei*[g]. Tenerrime autem dilectus a sorore Balduinus in simplicitate cordis sui dolose cum peste invidiae vocatur ad placitum[h, 3] a ministris satanae in quadam villa Laudu-

*) in quo erant fere trecente puelle *add. 2b et V. Balduini c. 4 (p. 503) e V. Sadalbergae c. 17.*
**) vir probus et prudens, magni nominis et in ecclesiasticis gradibus apicem assecutus levitici ordinis *add. 2b et V. Balduini c. 5 (p. 503).*

Capp. 4. 5. 1. 2*a*. *b*.

Cap. 4. a) S. penitus desiderans r. sui c. (*om.* imm.) 1. b) *om.* 2*a*. c) Domino 2*a*. d) *versu ex. om.* 2*b*. e) intentio 2*b*. f) conversione 2*b*. g) congregationis 2*b*. h) *om.* 1. 2*b* (*versu ex.*). i) *om.* 1. k) personam 2*a*. l) enim 2*b*. m) ad 2*b*. n) Domini adquisierit 2*a*. o) nihil 2*a*. *b*. p) Deo imp. 2*b*. q) inh *add., sed. del.* 2*b*. r) incensus 1.

Cap. 5. a) infestat parti 2*b*. b) Caim 1; Cayn 2*b*. c) cerculo 2*b*. d) fra *add., sed del.* 2*b*. e) (A. *om.*) conatur 1. f) stumul. 1, *corr.* g) *superscr.* 2*b*. h) pala *add., sed del.* 2*b*.

1) *Sulpicii Severi epist.* 3, 6 (*ed. Halm p.* 147): dixitque fratribus, dissolutionem sui corporis imminere. 2) *Cf. V. Sadalbergae c.* 11: Quintum vero bonae indolis edidit prolem nomine Balduinum, quem et ipsum iuxta priores (*liberos*) omnipotenti Deo sacravit. 3) *I. e. conventum.*

nensis provinciae*; qui sumens secum duos tantummodo ęquites, tertius[a] confestim ivit ut[b] causa placiti ad hostes crudeles, omnium hominum quos terra sustinet sceleratissimos. Sub[c] falso colore pacis mox deceptus est et confossus gladiis[1], sicque apparuerunt impii in occisione iusti, qui videbantur esse amici; quorum nomina et stirpem dicere, iniuriam esse putamus[2].

(6). Nunciatur occisio fratris auribus sororis; illa autem inter amaras lacrimas nomen Domini benedixit, sicut et[a] simplex Iob de filiorum numero[b] amisso. [cf. Iob 1, 21.] Credulitas[c] namque cordis iusticiae deputatur et salus[d] oris confessio. [cf. Rom. 10, 10.] Sciensque, statum humanae condicionis esse fragilem, dixit: 'Quamvis sim hodie desolata et frustrata proprio fratre, reddo tamen tibi Deus multiplices gratias et refero laudem et honorem maiestati tuae. Obsecro, piissime Christe, ut non sentiam iram iudicii tui, neque auferas faciem misericordiae tuae a lacrimis oculorum meorum; sed concede michi virtutem, ut pacienter possim et ferre et flere intempestivam amaritudinem commoti cordis mei, quae michi subito accidit pro dampno occisi fratris[e]. Laudo et[f] glorifico et benedico nomen gloriae tuae, quod est sanctum, [cf. Dan. 3, 51. 4, 34.] quia fratrem quem dedisti recepisti'. 'Heu me', iterum dicens, 'frater innocens, ut quid[g] te misi consiliis crudelissimorum hominum! Nunquam fuisset causa illa, pro qua ire disposui te, dure interfectum, qui eras baculus infirmitatis meae!' Et quoniam fraternus amor nescit modum, iterum flebiliter adiecit: 'Nunc, qui carnales fratres habent, misericordiae memores sint compaciendo lacrimis meis dolore plenis; non me[h] contempnant lacrimantem, sed, me plorante[i], provocentur ad pietatem, dum amarissime defleo germanum, qui solus michi remanserat, quem hodie perdidi. Esto michi[k], Deus, misericors, adsis custos et consolator meus!'

(7). Post lacrimabilem autem querimoniam, licet corde tenus patiendo fraternos casus amaricata fuisset, rationabiliter tamen virilis apparebat eius vultus et mitis, quia temperabat eam a fletibus dulcedo sancti Spiritus, qui in ipsa manebat. Congregatio denique sanctimonialium videns et audiens abbatissae suae triste[a] infortunium, non sine lacrimis plangit et[b] merorem sororis et martirium occisi fratris. Nam in pavimento ęcclesiae prostratae, ostendunt se singultibus et suspiriis condolere[c] dolenti et flere cum flenti; scriptum est enim: *Si patitur unum menbrum, compatiuntur omnia menbra.* [cf. Rom. 12, 15. 1. Cor. 12, 26.]

(8). Mota vero abbatissa maximis gemitibus sororum, super[a] terram iacentium et pie pavimento se volutantium causa inmoderatae tristiciae, accedit ad eas, sed sustentata manibus aliarum[b]; non enim poterat libere incedere, fatigata flendo et dolendo. Stansque ante altare, elevatis manibus vix indicens silentium, com-

*) cui Gohardi Insula nomen est, *add. V. Balduini c.* 6 (*p.* 503).

Capp. 5—8. 1. 2*a*. *b*.

Cap. 5. a) *om.* 1. b) *om.* 2*a*. *b*. c) Sed 2*a*.

Cap. 6. a) *m. al. superscr.* 2*b*. b) am. n. 2*a*. c) Crudelitas 1. d) salutationis conf. 1. e) mei *add.* 2*b*. f) *ita* 2*a*. *b cum Vulg.*; *om.* 1. g) qui 1, *corr.* h) *om.* 2*a*. i) po *add., sed del.* 2*b*. k) Deus michi 1.

Cap. 7. a) tristitie 2*b*, *corr.* b) *om.* 1. c) dolere cum spirituali matre, flere c. fl. (flente 2*a*) 2*a*. *b*.

Cap. 8. a) supra 2*a*. b) aliorum 1.

1) *Nomen Balduini saec. X. ad diem* 8. *Ianuarii Psalterio Emmae reginae inscriptum est; cf. Krusch, SS. R. Merov. V,* 45. 2) *Mabillonius (l. l. p.* 976) *iudicavit, auctorem 'viventium sine dubio verecundiae' parcere voluisse; sed ea ratione motus, vix de 'iniuria' loqui potuit. Nescio an de nominibus scelestorum hominum oblivioni tradendis se cogitare auctor significare voluerit, ipse ut puto minime de iis instructus, cum tota narratio ficta sit.*

pescendo voces flentium ait: 'Audite me, dilectissimae sorores et filiae; pro hoc incommodo tam aspere clamando taliter vociferari nolite, sed ad memoriam reducite, quam dulciter et quam communiter vos omnes frater[a] meus amavit, qui hodie est iniuste occisus. Quam[b] verae dilectionis hactenus erga vos fuerit vobis bene[c] optando et vestra utilia procurando[d], ipsaemet[e] scitis; precor vos, licet sim turbata privatione fratris, ut animae eius memores sitis in orationibus vestris, ut[f] crudeliter interempti anima possideat paradisi gaudia'.

(9). Recedens post haec cum sororibus, et in[a] potentia virtutis eius nec iam femineo, sed virili more consolabatur. Nec finem plangendi sacra virgo fecerat, stans in excelso Lauduni[b] montis loco[1], cum subito feretrum vidit, in quo claudebatur corpus fratris sui. Sed quoniam, ut[c] scriptum est[2], *amor nunquam erit*[d] *ociosus*[e]*; operatur magna, si*[f] *est,* dirigens aciem oculorum suorum in occisum, ait: 'Iam iam redis ad me, frater karissime, heri vivus, hodie occisus; heri dimisi te incolumem, hodie recipio te ad sepeliendum. Frater, frater[g] animo meo amantissime, cur tibi inmaturo[h] et a quibus minime oportuit vita erepta est? Quamvis michi te tulerint occisores tui, tamen letandum magis quam dolendum esse puto de occisione tua; non enim perdidisti vitam meliorem cum innocentia, sed labem et[i] fugam et exilium et egestatem et[k] pericula huius seculi et omnes has erumpnas quae mortales premunt amisisti. Invitatus ad placitum[l] cum duobus tercius ivisti[m], nunc cum pluribus amicis te flentibus reverteris; quia tu simplex et innocens fraudulentiae et dolosae amiciciae tuorum inimicorum credidisti, propterea me solam[n] nunc sororem reliquisti'. Et quis presens tam ferrei pectoris esset, qui tantae virgini compassus non fuisset super fraterna occisione? Sed nemo potest enarrare per singula, quantus luctus et quantus dolor fuit in Lauduni civitate per plures dies, non solum apud illos, quorum tutor et pastor fuerat hic vir, verum ętiam apud cives huius urbis. Sed virgo beatissima omnia quae sunt mundi transitoria
cf. 1. Ioh. 2, 17. esse intelligens, patientiae se[o] clipeo armabat; didicerat enim humilis esse inter
cf. Eccli. 24, 20. prospera et inter adversa esse secura, quae sicut mirra ęlecta dedit Christo suavitatem odoris.

(10). Nec mirum est[a], sorores karissimae, si occisus est tantus vir a diaboli menbris, sicut audistis, cum sciatis hunc martirem menbrum esse illius, qui zelo Phariseorum ad salutem mundi sit[b] crucifixus. Semper enim ab antiquo virtutes invidia persequitur[c, 3], sicque fit, ut Deus, qui est fons pietatis, clementer suscipiat, quos hic mundus inclementer colafizat[4], quia placent semper[d] Deo, qui[e] displicent

Capp. 8—10. 1. 2*a. b.*

Cap. 8. a) m. fr. 2*a.* b) Affectu v. dil. erga vos usus est hactenus vobis 2*a. b.* c) *superscr.* 2*b.* d) procurrando 2*b, corr.* e) i. sc. *om.* 2*a. b.* f) ac 1.

Cap. 9. a) impot. 2*a.* b) m. L. 2*b.* c) *om.* 2*b.* d) est 2*a cum Gregorio.* e) quia *add.* 1; Op. etenim magna *Greg.* f) si est *om.* 1. g) aio *add., sed del.* 2*b.* h) immature 2*a.* i) *om.* 2*a.* k) *om.* 2*b.* l) palac. 2*b, corr.* m) inistis 1; et *add.* 2*a.* n) *ita* 2*b*; nunc solam 2*a*; solam non 1. o) clipeo se 1.

Cap. 10. a) si occisus est *add., sed del.* 2*b.* b) est 2*a.* c) prosequitur *pr. m.* 1. d) Deo semper 2*a. b.* e) quae 2*a. b.*

1) *Urbs 'in cacumine saxi sita' est (V. Sadalbergae c.* 14*).* 2) *Gregorii M. Homil. in evang.* 30, 2 *(Migne LXXVI,* 1221*).* 3) *Cf. Hieronymi epist.* 108 *(V. Paulae), c.* 18 *(Migne XXII,* 893*):* Semper quidem virtutes sequitur invidia, 'feriuntque summos fulgura montes' *(Horatii carm. II,* 10, 11*).* Nec mirum, si hoc de hominibus loquar, cum etiam Dominus noster Pharisaeorum zelo sit crucifixus, et omnes sancti aemulos habuerint. 4) *Colaphis caedere. Cangius.*

mundo. Afflictio enim quae est temporalis in hoc seculo ęlectorum, materia est[a] caelestis gloriae premiorum, quoniam huius mundi tranquillitas animarum est tempestas. Igitur non sine causa Paulus[b] apostolus prohibet contristari de mo- 1.Thess.4,12. rientibus, relinquens[c] tristiciam tantummodo illis, qui spem resurgendi non habent. Defectus namque corporum non mors, sed dormitio et somnus in scripturis sacris cf. Ioh. 11, 11—13. appellatur[d], quia substantia humanae corporalitatis non tollitur, sed per gloriam resurrectionis in perpetuas aeternitates reformabitur ab illo, qui mortem sua[e] morte dissipavit. Ex hoc colligitur, quia feliciter moritur, qui pro Christo victurus occiditur. Securus iam[f] cum Christo vir iste regnat, quia *raptus est, ne malicia* Sap. 4, 11. *inmutaret mentem eius*[1]. — — — — — — — — — — — — —

(11). Interea occisores tanti viri Deo odibiles non cessabant inferre famulae Dei Anstrudi iniurias, utentes adversus eam suo malo dolo et pravo ingenio. Nam parvi pendentes fusum a se sanguinem iusti, repleti furore maliciae, Ebroinum adeunt virum palatinum, qui in illis temporibus erat sub Theoderico[a] rege potens opibus et consiliis regalibus. Accusantes igitur innocentiam[b] virginis in auribus principis, convertunt eius potentiam in iram suis falsis testimoniis, suadentes illi, ut contra eam insurgeret, quatinus sacratae abbatissae potestatem regendi animas auferret et eam a monasterio repelleret. Sed sicut scriptum est: *Corrumpunt mores* 1. Cor. 15, 33. *bonos colloquia mala,* cor terreni principis accensum est ira adversus mansuetudinem virginis.

(12). Accidit autem occasio et non devocio, ut rex Theodericus[a] hostiliter intraret Lauduni civitatem. Affuit autem Ebroinus cum exercitu[2], memor ad se accusatae virginis, cupiens militare Theoderico et non Deo; qui[b] veniens ad monasterium puellarum, non est usus desiderio bonae voluntatis, sed tanquam lupus cf. Act. 20, 29. rapax Christi oves dispergere temptat, sanctimonialium matrem spiritualem exilio deputans[c]. Cum vero furibundus virgineum vultum abbatissae inspexisset, asperrime eam obiurgare cepit. Sed preclara Dei famula mitis et humilis corde paucis cf. Matth. 11, 29. ac lenissimis sermonibus respondebat, ostendens patienter se non timere minas et temerariam obiurgationem superbi tiranni.

(13). Dum[a] Ebroinus male loquitur et peius se facturum promittit, quidam vir boni desiderii nomine[b] Aglibertus[c, 3] accessit ad quasdam sorores perfectae

Capp. 10—13. 1. 2*a*. *b*.

Cap. 10. a) *om.* 1. b) *om.* 2*a*. c) relinquere 2*a*. d) appellantur 2*a*. e) morte sua 1. f) *om.* 2*a*.

Cap. 11. a) *ita* 1*; Teoderico 1; Theodorico 2*a*; Theodrico 2*b*; *item infra l.* 23. b) virg. inn. 2*a*; virg. *bis scr. erat* 2*b*.

Cap. 12. a) *ita* 1*; Teodericus 1; Theodoricus 2*a*; Theodricus 2*b*. b) Qu(i *in ras.*) 1. c) deputaturus 2*a*. *b*.

Cap. 13. a) Ebor *add., sed del.* 2*b*. b) *om.* 2*a*. c) Acglib. 2*a*; *om., spatio vacuo relicto,* 2*b*.

1) *Sequuntur aliae contemplationes eiusdem generis.* 2) *Cum Pippinus et Martinus a. c.* 680. *ab Ebroino in Lucofao loco prope Laudunum sito devicti essent,* Martinus per fugam elapsus, Lauduno Clavato ingressus, illuc se reclusit. *Ebroinus autem* ad Martinum dirigit nuntios (Aglibertum ac Reolum Remensis urbis episcopum *add. cont. Fredeg.),* ut, data sacramenta, cum fiducia ad regem Theudericum veniret; — — ille vero credens eos, (a Lauduno Clavato egressus *add. cont. Fredeg.)* Erchreco veniens, ibi cum sociis suis interfectus est *(Lib. hist. Franc. c.* 46; *Fredegarii contin. c.* 3*).* 3) *De Agliberto cf. n.* 2. *Aghliberthus referendarius a.* 677. *chartam Theuderici III. recognovit (MG. Dipl. Merov. p.* 44*).*

cf. Deut. 31, 6. aetatis et bonae vitae, dicens ad eas: 'Ancillae Dei, viriliter agite et in Domino cf. Dan. 3, 51. confortamini, et omnes pariter et unanimiter quasi ex uno ore vociferantes, Domini maiestatem exorate, ut hodie nemo vos possit separare a vestra matre spirituali'. Tunc[a] cohors sanctarum sanctimonialium, repetitis precibus, exorabat, ut Deus omnipotens abbatissam suam eriperet de manu inimicorum[b] et de[c] potestate contrariorum. Cumque voces psallentium sanctimonialium audirent satellites et comites Ebroini, qui cum[d] illo erant, nimio timore exterriti, aspicientes sursum, viderunt de turriculo ęcclesiae globum igneum exire usque ad caelum. Qui pavore concussi, citissime hoc signum Ebroino[e] nunciaverunt. At[f] ille haec audiens, expavit graviter confestimque suam ferocitatem mutavit in maximam lenitatem, moxque matris spiritualis humiliter[g] vestigiis[h] advolutus, devoto animo veniam postulavit, pollicitatus[i] se in omne[k] reliquum tempus vitae suae congruo honore Dei[l] famulam venerari, fidemque et amiciciam promittit se servaturum cenobio et Dei famulabus; sicque reversus est ad palatium amicus religionis, qui fuerat[m] hostis Deo[n] dilectae virginis.

(14). Igitur post aliquot[a] dies vir quidam nomine Chariveus[b. 1], instigante diabolo, cepit proterve contendere contra Dei famulam Anstrudem, in tantum ut evaginato gladio eam interficere niteretur, et ita plenus malae voluntatis in ęcclesiam sanctae Mariae[2] semper virginis virginem persequens[c] intravit. Virgo autem Domini intrepida stans iuxta cornu altaris, expansis manibus, Dominum confidenter exorabat. Quam cernens impius persecutor tam fiducialiter minas contempnentem, propius ad eam[d] accedere non[e] presumebat. In se autem reversus, metuens divinum iudicium, prostratus in terra[f], veniam humiliter flagitabat. Statim ancilla Domini, ut vidit eum indulgentiam et veniam postulantem, misericordia mota super illum, benigne[g] dimisit ei omnem iniuriam sibi illatam, memor dominicae[h] sen-
Luc. 6, 37. tentiae dicentis: *Dimittite, et dimittetur vobis.* Sed post paucos dies iam dictus[i] Chariveus[k] vitam finiens, in ipso loco quo contra Dei famulam rixaverat sepultus
cf. Rom. 12, 17. est, ipsa tamen beatissima permittente, quae, secundum apostolum non reddens malum pro malo, cum magna diligentia ei locum sepulturae preparavit.

(15). Deinde post biennium quidam iuvenis nomine Ebrohardus cum satellitibus suis nocturnis horis castrum Lauduni hostiliter introiens[a], maximam partem urbis huius igne succendit, fundere cupiens sanguinem proximi sui Gislehardi[3]. Qui ut intellexit adesse Ebrohardum et civitatis incendium, non estimavit se vivere posse per unius hore spacium; nam quanto cicius potuit, aufugit et sic manus inimicorum evasit. Ebrohardus autem diu querens fugientem et minime inveniens

Capp. 13—15. 1. 2*a*. *b*.

Cap. 13. a) cho *add., sed del.* 2*b*. b) *om.* 2*a*. *b*. c) *om.* 2*a*. *b*. d) eo *add., sed del.* 2*b*. e) Ebroyno 2*b*. f) Ad 2*b*. g) *om.* 2*a*. h) *om.* 2*b*. i) pollicitus 2*a*. k) omnem 2*b, corr.* l) fam. Dei 1; *cf. l.* 14. 17. 27. m) hortu *add., sed del.* 2*b*. n) *ita* 2*a* (*cf. p.* 73, 19); *om.* 1. 2*b*.

Cap. 14. a) aliquantos 2*b*. b) Carineus 2*b*. c) persecutus 2*a*. d) aram 2*a*. e) audebat *add., sed del.* 2*b*. f) terram 2*a*. *b*. g) *om.* 2*a*. h) sent. dom. 2*a*. i) *bis scr. erat* 2*b*. k) *ita* 2*a*; Cariveus 1; Charineus 2*b*.

Cap. 15. a) intienes 2*b, corr.*

1) Charievio comiti *Chlodoveus III. rex a.* 692. *praeceptum dedit (K. Pertz, Dipl. Merov. p.* 55; *Halkin et Roland,* '*Recueil des chartes de Stavelot-Malmedy*' *I,* 1909, *n.* 12). 2) *Scilicet dictae Profundae, quae ecclesia a Sadalberga condita esse dicitur et ita vocata* ad differentiam forsitan maioris ecclesiae sanctae Mariae, in qua episcopalis sedes consistit (*Hermanni Mirac. S. Mariae Laudun. III,* 22, *ed. d'Achery l. l. p.* 552). 3) *Gislehardus quidam a.* 666/7. *chartae Amandi 'Lauduno civitate' datae subscripsit (Pardessus II, p.* 133).

latitantem, commotus ira perrexit cum furore mentis ad dominam[a] Anstrudem eamque aspere increpare cepit, quod eius fuerat[b] adversatrix[c], et quod faverat[d] partibus eorum, qui suum despexerunt dominium. Imperans autem cum magna sevicia, ait: 'Affer[e] michi cunctas monasterii[f] huius claves'. Mox Christi virgo ad mitigandam eius vesaniam iussit afferri. Sed iuxta nutum superni iudicis, acceptis clavibus, primo diluculo alterius diei ante hostium monasterii presumptor secundum suum meritum mortem[g] crudelem accepit. Haec autem cernens Dei famula, claves monasterii recepit et miserum corpusculum diligenter tradidit sepulturae, obediens et huic[h] dominico precepto, quo[i] dicitur: *Estote misericordes, sicut et pater vester* Luc. 6, 36.
misericors est, et iterum: *Benefacite his*[k], *qui oderunt vos*[l]. Matth. 5, 44.

(16). Temporibus principis[a] Pippini Madelgarius, qui tunc Laudunicae urbis pontifex esse videbatur[1], vana cupiditate deceptus, voluit cenobium beatae Anstrudis sibi usurpare. Quod Dei famula, nullatenus adquiescens voluntati presulis, prudenter contradicebat, ita ut fieret inter eos grandis altercatio. Virgo autem Domini frequentiam contentionis ferre non valens, per Vulfoldum[b, 2] consanguineum suum[c] cupiditatem ępiscopi Pippino sapienter mandavit. Pippinus autem legationem sacratissimae virginis honorificę suscipiens, statim filium suum Grimoldum[d, 3] Laudunum devote[e] direxit, precipiens cum omni diligentia, ut deinceps Madelgarius ępiscopus nichil inquietudinis inferret Deo dilectae virgini[4]. Non est itaque[f] mirandum, si[g] a Deo[h] tam cito de tribulationibus suis erepta est, quae in isto seculo proprias voluntates et curas[i] carnis relinquens, solo desiderio videndi Deum[k] repleta est.

(17). Exceptis namque diebus sollempnibus, id[a] est natalis Domini et[b] die sancto pasche[5] et diebus dominicis, cęteris omnino diebus nichil cibi vel potus

Capp. 15—17. 1. 2*a*. *b*.

Cap. 15. a) domnam 2*a*. b) fuerit 2*a*. *b*. c) adversaria 2*a*. d) faverit 2*a*. *b*. e) affert 2*b*. f) huius mon. 2*b*. g) crud. mortem 2*a*. h) hic 1. i) qui 1. k) hiis 2*b*. l) *om.* 2*b*.

Cap. 16. a) Pipp. pr. 2*a*. b) *ita* 2*a*; Nulfoldum 1. 2*b*. c) suam 2*b*. d) Grimaldum 2*a*. e) devotissime 2*a*. f) itaque *eras.* 1. g) beata Anstrudis *m. al. superscr.* 1. h) Domino 2*a*. i) curras 2*b*, *corr.* k) Dominum 2*a*.

Cap. 17. a) item die n. 2*b*. b) *superscr.* 2*b*.

1) *Cum aliis episcopis tum Madalgario a.* 692/3. *Bertoendus episcopus Catalaunensis privilegium monasteriis Bercharii Dervensibus concessum misit (Pardessus II, p.* 221; *Lalore, 'Collection des principaux cartulaires du diocèse de Troyes' IV,* 1878, *p.* 116*). Ermino presbyter, qui postea episcopus et abbas Lobbiensis (*712—737*) factus est, Madelgario Laudunensi se commendavit (V. Erminonis c.* 1. 3*).* 2) *Vulfoaldus comes in pago Virdunensi monasterium S. Michaelis super Mosam construxit (cf. MG. Dipl. Karol. I, n.* 68*), quod a. c.* 709. *et* 723. *praediis ditavit; a.* 707/8. *cum Sigibaudo episcopo Mettensi commutationem fecit (Pardessus II, p.* 280. 165. 278; *Lesort l. l. p.* 39. 52. 50*). Inter villas a. c.* 709. *concessas haec commemoratur (supra p.* 64, *n.* 3*):* Simili modo donamus villam nostram sitam in pago Virdoninse, quae vocatur Buxarias, quam nos de Anstrude abbatissa quondam dato pretio comparavimus; *cf. Chronicon S. Michaelis c.* 1 *(MG. SS. IV,* 79; *ed. Tross, Hammone* 1857, *p.* 5; *Lesort p.* 3*).* Signum Vuolfoaldo comite *a.* 728. *sub privilegio a Widegerno episcopo Murbacensibus dato legitur (Pardessus II, p.* 355; *Wiegand, 'Urkundenbuch der Stadt Strassburg' I, p.* 3; *P. Wentzcke, 'Regesten der Bischöfe von Strassburg' I,* 2, *n.* 33*).* 3) *Grimoaldus, inter a.* 697. *et* 703. *maior domus factus, a.* 714. *interemptus est; cf. Mühlbacher, Reg. I*², *p.* 11. 4) Et nullam post potestatem in eo habuerunt Laudunenses pontifices nisi tantummodo, dum adfuerunt inibi sanctimoniales, abbatissarum benedictionem et abbatum nihilo minus post monialium eiectionem, *addit Vita II. (Mabillon p.* 980*).* 5) Et pentecostes *add. ib.*

sumebat, nisi prius psalterium per ordinem cum hymnis et canticis spiritualibus Domino decantaret[a]. Refectio vero[b] illius nona aut vespertinis horis esse solebat. Nocturnis horis quantum se exercebat vigiliis et psalmodiis, longum est enarrare. Locum vero sibi ultimum post hostium elegit ęcclesiae, ibique parvula[c] cathedra[d] posita erat, super quam residendo, expleto cursu horarum singularum, paululum quiescebat; reliquum stratum sui[e] lectuli iam dudum dimiserat. Lucescente[f] cotidie aurora[g] diei, mox[h] surgens, circuibat ęcclesias invitando auxilia sanctorum[i] in adiutorium sibi. Deinde infirmantium cellulas cum tota cura pietatis visitabat sicque omnibus dominicis preceptis se subdebat cum toto studio, ut nullis horis nullisque momentis a divinis operibus aliena appareret.

(18). Illud non est omittendum, quam[a] per illam[b] Dominus primam dignatus est operari virtutem. Quaedam namque[c] femina ex famulabus suis oculorum lumen amiserat; cui electissima[d] virgo in visu apparuit, dicens: 'Quid agis, soror?' Quae respondit: 'Bene, domina; sed deprecor, ut miserearis michi[e] peccatrici'. Dixitque illi: 'Proxima[f] die dominica ego revertar huc, ut letificem te'. Et[g] confestim recessit. Veniente itaque die dominica, quasi hora sexta soror memorata Chramnegundis[h] rogavit se per manus ad beatam Anstrudem adduci obviavitque illi[i] in limine[k] et ait: 'Obsecro, domina, ut manum tuam super oculos meos ponas'. At illa fortiter[l] denegare cepit seque indignam iudicavit. Tunc ceca magis ac magis clamabat[m], dicens: 'Vere non recedam a te, antequam me tangas et lumen meum mihi restituas'. Haec audiens Dei virgo cepit lacrimari, et nichil dicens, nisi tantum oculos in[n] caelum levans, posuit manum dexteram super oculos eius, statimque lumen pristinum reddidit oculorum.

(19). Alio quoque tempore quaedam[a] Dei famula Adalsinda[1] nomine, capitis dolore diu[b] fatigata, omnino iam per se levari non poterat. Ad quam Dei virgo Anstrudis visitandi gratia venit eique manum cum signo sanctae crucis in caput posuit, et statim omnis dolor evanuit ab ea.

(20). Alio quoque die quandam[a] Dei[b] famulam nomine Scolasticam[c] domna Anstrudis per Dominum a somno mortis[d] suscitavit. Sic tamen mortua putabatur, quod neque per os suum neque per nares ullum reddebat flatum. Haec omnia et alia plura Dominus per manus ancillae suae, dum[e] viveret, operari dignatus est.

(21).[a] Cum autem dies exitus suae animae appropinquaret, vocavit ad se turbam sororum eisque diem obitus sui celeriter indicavit et indulgentiam cunctis dedit et, ut sibi indulgerent, similiter[b] petiit. Biduo namque, antequam migraret ad Dominum, quem tota mente dilexit, claritas inmensa circunfulsit domum illam, in qua virgo Christi fesso corpore quiescebat, et de ipsa claritate quasi stella radians[c], residens in pectore, intravit in os eius, factumque est, ut hora[d] eadem,

Capp. 17—21. 1. *2a. b.*

Cap. 17. a) decantasset *2a.* b) *pr. m. superscr.* 1. c) parva *2b.* d) posita *add., sed del.* *2b.* e) lect. sui *2a.* f) lucente 1. g) hora *2a.* h) surg. mox *2a. b.* i) sororum *2a.*

Cap. 18. a) quoniam *2a.* b) illā: (*ras.* e?) 1. c) *om.* *2b.* d) in visu el. virgo 1. e) *ita* 1*. *2b*; ṁ peccatricis 1; mei peccatricis *2a.* f) Prima *2a.* g) Que *2b.* h) Cramneg. 1; Cramueg. *2b.* i) ei *2b.* k) lumine *pr. m.* 1. l) *in marg. suppl.* *2b.* m) clamat *2b.* n) ad *2b.*

Cap. 19. a) quae(dam *om.*) *2b.* b) fat. diu *2a.*

Cap. 20. a) *om.* *2a.* b) dee(?) *2b, corr.* c) Schol. *2a.* d) susci *add., sed del.* *2b.* e) dum v. *post* dign. e. *in marg. suppl.* *2b.*

Cap. 21. a) III. *in marg.* 1. b) *superscr.* *2b.* c) radicans *pr. m.* 1. d) eadem hora *2b.*

1) *V. infra c.* 33.

qua sancta illa anima egrederetur a corpore, quasi columba nivei[a] candoris egressa ex ore eius, cunctis qui astabant videntibus, evolaret ad[b] superos[1].

(22). Cumque corpus eius ex more compositum conderetur, cunctis pro[a] foribus amarissime flentibus, ecce! duae aves inenarrabili splendore radiantes, de supernis secretis evolantes, sederunt super domus[b] illius tectum[c], donec sanctum corpus cum omni diligentia tractaretur. Cumque sacrum corpus feretro in basilicam sancti Iohannis fuisset allatum[2], soror quaedam, vulnus sub ascella habens, accessit ad feretrum manumque ipsius sanctae super ipsum vulnus posuit cum summa reverentia, et statim sana facta est, acsi vulnus[d] ibidem prius non fuisset.

(23).[a] Crastina vero die, postquam[b] sacrum corpus sepulturae traditum fuerat, quaedam femina demonio plena ad sepulchrum illius veniens confestim curata est.

(24). Post haec quaedam Deo sacrata paralitica iacebat. Quae sopore depressa, vidit in somnis Dei famulam Anstrudem ante suum lectulum assistentem, pelliciam[3], quam sancta virgo solebat induere, super eam iactantem; quae statim de somno expergefacta surrexit, omnibusque membris recuperatis, in conspectu omnium sororum incolumis ambulavit.

(25). Reus quidam ligatus ducebatur ad necem; qui, dum nullam spem evadendi haberet, dixit: 'Ve mihi misero, ve michi! Domina Anstrudis, en altera vice[a] vivens liberasti me! Nunc vado ad mortem, et modo defuncta es; michi ultra adiuvare non vales'. Ad[b] hunc sermonem statim funis ille de manibus suis disruptus est, illeque reus, nullo persequente, portis apertis, locum repperit evadendi ac velocissimo cursu ad sepulchrum sanctae[c] virginis properavit.

(26)[a]. Ipso quoque tempore soror quaedam, amisso lumine oculorum suorum, occubuit super sanctae virginis Dei[b] sepulchrum, ut oraret; quae depressa somno, in ipso puncto[c] evigilans, clare lumen amissum recepit.

(27). Denique puella[a] nomine Helena ceca et muta, inter manus sororum ad ipsius sanctae sepulchrum adducta, sub una nocte lumen oculorum et ęloquium linguae, ipsa opitulante, recepit, ut[b] ita quasi prius nullam anxietatem inde pateretur.

(28). Illud quoque ad memoriam revocemus, quod soror quaedam nomine Oda, filia Gautsuini[a] quondam[b] ducis, ab infancia a demonio graviter vexabatur et cum eadem

Capp. 21. 22. 1. 2*a*. *b*. *Cap.* 23. 1. 2*b*. *Capp.* 24 — 28. 1. 2*a*. *b*.

Cap. 21. a) neivei 2*b*, *corr*. b) a 2*b*.

Cap. 22. a) pr(a)e 2*a*. *b*. b) *ita* 1*; domum (*corr.* domus 1) 1. 2*a*. *b*. c) tecti 2*a*. *b*. d) *ita* 1 (*cf. p.* 75, 28. 76, 34); vulneris livor ibidem non esset 2*a*. *b*.

Cap. 23. a) *caput* 23. *om.* 2*a*. b) quam 2*b*.

Cap. 25. a) veni *add.*, *sed del.* 2*b*. b) Adhuc s. 2*b*. c) sacrae 2*a*.

Cap. 26. a) VI. *in marg.* 1. b) *om.* 2*a*. c) punctu 2*b*.

Cap. 27. a) *om.* 2*b*. b) ita q. p. ut n. 1.

Cap. 28. a) Gotsuini 1. b) quonducis ducis 2*b*, *corr*.

1) *Gregorii M. Dial. IV,* 10: Omnes vero fratres qui aderant ex ore eius exisse columbam viderunt, quae — — egressa, aspicientibus fratribus, penetravit caelum; *cf. V. Sollemnis c.* 11: Illa scilicet hora, qua spiritum corpus suo reddidit creatori, tantum domus repleta est de odore suavitatis — — videruntque columbam candidam de ore eius egredientem — — evolare ad astra. *Anstrudis ante a. c.* 709. *obiit, quo in charta Vulfoaldi 'abbatissa quondam' vocatur (supra p.* 64, *n.* 3*); die* 17. *Octobris colebatur (cf. SS. R. Merov. V,* 45*).* 2) *In basilica S. Mariae sepultum est; cf. infra c.* 37. 3) *Indumentum e pellibus factum, nobis 'pelz'.*

infirmitate, veste sanctaemonialis[a] accepta, monacha in ipso monasterio Laudunensi ipsam vexationem per quindecim annos passa fuit. Una autem sabbati[1], aurora diei incipiente, venit ad eam quasi vox sanctae Anstrudis, rogans, ut signo dominicae crucis semet ipsam armaret fortiter et a lecto suo cum summa festinatione surgeret ac[b] pergeret ad sepulchrum sacrae[c] virginis et de ipsa petra in Trinitate morderet. Quae ita ammonita per duas vices, surgere non audebat; timebat enim valde. Tercia[d] enim vice vox ipsa obiurgavit eam, dicens: 'Cur dubitas, puella? Surge velociter, noli timere neque expavescere, sed vade ad sepulchrum meum, et ego ero tecum, et de petra morde per tres vices, et sana eris'. Quae cito surgens, rapidissimo cursu[e] pervenit ad[f] sepulchrum illius, et ecce! universa ostia[g] ecclesiae, quae illis horis firmissime clavibus obserata esse solebant, patefacta sunt. Quae veniens, prostravit se, et de ipsa petra mordens[h] per tres vices, ut ei fuerat imperatum; quae statim somno suavissimo detenta, audivit[i] enim vocem sanctae Anstrudis, quae et prius ei loquebatur, dicens[k] ad illam: 'Surge modo, filia, quia iam curata es ab infirmitate, quam ab infantia nunc usque fuisti perpessa[l]'. Quae cum magno gaudio inter cęteras virgines sana facta cum fiducia ambulavit.

(29). Quaedam vero ex sororibus fluxum sanguinis patiebatur gravissimum. Quae vidit in somnis quandam monacham precipientem sibi, ut medicinam aliam nequaquam sumeret, nisi rasum pulverem de sepulchro sanctae virginis in vino biberet calido. Quae evigilans, iussa complevit atque in ipso momento[a] a fluxu sanguinis sana effecta est.

(30). Denique puella, quam supra[2] a beata Anstrude resuscitatam diximus, arrepta a demonio torquebatur; quam[a] apprehensam posuerunt super tumulum sanctae virginis. Quae sopore depressa, purgata est[b] a demone, consolidatisque menbris, illa regressa est.

(31). Item alia puella hydropica, omnibus menbris destitutis, venit in ipso die, Oct. 17. quo secundum morem anniversarium diem suae depositionis[a] summo honore venerabantur, et in conspectu omnium super[b] ipsum sepulchrum sanctae virginis prostravit se et obdormivit. Expergefacta autem puella, quae a duabus feminis ibi vix fuerat adducta, recuperatis menbris omnibus, per se ipsam ad domum suam incolumis[c] ambulavit.

(32). Quaedam autem infirma Sigrada[a] nomine per octo annos paralitica iacebat, ita[b] ut nec manum suam ad os suum levare potuisset. Viditque in somnis sanctam Anstrudem in veste fulgenti, ampullam in manu sua in similitudine cristalli preclarissimi[c] olei plenam tenentem, et ex ea in modum crucis cepit ungere brachia vel[d] manus et totum eius corpus. Expergefacta autem ab eadem visione, portare se fecit in basilicam sancti Iohannis Baptistae et deponi iuxta cathedram, ubi sancta Anstrudis frequenti oratione[e] vacare solebat, statimque omni sanitate recuperata, quasi prius[f] nullum sensit dolorem.

Capp. 28—32. 1. 2*a. b.*

Cap. 28. a) sanctimon. 2*a. b.* b) ad 2*b.* c) sanct(a)e 2*a. b.* d) VII. *in marg.* 1; t. autem voce vox 2*a.* e) ceursu 2*b, corr.* f) ad | ad 2*b.* g) eccl. hostia 2*b.* h) momordit 2*a. b.* i) auditaque voce 2*a. b.* k) dixit 2*a. b.* l) perpessam 1.

Cap. 29. a) monento 2*b.*

Cap. 30. a) apphe *add., sed del.* 2*b.* b) et 2*b.*

Cap. 31. a) dispos. 1. b) supra 2*b.* c) *om.* 2*b.*

Cap. 32. a) Sidraga 2*b.* b) autem *add.* 2*b.* c) pciossi 2*b.* d) et 2*b.* e) orationi 2*a.* f) *ita* 1 *(cf. p.* 75, 28*)*; quasi super se prius nullum sensisset dol. 2*a. b.*

1) *I. e. die dominico (cf. e. gr. Luc.* 24, 1*).* 2) *Cap.* 20.

(33). Una autem sabbati sanctimonialis quaedam, dum oraret, sopore confecta, vidit sanctam Anstrudem in basilica beati[a] Iohanni Baptistae contra locum cathedrae suae. Quae[b] dixit ad eam: 'Soror, vade ad Dei famulam Adalsindam abbatissam[1] et dic ei, ut isto loco, ubi[c] me vides stantem, lectum cicius faciat edificare[d], et ibi quae voluerint sorores veniant[e] orationes lucrari'. Ad hunc sermonem soror ipsa evigilans, perrexit quo iussum fuerat et narravit predictae matri familias, quae audivit et vidit. Quae cum audisset, intellexit[f], lectum illum significare[g] velle altare. Quae dictis obediens, altare in eodem loco sacrari fecit, ubi, quicumque[h] fideliter in nomine Iesu pecierit, quod poposcerit impetrabit.

(34). Alia[a] namque soror fluxum sanguinis quatuor annis patiebatur; quae veniens in hunc sacrum locum, rogans pro infirmitate sua, confestim[b] sanata est.

(35). Denique quaedam ex sororibus graviter vulnerata, ita ut ętiam a medicis minime curari posset, affligebatur. Tunc[a] ad illam cathedram sanctae Anstrudis se iussit portari, ibique[b] per virtutem eius sanata[c] est, acsi nullum tumoris vulnus in corpore habuisset.

(36). Igitur puella ab infantia in hoc sacro cenobio enutrita nomine Petronilla, vehementer egrotans, ita attenuata erat, ut vix anhelitum flebilem daret, cęteris menbris[a] destituta, ut nec oculos aperire posset. Nutrix vero eius amarissime flens pro defuncta, in[b] humeris ad locum requiescionis[c] sanctae Anstrudis deportavit eamque devotissime extensam imposuit. Quo facto, suffragantibus meritis beatae virginis[d] Anstrudis, predicta puella statim oculos aperuit et cepit loqui, restitutisque menbris, sanata est.

(37). Nuper quidem contigit, quandam feminam ex progenie[a] nobili una cum filia sua et duabus puellis gravissime a demonibus fatigari; quae, dimissis facultatibus suis, plena devocione se Domino manciparunt[b] et in ipso cenobio habitum sanctarum sanctimonialium[c] susceperunt. Sed, ut mos est, inprimis eas longe in summitate monasterii sequestraverunt, statimque crudelissimi[d] demones eas inmaniter vexare ceperunt, ut penę nullae sororum ad ipsas auderent accedere, nisi[e] tantum ut alimoniam deputatam a longe posuissent et fugerent. Dum autem nutu et meritis sanctae Anstrudis post celeberrimum diem natalis Domini circa mediam noctem predicta matrona cum filia et puellis, pavore Dec. 25.
nimio concussae, de loco quo erant summo cursu pergentes, ad basilicam sanctae Mariae semper virginis, ubi sanctae Dei[f] requiescere videntur[2], advenerunt, et procidentes[g] ante

Capp. 33—37. 1. 2*a*. *b*.

Cap. 33. a) s͞ci 2*b*. b) *bis scr. erat* 2*b*. c) ul *add., sed del.* 2*b*. d) (a)edificari 2*a*. *b*. e) venient 2*b*. f) intelligit 2*a*. g) alt. sign. v. 2*b*. h) (qui *superscr.*)cumque 1.

Cap. 34. a) Alia: 1. b) repente 2*a*.

Cap. 35. a) Quae cum *pro* Tunc 2*a*. b) que *om.* 2*a*. c) est sanata 2*b*.

Cap. 36. a) ita *add.* 2*a*. b) in h. *om.* 2*a*. c) requietionis 2*a*. *b*. d) A. virg. 2*a*. *b*.

Cap. 37. a) progene 2*b*. b) mancipaverunt (*corr.* mancipaverant 2*b*) 2*a*. *b*. c) monialium 2*b*. d) crudelissime 2*a*. e) in 2*a*. f) reliqui(a)e *pro* Dei 2*a*. *b*. g) proced. 1.

1) *Eam Adalsindam fuisse, quae ab Anstrude sanata (supra c. 19) ei successisset, voluit Mabillonius. Adalsinda uxor Vulfoaldi comitis audiebat, in tribus chartis eiusdem (cf. supra p. 73, n. 2) commemorata.* 2) *In fine Vitae sanctae Anstrudis ab auctore anonymo saeculo XII. expolitae haec leguntur:* Monstratur autem locus in ecclesia beatae Mariae *(Profundae scilicet)* semper virginis, in qua sanctissimum corpus illud sepultum multis requievit annis, donec inde translatum et una cum ossibus beatae Salabergae matris suae reconditum est in superiori ecclesia beati Iohannis Baptistae. *Mabillon.*

sepulchrum, iacuerunt ibi biduo. Nocte vero tercia ad pullorum cantum extinctum est lumen lampadis illius, quae pependit super sepulcra sanctarum, et post unius horae spacium illuminata est, et ita[a] usque ter extinctum et iterum lumen recepit. Ut autem tercio illuminata est, tota ęcclesia quasi fulgor[b] clarissimi luminis resplenduit. Quod videns prefata mulier, cum suis nimioque[c] timore perterritae, obdormierunt audieruntque sonitum menbrorum suorum, et inde pavore concussae, exclamaverunt voce magna, timentes eadem hora vitam finire. At ubi[d] claritas diei illuxit, steterunt super pedes suos. Ita[e] namque, favente Domino, per intercessionem sanctae Anstrudis predicta matrona cum filia sua et duabus puellis a vexatione demonum liberatae ac purificatae apparuerunt, ut deinceps nullam a demonibus vexationem usque in diem sui obitus habuerunt[f].

(38). Multa quidam et alia quae modo non occurrunt miracula Deus[a], qui semper cf. Ps. 67, 36. est in sanctis suis[b] mirabilis, per[c] sanctam ac beatam famulam suam Anstrudem virginem V. Geretrudis B c. 7. ostendit, et prestantur cotidie ad sepulchrum illius beneficia[d] orationum eius omnibus fideliter petentibus per dominum et salvatorem nostrum Iesum Christum, qui cum aeterno Patre et Filio et Spiritu sancto vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

Capp. 37. 38. 1. 2*a*. *b*.

Cap. 37. a) ista 2*b*. b) fulgur 2*b*; fulgore 2*a*. c) ter *add., sed del.* 2*b*. d) di *add., sed del.* 2*b*. e) Itaque f. 2*b*. f) habuerint 2*a*. *b*.

Cap. 38. a) Dominus 2*a*. b) mir. in sanctis suis 2*a*. c) perfectam et beat. 2*b*. d) *ita* 2*b cum V. Geretrudis*; beneficio 1. 2*a*.

VITA ALDEGUNDIS
ABBATISSAE MALBODIENSIS.

De Aldegunde, ad quam Malbodii monasterii ad Sabim fluvium siti (hodie Maubeuge, dép. Nord, arr. Avesnes) origines referuntur[1], *paucissima constant. Primus Anso in Vita Ursmari abbatis Lobbiensis ante a.* 776. *conscripta eius mentionem fecit, narrans, Ursmarum* († 713) *neptem parvulam Aldegundi in Malbodio monasterio erudiendam commendasse, 'in quo inerant feminae sanctaemoniales, turba non modica'*[2]. *Deinde Alcvinus* († 804) *nomen eius protulit, cum Radone abbate* (790—808) *petente ad coenobium S. Vedasti exornandum versus composuit*[3]*:*

Haec Aldegundis veneranda est virginis ara:
Adsit et hic praesens haec precibus populi,

atque Angilbertus († 814) *paulo post a.* 800. *reliquias eius commemoravit*[4]. *Obitus eius ad diem* 30. *Ianuarii in Kalendario Rhenaugiensi (nunc Turicensi) saec. VIII. adnotatus est:* Beate Aldegunde virginis[5], *eidemque diei Hrabanus*[6] *una cum Notkero*[7] *assecla et Kalendarium Corbeiense saec. IX/X.*[8] *festivitatem eius attribuerunt*[9].

1) *Primus auctor Vitae B (infra p.* 90*) narrat, eam translatam esse* in municipium Malbodium, quod ipsa, *inquit,* ut in titulo cartulatii codicelli comperimus, a fundamento construxerat. *Malbodium 'coenobium' a.* 832/3. *ab Ansegiso commemoratur (Gesta abb. Fontanell. c.* 17, *ed. Löwenfeld p.* 59*).* 2) *V. Ursmari c.* 4. 6. *Chartae ad Aldegundem pertinentes (Pardessus II, p.* 116—119*; Duvivier, 'Recherches sur le Hainaut ancien',* 1865, *p.* 268—280*) ab imperitis falsariis fictae sunt, itemque diploma Ottonis I. Gislenianum a.* 965. *attributum (Sickel, MG. Dipl. I, p.* 606, *n.* 447*), in quo donatio Aldegundis commemoratur, post a.* 1145. *fabricatum est.* 3) *Ed. Dümmler, MG. Poetae I,* 312. 4) *Libellus de ecclesia Centulensi c.* 2 *(SS. XV,* 176, 47*).* 5) *Delisle, 'Mémoire sur d'anciens sacramentaires' ('Mémoires de l'Acad. des Inscr. et Belles-Lettres' XXXII,* 1, 1886*), p.* 311. *Kalendarium e Nivialensi monasterio originem duxisse, coniecit B. Krusch, SS. R. Merov. IV,* 779 *sq.* 6) *Canisius-Basnage, Lectiones antiquae II,* 2, *p.* 318: Malbodio monasterio nativitas Aldegundae virginis, quae, temporibus Dagoberti regis Francorum ex nobili genere progenita, virginitatis propositum elegit, in quo et permansit, saepiusque illi angelica visio revelata fuit, exhortans eam, ut in proposito permaneret; novissime vero cum magna claritate caelestis luminis ad vitam migravit aeternam. 7) *Ib. II,* 3, *p.* 97. 8) *D'Achery, Spicilegium II*[2], 64*; cf. Delisle l. l. p.* 392 *sqq. Eodem die codices Martyrologii Flori interpolati tres nomen eius exhibent; cf. H. Quentin, 'Les martyrologes historiques du moyen âge',* 1908, *p.* 241. 9) *Cum Aldegundis die sabbati obiisse dicatur*

In codice Usuardi[1] *praestantissimo Sangermanensi nomen Balthildis reginae ad diem 26. Ianuarii erasum die 30. nomini Aldegundis expuncto prima manu substitutum est, mentione huius ad diem 13. Novembris translata, quo translationem quandam eius factam esse coniecerunt. Wandalbertus eam die 27. Ianuarii celebravit*[2], *die 28. nomen Kalendario S. Emmerammi Ratisbonensi (iam Oxoniensi) saec. IX. illatum est*[3].

Auctor Vitae Aldegundis[4] *antiquissimae aequalem se fuisse locis compluribus aperte contendit. Presbyterum quendam boni testimonii, qui a pueritia in monasterio deservisset, miraculum veraciter sibi narrasse vult (c. 25)*[5]*; immo et alios et se ipsum post obitum sanctae e diversis locis advenisse et de claritate a moniali quadam visa ab ipsa sorore Aldegundis ea occasione se certiorem factum esse affirmavit (c. 29)*[6]. *Malbodiensi ergo monasterio se adscriptum fuisse auctor negavit, sed fortasse Nivialensis erat*[7]. *Ibi enim ut tempore obitus 'signa' contigisse narravit (c. 29), ita, dum refert, obsecutum 'petitionibus vestris' (scilicet congregationis, nisi fallor, Malbodiensis) se ea litteris tradere, quae ipse vidisset et 'per idoneos testes' accepisset, id quod asseruit verbis Vitae Geretrudis expilatis, Subnium abbatem Nivialensem auctorem citavit (c. 18); ei enim Aldegundem visiones conscriptas mandasse narravit, easque eadem praecipiente a puella parvula 'ex nostra parvitate' lectas esse voluit, mirante se ipso. Locum satis obscurum si recte intellexerim, auctor speciem prae se tulit, quasi puer cum aliis infantibus in monasterio Malbodiensi degisset, fortasse ut scholas frequentaret. Certe visiones ipsa sancta iubente conscriptas inter fontes suos enumeravit*[8] *seque aetati eius proximum fuisse contendit. Atque longe maxima pars opusculi e visionibus miraculisque constat, qualia ut sunt vix ullius momenti cuilibet et personae et aevo attribui possint*[9]. *Primis capitibus ultimoque exceptis, de cursu vitae nihil fere narratur, atque Aldegundem 'matrem coenobitarum' fuisse obiter tantum comperimus*[10].

Tenuitati rerum sermo a barbaro genere dicendi aevi Merovingici posterioris omnino diversus respondet, etsi menda velut accusativi absoluti non desunt, oratioque potius saeculo nono attribuenda est, cum auctor, litteris humanioribus aliquantum instructus, non uno loco ad artem poeticam aetate Carolingica renascentem accedat. Similiter atque biographus Sigiramni[11] *vocabula composita frequentat:* christicola *(c. 17),* floriger *(c. 6. 17),* ignicomus *(c. 10. 17),* lucifluus *(c. 7. 13. 16),* mellifluus *(c. 7. 11),* miri-

(V. Aldegundis c. 29), qui a. 678. 684. 689. 695. 706. 712. cum die 30. Ianuarii convenit, cumque Amandum episcopum sibi familiarem, cuius obitum a. 679. attribuerunt (cf. Krusch, SS. R. Merov. V, 399), a Domino coronatum beatitudinemque Christi cum multis animabus percipientem visione eam vidisse biographus voluerit (c. 14), eam haud ita multo post episcopum ideoque a. 684. obiisse statuerunt. Quae quam incerto fundamento nitantur, vix monendum est.
1) *Ed. Sollerius p. 69. 671; ed. Bouillart apud Migne CXXIII, 709. CXXIV, 689.*
2) *MG. Poetae II, 579.* 3) *Delisle p. 154. Originem Moguntinam Kalendario absque idoneis rationibus attribuit A. Hauck, 'KG. Deutschlands' II², 143.* 4) *De Vitis Aldegundis egit L. Van der Essen, 'Annuaire de l'université catholique de Louvain' 1905, p. 395—408 (cf. p. 342 sq.), iterumque in libro 'Étude critique et littéraire sur les Vitae des saints mérovingiens de l'ancienne Belgique', 1907, p. 219 sqq.* 5) *Partes Vitae a me praetermissas ad editionem Mabillonianam citavi.* 6) *Cf. c. 2:* Venerabilem genitorem eius Waldebertum meminimus, *etc.* 7) *Cf. Van der Essen, 'Étude' p. 223.* 8) *Cf. etiam c. 7:* In sequenti vero nocte post matutinam orationem vidisse se memorat *(scilicet Aldegundis)* per visum vestem habere pretiosam. 9) *Auctor, cum c. 2. scripserit* praenotavimus *et* praefiximus, *nescio an capita prima pro introductione quadam visionum haberi voluerit.* 10) *Ib. c. 19; cf. c. 4. 12. 20.* 11) *Cf. Krusch, SS. R. Merov. IV, 604, n. 3.*

modus *(c.* 9*)*, mortifer *(c.* 8*)*, nocifer *(ib.)*, paradisigenus *(c.* 9. 15*)*, salvificus *(c.* 7*)*, saxigenus *(c.* 11*), locisque compluribus versus aut integri aut discerpti inveniuntur:*

c. 8. velut leo — — qualiter solet, relictis catulis, siccis faucibus tempore venerio per lucos saltusque vagari *(cf. Verg. Aen. II,* 357*)*.

c. 11. Loquar an sileam *(cf. ib. III,* 39*)*.

c. 12. — — iam nox atra *(cf. ib. I,* 89. *II,* 360, *etc.)* opaca silentia clauserat.
Quae *(om.* 2*b)* stetit ante fores *(cf. ib. VI,* 47*)* ostii domus respiciensque
vidit erga locum — —.

ib. more scolastico *(ita* 1*b.* 2*b;* solito 2*a)* orans (dicebat *add.* 2*b):*
O bone praeceptor *(= Iuvenci Evang. III,* 501*)* triplicisque luminis auctor,
Qui mentes renovas, nostras hic respice turmas.
Laus, decus et virtus, quae *(om.* 2*b)* te decet, bone, gloria (gloriae 2*b)*, Christe,
Christe salus hominum, fac bona quae cupimus.
Ore tonans patrio *(cf. Aen. II,* 658*)* caeli de sedibus altis:
Subarravi te (subarrantem 2*a. b)*, dotem detuli, monilibus sacris ornavi.

c. 17. usque quo aurora consurgeret *(cf. Aen. IV,* 129. *XI,* 1: surgens Aurora*)*.

c. 18. antea clara finietur dies, vespere clauso Olimpo *(cf. Aen. I,* 374*)*.

Itaque Vita saeculo IX. attribuenda est, cui aevo menda grammatica, accusativi absoluti, participia pro verbis finitis, alia, haud obstant, neque vero post Ludowicum Pium composita esse potest, quippe quae iam ab Hrabano in Martyrologio componendo inter a. 842. *et* 854. *adhibita sit*[1].

Quae cum ita sint, auctoris quasi aequalem sese exhibentis fides labitur, atque ea quoque, quae cum aliis testibus conveniunt, non tam ab eis confirmari quam ex eis pendere statuendum est, ceteraque incerta fiunt. Narrat, Aldegundem temporibus Dagoberti (623—639) *Waldeberto patre, Bertila matre e genere nobili ortam esse, avunculos ei fuisse Gundelandum et Landericum, qui primatum pugnae regionis habuissent*[2]. *Waldebertus autem domesticus et Landericus Gundolandusque maiores domus Neustriae sibi succedentes auctori e Fredegario comperti esse poterant*[3]. *Reliqua mitto. De sententia biographi Aldegundis post Geretrudem abbatissam Nivialensem*[4] († 659) *et Amandum episcopum*[5] († *post a.* 675) *vita functus est, idque convenit, cum eam Ursmaro episcopo* († 713) *aequalem fuisse supra p.* 79. *monui.*

Etiam Waldetrudis soror cum Madelgario (Vincentio) coniuge et Aldetruda filia[6] *in Vita commemoratur, posteaque et hi et Landericus filius et Madelberta filia eorundem proprios biographos aut singulos aut plures nacti sunt*[7], *quorum fetus alius alio minoris aestimandus est. Nobis in Vita Aldegundis, quae tot ramos surculosque tulit, acquiescendum erat, neque ea, quae integra denuo edatur, digna visa est; sed sola capita priora et ultimum, uno loco partis mediae addito, miraculis visionibusque omissis, recensui, libris adhibitis his:*

1*a*) *Codex* P a r i s i e n s i s *n.* 5275 *(Colbert.* 3291, *Regius* $4174_{3.3}$*), saec. XI, fol.* 44—51.

1) *V. supra p.* 79, *n.* 6. *Etiam L. Van der Essen, 'Étude' p.* 222, *Vitam, quam saec. VIII. vindicavit, considerato sermone, fortasse aevo Carolingico retractatam esse concessit.* 2) *Cf. dissertationem H. Brunner v. d. ad c.* 2. *laudatam.* 3) *Locos Fredegarii aliaque testimonia ad illos viros spectantes ibidem attuli.* 4) *V. Aldegundis c.* 29. 5) *Ib. c.* 14. 6) *Cum verbis c.* 27: Aliqua puella — — s e c u s p e d e s magistrae et amitae suae a c u n a b u l i s r e g u l a riter nutrita est nomine Alde d r u d a, *cf. V. Geretrudis c.* 6: nepotam suam s e c u s p e d e s eius a c u n a b u l i s sub sanctae r e g u l a e normam — — n u t r i t a m nomine Vulfe t r u d e *(cf. Act. apost.* 22, 3*)*. 7) *Cf. L. Van der Essen, 'Annuaire' p.* 341—346; *'Étude' p.* 231—244. 284—291.

1b) *Codex Monacensis Lat. n.* 19164 *(Tegernsee* 1164*), saec. XII, fol.* 76—84'. *Libro saec. XV. praescriptum est:* Iste libellus attinet monasterio sancti Quirini martyris in Tegernsee, *et in calce (fol.* 146*) antiquitus adnotatum:* Hunc librum Werinher diaconus et monachus patravit[1].

2a) *Codex Parisiensis n.* 5341 *(Colbert* 59, *Regius* 3593*), saec. XII. ex., fol.* 167'—170'.

2b) *Codex Parisiensis n.* 11885 *('Résidu Saint-Germain'* 985*), saec. XII, a Iacobo de Lannoy monacho Cisterciensi a.* 1660. *cuidam viro transmissus, fol.* 59'—64'.

2c) *Codex Divionensis n.* 638 (383[1]), *saec. XIII, olim* liber sanctae Mariae Cistercii, *volumen primum legendarii magni Cisterciensis, fol.* 212'—216'.

2d) *Codex Parisiensis n.* 16736 *(S. Martini a Campis* 1, 5*), saec. XII. ex., fol.* 174—177.

2e) *Codex Parisiensis n.* 17003 *(Fuliensium* 58, 1*), saec. XIII. in., fol.* 204'—208.

Saeculo X. Vita sanctae Aldegundis *inter libros monasterii Lobbiensis extabat*[2].

Codices 1a. 2a. c *B. Krusch v. c. contulit praeter versus nonnullos* 1a *a H. Lebègue v. c. suppletos,* 1b. 2b *et iterum* 2a *ipse adhibui; librorum* 2d. e *specimina A. Werminghoff v. c. exscripsit. Lituras paucas lapsusque* 1b *nullius momenti praetermisi.*

Iohannes Mabillon, Acta sanctorum ordinis S. Benedicti II, Lutetiae Parisiorum 1669, *p.* 807—815, *V. Aldegundis e codice* 2e *edidit: quam editionem iteravit Cornelius Smetius inter Ghesquieri Acta sanctorum Belgii selecta IV, Bruxellis* 1787, *p.* 315—324.

Vita Aldegundis (A) a compluribus auctoribus retractata est, qui ad res gestas cognoscendas idonea non attulerunt neque nobis hic commemorandi sunt nisi breviter[3].

B 1) *E quibus biographus secundus (prologus incipit:* Cum omnia divinarum eloquia, *Vita:* Postquam omnipotentis Dei clementia*), plerumque decessorem secutus, cum alia tum in calce pauca de sepultura et translatione addidit, ipse se ea 'supplevisse' professus, testiumque adhibitorum ita mentionem fecit, ut patri Aldegundis Waldebertum nomen fuisse rettulerit:* ut in vetustissimis paginulis *(cf. Vitam I. c.* 2*)* ac plurimorum relatu comperimus (§ 2), *et ad visiones perveniens apertius auctorem priorem laudaverit,* cuius, *inquit,* nomen ignoramus, quique scripsit visiones eius et vitam, ne quis dicat, nostro mendacio compositas tam mirabiles et pene inauditas visiones (§ 5). *Tamen nonnullis locis verba antecessoris velut ab aequali dicta servavit, ita ut etiam de se ipso quasi temporibus Aldegundis suppari locutus sit*[4].

Clausulam Vitae, quae adhuc non edita est, nisi mentione Sigiberti regis et Aldetrudis abbatissae e codice 4a *interpolata, appendicis loco infra subiungere utile visum est, adhibitis codicibus his*[5]*:*

1) *Eadem verba Werinher codicibus cum aliis tum n.* 18769. *adscripsit, qui Haimonis librum de decursu temporum continet; ubi alius librarius inter Annales qui cyclis adiuncti sunt ad a.* 1198. *adnotavit (SS. XXIV,* 58*):* Wernherus diaconus et monachus obiit, patrator huius libri. *Cf. Wattenbach, 'GQ.' II*[6], 377*; P. Lindner, 'Die Äbte und Mönche der Benediktiner-Abtei Tegernsee' ('Oberbayerisches Archiv' L,* 1897, *p.* 50 *sqq.).* 2) *J. Warichez, 'L'abbaye de Lobbes depuis les origines jusqu'en* 1200', *Lovanii* 1909, *p.* 256, *n.* 47. 3) *Cf. Van der Essen, 'Annuaire' p.* 401 *sqq.; 'Étude' p.* 224 *sqq., a quo hic illic dissentio. De Vita Aldegundis, quae legitur in volumine primo legendarii magni Bodecensis, iam codice Monasteriensi n.* 214, *vol. I (antea n.* 20*), saec. XV, fol.* 129'—131 *(inc.* Beatissimam virginem Adelgundam piae memoriae commendemus; *cf. H. Moretus, Analecta Bolland. XXVII,* 1908, *p.* 287*), quaeque etiam in codice Moeno-Francofurtensi inter libros S. Bartholomaei n.* 2, *a.* 1356, *loco* 23. *extat, nihil compertum habeo.* 4) *Cf.* § 20 *(cf. Vitam I. c.* 25*):* Is nobis narrare solitus erat; § 25 *(cf. ib. c.* 29*):* e diversis proculque remotis convenimus locis. Mane denique novo soror eiusdem famulae Dei retulit nobis. 5) *Codices plures*

1) *Codices* B r u x e l l e n s e s *n.* 3188, *antea n.* 7882, *saec. XI. in., olim hospitalis S. Nicolai prope Cusam, postea musei Bollandianorum P. MS.* 9, *fol.* 100—107′, *et*

2) *n.* 3238, *antea n.* 14924—34, *saec. XII, olim coenobii Lobbiensis, fol.* 115′—123′.

3) *Codex* M o n a c e n s i s *Lat. n.* 3007 *(Andechs 7), saec. XV, fol.* 1—21′.

4a) *Codex* S a n c t i A u d o m a r i *n.* 715, *vol. I, saec. XII, olim S. Bertini, fol.* 98′—102′, *affinitate quadam cum libro* 2 *coniunctus est, sed clausulam eo quo dixi modo interpolatam exhibet atque arta necessitudine convenit cum*

4b) *codice* C a n t u a r i e n s i *bibliothecae capitularis E.* 42, *saec. XII, qui folia* 61 *complectitur a Dr. J. B. Sheppard a.* 1888. *e coopertoriis Registrorum archidiaconorum Cantuariensium (a.* 1560—1580*) abstracta atque collecta; e quibus folia* 26—28. *fragmenta tria Vitae II. Aldegundis continent, scilicet prologo omisso initium* Postquam omnipotentis Dei *ad* § 3, *l.* 19. celebrentur et, *deinde* § 6, *l.* 16. in visu *ad* § 10, *l.* 10. tetro vultu *(AA. SS. Ian. II,* 1035—37*), denique finem inde a verbis* deprecantium peccatorum *(infra p.* 90, 20*).*

Libros 1 *et* 2 *B. Krusch v. c. contulit,* 3 *et* 4*a. b ipse comparavi.*

Postquam epitome Vitae a. 1483. *Coloniae in appendice Legendae Aureae prodiit*[1], *cui inscriptum est:* H i s t o r i e p l u r i m o r u m s a n c t o r u m *noviter addite laboriose collecte et prolongate, fol.* 410ᵃ—411ᵃ,

Iohannes B o l l a n d u s, *Acta sanctorum Ianuarii II, Antverpiae* 1643, *p.* 1035—40, *textum integrum publici iuris fecit, adhibitis codicibus S. Audomari (nobis* 4*a), S. Maximini Treverensis*[2], *Rubeae-Vallis*[3], *Korssendonckano*[4].

B 2) *Vitam eandem alius auctor interpolavit, fortasse monachus S. Amandi, qui sanctus compluribus locis commemoratur, cumque biographus A narrasset matrem animum Aldegundis de nuptiis parandis explorasse, auctor B* 1 *addidisset eandem filiae ut nuberet suasisse, iam tertius fugam effinxit, qua Aldegundis matre defuncta Eudoni*[5] *proco sese subtraxisset, eaque fabula excogitata, aptam enarrandi materiem successoribus dedit. Auctoris partes proprias e codice Bruxellensi n.* 3186, *antea n.* 7808, *saec. XIV, olim S. Waldetrudis Montensis, eruerunt* B o l l a n d i a n i, *Catalogus codicum hagiographicorum Latinorum bibliothecae regiae Bruxellensis II,* 1889, *p.* 133—135. *Vitam*[6] *totam, excepto prologo, Iacobus de Guisia* († 1399) *Annalibus Hannoniae (X,* 31—60*) inseruit; quibuscum eam integram protulit marchio de* F o r t i a, *'Histoire de Hainaut par Jacques de Guyse' VII, Parisiis et Bruxellis* 1829, *p.* 152—224, *excerptam edidit E.* S a c k u r, *MG. Scriptores XXX,* 1, 1896, *p.* 128—130.

extant; ex antiquioribus commemorentur Bruxellensis musei Bollandianorum n. 5, *Duacensis n.* 836, *Gandavensis n.* 537, *saeculo XII. exarati. Codex* R o m a n u s *Vaticanus Reginae Lat. n.* 481, *saec. XI/XII, fol.* 55, *non nisi initium usque ad verba* § 2, *l.* 15. atque universi ad spem caelestis Hierusalem *continet, postea ut videtur in spatio vacuo exaratum.* 1) *Alteram editionem (Lovanii* 1485*) non vidi.* 2) *Iam est Parisiensis n.* 9741, *saec. XIII, p.* 435—444, *quem B. Krusch v. c. inspexit; cf. 'N. Arch.' XVIII,* 621. 3) *Agitur, nisi fallor, de Hagiologio Brabantinorum a Iohanne Gielemans c. a.* 1480. *compilato, hodie codice Vindobonensi bibliothecae privatae imperatoris Austriaci n.* 9363, *vol. I, fol.* 87′—92; *cf. Analecta Bolland. XIV,* 45. 4) *Hodie Parisiensi bibliothecae Mazarineae n.* 1733 (1329), *a.* 1498, *fol.* 65′—70; *cf. A. Molinier, 'Catalogue des mss. de la bibliothèque Mazarine' II,* 1886, *p.* 203. 5) *Apud Bollandianos p.* 134, 8. Eudo *pro* eundo *scribendum est.* 6) *Nescio quae rationes intercedant inter hanc Vitam et textum codicis Bruxellensis n.* 3257, *antea n.* 20073—75, *saec. XV, fol.* 357—361′ *(initium* Cum longe lateque nomen cristianitatis *sine dubio e Vita B pendet; cf. I. Van den Gheyn, 'Catalogue des mss. de la bibliothèque royale de Belgique' V,* 1905, *p.* 256*).*

C) Alteram Vitam interpolatam (B 2) tertius auctor (C 1) pro fonte adhibuit[1], *epistula dedicatoria (inc.* Non immemor vestri*) rogans, ne nomen suum proderetur*[2]. *Qui cum inde ab aevo Surii idem esse credatur atque Hucbaldus monachus S. Amandi clarissimus* († 930)[3], *et Surius mera coniectura nisus est*[4] *neque successores*[5] *testem attulerunt nisi Surium ipsum. Hunc autem errasse, inde efficitur, quod Vita Gisleni a Rainero monacho paulo ante a.* 1052. *composita (c.* 17*)*[6] *a biographo nostro* (§ 25) *exscripta est*[7], *ita ut ante saeculum XI. Vitam Aldegundis retractasse non possit, neque post XII. scripsit, cum Vita C iam c. a.* 1170. *a Philippo abbate de Eleemosyna ad Vitam Amandi supplendam (c.* 23. 52*) adhibita sit*[8] *neque codex eiusdem saeculi desit*[9]. *Cui Vitae (prologus incipit:* Miseratio divinae bonitatis, *Vita:* Anno dominicae incarnationis*), in qua visiones admodum contractae sunt, postea alius auctor capita nonnulla (apud Bollandum* § 10—12. *et* 14*) inseruit, quae e Vita quinta (E) pendent, cumque auctor C* 1 *virginem proco neglecto fugisse e B* 2 *rettulisset, interpolator (C* 2*) fugam Aldegundis a matre recedentis ex E addidit, ita ut fuga iam duplicata legatur*[10]. *Vitam*

1) *De ratione intercedente cf. L. Van der Essen, 'Étude' p.* 225 *sq.* 2) *AA. SS. l. l. p.* 1040: Quodcumque acciderit, per amicitiam rogo, ne nostrum nomen in hoc opere sentiatur. 3) *De quo cf. infra p.* 91. 4) *Ipse Vitae praescripsit:* authore, ut e q u i d e m s e n t i o, Hucbaldo Elnonensi. 5) *Commemorentur Aubertus Miraeus, Bibliotheca ecclesiastica I,* 1639, *p.* 147; *Valerius Andreas, Bibliotheca Belgica*², 1643, *p.* 395; *Bollandus l. l. p.* 1035 *(errore contendit, Andream et Miraeum Hucbaldum auctorem Vitae ex chronico Elnonensi tradidisse); 'Histoire litéraire de la France' VI,* 218; *Van der Essen l. l. p.* 227. 6) *Analecta Bolland. V,* 235 *sq. De aevo auctoris cf. Holder-Egger, SS. XV,* 575. 1315 *sq.* 7) *AA. SS. l. l. p.* 1045. *Praeter Rainerum Vita B* § 8 *(ib. p.* 1037*) adhibita est. At A. Poncelet, Analecta Bolland. VI,* 234 *sqq. demonstrare conatus est, et auctorem Vitae Gisleni Mabillonianae (AA. SS. ord. S. Bened. II,* 790—796*) et Rainerum et biographum Aldegundis qui dicitur Hucbaldus e Vita quadam Gisleni deperdita hausisse, quam sententiam Van der Essen l. l. p.* 249 *sqq. probavit; sed mea quidem opinione Rainerus Vitam Mabillonianam adhibuit, Pseudo-Hucbaldus Rainerum. E Rainero c.* 17 *(l. l. V,* 235*) etiam Visio quae dicitur Aldegundis c.* 1 *(AA. SS. Februarii I,* 894*) pendet, cum reliqua pars e Milonis Suppletione Vitae Amandi hausta sit (cf. Krusch, SS. R. Merov. V,* 415*).* 8) *Cf. Krusch, SS. R. Merov. V,* 425 *sq. Philippus c.* 23 *(AA. SS. Febr. I,* 864*) inprimis Vitam C* § 13 *et* 15 *(l. l. p.* 1043 *sq.), c.* 52 *(p.* 872*) eandem* § 25 *(p.* 1045*) una cum Raineri Vita Gisleni c.* 17 *(l. l. p.* 235 *sq.) adhibuit.* 9) *Codices Vitae C mihi innotuerunt Parisienses n.* 5371. *et* 11108, *saec. XIII, et Valentianensis n.* 513 *(*471 *A), saec. XII. Codex R o m a n u s Vaticanus Palatinus Lat. n.* 477, *saec. XV, fol.* 32'—33, *tres lectiones continet e V. Aldegundis C* § 3—7 *(AA. SS. Ian. II,* 1041/2*) excerptas (inc.* Oritur puella quedam ex regali prosapia, *des.* § 7. speciosum forma pre filiis hominum, hunc adamabat*), sed dignitas proci* § 7: cuiusdam iuvenis n o b i l i s s i m i r e g i s A n g l o r u m Eudonis divicias *e Vita E* § 5 *(p.* 1047*) interpolata est.* 10) *E Vita C* 2, *nonnullis sane immutatis atque multis e B* 2 *depromptis, pendet Vita codicis B o n n e n s i s S.* 362 *(*226 *c), saec. XV, fol.* 330—331' *(inc. cum Vita B:* Postquam omnipotentis Dei clemencia, *desinit:* sine aliquo purgatorio cum magno gaudio deduxerunt, et sic mortua est cum gaudio, etc.; *ibi quoque virgo* regi Anglie *tradenda esse dicitur), atque ex hoc textu, nonnullis initio additis (partim e Vita E), fluxit versio Germanica, quae legitur in codice olim Coloniensi coenobii virginum viae S. Gereonis, iam Francisci Schultz professoris Stratoburgensis v. c., a.* 1463. *exarato, fol.* 174'—177 *(praescr.* 'Van sent Aldegunt der jonfferen', *inc.* 'Sente Aldegunt hadde eynen vader'; *eadem versio in codice Goettingensi Theol. n.* 200, *saec. XV, fol.* 227', *extare videtur, cf. W. Meyer, 'Verzeichniss der Handschriften im Preussischen Staate I,* 2, *Göttingen' II,* 1893, *p.* 422*).*

C 1 *genuinam edidit Laurentius Surius, De probatis sanctorum historiis tom. VI, Coloniae Agrippinae* 1575, *p.* 300—309; *auctam C* 2 *e codicibus duobus Malbodiensibus et Laetiensi*[1] *Bollandus l. l. p.* 1040—47. *publici iuris fecit atque inde depromptam Migne, Patrologia Latina CXXXII, Parisiis* 1853, *col.* 857—876. *iterum prelo mandavit.*

D) Vita quinta (inc. Tempore Dagoberti inclyti regis*), quam e codice archivi Leodiensis, iam Bruxellensis*[2] *vix recte saeculo X. attributo edidit J. Daris, 'Analectes pour servir à l'histoire ecclésiastique de la Belgique' II, Lovanii* 1865, *p.* 37—41, *maiore e parte ad verbum fere e codice quodam generis* 4*a. b Vitae B* 1 *excerpta est, nonnullis e V. Madelbertae*[3] *et donatione Aldegundis spuria*[4] *insertis*[5].

E) Denique auctor ultimus, quem ad Sabim fluvium habitasse patet[6], *post a.* 1041.[7] *et ipse Vitam B* 2 *retractavit, inprimis eo ab hac recedens, quod Aldegundem, ut p.* 84, 14. *dixi, potius metu matris cogentis quam proci fugam arripuisse voluit. Parte priore Vitae eo modo satis libere usus est, cum posteriorem inde a* § 14[8] *ad verbum descripserit, rationesque operis componendi ipse distinxit, his verbis* (§ 18) *transitum faciens:* Hactenus nostra, non ut decuit, sed ut potuit, balbutivit oratio. — — Ea quae sequuntur, sicut in antiquo gestorum ipsius codice reperta sunt, ponimus, ne sanctam historiam potius decurtasse quam ordinasse iudicemur. *Partem priorem (inc.* Postquam mediator Dei et hominum*) e codice Gisleniano edidit Bollandus l. l. p.* 1047—50.

W. Levison.

I.

INCIPIT[a] VITA BEATAE[b] ALDEGUNDAE VIRGINIS[c].

(1).[d] Sanctarum quoque[e] virginum festivitates, anniversarii circulum revolventem, sedule celebrantes, Christo praesule adsistimus: dum istius mundi nubilosa curricula transeunt, nostrorum quoque tempora crescentia decrescentiaque[f] decurrunt, ut, dum carnalia[g] carnalibus impendimus, spiritalia[h] quoque Domino[i] spiritali procuremus[k]; ut[k*], qui Caesareum nummum Caesari impendi praecepit, sua cum magna *cf. Matth. 22, 21.* voce ne[l] tardare compellit, dum[m] electis Dei exempla virtutis narrantur[m*], ut et *cf. Eccli. 5, 8.* qui audiunt de bonorum sectis inluminati laetificent[n] et de beata memoria primum ardescant[o], ad gaudia aeternae patriae anhelent[p]; ut, quarum annua votiva celebramus officia, earum intercessionibus adiuvari mereamur.

I. Cap. 1. 1*a. b.* 2*a. b. c.*

Cap. 1. a) *om.* 1*b.* b) *ita* 1*a.* 2*b*; sancte 2*a. c*; *om.* 1*b.* c) quae est III. Kl. Febroarias *add.* 1*a.* d) *capita Mabillonius distinxit.* e) *om.* 2*a. b. c.* f) decrescentia *in marg. suppl.* 1*b.* g) *om.* 1*b.* h) spiritualia 2*a.* i) D. spiritalia 1*a*; spiritali D. 2*a (non* 2*b. c).* k) procu: remus 1*a.* k*) et 2*c.* l) non 2*a. b. c.* m) Ideo 2*a. b. c.* m*) *om.* 2*c.* n) letificentur 2*a. b. c.* o) inde *add.* 2*a. b. c.* p) anhelant *pr. m.* 2*c.*

1) *Exemplaria Bollandi iam extant in codice Bruxellensi n.* 3440 (7569), *saec. XVII, fol.* 48—55'. *et* 57—58'; *cf. I. Van den Gheyn l. l. V,* 412. 2) *Cf. Van der Essen, 'Étude' p.* 227, *n.* 3. *Fortasse eandem Vitam continent codices Bruxellenses bibliothecae regiae n.* 3174 (6731—76), *saec. XVII, fol.* 85'—89' *(inc.* Tempore Agabarti gloriosi ac christianissimi regis Francorum; *cf. Van den Gheyn l. l. V,* 133*), et n.* 3440 (7569), *saec. XVII, fol.* 60—61' *(inc.* Temporibus Dagoberti regis Francorum; *cf. ib. p.* 412*).* 3) *AA. SS. Sept. III,* 109—111. *De Vita Madelbertae cf. Van der Essen l. l. p.* 241 *sqq.* 4) *Pardessus II, p.* 116; *Duvivier l. l. p.* 270—273 *(cf. p.* 277*). Charta spuria ipsa partim e Vita Aldegundis B* 1 *pendet.* 5) *Cf. ea quae exposuit L. Van der Essen l. l. p.* 227 *sq.* 6) *Cf.* § 7 *(Bollandus l. l. p.* 1048*).* 7) *Citavit enim* § 12 *(p.* 1049*) Gesta episcoporum Cameracensium I,* 16. 17 *(SS. VII,* 408*), quae a.* 1041—43. *composita sunt. Versus Horatii (Epist. I,* 2, 69*)* § 3, *Vergilii (Aen. II,* 774, *al.)* § 8. *exscripti sunt.* 8) *Ed. Bolland. p.* 1038.

(2). Fuisse memoratur vetusta serie[a, 1] sub tempore Dagoberti[b] inclyti regis
Francorum beata virgo Aldegundis[c] Christo amabilis, quae a sanctis[d] actibus annis
puerilibus non recessit, sed magno cum amore eius inians vestigiis, pro quo fragili
1. Tim. 2, 5. hoste superato exultans[e], cuique *mediator Dei et hominum* dominus noster Iesus
Christus tribuit amminiculum pacis, quod est amor caritatis, qui per semet ipsum
cf. Eph. 4, 8. tartareos decrevit absolvere nodos, victorque exsuperato hoste triumphans, captivitatem nostram sua duxit virtute[f] captivam, dedit dona hominibus; ipse enim in sexu
fragili[2] virtutem castitatis contulit, qui omnia ex nihilo creavit. Ortum humanae
conditionis eius nobili[3] ex progenie parentela testatur. Quapropter propinquitatem
ipsius strictim breviterque[4] praenotavimus, ut sequens[g] generatio dubitationis
otione[h, 5] vacaret. Venerabilem genitorem eius Waldebertum[6] meminimus et genetricem ipsius[i] Bertillanem[k], qui sub carnali coniugio, radio inflammante divino,
1. Cor. 7, 29. vitam degerant[l] spiritalem[m], Pauli iniantes[n] vestigia dicentis, *ut qui habent uxores, tamquam non habentes sint.* Duorum quoque avunculorum[o] eius Gundelandi et
Landerici[p] nomina praefiximus, qui primatum pugnae istius regionis[7] tenuisse memorantur, quos Greci scolares, nos quoque bellatores vocamus[8]. Mira est humana
condicio, sed plus miranda Dei potentia, ut[q] de tam nobili genere pro Christi
amore pauper effecta[r] est, de cuius paupertate ipsa et omnes ditamur[s], et cum
cf. 2. Cor. 8, 9. esset dives, pro nobis pauper apparuit, ut nos[t] illius paupertate ditaremur, ipso
Matth. 5, 3. teste qui dicit[u]: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum.*

(3) Ab[a] auditu spiritali beata virgo Aldegunda ammonita, fulmine[b] caelesti
accensa, duorum viatorum ardore Christi in comitatu sancire[c] caelestia ieiuniis et

I. Capp. 2. 3. 1*a*. *b*. 2*a*. *b*. *c*.

Cap. 2. a) series 1*a* (*corr.*). *b*. b) Dagab. 1*b*. c) Aldegunda 1*a* (*corr.*). *b*. d) suis 1*b*. e) exultat, cui med. 2*a*. *b*. *c*. f) virtute (?) *pr. m.* 1*a*. g) seques 1*a*, *corr.* h) ::ottone *e corr.* 1*b*: ot(c)io 2*a*. *b*. *c*. i) eius 2*a*. k) *corr.* Bertilanem 1*a*, *et ita* 2*a*. *b*. *c*; Bertilianem 1*b*. l) elegerant 2*a*. *b*. *c*. m) spiritual. 2*a*, *et sic deinceps.* n) *ita* 1*b* (*cf. l.* 3); im(itan *m. al. in ras.*)tes 1*a*; imitantes 2*a*. *b*. *c*. o) abunc. (?) *pr. m.* 1*a*. p) Landrici 2*a*. *b*. *c*. q) *om.* 2*a*. *b*. *c*. r) facta 2*b*. s) ditatur 1*b*, *corr.* t) i. nos 2*c*. u) ait 1*b*.

Cap. 3. a) hoc *add.* 2*a*. *b*. *c*. b) :lumine 2*b*. c) saucire 1*a*. *b*.

1) *I. e. aut serie generis aut serie litterarum, scriptura (cf. MG. Formulae ed. Zeumer p.* 775). 2) *Cf. V. Euphrosynae c.* 16 (*Migne LXXIII*, 651): qui etiam in femineo sexu fragili tanta miracula operatur. 3) *Vita B* § 2. *hoc aurit:* ex regali prosapia. 4) *Cf. Hieronymi epist.* 20, 6 (*Corpus script. eccl. Lat. LIV*, 110): Haec interim — — breviter strictimque dictavi; *ib.* 22, 28, 4 (*p.* 185): breviter strictimque describam. 5) '*Otio*' *pro 'optio' accipitur in charta a.* 1244; *cf. Du Cange ed. Favre h. v.* 6) *Waldebertus domesticus Chlotharii II. a.* 626/7. *commemoratur (Fredeg. IV*, 54). 7) *H. Brunner, 'Zur Geschichte des Gefolgswesens' ('Forschungen zur Geschichte des deutschen und französ. Rechtes'*, 1894, *p.* 75 *sqq.) de his verbis acute disserens,* legionis *scribendum esse coniecit eamque de antrustionibus regiis intellegendam esse exposuit, quibus maior domus praefuisset; sed vereor, ne Vitae saec. IX. nimiam fidem habuerit.* 8) *Cf. Monach. Sangall. de Carolo I*, 11 (*Jaffé, Bibl. IV*, 641): militares viri vel scolares alae (*cf. Sulpicii V. Martini c.* 2, 2). *Vita B* § 2: Duo quoque avunculi eius extiterunt, quorum unus Gundelandus maioris dominatus dignitatem administrans exercuit, alter Landricus vir strenuissimus et in bellicis rebus valde doctus fuisse perhibetur. *Gundolandus, qui a.* 613. *maior domus Neustriae factus videtur esse (Lib. hist. Franc. c.* 40), *a.* 617/8. *a legatis Langobardorum corruptus est (Fredeg. IV*, 45): '*vir illuster Gundolandus maior domus*' *a.* 616. *in testamento Bertichramni episcopi Cenomanensis commemoratur (Pardessus I, p.* 209. 211; *Actus pontificum Cenomann. ed. Busson et Ledru,* 1901, *p.* 129. 132). *Decessor eius fuit Landericus, qui ab a.* 584. *ad a.* 613. *occurrit et a.* 603/4. *a Bertoaldo ad certamen singulare provocabatur (Fredeg. IV*, 25. 26; *Lib. hist. Franc. c.* 35. 36. 40; *cf. V. Gaugerici c.* 9).

orationibus[a, 1] coepit cogitare, qualiter possit[b] terrena relinquere propter nomen Domini et amare[c] caelestia. Ieiuniis[d] et orationibus crebra[e], elemosynis et vigiliis pio animo intenta, in lectione assidua omnisque prosperitatis studium[f] plus in suis tribulationibus perpessa, quam in nostris dictionibus divulgata[g], ut, cum iam[h] tempus iungendi matrimonio[i] propinquaret[k], quid debitae voluntatis carnalis animus[l] vellet, ignorans mater et[m] explorare desiderans, ammonita dixit[n]: 'Consilium humanae fragilitatis, Deo instigante, edoceri cupio, si materno more, dilectissima, matrimonio[o] copulari desiderans[p]'. Quae solito more bonitatis studium cogenti matri detulit, dicens: 'Dei omnipotentis', inquit, 'consilium ignoro, attamen[q] meae spontaneae voluntatis, Deo inspirante, verba[r] non denegor[s]. Christi sub iugo deservire cupio et in eius praeceptis[t] persistere, ut, luridas[u] vanasque pompas huius saeculi prostratas, Christi[u*] bravium eiusque[v] clypeum rutilantem adhibere, brachio quoque sancto eius defensa, munitionis[w] patriae caelestem Hierusalem[x] scandere et infra portas paradysi collocare[y] merear. Ista, quae audis, o dilectissima mater, plus omnibus holocaustomatibus diligo. In talibus ammonere[z], in istis exhortare, o fidissima[a] genetrix, quia haec[b] est voluntas et petitio mea'. cf. Esth. 5, 7.

(4). Hoc ea desiderante, cum Dominus omni[a] petenti suae pietatis levamen tribuit et pulsanti veraciter bona suae largitatis mysteria pandit, qui venientes ad se non deserit, sed in locis tutissimis municipalibus[b] collocare permittit, auxilium suae dilectae[c] virgini Aldegundae, geminatum[d] donum sibi ex una lucida massa aptificavit[e, 2]: sorori suae nomine Waldedrudae[f, 3] ignem amoris inspiravit[g], quae coepit in ipsa exhortatione persistere et[h] bonis operibus insudare. Videns autem eam beatus vir eius Madelgarius sub nutu Dei esse constrictam, omnipotenti Deo gratanti animo beavit[i], qui sponte sua spiritalia dona suis fidelibus dispertire[k] dignatus est; magna cum voce ait: *'Memento nostri, Domine, in beneplacito populi tui, visita nos in salutari tuo'*. Istius fine versiculi completo, conversus ad monasterium quod vocatur Altomonte[4], ut[l], sub sancta norma monachorum constitutus, vitam spiritalem degeret et in[m] bonis actibus perduraret. Dum illuc iret, psallebat,

cf. Matth. 7, 8. Ps. 105, 4.

I. Capp. 3. 4. 1*a. b.* 2*a. b. c.*

Cap. 3. a) ora(tionibus *postea superscr.*) 1*a.* b) posset 2*b.* c) amore *pr. m.* 2*a.* d) *ita* 1*a. b*; Ieiuniis et orationibus *om.* 2*a. b. c.* e) *ita* 1*b*; crebrae 1*a*; Crebre 2*a. b. c.* f) studio 1*b, corr.* g) divulgatur, quia cum 2*a. b. c.* h) etiam 2*a.* i) matrimonium 2*b.* k) propinqueret *pr. m.* 1*a.* l) animis *pr. m.* 1*a.* m) *om.* 1*b.* n) dixi 1*a.* o) matrimonia 2*a.* p) *corr.* desideras 1*b.* 2*c, et sic* 2*a. b; sed cf. p.* 88, 17. q) at (*corr.* ad) tamen 1*a.* r) verba *ante* Deo *superscr.* 2*b.* s) *ita* 1*b*; denego: 1*a*; denego 2*a. b. c.* t) *in marg. suppl.* 1*b.* u) *ita* 1*a*; l. variasque p. h. s. prostrata si 1*b*; luridis vanisque pompis h. s. prostratis 2*a. b. c.* u*) *om.* 2*c.* v) in supernis gaudiis valeam comprehendere *pro* eiusque cl. r. adh. 2*a. b. c. d. e.* w) inoffenso pede *pro* m. p. 2*a. b. c. d. e.* x) Ier. 2*a. c*; Iher. 2*b.* y) collocari 1*b.* 2*a. b. c.* z) t. me ad(m)mone 2*a. b. c.* a) fidelissima 2*a. b.* b) hic *pr. m.* 2*a.*

Cap. 4. a) omnipotenti s. 1*a. b.* b) municipia 2*a. b. c.* c) dilictae 1*a.* d) geminavit donumque 2*a. b. c.* e) amplificavit, quia sorori 2*a. b. c.* f) Waldedruge 2*c.* g) (ei in *in litura*)-spiravit 2*a.* h) et b. op. ins. *om.* 2*a (non 2b).* i) grat(c)ias agens *pro* b. 2*a. b. c.* k) dispertiri 2*b.* l) *om.* 2*c.* m) *om.* 2*a. b. c.*

1) *Smetius haec ita interpretatus est: 'Aldegundis admonita et quasi caelesti fulmine accensa, ut propter amorem Christi coniungeret ieiunia et orationes, in quorum tamquam duorum viatorum ad Deum tendentium comitatu bona caelestia sancire seu stabiliter adipisci posset, coepit cogitare'.* 2) *I. e. aptum iudicare. Cangius.* 3) Quae fuerat coniuncta viro illustri Madelgario cognomento Vincentio, *addit Vita B* § 4. *De Vitis utriusque fabulosis cf. Van der Essen, 'Étude' p.* 231 *sqq. et* 284 *sqq.* 4) *Hautmont (dép. Nord, arr. Avesnes, cant. Maubeuge).*

Ps. 24, 5. dicens: *'Dirige me in veritate tua*[a] *et doce me, quia tu es Deus salvator meus, et te sustinui*[b] *tota die'*. Postquam vero Dominus scintillarum igniculis[c] singillatim suis accolis secundum propriam voluntatem distribuit, carnalis facultas evanescit, rorem caelestis patriae perfundit[d], et omnia aromatum virgulta florescunt. Praefata vero coniux[e] eius, cum iam examinata[f, 1] esset a carnali concubitu, nimio vapore[g] accensa, a beato pontifice Audeberto[2] consecratum[h] pallium[3] accepit seque in monasterio, quod prius aedificare coeperat[4], se[i] retrudi praecepit. Hoc namque sectans[k], iugiter Dei implorans auxilium, ut sororem suam maxime ab[l] huius saeculi laqueis possit[m] eripere, ut Deo illam usuram reddi[n] valeat, quam a pigro servo exigit, ubi dicit: Matth. 25, 26. 27 (cf. v. 24). *Serve*[o] *nequam, sciebas, quia homo durus sum; meto, ubi non seminavi, colligo, ubi non sparsi: cur non dedisti talentum meum nummulariis, ut, cum venissem, ego recepissem utique quod meum est cum usura?* Hoc audiens beata virgo, terrore concussa, timuit[o*] eam post se superstitem dimittere[p], ne a bonis actibus apostataret. Praedictae matri Bertillanae[q] epistolas direxit, ut eam ad[r] visitandam dirigeret. Illa, pietate commota, ire concessit; iussit[s], ut celeriter remearet. Dum[t] Ps. 16, 5. iret[u], agebat[v]: *'Perfice gressus meos*[w] *in semitis tuis, ut non moveantur vestigia mea'*. Haec omnia beata virgo considerans in corde suo, desiderans[x] quippe, ut germana sua, acceptum[y] privilegium, mater fieret animarum[5]. — — — — — — — — —

(18). O ineffabile mysterium Christi! Quis valet considerare dona sancti Spiritus aut[a] verbis explicet[b], factis adfirmet? Nam si per ordinem ea replicentur, quae per ora[c] fidelium testium[d] audivimus, antea clara finietur dies[e], vespere V. Geretrudis, prol. clauso Olimpo[f, 6], quam textus lectionis explicetur a nobis. Sed tamen iuxta id, quod vidimus aut per idoneos testes audivimus, iubente Christo, petitionibus vestris oboediens, scribere conabor[g]. Ne paginolae nostrae rusticitatis[h] legentibus vel audientibus tedium generent[i], ad ordinem titulorum redeamus. Supradicta famula Dei Aldegunda de[k] visionibus atque revelationibus spiritalibus, quas Christus ei[l] sponsus eius revelavit, cuidam viro religioso Subnio[m] abbati de Nivialensi[n] monasterio[7] narravit ordinanter[o] et scribendo tradidit; ex nostra parvitate[8] puellae

I. *Capp.* 4. 18. 1*a*. *b*. 2*a*. *b*. *c*.

Cap. 4. a) *ita* 2*a*. *b*. *c cum Vulg.: om.* 1*a*. *b*. b) sustinuit 1*b*. c) igni:culis, *ras.* s 1*a*: igniculum 2*a*. *b*. *c*. d) perfudit 1*a* *(corr.)*. *b*. e) coniunx 2*a*. f) *m. al. corr.* exonerata 1*b*; remota 2*a*. *b*. *c*. g) fidei *add.* 2*a*. *b*. *c*. h) consecr. — monasterio *iam vix legi possunt* 2*b*. i) *om.* 2*a*. *b*. *c*. k) et *add.* 2*a*. *b*. *c*. l) ad 1*a*, *corr.* m) posset 2*a*. *b*. *c et m. al.* 1*a*. n) reddere 2*a*. *b*. *c*. o) Seve *pr. m.* 1*a*. o*) contremuit eam se post 2*c*. p) et *add.* 2*a*. *b*. *c*. q) *corr.* Bertilanae 1*a*, *et ita* 2*a*. *b*. *c*: Bertiliane 1*b*. r) se *add.* 2*a*. *b*. *c*. s) que *add.* 2*a*. *b*. *c*. t) autem *add.* 2*a*. *b*. *c*. u) ire *pr. m.* 1*a*. v) *ita* 1*a*; aiebat *rell.* w) Domine *h. l. add.* 2*a*. *b*, *post* in s. t. 2*c*. x) desiderat 2*a*. *b*; desiderabat 2*c*. y) accepto privilegio 2*a*. *b*. *c*.

Cap. 18. a) ut 2*b*. *c*. b) et *add.* 2*b*. c) hora 2*a*, *corr.* d) *ita* 1*b*. 2*c*; tertium 1*a*; tercio 2*a*; *om.* 2*b*. e) diues 1*a*, *corr.* f) Olimpho 1*a*. *b*; vesp. cl. Ol. *om.* 2*b*. g) conabar 1*a*. *b*; Et *add.* 2*b*; obsecrans *add.* 2*c*. h) ruscitatis 1*a*. i) Nunc *add.* 2*c*. k) Ald. visiones atque revelationes spiritales 2*b*. l) *ita* 1*b*; *tres litterae* (dns?) *rasae sunt* 1*a*; *om.* 2*a*. *b*. *c*. m) *om.* 1*b*. n) :uialensi, *ras.* n 2*a*. o) ordinate 2*b*.

1) *I. e. probata.* 2) *Episcopo Cameracensi, cuius et alibi et in Vita Farsei c.* 10 *(SS. R. Merov. IV,* 439*) mentio fit.* 3) *I. e. velum sanctimonialium; cf. Du Cange, Glossarium (ed. Favre) VI,* 114. 4) In loco qui vocatur Castrorum locus, ut comperimus, ita vocatus, quia inibi quondam Romanus exercitus castra locaverat, *addit Vita B* § 4. *Castrilocus est hodie Mons, caput Hannoniae.* 5) *Visiones Aldegundis quae sequuntur omissae sunt.* 6) *Cf. Verg. Aen. I,* 372: O dea, si prima repetens ab origine pergam, — —
Ante diem clauso componet vesper Olympo.
7) *Nivelles (Brabant).* 8) *I. e. ex nostro parvarum puellarum (et puerorum) coetu.*

parvulae coram se legere praecepit, satisque mirati fuimus, quia ante ista tempora ultima simile non audivimus, et ea quae audivimus veraciter credimus[a]. — — —

(29). Quinto die ante suum obitum germanae suae[1] magna et mirabilis apparuit revelatio, quasi missis apostolis Christi vel[a] angelorum agminibus ad[b] aethereas sedes[2] germana sua sancta Aldegundis[c] deduceretur. In[d] Nivialla monasterio[3] mirabile signum factum non[e] unum fateor, sed duo visa esse veraciter novimus. Die paraschevae[f, 4] ante sabbatum dormitionis famulae Dei Aldegundae quaedam femina[g], velata[h] ante triennium, pura simplicitate et oboedientia, in stratu suo fessa labore sopori se dedit[h*]. Circa noctis media[i] vidit ingenti[k] luminis claritatem per fenestram ingredientem[l], ita ut omnis domus a pavimento usque ad trabes quasi solis radium[m] meridianum esset inlustrata[n, 5]. Dum hoc miraculum trepida intuita esset[n*], auribus[o] sonus[p] choris psallentium, diversis vocibus magnis ac minimis, in ecclesia beati Petri apostoli[q] auditus, ubi[r] virgo Christi sancta Geredrudis[s] cum aliis virginibus sanctis corporaliter requiescit[6], et[t] in momento temporis[u] lumen et sonus psallentium pariter per auras[v] sparserunt[w]. Tunc sanctimoniales stupefactae[x], inter se conferentes, cognoverunt[y], divinitus transitum[y*] sacratae virginis Aldegundae adesse, visa[z] mirabilia, quae fiebant a Domino, exigentibus meritis illius. Tertia nocte egressionis eius e corpore exeuntes causa pietatis et visitationis de diversis advenimus locis. Crastina[a] die germana eius Dei[b] famula[1] narravit nobis, quoniam quaedam[c] soror circa mediam noctem orans stabat ante fores domus, vidit[d] vigilans claritatem vehementem desuper[d*] descendentem super habitaculum, ubi electa Dei[e] incontaminatum[f] reddidit spiritum, ac[g] deinde continuo in auras[h] sparsit. O mira circa omnes Dei pietas! Idcirco humanis[i] obtutibus talia praesentantur[k] a te, ut ne quis[l] de fidelibus Christi dubitet gratiam pro[m] gratia sanctis[n] a Domino posse percipere, ubi[o] tanti fulgoris claritatisque[p]

I. Capp. 18. 29. 1*a. b.* 2*a. b. c.*

Cap. 18. a) credidimus 2*c*.

Cap. 29. a) atque 2*b*. b) in occursum virginis Christi. Item *pro* ad aeth. — *l.* 9. sopori se dedit 1*b*. c) Aldegunda 2*a*. d) In N. mon. *om.* 2*b*. e) *ita* 2*c*; (non *om.*) unum 2*b*; minimum 2*a*; nummum 1*a*. f) parasceue 2*a. b. c.* g) famula 2*a*. h) vellata *pr. m.* 1*a*; ante tr. vel. 2*b*. h*) et *add.* 2*c*. i) n. medium 2*c*; n. mediam 2*a*; medium vero noctis 2*b*. k) ingentis 2*a. b. c.* l) ingredigentem 1*b*. m) radio meridiano 2*b. c.* n) Quae *add.* 2*b*. n*) et *add.* 1*b*. o) *om.* 2*b*. p) sono — audito 2*a*; sonus quidam (ch. *om.*) 2*b*; sonus chori 2*c*. q) est *add.* 2*b. c.* r) ubi — requ. et *om.* 1*b*; ubi — sparserunt *om.* 2*b*. s) Gertrudis 2*a*. t) *eras.* 2*a*. u) temporibus 1*a*; *om.* 1*b*. v) *ita* 2*a*; aures 1(*a*). *b*; *cf. l.* 23. w) sparsit 1*b*. x) et *add.* 2*b*. y) div. tr. s. v. Aldegundis (adesse *om.*) cogn. 2*b*. y*) transitu 2*c*. z) visis mirabilibus 2*a*; visa — *l.* 19. Crast. die *om.* 2*b*. a) Crastino 1*a*. b) *superscr.* 1*a*; Narr. nobis fam. Dei germana ipsius, qu. 2*b*. c) soror quedam 2*b*. d) que *add.* 2*a. b. c.* d*) *om.* 1*b*. e) Aldegundis *add.* 2*b. c.* f) incomitatum 2*a*; (inc. *om.*) sp. tradidit 2*b*. g) ac — sparsit *om.* 1*b*. 2*b* (*non* 2*c*). h) aures spargit 2*a*. i) eternis 1*b*. k) praesentatur 1*a*; a te *om.* 2*b*. l) quisque 2*a. c*; quis fidelium (Chr. *om.*) 2*b*. m) pro gr. *om.* 1*b*. n) sanctos 1*b*. 2*b. c.* o) dubitanti fulg. 1*b*. p) sunt *add.* 2*a*; cl. q. mir. *om.* 1*b*.

1) *Waldetrudis.* 2) *Cf. e. gr. Ovidi Metamorph. XV,* 839: aetherias sedes. 3) Ubi sancta Gertrudis corpore quiescit *(cf. supra l.* 13*), addit Vita B* § 24. 4) *Auctor Vitae B* § 24. *haec* sexta feria ante diem sabbati et dormitionis famulae Christi Aldegundis *interpretatur. 'Ut enim quaelibet dies dominica ab antiquis dies Resurrectionis dominicae dicitur, sic et feria sexta dies Parasceves. Hinc intelligas Aldegundem sabbato mortuam esse'. Mabillonius. Cf. p.* 79, *n.* 9. 5) *Cf. V. Geretrudis c.* 4: vidit super se discendentem *(cf. infra l.* 21*)* sphaeram flammeam perlucidam, ut tota basilica illius claritate fuisset inlustrata. 6) *Geretrudis abbatissa Nivialensis* († 659), *sicut Itta mater et Vulfetrudis neptis, Nivialae 'sub tegumento sancti Petri apostoli' sepulta est (V. Geretrudis c.* 3. 6; *Virtutum eiusdem continuatio c.* 1. 4, *SS. R. Merov. II,* 457. 461. 472. 474*).*

miracula, sparsim[a] sonus[b] psallentium caelestium agminum auditur[c] et multa[d] innumerabilia signa a Domino fieri[e] in exitu sanctorum sanctarumque[f] virginum, ut, cuius nutu gubernantur[g] in terris, eius adiutorio perducerentur[h] in caelum, vel[i] quorum exempla imitata virgo Christi Aldegunda fuerat in terris, illorum comitatu felici pergeret[k] ad caelos[l], iuvante domino nostro Iesu Christo, cui[m] haec virgo inlibata inviolataque servivit[n], qui cum Patre in[o] unitate Spiritus sancti regnat Deus per infinita saecula saeculorum. Amen.

EXPLICIT[p] VITA SANCTAE ALDEGUNDAE VIRGINIS.

II.

VITAE II. ALDEGUNDIS CLAUSULA.

Sepulta est denique[a] amantissima[b] virgo, sponsa Domini, habitaculum Spiritus sancti, in[c] villa[d] suae[e] quondam ditionis*) vocabulo Salra[f, 1], ubi uterque suus[g] parens ac soror Waldedrudis[h] tumulati[i] esse dicuntur, in**) quo et multo iacuit[k] tempore, quoad, Christo donante, translatum est corpus eius in municipium Malbodium[l], quod ipsa, ut in titulo cartulatii[m] codicelli[n] comperimus, a fundamento construxerat, ubi[o] vernat eius[p] memoria et[q] miraculis coruscat[r] ac[s] prodigiis floret[t]. Estque ipse locus grege[u] puellarum Christo consecratarum farcitus[u] aliorumque Deo servientium numerositate repletus, ubi est frequens infirmorum[v] curatio, caecorum illuminatio, claudorum saltatio, debilium membrorum restauratio et fidelium deprecantium peccatorum remissio per intercessionem[w] beatae[x] Aldegundis, quae et[y] pro nobis, qui ista supplevimus, intercedere dignetur apud dominum[z] nostrum Iesum Christum, sponsum suum, qui[a] cum Patre et Spiritu sancto vivit[b] et regnat Deus in saecula saeculorum. Amen.

*) ubi animam reddidit creatori suo *add.* 4*a*.

**) Post haec a rege inclyto Sygeberto[2] atque beatissima[c] virgine Aldetrude abbatissa[3] *pro* in quo — donante 4*a*.

I. Cap. 29. 1*a. b.* 2*a. b. c.* *II.* 1. 2. 3. 4*a. b* (*a l.* 20).

Cap. 29. a) parsim 1*a*; et passim 2*c*; *om.* 1*b*; demonstrantur *pro* sparsim — auditur et 2*b*. b) sonos 2*c*; que *add.* 1*b*. c) audit 2*c*. d) denique et *add.* 2*b*. e) fiunt 2*a*. f) de hac vita manifestum est *pro* sanct. q. virg. 2*b*. g) gubernabantur 2*c*. h) perducantur in caelis. Virgo itaque Chr. Ald., quorum exempla im. est in terris 2*b*. i) et 2*c*. k) perrexit 2*b*. l) caelum 1*b*. 2*a* (*non* 2*b. c*). m) cui — servivit *om.* 2*b*. n) serviunt 1*a*, *corr.* o) patre et spiritu sancto vivit et regnat 2*b*. p) *ita* 1*a*. 2*c*; *subscr. om.* 1*b*. 2*a. b*.

II. a) ergo 4*a*. b) *om.* 3; Christi *add.* (2). 4*a*. c) in villa *om.* 1, *spatio 7 litterarum relicto*. d) cella 4*a*. e) v. quadam suae dic. 2. f) Sarra 3; Curtisalra 4*a*; Curtissolra *Boll.* g) pater et mater (ac s. W. *versu ex. om.*) *pro* suus p. 4*a*. h) Guald. 3. i) tumulata 1. k) latuit 3. l) Melbodium 2. m) *ita* 1; cartularum 2. 4*a*; *om.* 3. n) *om.* 4*a*; illius *add.* 2. o) nunc *add.* 2. p) et 3. q) *versu ex. om.* 4*a*. r) cur. 1; chor. 2; magnis *add.* 4*a*. s) ac pr. fl. *om.* 3. t) eximiis *add.* 4*a*. u) *om.* 3. v) cur. inf., ill. caec., salt. cl., rest. deb. m. et rem. fid. depr. pecc. 4*a*: *in* depr. pecc. (rem. *om.*) *incipit* 4*b*. w) eiusdem *add.* 2. x) beatissimae excellentissimaeque virginis *pro* b. Ald. 4*a. b*; Ald. *om.* 3. y) et pro n. qui *versu ineunte bis scr.* 4*b*. z) d. n. I. Chr. *om.* 3. a) cui est *pro* qui 4*a. b*. b) sancto honor immortalis, maiestas aequalis, gloria coaeternalis, potestas incomparabilis, laus ineffabilis nunc et in omnia et super omnia saeculorum saecula. Amen. Explicit vita sanctae Aldegundis virginis *desinunt* 4*a. b*. c) beatissime *pr. m.* 4*a*.

1) *Curtissolra, hodie Cousolre (dép. Nord, arr. Avesnes, cant. Solre-le-Château), qui locus postea coenobii Malbodiensis erat.* 2) *Sigibertus rex post tertium* (638/4—656) *nullus fuit.* 3) *De qua cf. supra p.* 81, *n.* 6, *et Van der Essen, 'Étude' p.* 237 *sqq.*

VITAE RICTRUDIS SANCTIMONIALIS MARCIANENSIS AUCTORE HUCBALDO

PROLOGUS.

Marcianae monasterium ad Scarpe fluvium inter Duacum et oppidum S. Amandi in dioecesi Atrebatensi[1] situm (hodie Marchiennnes, dép. Nord, arr. Douai) ab Amando episcopo constructum esse dicitur[2], Ionato discipulo abbate constituto, cuius sepulchrum posteri ibidem ostendebant[3]; sed Rictrudem patronam potissimam ibi venerabantur, quae vidua saeculo VII. in eodem coenobio degisse fertur. Monasterium et monachorum et sanctimonialium erat[4]; unde Carolus rex in charta a. 877. data dicit se subvenire cupere 'sororum et fratrum necessitatibus in coenobio Marcianas nuncupato sub tutela sanctae Rictrudis Deo militantium'[5], itemque a. 975, quo Lotharius rex 'sororibus ac fratribus in coenobio sanctae Rectrudis degentibus' villam restituit, 'tam abbatissa Iudit quam praedictae sorores necnon fratres ipsius monasterii sanctae Rectrudis' commemorantur[6]. Cum autem Hucbaldus a. 907. 'a clericis et sanctimonialibus congregationis' eiusdem rogatus[7] Vitam Rictrudis conscriberet, fratres illi fortasse pauci erant neque alii nisi clerici ad ministerium ecclesiasticum celebrandum constituti. Saeculo XI. ineunte sanctimoniales 'turpiter viventes' inerant; quibus expulsis, Balduinus Barbatus comes Flandrensis (1003—36) a. 1024. per Leduinum abbatem S. Vedasti monachos introduxit[8].

Vitam Rictrudis et liberorum, ut modo dixi, anno demum 907. Hucbaldus monachus ille clarissimus Elnonensis († 930)[9] composuit atque Stephano episcopo Leodiensi

1) Monasterium antea ad dioecesim Noviomensem (Tornacensem) pertinuit; nam Gislebertus episcopus Noviomensis († 782) commutavit cum episcopo Atrebatensi ius diocesanum, quod habebat in villa ac monasterio de Marcianis, ad parochiam beati Martini de Sancto Amando (Catalogus abb. S. Amandi, SS. XIII, 386). Cf. SS. R. Merov. V, 396. 2) Milo, Suppletio Vitae Amandi c. 1 (SS. R. Merov. V, 450). 3) V. Rictrudis c. 10 (Mabillon p. 944). A. Malnory, Quid Luxovienses monachi — — contulerint, 1894, p. 57, coniecit, Ionatum eundem esse atque Ionam biographum Columbani, qui c. a. 640. adiutor Amandi illis in regionibus morabatur; cf. V. Columbani, epist. Cf. L. Van der Essen, 'Étude critique et littéraire sur les Vitae des saints mérovingiens de l'ancienne Belgique', 1907, p. 271. 4) Cf. V. Rictrudis c. 10 (p. 944). 5) Bouquet VIII, 666. 6) L. Halphen et F. Lot, 'Recueil des actes de Lothaire et de Louis V rois de France', 1908, p. 93, n. 39. 7) V. Rictrudis, prol. 8) Gesta episc. Camerac. II, 26 (SS. VII, 461); Mirac. Rictrudis I, 15. 16 (AA. SS. Maii III, 93); Annal. Marcian. (SS. XVI, 614); Hist. regum Francorum auct. Andrea III, 2 (ib. XXVI, 207); Chron. Marcian. c. 20 (ed. Sackur, 'N. Arch.' XV, 460). Cf. Sackur, 'Die Cluniacenser' II, 142. 9) De Hucbaldo cf. 'Histoire litéraire de la France' VI, 210 sqq.; Dümmler, 'N. Arch.' IV, 560; I. Desilve, De schola Elnonensi sancti Amandi, 1890, p. 93 sqq.;

(901—920) *dicavit*[1]. *Neque vero opus suscepit nisi diu renisus, quia 'tanto transacto tempore nulla certae relationis de his scripta' praesto erant, clericis et monialibus asserentibus, res ab ipsis relatas olim litteris mandatas esse, quae inter tumultus Nortmannicos periissent. Tandem, cum 'quaedam historiarum exemplaria' prolata essent, consensit atque Vitam conscripsit, famam ubique fere secutus, ita ut res potioris momenti desint. Nam 'historiae' illae, scilicet Gesta Dagoberti et Vita Amandi*[2], *minime ad ipsam sanctam spectabant, sed de aliis rebus illius aevi, inprimis publicis, materiam praebuerunt, et ex una ut videtur V. Richarii (c. 10) auctor sanctae suae vindicare poterat*[3], *quae Alcvinus de Rictruda 'Deo devota femina' narraverat*[4]. *Cum igitur in ceteris rebus de sancta duobus saeculis ampliusque anteriore relatis Hucbaldo narrationibus Marcianensium nitendum esset, Vitam tam incertae fidei*[5] *denuo edere non visum est, ita ut solum prologum auctoris subiunxerim, a v. c. Rivière bibliothecario Duacensi officiosissime collatum cum codice* Duacensi *n.* 849 (798), *saec. XI, olim Marcianensi, fol.* 68'—93'[6].

Laurentius Surius, *De probatis sanctorum historiis III, Coloniae Agrippinae* 1572, *p.* 230—238, *Vitam Rictrudis primus edidit, sermone 'in gratiam lectoris' mutato.*

Iohannes Mabillon, *Acta sanctorum ordinis S. Benedicti II, Lutetiae Parisiorum* 1669, *p.* 938—950, *exemplari Marcianensi usus est, in quo notae temporum quaedam (c.* 19. 21*) interpolatae erant*[7].

Daniel Papebrochius, *Acta sanctorum Maii III, Antverpiae* 1680, *p.* 81—89, *codicem Marcianensem et duos Audomarenses adhibuit: quam editionem iteravit Cornelius* Smetius, *Acta sanctorum Belgii selecta IV, Bruxellis* 1787, *p.* 488—503.

Wattenbach, 'GQ.' I[7], *p.* 335 *sq.; M. Manitius, 'Geschichte der Latein. Literatur des Mittelalters' I,* 1911, *p.* 588 *sqq. De V. Rictrudis cf. etiam A. Ebert, 'Geschichte der Literatur des Mittelalters' III,* 1887, *p.* 188 *sqq.; Van der Essen l. l. p.* 260 *sqq.* 1) *De Stephano episcopo Leodiensi neque de Cameracensi coaevo agi inde constat, quod Hucbaldus in prologo (infra p.* 94, 7*) Amandum decessorem eius (cf. Krusch, SS. R. Merov. V,* 404*) vocavit.* 2) *Opusculum utrumque in V. Rictrudis c.* 2—4 *(Mabillon p.* 940 *sq.) exscriptum est: etiam ea, quae Van der Essen ad V. Arnulfi Mett. rettulit, e Gestis Dagoberti c.* 2 *(SS. R. Merov. II,* 401*) pendent. E Capitulis electionis Caroli in regno Lotharii a.* 869. *factae (MG. Capitul. II,* 340; *Annales Bertiniani ed. Waitz p.* 104*) Hucbaldus partim ea hausit, quae c.* 1 *(p.* 939*) de baptismo Chlodovei narravit; cf. verba communia:* sumpto caelitus chrismate. *Hucbaldus c.* 1. 2. 5. 8. *Isidori Etymologias IX, c.* 2, 101. 107, *et c.* 7, 28, *et II, c.* 24, *exscripsit (partim cf. Desilve l. l. p.* 105*); Terentii versum (Eunuch. IV,* 5, 6*) c.* 9, *duos Vergilii (Aen. VIII,* 184. *Ecl. V,* 69*) c.* 8. *adhibuit.* 3) *V. Rictrudis c.* 14 *(p.* 945*): cf. c.* 6 *(p.* 942*).* 4) *SS. R. Merov. IV,* 394. 5) *Nescio, an origo Wasconica Rictrudi attributa inde pendeat, quod locus Scarpis fluvii* Wasconis curva *vocabatur; cf. chartam Balduini a.* 1046. *et 'poleticon' Marcianense (Miraeus, Opera diplomatica ed. Foppens IV,* 179; *Sackur, 'N. Arch.' XV,* 463*).* 6) *Cf. Analecta Bolland. XX,* 405; *codicis mentio fit in catalogo librorum Marcianensium saec. XI/XII. composito n.* 18 *(ib. XXIV,* 468*):* Liber de vita sanctae Rictrudis. *Praeterea commemorantur codices Bruxellensis n.* 3221, *vol. I, antea n.* 9119, *saec. XIII; Duacenses n.* 151, *saec. XIII. ex., et n.* 836, *saec. XII. ex., et n.* 846 (797), *saec. XII (Analecta Bolland. XX,* 364. 382. 402*); Alphonsi Wins iudicis Nivigellensis n.* 4, *saec. XI (ib. XII,* 412*); Valentianensis n.* 513 (471 A), *saec. XII. Codici S. Audomari n.* 716, *saec. XIII, vol. V, non Vita Rictrudis inest ('Archiv' VIII,* 416*), sed fol.* 143—145'. *Vita II. Amati Senon. c.* 6—28 *(Catalogus hagiogr. Bruxell. I,* 2, *p.* 46—55*).* 7) *Martinus* Bouquet, *'Recueil des historiens des Gaules et de la France' III, Parisiis* 1741, *p.* 536—539, *partem editionis Mabillonianae,* Migne, *Patrologia Latina CXXXII, Parisiis* 1853, *col.* 829—848, *integram cum iteravit.*

Saeculo fere post Hucbaldum Iohannes *monachus Elnonensis, vestigia decessoris secutus, Vitam Rictrudis versibus heroicis descripsit*[1], *Stephano monacho Gandensi inscriptam et compositam 'rogante, immo praecipiente episcopo Cameracensis ecclesiae' Erluino* (995—1012), *cuius nomen in carmine acrostichico praemisso legitur*[2]. *Ex opere, quod codices Duacenses n.* 849 *(saec. XI) et* 836 *(saec. XII. ex.) servaverunt*[3], *versus ad Adalbaldum maritum Rictrudis spectantes edidit Godefredus* Henschenius, *Acta sanctorum Februarii I, Antverpiae* 1658, *p.* 300—301.

W. Levison.

In Christi membrorum compage sicut excellentiori, sic merito honorabiliori domino praesuli Stephano[4], secundum nomen suum apostolicae reverentiae signo ab hominibus quidem coronato[5], sed demum ob meritorum insignia cum eis quorum vices exequitur a Deo coronando Hucbaldus omnium exiguus sacerdotum ac monachorum eiusdem immarcescibilis vernantisque floribus virtutum optat coronae cf. I. Petr. 5, 4.
gaudium.

A[a] clericis et sanctimonialibus congregationis[6] Deo[b] dilectae famulae beatae Rictrudis rogitatus apponere novum ad conscribendum gesta ipsius natorumque eius[7] calamum, diu multumque renisus sum[8], vel quia meam quantulamcumque scientiolam tantae imparem materiei[c] noveram, vel quia, tanto transacto tempore, nulla certae relationis de his scripta videram vel audieram, veritus, ne forte dubia pro certis vel falsa pro veris assererem. Cumque renitenti mihi quaedam historiarum exemplaria suis ostenderent concordantia dictis, de cetero illis, quorum non contemnendae videbantur personae, mihi fidem facientibus, quod haec quae referebant eadem olim tradita litteris fuerint[d], sed insectatione Northmannicae[e] depopulationis[9] deperierint, postremo adiuratus tremendo divinae maiestatis nomine, tandem acquievi et, si non ut debui, institi tamen ut potui[10], non phaleris deservire verborum, sed aedificationi consulere legentium cupiens vel audientium.

Explicito[f] vero iam opusculo, cum ad recitandum vel potius vestrae examinandum traderetur[g] excellentiae, visum est prudentiae vestrae, ex his[h], quae ad corroborandam uniuscuiusque libri auctoritatem solent a scholasticis requiri, quaedam deesse, persona videlicet et locus cum tempore. Mihi tamen satis superque videbatur suffecisse, si, tam praeclara tantorum virorum nomina et facta et loca loquentibus scriptis, supprimeretur locus et persona scriptoris, ne per eam veluti

Prol. cod.

Prol. a) *om. Mabillon.* b) Dei *Mab.* c) *ita cod.*; materiae *Mab. et Papebroch.* d) fuerunt *Mab.* e) Nortmann. depop. deperierunt *Mab.* f) Explicato *Mab.* g) excell. tr. *Mab.* h) iis *Mab.*

1) *Cf. Mabillon l. l. p.* 937; *Papebroch p.* 79. *Initia exhibet Bibliotheca hagiogr. Latina II,* 1051 *(n.* 7248*).* 2) *Carmen ediderunt Bollandiani, Analecta Bolland. XX,* 1901, *p.* 463. 3) *Cf. ib. p.* 382. 405. 4) *Episcopo Leodiensi* (901—920). 5) *Στέφανος est corona. Cf. carmen de Landberto v.* 545 *(MG. Poetae IV,* 157*)*: Pontifici Stephano sit laus et gloria sacro, — — Nominis et claram carpat de voce coronam. 6) *Marcianensis.* 7) *Mauronti, Clotsendis, Eusebiae, Adalsendis, de quibus Hucbaldus c.* 6. 11—20 *(Mabillon p.* 941 *sq. et* 944—949*) egit. De Vitis Eusebiae et Mauronti nullius momenti posterioribus cf. Van der Essen l. l. p.* 265—269. 8) *Ita Donatus, Regula ad virgines, prol. (Migne LXXXVII,* 273*)*: diu multumque renisus sum voluntati vestrae. 9) *Nortmanni Marcianas anno ut videtur* 881. *ineunte vastaverunt. Cf. Mirac. Rictrudis I,* 12 *(AA. SS. Maii III,* 92*)*; *W. Vogel, 'Die Normannen und das Fränkische Reich',* 1906, *p.* 271. 10) *Cf. epistulam Constantii ad Censurium Vitae Germani Autissiod. praemissam*: praeceptioni si non ut debui, ut potui tamen parui.

per atram nubem obnubilari viderentur astra tanti splendoris. Verum quia[a] sic placuit sanctitati vestrae, famosa vestri nominis lampade praefulgente, nostri quoque, licet tetrae, illuminabuntur tenebrae, et dum Stephanum[b] inclitum praesulem huius libelli loquetur praefatio, nostrae etiam exiguae fiet personae mentio. Porro locus, ut nostis, non est mihi cuiuslibet nunc, ut olim, celeberrimae urbis[1], cum potius libenter me infimum esse gloriarer coenobitam monasterii beatissimi[c] Amandi[2], egregii Christi confessoris, vestri quoque dudum praedecessoris[3], nisi, meis exigentibus peccatis, inde tam crebro fugarer metu barbaricae insectationis[4]. Quid autem dicam de tempore[d]? Quod, ut ita dictum sit, pessimum videtur fore. Ps. 89, 15. 16. libet dumtaxat cum psalmista ad Deum proclamare: *Laetati sumus pro diebus quibus nos humiliasti, annis quibus vidimus mala; respice*, Domine, *in servos tuos et in opera* Ephes. 5, 16. *tua*. Cogimur denique apostolum monentem audire: *Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.* Ne tamen praetergredi videar auctoritatem vestrae iussionis, nostratium[e] regum[5] nominibus omissis, innotescat tempus tempore[f] nativitatis Christi 907. summi regis, cuius agebatur annus nongentesimus septimus[6], revoluto ordine decimo[g] indictionis[7], anno huius editae scriptionis. Ad profectum ecclesiae catholicae opto vos feliciter ad vota communia valere.

Vestra sagax votis faveat prudentia nostris,
Quae passim suavem famae diffundit odorem,
Quod cultrix veri retegat quoque nubila falsi.
Haec[h] nostrum placido dignetur visere vultu
Hoc opus et, iusto pensans examine libram,
Emendet mendas, si quas malus intulit error.
Quod si lanx nullo praeponderat acta rotatu,
Imparibus neque se[i] miscet fraus partibus ulla[k].
Congaudere pio iustum, pater, esse labori,
Inclite, scis dignasque[l] Deo persolvere grates,
Quod sumus et sapimus vitaque movemur in ista,
Dum[m] potius verae speramus[n] gaudia vitae,
Quae nobis pariter dominus det sumere Iesus[o]
Sanctorum precibus, quorum signavimus actus.

Prol. cod.

Prol. a) sicut *pro* q. s. *Mab.* b) *ita cod. cum Surio;* Legiensem *add. Mab.;* Legiensium *add. Pap.* c) sancti *Mab.* d) secundo *add. Mab.* e) *ita cod.*; nostratum *Mab. et Pap.* f) *om. Mab.* g) in decimo *Mab.*; decimae *Pap.* h) Nec *Mab.* i) me *Mab.* k) ullis *Mab.* l) dignas Domino pers. *Mab.* m) cum *Mab.* n) *ita Pap.:* spectamus *Mab.*; spectamus (?) *corr.* speramus *cod.* o) Christus *Mab.*

1) *Scilicet urbis Remensis, in qua Hucbaldus apud Fulconem archiepiscopum (882—900) commoratus erat.* 2) *Elnonensis (hodie St. Amand).* 3) *Cf. p.* 92, *n.* 1. 4) *Scilicet Northmannorum.* 5) *Caroli (893—929) et Ludovici (900—911) regum Francorum occidentalium et orientalium.* 6) *Unde pendent Annales Elnonenses maiores a.* 907 *(SS. V,* 12*):* Descriptio vite sanctae Rictrudis a Hucbaldo, *et Marchianenses a.* 907 *(SS. XVI,* 612*):* Hoc anno descripsit Hucbaldus monachus Sancti Amandi Vitam sanctae Rictrudis; *Mirac. Rictrudis, prol. (Analecta Bolland. XX,* 449*):* Scripsit praeterea Vitam eius satis eleganti stilo domnus Hucbaldus, iustus et sapiens vir, anno 907. verbi incarnati. 7) *A.* 906/7.

VITA BERTILAE
ABBATISSAE CALENSIS.

Balthildis regina, Chlodovei II. coniux, cum alia monasteria munificentia prosequebatur, tum Luxovio coenobiisque inde deductis favebat, ita ut ipsum Luxovium, Evoriacense Burgundofarae, Iotrum, Fontanella, Gemeticum monasteria largitatem eius experta sint[1]. Ab ipsa duo coenobia originem repetebant, alterum Corbeiense monachorum, quibus Theudofredum Luxoviensem a Waldeberto abbate expetitum praefecit[2], alterum virginum Calense[3]. Cala villa regalis in pago Parisiaco ad Matronam fluvium sita (hodie Chelles, dép. Seine-et-Marne, arr. Meaux, cant. Lagny) temporibus Chilperici I.[4] et Chlotharii II.[5] non semel commemoratur, ibique primo Chrodechildis regina, uxor Chlodovechi I, 'coenobiolum virginum' sancto Georgio dicatum construxerat[6], quo everso[7] Balthildis 'coenobium magnum' sanctimonialium aedificavit[8], quod vel deinceps sancti Georgii nomen servabat, quo et c. a. 700. in testamento Erminethrudis[9] et a. 864. in diplomate Caroli regis vocatur[10]. Basilicae novae altare medium sanctae Cruci dicatum erat[11], alterum sanctae Mariae[12]. Sanctimoniales autem et Bertila prima abbatissa e Iotro monasterio supra ad Matronam sito introductae sunt[13], quod Ado, frater Audoini clarissimi, ad regulam Columbani construxerat[14] eoque tempore Theodlecheldis abbatissa gubernabat[15]. Coenobium post obitum Chlodovei regis a. 657. ex. defuncti constructum esse dicitur, cum Balthildis pro Chlothario III. filio puero regnum admini-

1) V. Balthildis c. 8. 2) Ib. c. 7; cf. Krusch, SS. R. Merov. II, 477; L. Levillain, 'Examen critique des chartes de Corbie', 1902. 3) Casus coenobii Calensis enarraverunt, quamquam testibus primigeniis non semper nisi neque artis criticae satis periti, Berthault, 'L'abbaye de Chelles' I, Parisiis et Meldis 1889, et C. Torchet, 'Histoire de l'abbaye royale de Notre-Dame de Chelles' I, Parisiis 1889; cf. auctores Galliae christianae VII, 558 sqq. et M. J. Couturier, 'Sainte Bathilde reine de France', Parisiis 1909, p. 252 sqq. 4) Gregor. Turon. Hist. V, 39. VI, 46. VII, 4. X, 19. 5) V. Gaugerici c. 9. 6) V. Balthildis c. 18. 7) Ib. B c. 18. 8) V. Balthildis c. 7. 9) Pardessus II, p. 257; Tardif, 'Monuments historiques', 1866, p. 33: baselicae domni Georgi Cala. 10) Bouquet VIII, 590; Tardif p. 125: terras sancti Georgii Calensis monasterii. Lebeuf, 'Histoire du diocèse de Paris' VI, 1755, p. 51, alteram ecclesiae Viennensis chartam affert, sub Adone archiepiscopo (860—875) anno ut videtur 873 (Lebeuf habet '843') datam, in qua terra sancti Georgii Calensi commemoratur. 11) V. Balthildis B c. 18; Translatio Balthildis c. 2 (SS. XV, 285). 12) V. Balthildis c. 13. 13) Ib. c. 7. 8. 14) V. Columbani I, 26; cf. SS. R. Merov. V, 554, n. 6. 15) V. Bertilae c. 4.

strabat[1], *atque si Vitae Eligii fidem habere fas est, regina episcopum a.* 660. *mortuum 'ad Cala monasterium suum' transferre voluit*[2], *ita ut, si testes certiores essent, initia monasterii a.* 658. *vel* 659. *adscribenda essent. Cum Iotrum, unde virgines introductae sunt, 'ex beati regula Columbani' conditum esset*[3], *eandem in Calensi quoque monasterio viguisse verisimile est sive puram sive a Donato retractatam, qualis in coenobio Burgundofarae adhibebatur*[4]*; certe mera Benedicti regula, quam biographus Bertilae expilavit, coloniae monasterii Iotrensis saeculo VII. medio conditae abiudicanda est. Balthildis regina saepe in coenobium suum veniebat*[5], *cumque inter a.* 663. *et* 667. *omnino eo secedere coacta esset*[6], *usque ad obitum (post a.* 677*) cum summa humilitate ibi conversabatur, Bertilae abbatissae subiecta*[7]. *Saepe cum ea sermonem conferebat monebatque, 'ut et regem et reginam et proceres condigno honore cum eulogiis semper visitarent, ut erat consuetudo', atque etiam curam pauperum et hospitum iuxta monita eius abbatissa exercebat*[8]. *Tempore, quo Balthildis morbo supremo decubuit, Bertila et ipsa aegrotabat, ita ut regina sorores assistentes impediret, quominus abbatissam de morbo ipsius certiorem facerent, ne et illa ob tristem nuntium periclitaretur*[9]. *Postea Bertila a sacerdotibus complurium ecclesiarum impetravit, ut Balthildis defunctae memoria in missa celebraretur*[10].

Coenobium Calense inter ea monasteria erat, quae a puellis Anglosaxonicis frequentabantur, idque iam factum esse videtur, priusquam Balthildis ex eadem gente orta[11] *pro coenobiolo Chrodechildis magnum monasterium aedificavit. Iam a.* 647. *Heresvid, mater Aldvulfi futuri regis Orientalium Anglorum, 'regularibus subdita disciplinis' ibi degebat, ad quam Hild soror pervenire cupiebat*[12], *atque tempore Earconbercti regis Cantuariorum* (640 — 664), *cum pauca monasteria apud Anglos extarent, multi filias in coenobia Gallica 'erudiendas ac sponso caelesti copulandas' mittebant, et in monasterium Burgundofarae et Andilegum et in Calense*[13]. *Bertila, si biographo fides habenda est, annos* 46 *coenobio praefuit*[14], *ita ut, si coenobium re vera a.* 658/59. *conditum sit, obitus eius c. a.* 705. *contigerit; quem certe post a.* 713. *collocare non licet, cum Balthildis non post a.* 667. *in coenobium suum secesserit. Itaque fortasse ad tempus Bertilae testamentum pertinet, quo Erminethrudis (c. a.* 700*) praecepit, ut 'vineae pedatura una sita Tauriniaco' basilicae sancti Georgii Calensi concederetur*[15].

Monasterium locum suum inter nobilissima deinceps servavit[16]. *Theudericus IV. rex* (721—737), *filius Dagoberti III.* (711—715), *ibi enutritus est*[17]. *Anno* 741. *Pip-*

1) *V. Bertilae c.* 4. *Quod etiam in V. Balthildis initia monasterii (c.* 7*) post obitum Chlodovei (c.* 5*) referuntur, inde vix quicquam efficitur, cum beneficia a regina coenobiis concessa universa uno tenore ibi (c.* 7—9*) enumerentur.* 2) *V. Eligii II,* 37. 3) *V. Columbani I,* 26. 4) *Cf. Krusch, SS. R. Merov. IV,* 26; *Ionae Vitae sanctorum p.* 42; *'N. Arch.' XXXIV,* 237. 5) *V. Balthildis c.* 11. 6) *Ib. c.* 10; *cf. Krusch l. l. II,* 476. *Balthildis in coenobium secessit post a.* 663, *quo Kalendis Februariis diplomati subscripsit (Pertz, Dipl. Merov. p.* 36*), atque ut eo 'subito' pelleretur, nex Sigobrandi episcopi Parisiensis effecit (V. Balthildis c.* 10*), cuius successor Importunus a.* 667. *privilegio Drauscii consensit (Pardessus II, p.* 141*).* 7) *V. Balthildis c.* 11. 12. 8) *Ib. c.* 12. 9) *Ib. c.* 14. 10) *Ib. c.* 15. 11) *Ib. c.* 2; *cf. c.* 9. 12) *Beda, Hist. eccl. IV,* 23 (21). 13) *Ib. III,* 8. 14) *V. Bertilae c.* 7. 15) *Cf. supra p.* 95, *n.* 9. *Possessiones in pago Texandrensi sitae a.* 710. *a Bertilinde 'illustri femina atque Deo consecrata virgine' Willibrordo episcopo charta dono datae sunt, quae 'loco Cale' edita est (Pardessus II, p.* 284; *MG. SS. XXIII,* 57*). Vita Mildrethae, in qua abbatissa 'Kalas' monasterii commemoratur nomine Wilcoma ('quod Benevenias resonat Anglica lingua'), omnino fabulosa est; cf. Th. D. Hardy, 'Descriptive Catalogue of Materials' I,* 1, 1862, *p.* 377. 16) *Cf. A. Schulte, 'Der Adel und die deutsche Kirche im Mittelalter' ('Kirchenrechtliche Abhandlungen' ed. U. Stutz* 63/4*),* 1910, *p.* 195. 17) *Lib. hist. Franc. c.* 53.

pinus et Karlomannus Sonichildi, matri Griphonis fratris, 'Calam monasterium dederunt'[1], scilicet ne inde evaderet; a. 788. altera filia Tassilonis ducis Baiuvariorum deiecti eo missa est[2]. Feminae generi regio propinquae eidem coenobio praelatae sunt. Inter abbatissas Calenses erat Gisla, soror unica Karoli M., amica Alcvini, quae basilicam sanctae Mariae ibi aedificavit[3]; aegrotantem Karolus frater a. 804. visitavit[4], quae paucis annis ante illum 'in eo quo conversata est monasterio decessit'[5]. Anno 825. Hegilwich, mater Iudith imperatricis, abbatissa coenobii facta est[6]; apud quam Hludowicus Pius gener mense Ianuario a. 833. commoratus est[7], adhortatus, ut corpus Balthildis e basilica sanctae Crucis in ecclesiam sanctae Mariae a Gisla aedificatam transferret. Quae translatio, imperatore iam digresso, mense Martio facta est.

Cala primo monialium erat neque biographus Balthildis fere coaevus[8] virorum ibi degentium mentionem fecit nisi sacerdotum, qui animam reginae defunctae Domino commendarent[9]. At aevo, quo Translatio Balthildis et Vita Bertilae compositae sunt, numerus sacerdotum in monasterio conversantium accreverat, temporeque translationis abbatissa 'magno gregi sanctimonialium' praeerat et in basilica Mariae 'multitudo sacrarum virginum die noctuque laudes Deo personabant'[10], quibus 'sancti sacerdotes' adiuncti erant, una cum monialibus 'clerum virorum et feminarum' efficientes[11]. Atque quae in Vita Bertilae enarrantur, ea suadere videntur, ut Cala monasteriis quae dicuntur duplicibus adnumeretur, in quibus virgines et monachi abbatissae subiecti simul consistebant. Nam quamquam etiam biographus Bertilae refert, Calam 'monasterium puellarum' a Balthilde constructum esse, substantiam necessariam ancillis Dei delegatam, gregem sacrarum virginum Bertilae commissum (c. 4), aliaque similia, tamen non solum utriusque sexus ministri aderant, atque 'per consilium sacerdotum' abbatissa coenobium ordinabat (c. 5), immo eis praeposita, 'Deo hostias sacras suos iubebat offerre sacerdotes' (c. 6) neque solum 'filias quasque vel ceteros sub suo degentes regimine' spiritalibus monitis muniebat, sed etiam auctor narravit, conversationem illius attraxisse 'plurimas fidelium animas feminarum, immoque et virorum'; ex transmarinis partibus, i. e. Britannia, plurimos viros ac feminas ad eam festinasse, quos omnes recepisset et instruxisset (c. 5), ita ut 'christianitas fratrum sive sororum' adfuisset (c. 6). Ipsos reges Saxoniae ab ea petivisse, ut de suis discipulis mitteret, qui v i r o r u m et sanctimonialium coenobia in illa regione construerent, Bertilamque 'exhortantibus fratribus' electas personas et devotissimos homines illuc direxisse (c. 6). Calense igitur coenobium eodem modo mutatum est, quo monasterium Burgundofarae[12]; ubi cum tempore Ionae pauci monachi adessent, qui officiis sacris fungerentur[13], postea Beda teste multi fratres morabantur, aedibus

1) Ann. Mettenses a. 741 (ed. B. de Simson p. 33). 2) Fragm. annalium Chesnii (SS. I, 33). 3) Epist. Alcvini 154. 165 (MG. Epist. IV, 249. 267); Translatio Balthildis c. 8 (SS. XV, 285). 4) Ann. Mettenses a. 804 (l. l. p. 92). 5) Einhardi V. Karoli c. 18. 6) Transl. Balthildis c. 1 (p. 284). 7) Ib.; cf. Mühlbacher, Reg. I², p. 362. 8) Cf. Krusch, SS. R. Merov. II, 478. 9) V. Balthildis c. 15. 10) Transl. Balthildis c. 1 (p. 284). 11) Ib. c. 2 (p. 285): abbatissa — — accersivit cleri Dei sacerdotes sanctasque virgines et viduas pudicas, qui omnem clerum tam virorum quam et faeminarum efficiebant. Cf. c. 4 (AA. SS. Ian. II, 748): sanctos sacerdotes evocat ac tumulum — — effodere iubet; ib.: gratias agens sacratissima abbatissa Deo cum omnibus sanctis sacerdotibus ac sanctimonialibus. 12) Krusch l. l. IV, 26 sq.; cf. p. 209. Quae post alios pluribus de monasteriis duplicibus egit Maria Bateson, 'Origin and early History of Double Monasteries' ('Transactions of the Royal Historical Society, New Series' XIII, Londinii 1899, p. 137—198), quamquam amplam copiam collegit, tamen non semper e fontibus primigeniis hausit et interdum nimia e testimoniis allatis conclusit. 13) Cf. V. Columbani II, 12.

seiunctis[1]. Monasterium Calense non post initium saeculi VIII. duplex factum esse fortasse inde concludere licet, quod Theudericus IV. rex (721—737) in eo enutritus erat.

Auctor ille, qui 'pro aedificatione fidelium' Vitam Bertilae conscripsit (c. 9), a sententiis nonnullis exorsus est e Vita Albini Fortunatiana[2] depromptis atque ex eadem alia quoque mutuatus est (c. 1. 2. 8), cum ad recensionem II (B) Vitae Sulpicii Biturigi[3] maerorem congregationis abbatissa orbatae descripserit (c. 8). Vitam quoque I. Balthildis legerat[4], enuntiataque nonnulla e regula Benedicti (c. 2), Hieronymi Vita Hilarionis (c. 8), Vita Martini epistulisque Sulpicianis (c. 5. 8), Dialogis Gregorii M. (c. 3. 8), V. Geretrudis (c. 6) pendere videntur. Quae rettulit, ea magna ex parte e Vita Balthildis aut hausta sunt aut hausta esse possunt, ita ut haec ad aevum auctoris indagandum non faciant, neque verbis nimis confidendum est, quibus homines allocutus est quasi Bertilae aequales (c. 8), nam talia etiam a falsariis affirmata sunt, eoque minus ea sententia nitendum est, quod totus fere locus ex homilia 78. Maximi episcopi Taurinensis ad Eusebium Vercellensem spectante[5] ad verbum exscriptus est. Alia expendi non possunt, fontibus deficientibus, scilicet Bertilam e provincia Suessionica ortam et desideria virginitatis perpetuae 'percunctanti cuidam fidelissimo viro Dadoni cognomento Audoeno' confessam esse (c. 1), eidem scilicet, qui a. 641. episcopus Rotomagensis factus est, et ipse e regione Suessionica oriundus[6]; deinde eam a Genesio magno sacerdote, nimirum abbate, amico Balthildis, qui a. 660/64. sedi Lugdunensi praelatus est, e coenobio Iotrensi Calam perductam esse (c. 4), monasterio 46 annos praefuisse (c. 7). Quod familiam monasterii et vicinos per sanctam communionem attraxisse dicitur, 'ut datis confessionibus paenitentiam pro peccatis suis agerent' (c. 6), ad institutum Columbanianum pertinet[7], sed, eo propagato, non minus cum aevo posteriore quadrat. Nomen Teutlechildis abbatissae Iotrensis inscriptione confirmatur, quae in sarcophago eius adhuc extante legitur[8], in una parte:

Hoc membra post ultima teguntur fata sepulchro beatae
Theodlecheldis intemeratae virginis; genere nobilis, meretis
fulgens, strenua moribus, flagrav[i]t in dogmat[e famae?],

et in parte alia:

Cenubii huius mater sacratas D(e)o vir[gines sumen]-
tes oleum cum lampadibus prudente[s[9] invitat fi-
l]ias occurrire XPM. (= Christum); haec demu(m) exultat parad[isi in gloria].

Quae de consuetudine cum Anglis habita referuntur (c. 5. 6), cum rebus a Beda traditis comparari possunt.

Tamen magnam partem Vitae laudes virtutum exigui momenti et loci communes occupant, eaque partim aliunde descripta, atque ne opusculum saeculo VIII. ineunti at-

1) Beda, Hist. eccl. III, 8. 2) Ed. Krusch, MG. Auct. ant. IV, 2, p. 27—33. 3) Ed. Krusch, SS. R. Merov. IV, 371 sqq. 4) Priorem neque alteram Vitam Balthildis auctori praesto fuisse efficitur e loco, quem ad c. 8 (p. 108, n. 6) adnotavi. 5) Migne LVII, 421; ubi etiam lectionum variarum ratio habenda est. Auctor ad verba e Maximo pendentia: sicut ipsi plenius meministis, addidit: et vidistis, itemque paulo infra personam hominis coaetanei sibi vindicavit: omnibus incredibile, nisi qui hoc praesentaliter viderunt. Homilia iam antiquitus in natali cuiusvis confessoris adhibita est; cf. J. Friedrich, 'Ueber die vita S. Ruperti', 'Münchener Sitzungsberichte, phil.-hist. Classe' 1883, p. 519. 6) V. Audoini c. 1 (SS. R. Merov. V, 554). 7) Cf. Krusch, ib. IV, 14; A. Malnory, Quid Luxovienses monachi — — ad communem ecclesiae profectum contulerint, 1894, p. 62 sqq. 8) Toussaints Du Plessis, 'Histoire de l'église de Meaux' I, 1731, p. 665 sqq.; E. Le Blant, 'Inscriptions chrétiennes de la Gaule' I, p. 266, n. 199 (tab. 22, n. 140). De cryptis Iotrensibus cf. e. gr. Albr. Haupt, 'Die älteste Kunst, insbesondere die Baukunst der Germanen', 1909, p. 231 sqq. 9) Cf. Matth. 25, 1 sqq.

tribuatur[1], *sermo obstare videtur melior, quam qui in plurimis illius aevi monumentis legitur. Nam etsi nonnulla menda insunt:*

declin. dat. c. 1. percunctante — Dadone] 1*a. b;*
abl. c. 3. anhelito] 1*a. b (pr. m.).*
acc. pro abl. c. 8. epulas lautiores uti] 1*a. b.*
acc. pro in *c. abl. c.* 8. lectulum decubuit] 1*a et fortasse pr. m.* 1*b.*
genus mutatum c. 8. modica — dolore] 1*a et fortasse pr. m.* 1*b;*
c. 5. ordinavit coenobium et — eum direxit] *ita* 2*;* condirexit *pro* eum d. 1*a. b.*
act. pro depon. c. 1. promereret] 1*a. b (pr. m.); c.* 6. conversarent] 1*a.*
accus. absol. c. 4. relictam curam regalem] 1*a. b (pr. m.),*

tamen ea pauca sunt atque eiusmodi, quae etiam parte priore aevi Carolingici non semel deprehenduntur. Monuerim quoque nomen abbatissae in casus Bertilae, Bertilam, Bertila *eadem ratione qua in Vita II. Balthildis declinatum esse, cum biographus reginae antiquus modo vetustiore*[2] Berthilanem *(acc.),* Berthilane *(abl.) scripserit. Unde Vitam Bertilae non ante saeculum VIII. medium, fortasse vel saeculo VIII. exeunte vel saeculo IX. ineunte neque adeo multo ante Translationem Balthildis compositam esse existimaverim*[3].

Vita Bertilae Iohanni Gielemans canonico Rubeae Vallis († 1487) *praesto erat; qui ut aliis Vitis sanctorum in Hagiologium Brabantinorum receptis prologos aut novos aut alios praemisit, ita Vitae secundae Balthildis praefationem praefixit partim e V. Bertilae (c.* 1. 4*) pendentem*[4].

1*a*) *Codex Parisiensis n.* 18296 *(Corbeiensis n.* 17*, olim* 222*), saec. X, fol.* 24′—35′*, verbis ultimis destitutus est, folio exciso.*

1*a**) *Codex Parisiensis collectionis Chesnianae*[5] *n.* 84*, saec. XVII, fol.* 131—137′*, non absque mendis aut ex ipso* 1*a descriptus est, antequam verba extrema abscisa sunt, locis nonnullis sive e coniectura sive ad librum* 1*b emendatis, aut e codice* 1*a quam simillimo pendet.*

1*b*) *Codex Parisiensis n.* 12607 *(S. Germani a Pratis n.* 505*, antea* 796*), saec. XIII. in., fol.* 149—155′*, cum* 1*a quam maxime convenit, item fortasse ex eo pendens. In calce libri (fol.* 224′*) adnotata sunt*[6]*:* [Lectori p?]acem! Ego Robertus de Curcellis [monasterii?] sancti Petri Corbeie monachus feci fieri [libru]m illum Deo et beato Petro in honore Eligii Noviomensis episcopi et aliorum, quorum vite

1) *Quod nominibus hominum propriis plerumque vocabulum* 'domnus' *aut* 'domna' *praefixum est aeque atque in Vita Balthildis antiqua, ad aevum Vitae cognoscendum nullius momenti est.* 2) *Cf. SS. R. Merov. IV,* 802. *V,* 813*, s. v. declinatio* 1. 3) *A. Poncelet, AA. SS. Nov. III,* 83*, coniecit, Vitae textum vetustiorem subesse aetate Carolingica aliquatenus expolitum simili modo atque Vitam I. Balthildis, quia res relatae cum aliis fontibus comparatae castigatione non indigerent; sed hae etiam inde haustae esse possunt. Missa de Bertila, quam 'ex veteri sacramentario' Mabillonius edidit (Annales II,* 691*), ad historiam abbatissae cognoscendam non facit.* 4) *Incipit:* Religiosa vita viduarum *(Bibl. hagiogr. Lat. I, n.* 909*). Extat in codice nunc Vindobonensi ab ipso auctore exarato (cf. Analecta Bolland. XIV,* 46*), quo Mosander usus videtur esse (Surius, De probatis sanctorum historiis VII,* 1581*, p.* 64*); exemplar eius esse coniecerim codicem Korssendonckanum, hodie Parisiensem bibliothecae Mazarineae n.* 1733*, a.* 1498. *scriptum (cf. A. Molinier, 'Catalogue des mss. de la bibl. Mazarine' II,* 204*), quem Bollandiani adhibuerunt (AA. SS. Ian. II,* 742*). De editionibus cf. Krusch, SS. R. Merov. II,* 481. 5) *Cf. R. Poupardin, 'Bibliothèque Nationale, Catalogue des mss. des collections Duchesne et Bréquigny',* 1905*, p.* 98 *sq.* 6) *Cf. SS. R. Merov. IV,* 658.

vel actus in eo continentur, hoc scilicet ordine: — — Vita sancte Bertile Kalensis cenobii abbatisse.

2) *Officium B. Bathildis, Parisiis apud Henricum Paquot 'litteris Gothicis' impressum, anno non indicato, fol. XXX'—XXXII'. et XXXIV—XXXIX. V. Bertilae continet*[1], *quae editio princeps loco codicis Calensis aestimanda est. Ex ipsa pendet*

2*) *codex Bruxellensis n.* 3495, *antea n.* 8932, *qui inter collectanea Bollandiana fol.* 234—236'. *Vitam Bertilae continet, saec. XVII. a P. Thoma a S. Iosepho* († 1649) *descriptam 'ex veteri libro officiorum eiusdem coenobii' (scil. Calensis). Textui haec subscripta sunt:* **Haec beatae Bertillae Vita descripta est ex libro ecclesiastico veteris admodum impressionis, in quo sunt officia S. Batildis, S. Bertillae et aliorum, qui in Kalensi coenobio coluntur. Est autem ibi in 24 lectiones partita, quarum 8 in die eius natali, 8 sequentes in dominica infra octavam et reliquae 8 in octava leguntur.** *Quod exemplar Vitae inter collectanea locum posteriorem occupat: e quo fluxisse videtur*

2**) *exemplar alterum a Bollando satis mendose descriptum, quod in eodem volumine praecedit, fol.* 226—227. *extans, et 'ex veteri libro officiorum eius coenobii' (Calensis) haustum esse dicitur:* **Accepi Parisiis a P. Thoma Aquinate excalceato, cui autographum remittendum.**

Etiam codex Bruxellensis n. 3535 (18889—94), *saec. XVII, fol.* 54'—55, *inter collectanea Bollandiana V. Bertilae continet, prologo omisso*[2].

Codex 1a *aetate et auctoritate praestat, etsi perpauca menda adsunt, quae partim collato fratre Corbeiensi* 1b *tolluntur. Neque liber* 2 *Calensis omnino neglegendus est, ubi quamquam caput quartum in breve coactum est et nonum desideratur atque lectiones inutiles satis multae deprehenduntur, tamen hic illic lectio genuina servata est; cf. inprimis*

c. 2. **propensior, in orationis assiduitate laudabilis, in caritate profusior, in lectione in orat.** — **profusior** *omittunt* 1a. b, *habet* 2 *idque recte, cum verba* **in or. ass. laud.** *etiam in Vita Albini hoc loco expilata legantur.*

Codices manuscriptos B. Krusch v. c. contulit, excepto 1a*, *quem ipse adhibui; de locis libri* 2 *ab exemplari* 2* *discrepantibus A. Poncelet socius Bollandianus officiosissime me certiorem fecit, ita ut lectiones* 2* *peculiares omittere mihi liceret, denique H. Lebègue v. c. lectiones varias* 1a. b. 2 *qua est benignitate denuo examinavit. Exemplar* 1a* *non curavi nisi perraro.*

Postquam Hugo Menard, Martyrologium sanctorum ordinis divi Benedicti, Parisiis 1629, *p.* 372—375, *epitomen Vitae 'ex veteri codice ms. monasterii Corbeiensis' erutae a se ipso compositam publici iuris fecit,*

Andreas du Chesne, Historiae Francorum scriptores coaetanei I, Lutetiae Parisiorum 1636, *p.* 668—669, *particulas Vitae ipsius ex exemplari* 1a* *excerptas edidit*[3], *itemque*

Carolus Le Cointe, Annales ecclesiastici Francorum III, Parisiis 1668, *p.* 455, *frustula Vitae exhibuit, quam 'integram atque in septem capita distributam' in codice generis* 1a. b *legerat. Opusculum totum edidit*

Iohannes Mabillon, Acta sanctorum ordinis S. Benedicti, saeculum III, pars 1, *Lutetiae Parisiorum* 1672, *p.* 21—26, *'ex mss. codd. Corbeiensis monasterii'* (1a. b), *praeter quos liber* 2 *ab ipso adhibitus est*[4], *neque lectiones* 1a* *peculiares omnino desunt.*

1) *Cf. Bibl. hagiograph. Lat. I, p.* 192, *n.* 1287. *Ipse librum non vidi, qui Mabillonio praesto fuit, translationem Bertilae commemoranti (p.* 26) *ex 'propriis Officiis ante annos centum editis'; exemplar in bibliotheca Nationali Parisiensi asservatur (sign. B* 373 = *invent. B* 1657). 2) *Cf. I. Van den Gheyn, 'Catalogue des mss. de la Bibliothèque royale de Belgique' V,* 1905, *p.* 646. *De versionibus Francogallicis cf. Poncelet l. l. p.* 84, *n.* 1. 3) *Quas magna ex parte in praefatione Vitae Balthildis iteraverunt Bollandus et Henschenius, Acta sanctorum Ianuarii II, Antverpiae* 1643, *p.* 734—735. 4) *Cf. supra n.* 1.

Martinus B o u q u e t, *'Recueil des historiens des Gaules et de la France' III, Parisiis* 1741, *p.* 575—576, *editionem Mabillonianam ex parte iteravit. Denique cum haec folia iam typis tradita essent, novissima optimaque editio prodiit*

Alberti P o n c e l e t, *Acta sanctorum Novembris III, Bruxellis* 1910, *p.* 90—94, *qui iisdem codicibus usus est atque ego praefationemque uberem et egregiam p.* 83—90. *praemisit, qua eum ubique fere mecum convenire gaudeo, etsi, V. Balthildis c.* 18. *aliter interpretatus, p.* 87. *et negavit, Calae ante Balthildem coenobium extitisse, et Chrodechildi (cf. supra p.* 95*) solam ecclesiam S. Georgii attribuit, unde Bedam (cf. p.* 96*) errasse statuit; sed nescio an* coenobiolum *c.* 18. *commemoratum et* coenobium magnum *(c.* 7*) inter se potius distinguenda sint, ita ut aliorum meaque opinione standum esset.*

W. Levison.

1.[a] Religiosa vita sanctarum virginum quanto est meritis clarior, tanto est voce crebrior[b] et populorum ore laudabilior, quia, dum bonae conversationis exemplum ceteris tribuit, in laude sua linguas excitat[c] singulorum. Igitur beata Bertila[d] virgo Suessonicae provintiae indigena, nobilibus parentibus oriunda, immo digni germinis dignissima proles emergens, decus quod sumsit ex genere felicis vitae meritis ampliavit, dum in illa et quo glorificaretur Christus elegit et quod imitarentur multi[e] effulsit. Quae[f] inter ipsa novellae iuventutis exordia tanto[g] fidei fervore flagravit, ut parentes, ad quorum desiderium solet infantia festinanter recurrere, pro amore Christi voluntarie relinqueret et mox, ut per aetatem adulescentiae intellegere potuit, Christum dominum concupivit[h] et in eius servitio pleno cordis affectu se tradere deliberavit. Quam[i] et percunctante[k] cuidam fidelissimo viro Dadone[l] cognomento Audoeno[1], si vellet Christo servire, grato animo respondit, illam se ab infantia habere devotionem, ut Dei filium Christum promereret[m] adipisci sponsum; sed hoc pandere publice parentibus suis non audebat, eo quod cognosceret ab ipsis esse eis valde contrarium, quodque magis impedirent contradicendo, quam consentirent annuendo. Iam[n] autem divinum in tenera aetate astute tenebat consilium et secretius Dei assidue[o] deprecabatur auxilium, ut eius pietas faceret compendium[2], qualiter, ipso ordinante, congrue ad sanctarum feminarum consortium vel ad earum perduceretur coenobium. Cuius devotioni pietas divina consulens, quae in se sperantes numquam derelinquid, mox adfuit ei divina gratia in auxilium et ex propriis parentibus vel etiam germanis in consensione devotos effecit, qui assentientes exhortati[p] sunt eam, ut in sancta devotione persisteret et se integram Domino virginem consecraret. Cui et sponte dederunt solatium, inspirante[q] Domino, et eam cum festinatione iuxta eius votum ad monasterium puellarum, quod vocatur Iotrus[3],

V. Albini auct. Fortun. c. 5.

cf. Ps. 17, 31.

Cap. 1. 1*a. b.* 2.

Cap. 1. a) *numeri desunt* 1*b*, *ubi praescr.* Incipit vita beate Bertile virginis Kalensis cenobii; Vita sanctae Bertilae abbatissae Chellensis *praescr.* 1*a**. b) celebrior 1*a** *(corr.)*. 2. c) *ita* 2 *cum V. Albini;* excitant 1*a*; excita(t *in ras. maiore*) 1*b*. d) Bartilla 2; *item deinceps.* e) *ita* 2* *cum* 1*a. b*; multa 2. f) Lectio II. *incipit* 2. g) *ita e corr.* 1*b cum V. Albini;* tant(a)e 1*a*. 2. h) concupiunt 1*a*, *corr.;* Christum d. conc. *om.* 1*a**. i) Que 2. k) percunctanti 2. l) Dadon 2; Dadoni 2*. m) *m. al. corr.* promereretur 1*b*, *et ita* 2. n) Lectio tertia *incipit* 2. o) ass. d. aux. *pr. m. in ras.* 1*b*. p) hortati 2. q) imperante 2.

1) *Referendario et postea (*641—684*) episcopo Rotomagensi (cf. SS. R. Merov. V,* 536 *sqq.). Qui quamquam ante episcopatum Dadonis nomine potissimum usus est, tamen* Dado *neque* Audoinus *pro cognomine accipiendum est.* 2) *Cf. V. Balthildis, prol.:* compendium pietatis. 3) *Jouarre monasterium (dép. Seine-et-Marne, arr. Meaux, cant. La Ferté-sous-Jouarre) Ado frater Audoini ad regulam Columbani construxerat; cf. V. Columbani I,* 26.

perduxerunt et domnae[a] Teutlechildae[b] abbatissae[1] commendaverunt, a qua cum sanctis feminis honorifice recepta est.

2.[a] Igitur agens nobilis puella Bertila multiplices Christo gratias, cuius pietas eam a saeculi fluctibus ereptam ad portum felicis coenobii perduxerat, ab V. Albini c. 5. illo die in eodem loco tanta animi humilitate Domino placituram se subdidit, ut salva morum honestate nihil de ingenuitatis natione superbiret, ibique, quam origo nativitatis liberam genuit, famulam voluntas[b] addixit[c]. In quo sancto coenobio sub norma sanctae regulae ita admirabilem atque laudabilem habuit conversationem, ut velox esset in[c*] sancta seniorum oboedientia et ad cursum divinum vel ad orationem cum fervore mentis devotissime festinaret. Cum[d] omni enim gravitate[2] et mansuetudine seu temperantia admirabiliter conversabatur in sancta congregatione, cf. 4. Reg. 20, 3. timorem vero Dei semper prae oculis habens, ambulabat in corde perfecto et puritate confessionis, humilis atque oboediens, suis semper complacens senioribus, et in quocumque ministerio iubebatur a matre senioribus deservire, id ipsum fidelissime et cum bono animo, consolante gratia[e] divina, absque murmurio[f, 3] studebat Ib. c. 6. adimplere omnia, quae sibi fuerant iniuncta. Profitiebat denique in ea exercitationis cotidianae profectus, ita ut, ultra se semper ascendens, non solum meritis reliquas vinceret, sed de domito corpore potius triumpharet. Quis[g] enim nunc recolere aut dicere valet, quantum illo in tempore fuerit praedicta Christi famula Bertila in ieiunii parcitate praecipua, in vigiliarum dilectione propensior, in[h] orationis assiduitate laudabilis, in caritate profusior[h], in lectione sanctae scripturae sollicitior, in miserationis opere singularis? Erat namque ad oboediendum in iuventute moribus senex et ad calcanda vitia matura, ita[i] ut in ipso iuvenili tyrocinio senibus esset exemplum, consodalibus solatium, iunioribus sanctorum demonstratrix gressuum. Totum voluit esse in Christo et cum Christo quod vixit. Non oculum voluptati, non aurem ludibrio, non animum accommodans voluptati, semper se regens[k] anchora gravitatis, talem[l] se intra septa monasterii tractavit, ut esset in multis utilitatibus matri spiritali similis. Cuius ministerium fidelissimum considerans abbatissa, saepius ei maiorem curam atque graviora quae sub ipsa erant iniungebat, ut, dum ipsa sanctę ac religiosę in multis conversabatur, de cęteris sororibus sub ditione suae matris piam gereret ista sollicitudinem; infirmorum, infantum immoque ospitum ei frequentius cura[4] commendabatur. Quae omnia grato atque aequo animo ita benignissime adimplebat, quasi divinitus ei imperata fuissent[5]. In[m] omnibus itaque offitiis monasterii electa ipsa a Domino, post matrem abbatissam praesulatum regiminis tenebat

Capp. 1. 2. 1*a*. *b*. 2.

Cap. 1. a) domine 2. b) Teutlehild(a)e 1*a*. *b*; Trudecilde *hoc loco* 2; Teutechildae 2*; *cf. p.* 104, 2.

Cap. 2. a) Lectio quarta *incipit* 2. b) *ita V. Albini;* voluntatis 1*a*; volunta(s *in ras. maiore* 1*b*; voluntate 2. c) *ita* 1*a** *et e corr.* 1*b cum V. Albini;* adduxit 1*a*. *b* (*pr. m.*). 2. c*) ad 2. d) Lectio quinta *incipit* 2. e) d. gr. 1*b*. f) murmure 2. g) Lectio sexta *incipit* 2. h) in orat. — profusior *om.* 1*a*. *b*, *habet* 2; in or. ass. laud. *habet V. Albini.* i) *om.* 2. k) regems 1*b*. *corr.* l) l. VII. *incipit* 2. m) Lectio octava *incipit* 2.

1) *Sarcophagus 'beatae Theodlecheldis' abbatissae adhuc extat; cf. supra p.* 98. *De ea egit C. Byeus, AA. SS. Oct. V,* 114—120. 2) *Regula Benedicti c.* 22: cum omni tamen gravitate et modestia; *c.* 66. 68: cum omni mansuetudine. 3) *Ib. c.* 5: si quod iubetur, non — — cum murmorio vel cum responso nolentis efficiatur, quia oboedientia — — cum bono animo praeberi a discipulis oportet. *Cf. V. Balthildis c.* 2: Et hoc absque murmurio bono et pio animo exercebat eis ministerium. 4) *Regula Benedicti c.* 31: Infirmorum, infantum, hospitum pauperumque cum omni sollicitudine curam gerat (*cellerarius*). 5) *Ib. c.* 5: mox ut aliquid a maiore imperatum fuerit, acsi divinitus imperetur, moram pati nesciant in faciendo.

et absque ulla[a] reprehensione pro amore Dei omnem oboedientiam explebat; sobrietatem autem et pacem ita iugiter inconcussa tenebat mente, ut, quantum ex ipsa fuisset, nullius animum stimuli scandalo permovisset, sed magis, si commotas[b] cerneret seu murmurantes aliquas sorores, pro zelo pietatis illud conabatur sedare atque pacare vel compescere murmurationis malum[1], quoniam caritatem et pietatem in corde illius divina gratia administrabat.

3.[a] Quia ergo magnum supradictae famulae Christi Bertilae in eo erat meritum, ut aliis demonstraretur, magnum per eam ostensum est miraculum. Nam cum quaedam ex sororibus commota[b] animo verbum ei iracundiae dixisset, illa divinum[c] super hoc expetivit iuditium et, quamvis, sicut decebat, ipsa culpa in invicem fuerat indulta, ipsa tamen domna Bertila de divino quod expetierat iuditio semper erat pavida. Contigit ergo illi sorori, quae fuerat commota, anhelito[d] intercludente in pectore, mors subitanea; ad cuius funus sorores cęterae, tacto[e] signo[2], cucurrerunt, ut consuetam explerent orationem pro anima, quae absumebatur ab eis, ut eam Dominus in pace perpetua propitius iuberet[f] recipere. Sed[g] hoc ignorante supradicta Dei famula Bertila, interrogavit, pro qua causa psallentium[h] personaret chorus. Respondit ei quaedam soror: 'Nescis, quia pro anima illius sororis, quae recessit a corpore, iste personat sonitus?' Quo audito, ilico tremefacta pro sermone, quem inter se habuerant, cursu velocissimo ad locum, ubi corpusculum illius sororis defunctae iacebat exanimę, celeriter pervenit, et ingressa cum fide magna, ilico iniecit manum dexteram super pectus defunctae, adiurans illius animam recedentem per Iesum Christum, filium Dei, ut, antequam[i] secum alloquens indulgeret ei, quod contra ipsam habuerat commotionem, non[k] recederet[3]. Ad[l] cuius vocis imperium statim illa anima, quae iam a corpore discesserat, Deo permittente, in corpus rediit, et suspirans in redivivo cadavere, omnibus stuporem intulit, respitiensque ad Dei famulam, locuta est ei, dicens: 'Quid[m] fecisti, soror? Cur me de claritatis via retrahis?' Cui ipsa Dei famula Bertila humiliter dixit: 'Obsecro, soror, verbum indulgentiae: mihi remitte, quod commota animo olim devovi tuo'. At illa ait[n]: 'Det tibi Deus indulgentiam; nam contra te nullam retineo cordis commotionem[4], sed magis erga te plenam gero dilectionem et precor te, ut pro me Deum exores et abire in pace permittas nec moras mihi facias, quia iter clarum habeo praeparatum; nam sine tuo permissu abire non valeo'. Cui illa ait: 'Vade ergo in pace Christi et pro me ora, dulcis et amabilis soror'. Vere[o] magna in Deo confidentia, quae, quando voluit, animam revocavit, et quantum placuit, restare[p] permisit! Ex quo facto miraculo cognoscere possumus, quantam fidei constantiam ipsa Dei famula habuit, interius roborata munere supernae pietatis[q], quae ita indubitanter animam, quae iam recesserat e corpore, revocavit in redivivum cadaver[r] et secum loqui, ut voluit, imperavit[s] vel etiam post expletam locu-

Gregorii Dial. I, 10. — ib.

Capp. 2. 3. 1*a*. *b*. 2.

Cap. 2. a) illa 1*a*. b) commodas 1*a*. *b* (*corr*.).

Cap. 3. a) Lectio prima *incipit* 2. b) *ita recte* 2 (*cf. l.* 28); commoto 1*a*. *b*. c) super hoc div. 2. d) *ita* 1*a*. *b* (*pr. m.*); anhelitu 2. e) t. (tagto 1*a*) s. cognoverunt (*corr*. convenerunt 1*b*) 1*a*. *b*. f) rec. iub. 2. g) Lectio secunda *incipit* 2. h) psallentium 1*a*. i) ante non recederet quam secum 2. k) non rec. *om*. 2. l) Lectio tertia *incipit* 2. m) Quod (?) 1*b*, *corr*. n) *om*. 2. o) Lectio quarta *incipit* 2. p) pr(a)estare 1*a**. *b*. q) pietates *pr. m.* 1*a*. r) cad. et secum loqui *in ras*. 1*b*. s) impetravit 2.

1) *Regula Benedicti c.* 34: Ante omnia ne murmurationis malum — — appareat. 2) *Cf. Ionae V. Columbani I,* 17: signo tacto, omnes adesse imperavit. 3) *I. e. mori, vita excedere. Cangius.* 4) *Cf. V. Balthildis c.* 10: ut ipsi ei illam cordis commotionem indulgerent, supplicavit.

tionem ipsam animam abire permisit. Impleta itaque est in hac beata[a] Bertila
Marc. 9, 22. cf. Matth. 17, 19. scriptura, quae dicit: *Omnia possibilia*[b] *sunt credenti,* et nihil impossibile est his, qui toto corde in Deo confidunt, sicut et in hoc miraculo constat esse factum.

4. His[a] namque temporibus post discessum domni Chlodovei[b] regis religiosa et optima coniunx ipsius domna Baltechildis regina cum parvulo filio rege Chlothario[c] inreprehensibiliter regnum gubernabat Francorum[1] et ab omnibus pontificibus vel proceribus cunctoque populo regni sui, eius meritis compellentibus, miro diligebatur[d] affectu[2]. Erat enim religiosa et Deo multum devota, ęcclesiarum pauperumque curam gerens. Cum magno igitur vigore animi viriliter gubernabat palatium. Cum pontificibus autem et primatibus populi sui consilium accepit, ut regali villa quae dicitur Kala[3] monasterium construeret puellarum, quatinus, cum ad legitimam aetatem praefatus filius suus domnus Chlotharius[c] pervenisset et regnum sibi commissum per semet ipsum regere potuisset, tunc ipsa, relictam[e] curam regalem, sub religionis ordine in supradictum ingrederetur monasterium. Eo vero, quod omnes ipsa miro diligebat affectu[2] et diligebatur a cunctis, complacuit consilium universis, ac consensum ei omnes praebuerunt. At illa, ut erat prudens et sapiens, sub omni celeritate monasterium ibidem construere praecepit et, futura praevidens, necessariam ancillis Dei substantiam delegavit. Iamque praeparato diligenter coenobio, animo revolvere coepit, quam meritis et honestate seu moribus puellarum repperiret[f] dignam, de qua fidens, gregem sacrarum virginum ibi adunatum sub norma sanctae religionis ei[g] committeret. Cumque[h] de multis multa audiret, istius sanctae puellae[i] Bertilae felici fama[4] percurrente, pervenit per relationem fidelium notitia usque ad aures regales domnae[k] Baltechildis gloriosae et christianissimae reginae, quae gavisa est de eius sanctitatis[l] exemplo, et ilico accepto consilio, decrevit, ut hanc super sanctas feminas, quas pro Christi amore et sanctae Mariae reverentia in coenobio supra nominato congregaverat, matrem constitueret, quod, Deo[m] dispensante, postea perfecit[5]. Magna siquidem cum devotione et humilitate domnam[n] Teutlechildem[o] poposcit abbatissam, ut ex suo monasterio aliquas famulas Dei sibi destinaret, quae suum deberent[p] regere coenobium. At[q] illa percunctata diu, sanctam supplicationem reginae denegare non potuit, sed sponte gloriosae domnae ad petitionem satisfecit praefatamque domnam[n] Bertilam cum quibusdam sanctis puellis spiritali[r] matri domnae[s] Baltechildi cum

Capp. 3. 4. 1*a*. *b*. 2 *(desunt l.* 1 — 24*)*.

Cap. 3. a) Bartilla beata 2. b) possibia 1*a*.

Cap. 4. a) His namque — *l.* 21. committeret *om.* 2. b) Clodovei 1*b*. c) Clotar. 1*b*. d) *ita* 1*a** *et m. al.* 1*b*; dirigebatur 1*a*. *b (pr. m.)*. e) *m. al. corr.* relicta cura regali 1*b*. f) reppereret *pr. m.* 1*a*. g) ei:, *ras.* s 1*b*; cui 1*a* (*non* 1*a**). h) Lectio V. *incipit et post* Cumque *add.* religiosa et devota regina monasterium sacrarum virginum construeret Kalle et 2. i) *om.* 2. k) domine Bathildis 2. l) sanctitate 1*a* (*non* 1*a**). m) disponente Deo 2. n) dominam 2. o) *ita scripsi;* Teutlehildem 1*a*. *b*; Teutechildem 2. p) r. d. 1*a*. q) Lectio sexta *incipit* 2. r) speciali 2. s) domine Bathildi 2.

1) *Cf. V. Balthildis c.* 5*; Lib. hist. Franc. c.* 44. 2) *Cf. V. Martini auct. Sulpicio Severo c.* 2, 7: ut eum miro adfectu venerarentur. 3) *Chelles (dép. Seine-et-Marne, arr. Meaux, cant. Lagny).* 4) *Cf. V. Balthildis c.* 3*:* felicem famam promeruit. 5) *Ib. c.* 7*:* quod *(Balthildis)* etiam et ipsa velud proprias seu et peculiares Dei casas, id est Kala in Parisiaco, a Deo sacratas puellas, coenobium magnum virginum aedificavit, ubi Dei famulam religiosam valde puellam Berthilanem in locum matris esse primam constituit. In quo et ipsa venerabilis domna Balthildis deinceps conversari sub integra regula religionis et in pace requiescere decreverat.

summa diligentia et honore debito, ut decebat, per magnum sacerdotem domnum Genesium[1] ad Kale supradictum sanctum coenobium perducere praecepit; utque omnis illa congregatio velud matri spiritali ei commendaretur, praedictae domnae reginae praesentaliter[a] suggessit, fisa de eius religione et pudica conversatione. Quas illa gloriosa Baltechildis[b] regina velud munus caeleste cum magno honore suscepit et, sicut ei mandatum a domna[c] Teutlechilde[d] fuerat, onus regiminis super omne coenobium ei imposuit atque abbatissam esse praecepit[2].

5.[a] Iam vero venerabilis Dei famula Bertila, suscepta regiminis cura, qualem[b] se[3] et quam prudentem[c], ad omnia inreprehensibilem praeparavit, effari non valeo. Non eam extollebat suscepti honoris cura, non copia divitiarum, non vallata utriusque sexus ministrorum caterva. Perseverabat in ea quae fuerat prius humilitas[4], pietas, benignitas, modestia, immo[d] virginitas et, quod supereminet omnibus, vera caritas. Assidue quoque cum fide integra Deum expetebat sibi adiutorem, qui eam ab infantia semper in omnibus fuerat consolatus, ut ipse ei daret fortitudinem pariter et astutum consilium, per quod ipsum sanctum coenobium ita posset gubernare, velud[e] ei complaceret, qui eam ad hoc vocare dignatus fuerat. Sed, largiente ei divina pietate, viriliter cum summa sanctitate et religione, per consilium tamen sacerdotum ipsum ordinavit coenobium et mirabiliter sub sancta norma eum[f] direxit, ut Deo et illi sanctae reginae in omnibus complaceret. Quasi[g] ergo mater proprios filios vel filias, diligebat cunctos ac reverebatur a cunctis. Irascens igitur amabatur et arridens timebatur et filias quasque vel ceteros sub suo degentes regimine ad bene agendum et diaboli insidias praecavendum spiritali arte muniebat et semet[h] ipsam[i] cunctis bonae[k] operibus lucis exemplum monstrabat abundeque subsidia corporum necessaria providebat. Cuius conversatio sobria et benignissima advocavit plurimas fidelium animas feminarum immoque et[l] virorum. Nec solummodo ex vicina provintia, sed etiam ex transmarinis partibus[5], sanctae huius fęminae felici[m] fama percurrente[n], ad eam, relictis paren-

Capp. 4. 5. 1*a*. *b*. 2.

Cap. 4. a) *corr.* presentialiter 1*b*, *et ita* 2. b) Bathild. *semper* 2. c) dn̄a 2. d) *ita scripsi (cf. p.* 102, 1. 104, 28*)*; Teutlehilde 1*a*. *b*; Teutechilde 2.

Cap. 5. a) Lectio septima *incipit* 2. b) kalemse et 2. c) *ita* 1*a*; et *add.* 2; pr. ad (*corr.* ac) ::::: (*litterae extremae* ne?) inr. 1*b*; pr. ac Domino irrepr. 1*a**. d) imma 1*a*; immo *del.* 1*b*, *om.* 1*a**. e) u::: compl. *m. al. corr.* ut ei compl. 1*b*. f) *ita* 2; norma condirexit 1*a*. *b*. g) Lect. VIII. *incipit* 2. h) seme *pr. m.* 1*a*. i) *postea add.* 1*b*. k) bonis 1*a**. 2. l) *pr. m. om.* 1*b*. m) felice 1*b*, *corr.* n) *ita* 1*a** (*cf. p.* 104, 22); pr(a)ecurrente *rell.*

1) *Genesius, amicus Balthildis (cf. V. Balthildis c.* 14*) inter annos* 660. *et* 664. *episcopus Lugdunensis factus est, post mensem Septembrem a.* 677. *Kalendis Novembribus defunctus (cf. SS. R. Merov. II,* 486, *n.* 1. *V,* 606*; Duchesne, 'Fastes épiscopaux' II,* 170*). Neque vero supra de Genesio episcopo facto agatur oportet; nam iam Chlodoveus II, maritus Balthildis,* dedit ei in adiutorium suum fidelem famulum abbatem Genesium, *quo curante ad pauperes coenobiaque dona regina mittebat;* tunc enim in palatio Francorum erat assiduus *(V. Balthildis c.* 4*).* 2) *Cf. V. Balthildis c.* 8: Quid ad Iotro monasterio, unde illas sacras virgines cum prefata domna Berthilane abbatissa ad Kala suo monasterio accersivit? Quanta ibi munera et de agris et pecunia multa contulit? 3) *Cf. Sulpicii Severi V. Martini c.* 10, 1: Iam vero sumpto episcopatu qualem se quantumque praestiterit, non est nostrae facultatis evolvere. 4) *Cf. ib.:* Idem enim constantissime perseverabat, qui prius fuerat. Eadem in corde eius humilitas. 5) *I. e. e Britannia; cf. e. gr. V. Bal-*

tibus et patria[a], cum summo amoris desiderio plurimi viri ac fęminae festinabant, quos ipsa Dei famula Bertila affectu piissimo, velud propria genetrix dilictos[b] parvulos, omnes recipiebat atque diligendo fovebat, instruens eos sancta exortatione, ut iuste ac pie viverent, quatinus Christo regi complacere possent.

6.[a] Erat itaque ipsa beata Bertila exemplum et forma pietatis omnibus per continentiam et plenissimam dilectionem et non solum per sanctum eloquium, sed magis suae sanctitatis seu religionis studio subditorum instruebat mores, ut se in[b] invicem diligerent[c] caritatis affectu puriterque et caste seu et sobrie in omnibus conversarent[d] atque ad cursum vel orationem semper essent paratae hospitumque et pauperum curam gererent dilectionis studio et proximi amore. Familiam quoque monasterii sive vicinos propinquos per sanctam communionem attrahebat, ut, datis confessionibus, paenitentiam pro peccatis suis agerent[1]; ex quibus plurimis emendatis et sibi praemium adquisivit et illorum animabus lucrum fecit. Eratque[e] ipsi famulae Christi Bertilae summa devotio ac diligentia ad exornandas Christi ęcclesias vel altaria. Cotidie quoque pro salvatione animarum fidelium et recto statu sanctae Dei ęcclesiae Deo hostias sacras suos iubebat offerre sacerdotes. In vigiliis vero et orationibus erat semper assidua, immo et abstinentia ciborum ac potus parcitate pene prae omnibus mirifica; constantiam autem fidei suae ipsa inconcussa[f] tenebat mente semper ad dominum Iesum Christum. Cumque his et[g] talibus probatissimis ageret moribus, christianitas fratrum sive sororum eius pietatis exemplo edificabatur, etiam et eius munificentia[h] larga cuncti pauperes et peregrini consolabantur, tantumque[i] fructum per eam magnum Dominus contraxit ad salutem animarum, ut etiam ab[k] transmarinis partibus[2] Saxoniae reges illi fideles ab ea per missos fideles postularent, ut illis de suis discipulis ad eruditionem vel sanctam instructionem, quam audierant esse in ea mirabilem, dirigeret, seu etiam qui virorum et sanctimonialium coenobia in illa regione construerent. Quam religiosam petitionem pro salute animarum non denegavit, sed cum consilio senio-

Capp. 5. 6. 1*a*. *b*. 2.

Cap. 5. a) patriam 1*a*. b) *ita* 1*a*; dilectos 1*b*. 2.

Cap. 6. a) Lectio prima *incipit* 2. b) *om.* 2. c) diligert 1*a*. d) *ita* 1*a*; conversarentur 1*b*. 2. e) Lectio secunda *incipit* 2. f) inconcussam 2 *et pr. m.* 2*. g) *om.* 2. h) magnificentia 2. i) Lectio tertia *incipit* 2. k) a 2.

thildis c. 2: Quam de partibus transmarinis divina providentia advocans — —, et cum esset ex genere Saxonum — —. *Cf. Bedae Hist. eccl. III,* 8. *de regno Earconbercti regis Cantuariorum* (640—664): Nam eo tempore necdum multis in regione Anglorum monasteriis constructis, multi de Brittania monachicae conversationis gratia Francorum vel Galliarum monasteria adire solebant, sed et filias suas eisdem erudiendas ac sponso caelesti copulandas mittebant, maxime in Brige et in Cale et in Andilegum monasterio; *ib. IV,* 23 (21) *de Hilda abbatissa* († 680), *quae a.* 647. *saeculo relicto ad Orientales Anglos secesserat:* desiderans exinde, si quo modo posset, derelicta patria et omnibus quaecumque habuerat, Galliam pervenire atque in monasterio Cale peregrinam pro Domino vitam ducere. — — Nam et in eodem monasterio soror ipsius Heresvid, mater Aldvulfi regis Orientalium Anglorum (664—713), regularibus subdita disciplinis, ipso tempore coronam expectabat aeternam. 1) *Cf. V. Columbani II,* 8. *de Eustasio:* Deinde pervenit ad supradictum coenubium *(Luxoviense)*; ibi tam plebem interius quam vicinos populos ad christianum vigorem excitare studet multosque eorum ad paenitentiae medicamenta pertraxit. 2) *Cf. supra p.* 105, *n.* 5.

rum[1], exortantibus fratribus, grato animo cum magna diligentia et patrocinio[2] sanctorum seu et voluminibus multis[a] librorum electas personas et devotissimos homines illuc direxit, ut per eam fructus animarum etiam in illa gente accresceret et cum Dei gratia multiplicaretur. Quod ita adimpletum esse ad Dei laudem ac domnae[b] Bertilae confidimus.

7.[a] Interea gloriosa Dei famula Baltechildis regina, quamlibet ad ministrandum[b] gubernandumque rerum status[c] principalitatis[3] cura constringeretur et velud sub onere gravi desudaret, mentem tamen eius amor Christi et religionis devotio possidebat. Iamque domno Chlothario[d], filio eius, adulto, cum consensu obtimatum suorum relicta cura regalis[e] palatii, Christo domino militaturam in monasterio quod ipsa construxerat suprascripto sub oboedientia domnae[f] Bertilae se subdidit abbatissae[4]. Cum magna igitur veneratione, sicut dignum erat et meritum, ab ea vel omni congregatione puellarum suscepta, usque ad diem ultimum in sancta religione permanere decrevit[5]. Quod coenobium pariter communi[g] consilio tam in edifitiis et officinis quam et sanctitatis exemplo mirifice exornaverunt, in quo quasi super candelabrum duae optimae lucernae positae ad edificationem multorum cla- cf. Matth. 5, 15. rissime refulgebant, ac more apostolico per gratiam Spiritus sancti erat cor et cf. Act. 4, 32. anima una[6] et mentes earum ad bene agendum semper paratae; mira[h] inter ipsas dilectio et caritas omnibus diebus earum extitit, et hoc ipsum ad peragendum in invicem se exhortabantur, ut copiosius earum[i] praemium accresceret[7]. Sed postquam domna[k] Baltechildis regina suam in omnibus complevit devotionem[8], in pace migravit ad Christum, ac honorifice inibi est corpus eius sepultum[9]. At vero

Capp. 6. 7. 1*a*. *b*. 2.

Cap. 6. a) *om.* 2. b) domine 2.

Cap. 7. a) Lectio quarta *incipit* 2. b) *ita* 2; ad ministerium 1*a*. *b*. c) *ita* 1*a*. *b* *(pr. m.)*. 2; statum 1*a** *et e corr.* 1*b*. d) Clotar. 1*b*; Clothar. 2. e) *om.* 1*b*. f) domine 2. g) omnium 2. h) Lectio quinta *incipit* 2. i) eorum 1*a*. *b* *(pr. m.)*. k) domina 2, *et sic deinceps*.

1) *Regula Benedicti c.* 3: *(abbas)* seniorum tantum utatur consilio. 2) *I. e. reliquiis. Auctor, monente B. Krusch l. c., fortasse legerat V. Geretrudis c.* 2 *(SS. R. Merov. II,* 457*)*: per suos nuntios — — sanctorum patrocinia vel sancta volumina de urbe Roma et de transmarinis regionibus gignaros homines ad docendum divini legis carmina — — meruisset habere. 3) *I. e. principatus.* 4) *Cf. V. Balthildis c.* 10: Erat enim eius sancta devotio, ut in monasterio, quem prediximus, religiosarum foeminarum, hoc est in Kala, quam ipsa edificavit, conversare deberet. Nam et Franci pro eius amore hoc maxime dilatabant nec fieri permittebant, *nisi post necem Sigobrandi episcopi Parisiaci, qui ea invita interfectus est. Itaque,* dum ipsum contra eius voluntatem interfecerunt, metuentes, ne hoc ipsa domna contra eos graviter ferret ac vindicare ipsam causam vellet, permiserunt eam subito pergere ad ipsum monasterium *(vel potius coegerunt; cf. Krusch, SS. R. Merov. II,* 476*)*. 5) *Cf. ib. c.* 10: Deductaque ab aliquibus senioribus, venit ad praefatum monasterium suum Kala ibique ab ipsis sanctis puellis, ut decebat, honorifice et satis amabiliter in sancta congregatione recepta est. 6) *Cf. ib. c.* 11: Dolebat enim cum dolentibus per studium caritatis et cum gaudentibus gaudebat et pro sanis, ut consolarentur, domna abbatissa humiliter sepius suggerebat. Cuius petitioni ipsa ut mater amabiliter cuncta prestabat, quia vere erat eis more apostolico cor unum et anima una, dum se invicem tenere ac plenissime diligerent in Christo. 7) *Cf. ib. c.* 12: Sed neque ea deinceps ullo modo adimplere cessabat pro mercedis communis augmento. 8) *Ib. c.* 10: ut eius sancta devotio — — esset impleta. 9) *Balthildis die* 30. *Ianuarii vita functa est post Genesium episcopum (ib. c.* 14*), qui Kalendis Novembribus a.* 677. *aut annis proximis obiit; morti reginae non interfuit* domna abbatissa, quae valde et ipsa infirmabatur.

famula Christi domna Bertila, de cuius gestis hic pauca e[a] plurimis commemoravimus[1], in talibus officiis occupata, per quadraginta et sex annorum curricula propter Deum in hoc coenobio laboravit magisque ac magis in bonis operibus excrevit et [cf. Ps. 83, 8.] ambulavit de virtute in virtutem usque ad perfectum obitus sui diem.

[V. Albini c. 18.] 8.[a] Magno praeterea desiderio beata Bertila colla subposuisset martyrio, si non defuisset dextera percussoris; sed credimus illam, non inpleta passione, mortificatis membris, proprii sanguinis complesse[b] martyrium[2], quae cum provectae iam esset etatis, fessa ac[c] senilia membra spiritui[d] servire cogebat[3]. Non enim, ut[e] in plerisque moris[f] est, in senectute remissius[4] vivere aut epulas[g] lautiores uti voluit; sed magis ac magis, quasi tunc inciperet, nec[h] ad satietatem, sed ad sustentationem corporis senilis, ne deficeret penitus, parcitate[i] cibo et poculo in- [Maximi Taurin. Homil. 78.] dulgebat, et[k] fatescentibus iam membris[3], pervigiles noctes omnes ducebat[l]. Haec[m] itaque atque huiusmodi plurima gerens admiranda, sicut ipsi plenius meministis et vidistis, quia proferre per nos, ut dignum est, non potest sermo pauperculus, melius vobis ea vester dictat affectus. Et cum tantis eius meritis divina pietas remunerationem dare[n] iam decrevisset[5], modica[o] pulsata dolore corporis, febre lectulum[p] decubuit[6]; quo in lecto posita in doloribus, Deo gratias agere studebat in psalmis, hymnis et canticis spiritalibus sibique adsistentes Domino decantare monebat. [V. Albini c. 20.] Absque igitur vexatione corporis gravi beatitudinis culmen feliciter explens, erectis sursum oculis ac sanctis manibus ad caelum extensis[7], animam Deo caram, ereptam de saeculo, mansuram cum Christo, angelis plaudentibus, emisit ad caelos[8]. Quantus[q] [V. Sulpicii Bit. B c. 8.] igitur in universo coenobio famularum Christi extitit meror[r], quod[s] multitudo fratrum lugentium illuc[t] accessit, qualiter cuncti lacrimis inmensis constipati[u] lamentabiles voces detulerunt, et a nobis est indicibile et omnibus incredibile, nisi qui hoc praesentaliter[v] viderunt. Tantus fragor plangentium ibidem resonabat, quasi tonitruo magno locus ille concuti videretur, quod[w] nihil aliud inter amara suspiria audiebatur, nisi[x] omnes clamabant: 'Nutrix pia, mater optima,

Capp. 7. 8. 1*a*. *b*. 2.

Cap. 7. a) *ita* 2; *om.* 1*a*. *b*.

Cap. 8. a) Lectio sexta *incipit* 2. b) *ita* 1*a**. *b* (*e corr.*); cōpessa 1*a*; compassa 2. c) et 2. d) *ita* 2 *cum Sulp. Sev.*; in spiritu 1*a*. *b*. e) ut (*m. al. corr. ex* in) pler. 1*b*. f) mos 2. g) epulis lautioribus 2. h) *m. al. corr.* non 1*b*, *et ita* 1*a**. 2. i) parcitatem 2. k) Efatescentibus 1*a*; Effatescentibus (?) *m. al. corr.* Et fatisc. 1*b*. l) dicebat 1*a*. *b* (*corr.*). m) Lectio septima *incipit* 2. n) iam d. 2. o) *ita* 1*a et pr. m. fortasse* 1*b*; modico 2. p) *ita* 1*a et fortasse pr. m.* 1*b*; lectulo 2. q) Qantus 1*a*; Lect. VIII. *incipit* 2. r) memor 1*b*, *corr.* s) quod *corr.* que 1*b*; quanta 2; quae 1*a**. t) illic 2. u) constipata 2. v) *m. rec. corr.* presentialiter 1*b*, *et ita* 2. w) *m. al. corr.* quo 1*b*. x) quod *add.* 1*a**, *postea add.* 1*b*.

1) *Cf. V. Balthildis* c. 19: multa bona — — ab ipsa (*Balthilde*) gesta fuisse. De quibus hic pauca de pluribus (plurimis *B*) commemoravimus. 2) *Cf. Sulpicii Severi epist.* 2, 12: Sed quamquam ista non pertulerit, inplevit tamen sine cruore martyrium. 3) *Ib.* 3, 14: Pernoctans in orationibus et vigiliis fatiscentes artus spiritui servire cogebat. 4) *Cf. Hieronymi V. Hilarionis* c. 11: pane abstinuit incredibili fervore mentis, ut eo tempore quasi novus accederet ad servitutem Domini, quo ceteri solent remissius vivere. 5) *Cf. Gregorii M. Dialog. I*, 8: cum iam omnipotens Deus eius — — labores remunerare decrevisset. 6) *Ib. IV*, 15: in lectulo decubans. 7) *Cf. V. Balthildis (A)* c. 14: pios oculos ac sanctis manibus ad caelum erectis. 8) *Nempe Nonis Novembribus, qui dies festus in Kalensi parthenone cum octava celebratur. Mabillon. Cf. Poncelet l. l. p.* 89.

cur nos deseris, et cui nos relinquis, quos tanto tempore dulci et materno affectu nutristi[1]? Cur orbatos merentesque et dolentes nos derelinquis? Hodie in morte tua omnes nos constat mortuos fuisse'. Haec itaque atque his similia conclamantes sine intermissione per triduum, quarto die cum honore debito beatum corpusculum balsamo perunctum condiderunt[a] in sepulchro[b], in quo loco gratia Domini ad salutem generis humani plura perficere[2] dignatur miracula. Ibi et orationes fidelium poscentibus[c] eius intercessionem cotidie exaudiuntur, et egrotantium infirmitates variae curantur[d].

V. Sulpicii B c. 8. — ib. c. 8. 14.

9. Igitur in hac vita sanctae memoriae Dei famulae Bertilae, quoniam[a] pro aedificatione fidelium pauca de pluribus gesta hic scribere nobis complacuit, habet qui[b] voluerit sollicite considerare vel imitari, quasi in praeclaro speculo quaelibet exempla virtutum, humilitatem praecipue, quae est mater virtutum, caritatem plenissimamque dilectionem summae abstinentiae atque consilii astuti prudentiam[c] et fidei fortitudinem seu et largissimae misericordiae pietatem[3] et, quod maxime omnem nitorem praecellit, praemium integritatis et sanctae pudicitiae virginitatem, devotissimam orationis instantiam atque mirificae pacis custodiam et zeli sanctitatis fervorem. Ex his ergo praeclaris gemmis, quibus mentem suae famulae Bertilae exornavit omnipotens Deus, eligat quisquis[d] quod placet, qui conservare talia cupit, ut possit Christo praesule[4] particeps eius fieri in remuneratione iustorum, quatinus centuplicatum praemium et vitam aeternam cum hac[e] euangelica[f] virgine Christi possideat, sotiatus in gloria sempiterna, quam ipsam sine dubio credimus esse adeptam pro suis sanctis atque egregiis laboribus, in quibus obtime, Christo auxiliante, cucurrit cursumque feliciter consummavit et vitam cum corona[g] praemii[5] eternam recepit inter agmina iustorum, ubi permanet in gloria sanctorum per infinita secula seculorum. Amen[h].

cf. Matth. 19, 29. — cf. 2. Tim. 4, 7.

Capp. 8. 9. 1*a*. *b*. 2. *Cap.* 9. 1*a*. *b*.

Cap. 8. a) condiderunt *corr.* condierunt 1*a*, *et vice versa* 1*b*. b) sepulcrho 1*a*. c) *expectes* poscentium. d) cu:rantur, *ras.* m (?) 1*a*; *desinit* 2, *ubi c.* 2 *(supra p.* 102, 3 — 103, 6. Igitur agens — administrabat*) iterum sequitur*.

Cap. 9. a) quam 1*a*. *b (non* 1*a*)*. b) quod *pr. m.* 1*b*. c) prudentia *fortasse e corr.* 1*a*. d) *m. al. corr.* quisque 1*b*. e) haec 1*a*. f) euangelicā *pr. m.* 1*a*. g) *desinit* 1*a*, *folio proximo exciso; etiam sequentia habet* 1*a**. h) Explicit vita sancte Bertile virginis *subscr.* 1*b*; *subscr. om.* 1*a**.

1) *Cf. V. Balthildis c.* 10: quos ipsa dulciter enutriverat. 2) *Cf. ib. c.* 16: divina pietas ad sacrum eius sepulchrum plura perfecit mirabilia. 3) *Cf. ib. c.* 16: Reliquid sanctum exemplum sequentibus humilitatis et patientiae, mansuetudinis et plenissime dilectionis studium immoque infinitae misericordiae astutaeque prudentiae vigilantiam et confessionem puritatis. 4) *Ib., prol.*: praesule Christo *(cf. V. Columbani auct. Iona I,* 3. 30*)*. 5) *Ib. c.* 16: recepit magni premii coronam.

VITA BONITI EPISCOPI ARVERNI.

Arvernae urbis splendorem senatoresque Arvernos nobilitatis Romanae stemmate fulgentes[1] *nemo pluribus celebravit quam Gregorius episcopus Turonicus, civis et ipse Arvernus, qui episcoporum Arvernorum vitam descripsit*[2] *et Galli patrui sui et Illidii decessoris eius, ibique scholae rhetorum*[3] *ex antiquis temporibus fere usque ad limen medii aevi florebant atque etiam Bonitus Arvernus, ad quem iam transimus, Galli successor multo posterior, studia humanitatis ac litterarum cum nobili genere coniunxit.*

Bonitus in urbe Arverna 'ex senatu Romano' ortus, patre scilicet Theodato, matre Syagria, postquam grammatica imbutus et Theodosii decreta, i. e. Breviarium[4], *edoctus est, apud sophistas, i. e. oratores, eloquentiae doctrinam didicit, ut ad cursum honorum amplissimorum praepararetur, atque pubescentibus annis, genitore iam defuncto palatium Sigiberti regis (a.* 634—656*) adiit eiusque ministerio se tradidit, qui eum principem pincernarum instituit. Non multo post referendarii munus adeptus ex inferiore gradu ad altiorem ascendit. Referendarius enim, magistratu post maiorem domus proximo usus, anulum regis servabat*[5], *quo chartae regiae obsignarentur, atque consentaneum est viros ad officium illud adhiberi non potuisse nisi fide dignissimos. Regnante Childerico II, Sigiberti nepote, qui a.* 662. *Austrasiam regendam suscepit, vel potius Theuderico III, illius successore, qui 'pronepotis' nomine intellegi videtur*[6], *Bonitus 'praefecturam Massiliae primae provinciae' assecutus est, quae Nicetio illi Arverno*[7] *olim commissa erat una cum reliquis urbibus, quae ad regnum Austrasium in illa regione pertinebant. Praefectus se minime iudicem praebens decreto interdixit, ne homines venirent neve exilii aut captivitatis damnarentur, sed venditos redimebat, ieiuniis vigiliisque insistebat.*

Eodem tempore Avitus germanus eius episcopatu Arverno fungebatur (a. 676—690*), Praeiecti successor, cumque finem vitae suae imminere sentiret, ipsum Bonitum nostrum futurum sedis suae heredem designavit, ecclesia concordante, atque pro adipiscenda auctoritate regia relationem ad Theudericum III. († 690/1) per nuntios misit, ut consensus, procul dubio civium pro episcopatu*[8], *confirmaretur. Sedes episcopales a familiis senatoriis fere iure hereditario aevo illo occupari solebant atque fratri haud raro frater succedebat*[9].

1) *Greg. Tur., Gl. Conf. c.* 5. 2) *Greg. Tur., V. Patr. c.* 2. 6. 3) *H. Bresslau, 'Handbuch der Urkundenlehre' I, p.* 264. 4) *Theodosii libri XVI, ed. Th. Mommsen et P. M. Meyer, Berolini* 1905, *I,* 1, *p. CCCXIX.* 5) *G. Waitz, 'VG.' II,* 2, *p.* 80[3] *sqq.; H. Bresslau l. l. p.* 265. 6) *V. infra p.* 120, *n.* 6. 7) *Greg., Hist. Fr. VIII,* 43. *Cf. G. Waitz, 'VG.' II,* 2, *p.* 49, *n.* 3[3]. 8) *Marculfi Form. I,* 7. 9) *E. Löning, 'Gesch. des deutschen Kirchenrechts' II, p.* 223 *sq.*

Annuente Pippino, qui curam palatii tunc gerebat, praeceptum regis de episcopatu[1] *nuntii impetraverunt, quo Bonito dignitas pontificalis commissa est. Rex autem eum non solum ecclesiae Arvernae profuturum pastorem, sed etiam 'adversus rabiem immanis beluae defensorem'*[2] *elegerat, unde fortasse concludi licet adversarios ipsi non defuisse. Novus Arvernorum episcopus ieiunium per biduum triduumque, nonnumquam per quadriduum agebat, peregrinos convivio accipiebat, eleemosynas erogabat. Disciplinam ecclesiasticam restituit, vitam presbyterorum ad canonum normam dirigens, ut caste digneque viverent, itaque factum est, ut et ipse ea quae in vita sua peccavisset mente recoleret.*

'Per donum'[3] *enim dignitatem episcopalem a germano acceperat, cum canonibus sanctum esset, ut solis meritis moribusque illa compararetur neve favore paucorum*[4] *episcopus eandem adipisceretur, sed ut ab omnibus eligeretur. Etiamtunc Tillo cognomine Paulus, genere Saxo, ex verna Eligii aurificis monachus factus in monasterio Sollemniacensi degebat*[5]*, quod patronus eius olim condiderat. Eius consilium Bonitus adiit, timens, ne grave iudicium subiret, cumque ille suasisset, ut quem contra canonum statuta temere usurpasset episcopatum resignaret, non solum sedem sed etiam patriam resque omnes exulando relinquere constituit. Regressus primo in Rubiacense monasterium virginum visendi consulendique gratia se contulit, cui neptis*[6] *ipsius tunc praeerat. Successorem autem habuit Nordobertum virum nobilem eumque pro se ipso cathedrae Arvernae praefecit, postquam quos cum plebis ecclesiaeque consensu ad regem miserat Cautinus archidiaconus aliique praecepto eius impetrato redierunt.*

Bonitus dignitate dimissa per orbem vagatus, ut commissi paenitentiam ageret, primo in Magnilocensi monasterio satis remoto dioeceseos Arvernae aliquantum tempus degit, quod Genesius episcopus quondam aedificaverat, Evodium abbatem instituens[7]. *Deinde Romam ad apostolorum limina peregrinaturus, Lugduni substitit, ubi Godinus episcopus cum Burgundionum duce inimicitias gessisse videtur*[8]. *Is procul dubio erat Drocus senior Pippini filius, qui quamquam Campanensibus in Lib. h. Fr. et in Fred. Cont. attributus est, tamen Burgundionibus praefuisse dicitur in Annalibus Mettensibus*[9]*, atque Droci ducatus Burgundionum hoc V. Boniti testimonio*[10] *comparato haud ita leviter tractandus est. Bonitus cum utrique concordiam suasisset, et episcopum fidelissimum reddidit et principem rebellem placavit. Aliquamdiu in monasterio illo vetustissimo Insulae-Barbarae prope Lugdunum sito morabatur, antequam Acaunum profectus est. Fines Italiae ingressum Aripertus*[11]*, Raginperti ducis Taurinensium filius, libentissimo animo a.* 701.[12] *recepit, eodem, quo Liutpertum regem vulneravit atque cepit, atque ipsi ille adstiterat, ut regni potiri posset, cum urbs ab exercitu obsideretur. Romae non modicam captivorum multitudinem redemit, oleumque ex Petri sepulchro ad benedicendum sibi assumens, Clusinam Tuscorum regressus est. Lugdunum iterum rediens, per quattuor annos ibi commoratus est, donec morbo podagrae diem supremum obiit. Cum obitus diem sibi imminere cerneret, cum 'sibi successore atque aemulo'*[13] *concordiam restituit, unde fortasse conici licet, abdicationem ipsius non adeo voluntariam fuisse, sicut biographus credi voluit.*

1) *Marculfi Form. I,* 5. 2) *V. Boniti c.* 5. 3) *Ib. c.* 9. 4) *Conc. Arvern. a.* 535 *(ed. Maassen I, p.* 66*).* 5) *Cf. SS. rer. Merov. IV, p.* 635. 676. 6) *V. Boniti c.* 14. 7) *Cf. SS. rer. Merov. V, p.* 212 *sqq.* 8) *V. Boniti c.* 19. 9) *Ann. Mett. ed. de Simson p.* 16. 10) *Hunc locum primus ad Drocum rettulit J. M. de la Mure, 'Histoire ecclésiastique du diocèse de Lyon', Lugduni* 1671, *p.* 116. 11) *V. Boniti c.* 23. 12) *Cf. Bethmann et Holder-Egger, 'Langob. Regesten', 'N. Arch.' III, p.* 242. 13) *V. Boniti c.* 30.

Boniti mortem paulo post a. 705. *contigisse necesse est. Nomen eius codici Bernensi Martyrologii Hieronymiani pridie Id. Ian. illatum est*[1]*:* Bonittae, *eodemque die in Breviario codicis Phillippsiani*[2] *saec. VIII. ex. occurrit:* Bonitti, *dum in codice Martyrologii Flori Claromontano ecclesiae maioris saec. XI. natalis ipsius XVIII. Kal. Febr. attribuitur*[3]*:* Arvernis sancti Boniti episcopi et confessoris, *atque difficile dictu est, uter dies anteponendus sit*[4].

Corpus eius primo in monasterio virginum S. Petri Lugdunensi sepultura affectum est[5]. *Ubi cum per sexennium requievisset, Nordobertus episcopus reliquias a Godino episcopo repetivit, sed legati re infecta redierunt, cum Lugdunenses tanto thesauro aegre carere vellent. Attamen Proculus, Nordoberti successor, ab hoc conatu minime destitit, sed consilio sacerdotum et civium corpus iterum requirendum curavit, tres abbates Lugdunum mittens Adelfium Magnilocensem, Eoaldum Volvicensem, Moderatum Teclatensem*[6]. *Mauricii enim basilicam partim dirutam sublimius restituerat atque manifestum erat eam nulla re maiorem splendorem obtinere posse quam corpore Boniti translato. Fulcoaldus episcopus Lugdunensis etsi petitionem Arvernorum plausu minime excepit, tamen rem decidendam ad voluntatem Dei reiecit, quam ab illis perquiri voluit. Ieiunia orationesque nihil effecerunt iamque verebantur, ne frustrato labore vacui in patriam redirent, cum nuntii episcopi affuerunt, dicentes, reliquias transferendas esse, cum ipsi Dei voluntatem per scriptos probassent breves*[7]. *Dida abbatissa monasterii, in quo corpus requiescebat, desiderio Arvernorum fortiter restiterat eosque aditu prohibuerat. Eius causa Bonitus ipse puellae cuidam Deo dicatae in visione apparuit, per quam illa admoneretur, ut partem amphibali, quo caput tegebatur, retineret. Dato hoc solacio, difficultates omnes remotae erant atque Arverni in spem magnam muneris impetrandi adducebantur cunctique desiderio eorum faventes rem expediverunt. Agmini urbi Arvernae appropinquanti episcopus obviam ivit cum sanctorum pignoribus ipseque corpus in ecclesiam Mauricii portavit, quae postea ab ipso Bonito appellabatur. Membra sepulturae tradita sunt iuxta Petri, Pauli, Andreae altare, quorum reliquias Fulcoaldus Roma deferri iusserat, idemque mausoleum Boniti auro argentoque mirifice decoravit. Haec post annum* 711. *gesta esse oportet.*

Translatio Boniti et dedicatio basilicae eius in suburbio sitae VIII. Id. Iun. saec. XI. in urbe Arverna celebrabantur, cum codici eiusdem ecclesiae Martyrologii Flori haec illo die illata sint[8]*:* Translacio sancti Boniti Arvernorum presulis a civitate Lugduno ad urbem Arvernam. In suburbio dedicacio basilice eiusdem predicti confessoris.

Vitam Boniti vetustam fideque dignam, quae res Arvernas, Lugdunenses, Francicas, immo Italicas hic illic nova luce lustrat, Adelfius abbas Magnilocensis idem, qui corpus Lugduno ad Arvernos transtulerat, una cum altero abbate Euterio componendam curavit, eaque sicut Passio Praeiecti non in ipsa urbe Arverna, sed in monasterio propinquo conscripta est, scilicet in Magnilocensi, quo Bonitus episcopatu dimisso monachus se receperat. Auctor situm et aedificia monasterii Magnilocensis coloribus vividis depinxit (c. 16*), eaque quae oculis viderat aut a probatis viris didicerat litteris mandavit (c.* 38*) biennio, postquam mandatum a duobus abbatibus acceperat. Una cum Bobone abbate, Adelfii decessore, reliquisque monasterii Magnilocensis monachis monente Bonito*

1) *AA. SS. Nov. II,* 1, *p. [7].* 2) *Cf. 'N. Arch.' XXIV, p.* 316. 3) *H. Quentin, 'Les Martyrologes historiques du moyen âge' p.* 228. 4) *L. Duchesne, 'Fastes épiscopaux de l'ancienne Gaule' II, p.* 38, *antiquius testimonium improbavit, lectionem codicis Bernensis 'confusioni' cuidam attribuens.* 5) *V. Boniti c.* 35. 6) *Ib. c.* 34. 7) *Ib. c.* 35. 8) *H. Quentin l. l. p.* 229.

episcopo ad imbrem deprecandum ecclesias Arvernas circumisse videtur, nam beati, *inquit (c.* 7*),* levitae et martiris Laurencii ecclesiam ingressi sumus, *et certe una cum Adelfio abbate translationi Boniti interfuerat*[1]. *Rectam trinitatis fidem confessus omnes haereses repudiavit:* qui, *inquit,* haec utilitatis nostrae pro alumni facimus poena, *atque simpliciores fratres et Novatiana et Ioviniana haeresibus tunc in urbe Arverna emergentibus facile corrumpi poterant, contra quas epistula edita in eodem monasterio extabat (c.* 17*). Libri bipartiti pars posterior* de transitu eiusdem, *scilicet Boniti, inscripta est (c.* 30—44*), sed ei praeter transitum, i. e. obitum, et sepultura et translatio insunt. Waldinus, qui claudus translato corpore in ecclesia S. Mauritii Arverna sanatus esse voluit, valvarum custos in eadem ecclesia etiamtunc vivebat:* usque hodie manens *(c.* 41*). Aliquot igitur annis post translationem vitam litteris mandatam esse liquet. Auctor ipse codiculum (c.* 44*) tantum composuisse sibi videbatur, quem a duobus abbatibus elegantius atque prudentius retractatum et suppletum iri sperabat, sed quamvis ingenio parvo esset, tamen gratias ei habere fas est pro rudi opusculo, quo res gestas episcopi non ignobilis posteris tradidit aevo ferreo.*

Visionibus[2] *et miraculis haud leve studium exhibebat, atque haec pleraque Adelfio narrante compererat. Is levita, i. e. diaconus, Bonito in monasterio Sollemniacensi missam celebranti assistebat*[3] *atque ad hunc ipsum ea quae ibi patrata esse dicuntur referenda sunt. Domo Boniti cubicularius Sollemniaco domum redeuntem comitatus de claudo in hoc itinere sanato rettulit*[4]. *Alterum miraculum in itinere Lugdunensi patratum ab Arivaldo abbate auctor acceperat*[5], *scilicet Boniti signaculo lumen extinctum reluxisse, atque iterum Adelfius*[6] *Lugdunum usque patronum secutus vim eius mirabilem expertus erat. Aqua, qua Bonitus manus suas abluerat*[7], *— horrent capilli! — aegroti sanabantur sordidumque laticem cupide bibebant aut caecos oculos eo contingebant. Gutta vel modica sanitatem restituisse dicitur*[8], *cum Bonitus 'iuxta morem' aquam illam in terram diffundi iussisset. Aegros salutem optatam adeptos silere oportebat, nam miracula vulgantibus ea quae recesserat aegritudo redibat. Corpus defuncti vexillum crucis 'consaeptum' reliquisse*[9] *dicitur, ubicumque illud transferentes deposuissent, ecclesiaeque fabricatae iter illud plerumque signabant. Caecum ex Burgundionum provincia allatum, qui ad sepulchrum Boniti lumen recepisset*[10], *auctor ipse vidisse voluit.*

Biographus commentaria Hieronymi in Ezechielem[11], *Dialogos et Sulpicii Severi*[12] *et Gregorii M.*[13], *Ionae V. Columbani*[14] *legerat. Sermone 'simplici atque inculto' se usum esse ipse testatur*[15]. *At locis nonnullis verba tam tumida leguntur, ut haud facile intellegi possint, poetasque imitatus numeros annorum auctor ita distinxit:*

c. 4. ter quinis — annis,
c. 29. bis binos annos,
c. 32. annis ter binis.

Scripsit arta *pro* artus *(c.* 32*),* surgent *(= surgunt, c.* 16*),* deguit *(= degit). Coniugationem nonnumquam formavit, participio verbum auxiliare adiungens:*

c. 7. 23. favens extitit,
c. 7. foret egrediens,

1) *V. Boniti c.* 35: cumque in eodem monasterio *(scilicet S. Petri Lugdunensi),* ubi vir Domini quiescebat, vigiliis celebrare voluissemus. 2) *V. Boniti c.* 34. 37. 3) *Ib. c.* 10. 11. 4) *Ib. c.* 12. 5) *Ib. c.* 20. 6) *Ib. c.* 21. 7) *Ib. c.* 10. 11. 8) *Ib. c.* 26. 9) *Ib. c.* 38. 10) *Ib. c.* 43. 11) *Ib. c.* 17: ut beatus Hieronimus interpretatus est. 12) *Ib. c.* 38: sicut alibi quidam sapiens dixit, *scilicet Sulpicius.* 13) *Verba nonnulla c.* 4. 30. *e Gregorii M. Dialogis III,* 1, *IV,* 11. 15 *sq., deprompta esse monuit W. Levison v. c.* 14) *V. Boniti c.* 24. 15) *Ib. c.* 38.

c. 35. favens esse,

aut participium vel infinitivum cum 'habere' coniungens:

prol. praetermissa haberentur, *c.* 32. haberentur condita,

c. 17. emergendo habent procedere.

Genetivum haud raro pro ablativo collocavit: fragilitatis *(c.* 7*)*, utilitatis nostrae *(c.* 16*)*, tanti miraculi *(c.* 36*)*, *item pro dativo:* viri Dei adsistens *(c.* 10*)*, salutis pristinae restitutus est *(ib.) cet.*

Codicum V. Boniti nullus saeculum XI. superat atque plerique saeculis posterioribus exarati sunt, quibus sermo barbarus auctoris vetusti haud ita arridebat. Quem cum vetustiores libri haud paucis locis servaverint, tamen his quoque fides nonnumquam deneganda erat atque subsidiis deficientibus loci nonnulli adhuc Oedipum expectant.

1*) Codex* Claromontanus *n.* 147, *formae maioris, saec. XI, olim S. Illidii, fol.* 112—116', *et prologo caret et foliis sex excisis hiat, quae fol.* 121—126. *olim numerata erant, itaque textus maxima pars a verbis p.* 127, 3 *(c.* 14*):* se peregrinam *ad verba p.* 137, 29 *(c.* 38*):* tales habet disci | *periit.*

2*) Codex* Berolinensis *lat. n.* 120, *inter Phillippsianos n.* 1683, *saec. XI, olim 'abbatiae S. Iohannis in villa sancti Iohannis de Angeliaco'*[1] *(hodie St.-Jean-d'Angély, dép. Charente-Inférieure), adnotante manu saec. XV (fol.* 1*), fol.* 87—97'. *item prologo caret.*

3*) Codex* Monacensis *lat. n.* 19164 *(Tegernseensis n.* 1164*), saec. XII. a Werinhero diacono et monacho*[2] *(fol.* 146*) exaratus, fol.* 37—44', *item prologo destitutus, hiat p.* 128, 4. pentacona — *p.* 129, 1. bonis *(c.* 16*) atque absoluto c.* 31. *desinit, addens verba:* per Dominum. *Textum librarius suo arbitrio frequenter immutavit.*

4*a) Codex* Romanus *bibliothecae Vaticanae inter Ottobonianos*[3] *lat. n.* 120, *saec. XI, olim Petavii, deinde Christinae reginae n.* 108, *fol.* 93'—99', *quae a fol.* 93. *ad* 95. *transiliunt. Litterae* ci *et* ti *vix distinguendae sunt.*

4*b) Codex* Parisiacus *n.* 11749, *saec. XI, antea monasterii S. Germani a Pratis 'n.* 496, *olim* 463', *inter Passionem Concordii (fol.* 221—222*) et Vitam Viventii (fol.* 228'—238'*), fol.* 222—228'. *V. Boniti exhibet.*

4*c) Codex* Parisiacus *n.* 11756, *saec. XIII. ex., antea S. Germani a Pratis n.* 465, *deinde n.* 75, *post Vitas Viventii (fol.* 84—90*) et Felicis presbyteri Romani (fol.* 90'—91*) fol.* 91—95. *XXXII. V. Boniti continet.*

4*d) Codex* Gratianopolitanus *n.* 1171, *saec. XIII, adnotante manu saec. XV, 'passionale de domo Corerie ordinis Cartusiensis' (hodie Curière, comm. St.-Joseph-de-Rivière, dép. Isère), fol.* 53—58', *omisso prologo incipit c.* 1: Incipit vita (sancti *postea add.*) Boniti Arvernae urbis episcopi et confessoris VII, *desinit c.* 43. remearunt, *addita doxologia:* auxiliante domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per omnia saecula saeculorum. Amen (Explicit vita sancti Boniti episcopi et confessoris *postea add.*). *Librarius sermonem fere totum retractavit, vocabula interpolavit, nonnulla enuntiata praetermisit, ita ut textus innumeris locis a pristino differat.*

5*a) Codex* Divionensis *n.* 638, *antea n.* 383, *vol. I, saec. XIII, olim 'liber sanctae Mariae Cistercii', adnotante m. s. XIII (fol.* 216'*), fol.* 121—126. *Praecedit V. Felicis presbyteri Nolani*[4] *(fol.* 118'—121*), subsequitur V. Mauri (fol.* 126 *sqq.).*

5*b) Codex* Parisiacus *n.* 11885, *saec. XII, olim inter residua monasterii S. Germani n.* 985. *vel pag.* 97. *n.* 5, *continet quaterniones aut folia e pluribus monasteriis collecta atque fol.* 44—65. *ad legendarium abbatiae Cisterciensis pertinent, scilicet*

1) *Cf. V. Rose, 'Verzeichniss der Meerman-Hss. der Kgl. Bibliothek zu Berlin' p.* 248. 2) *Cf. supra p.* 82, *n.* 1. 3) *Cf. 'Arch.' XII, p.* 358. 4) *A. Poncelet, Bibl. hagiogr. lat. n.* 2873.

ad menses Ianuarium et Martium, missa a. 1660. *per D. Iacobum de Lannoy monachum Cisterciensem ad Sangermanenses (fol.* 44. *in marg.). Vita Boniti (fol.* 51—57'), *quae in legendario integro* 114. *locum occupabat, a prologo incipit (praescr.:* Incipit prologus in vita beati Bonitti episcopi et confessoris) *textumque bipartitum exhibet, scilicet vitam (c.* 1—29, *praescr.:* Incipit vita sancti Bonitti episcopi et confessoris, *subscr.:* Explicit vita sancti Bonitti episcopi et confessoris) *a transitu distinguens (c.* 30—44, *praescr.:* Incipit de transitu eiusdem viri, *subscr. deest). Sermo haud raro immutatus est.*

5c) *Codex Accincti monasterii nunc quidem latet, sed habemus exemplar manu P. Chiffletii exaratum*[1], *scilicet schedas Musei Bollandiani Bruxellensis n.* 105, *quas A. Poncelet S. I. amicus noster ea qua excellit humanitate nobis commodavit. Textus ad classem* 5 *pertinet atque lectio* Nobertus *pro* Nordobertus *(c.* 32) *accurate cum* 5*b convenit.*

5d) *Codex Bruxellensis n.* 11986, *iam catalogi impressi n.* 3234, *vol. I, saec. XVI. in., olim Rubeae Vallis, legendarii Antonii Gentii*[2] *canonici tomus I. menses Ianuarium et Februarium complectens, fol.* 128—132 (Incipit prologus in vitam sanctissimi Boniti Arvern. episcopi — Finit prologus. Incipit vita eius), *lectiones codicum* 5 *exhibet, sed in c.* 44. codicillum *legitur. Vitam eodem in versu Miraculum de casula Bonito a Maria donata excipit (fol.* 132—132'): Sanctus praesul Arvernensis Bonitus cum cor suum dedisset — — et in simplicitate cordis Deum quaerere didicit. Finit memorabile atque indubitatum de b. Bonito miraculum *(cf. infra p.* 117).

In iis quae sequuntur legendariis 6 *et* 7 *ordine mensium dispositis Vita Boniti inter Passionem Felicis episcopi Tubizacensis et Vitam Mauri auctore Pseudo-Fausto collocata est.*

6a) *Codex Montepessulanus H n.* 22, *saec. XII/XIII, olim* 'liber beatae Mariae de Rippatorio', *adnotante manu saec. XIV (fol.* 240), *deinde vero bibliothecae Ioannis Bouhier praesidis Divionensis (a.* 1721), *fol.* 86'—91'[3].

6b) *Codex Parisiacus n.* 5341, *saec. XII. ex., antea Colberti n.* 59, *tum Regius n.* 3593, *legendarii cuiusdam seu* 'libri de nataliciis seu passionibus sanctorum martyrum, confessorum atque virginum' *(ita praescriptio fol.* 2) *volumen primum mensem Ianuarium complectens, fol.* 46'—50.

7a) *Codex Parisiacus n.* 16736, *saec. XII, olim S. Martini a Campis n.* 1, 5, *fol.* 59'—63, *XXVI. loco V. Boniti exhibet.*

7b) *Codex Parisiacus n.* 5318, *saec. XII, olim Bigotianus n.* 171, *deinde Regius n.* 3604, *fol.* 47—50'.

7c) *Codex Parisiacus n.* 5319, *saec. XIV, antea Colberti n.* 846, *tum Regius n.* 3863, *fol.* 84'—90.

Denique codex Carnotenus n. 190 *(al.* 500 ⁵/*A), saec. XII, formae maioris, olim bibliothecae capituli Carnoteni, fol.* 36—37', *testibus Bollandianis*[4] *textum admodum decurtatum exhibet, deficientibus scilicet et prologo et c.* 2. *a verbis:* Quod ita splendide *ad c.* 3. ad propria reducebat, *c.* 7. *a verbis:* Qui cum tanta difficultate

1) *Discrepantia lectionum variantium codicis monasterii Ripatorii (nobis* 6*a) margini adscripta est et post excerpta ex Breviario Claromontano de Translatione S. Boniti Bollandus lectiones quasdam ex* 'Ms. Ser. Reginae Sueciae in fol. signato nu. 5' *adnotavit (nobis* 4*a).*
2) *Cf. Anal. Bolland. VI, p.* 31 *sq.; Poncelet, ib. XXIX, p.* 13; *I. Van den Gheyn,* 'Catalogue des mss. de la Bibliothèque royale de Belgique' *V,* 1905, *p.* 229 *sqq.*
3) *Cf.* 'Catalogue général des mss. des Bibl. publ. des départ.' (4°), *Parisiis* 1849, *tom. I, p.* 292.
4) *Anal. Bolland. VIII, p.* 143.

ad finem, c. 16. *a verbis* Qui locus iam remotus *ad finem, toto c.* 17, *atque etiam insequentia quam maxime in breve coacta sunt neque textus ultra c.* 30. *pervenit.*

Codices 1. 2. 3 *ut aetate reliquos superant, ita grammaticam barbaram optime servaverunt:*

c. 3. magnam honorem] *pr. m.* 1*;* magnum h. *rell.;*
c. 7. nimiae caloris estu] 2. 3*;* nimio (nimii 5*b*) c. (a)estu *rell.;*
c. 14. Rubiacensem cenobium] 1 *(pr. m.).* 2. 3*;* Rubiacense c. *rell.;*
ib. quod — septus] *pr. m.* 1*;* q. septu 2*;* q. septum *rell.;*
c. 14. 40. gradaretur] 1*;* graderetur *rell.;*
c. 43. Burgundionorum] *pr. m.* 1 *et Ionas:* Burgundiorum 5*b:* Burgundionum *rell.*

Ex his libri 1. 2 *iisdem mendis laborant, quae ex scriptura continua et fugitiva orta esse videntur:*

c. 7. virtus] *rell.;* iustus 1. 2*:*
c. 40. apparatu sacratissimo] *rell.;* apparatus s. 1. 2.

Codices 4 *communi vinculo inter se coniuncti sunt:*

prol. Euteri] Uteri 4*a. b. c:*
c. 44. cudere] condere 2*;* evidere 4*b. c;* fabricare *in litura scr.* 4*a,*

et propius inter se cohaerent 4*b. c. d:*

c. 12. ignarus — homo] *om.* 4*b. c. d;*
c. 31. hic — potens] *om.* 4*b. c.*

Item libri 4 *et* 5 *ad idem exemplar redeunt locis nonnullis depravatum:*

c. 10. Auderamnus] Audemarus 4*a. b. c.* 5*a;*
c. 19. ducem] *om.* 4*a. b. c.* 5*a;*
c. 26. Tuscorum] tunc scorum 4*a. b. c.* 5*a.*

Libri 5*a et* 5*b mendis iisdem laborant:*

c. 3. paruit] apparuit 5*a. b;*
c. 26. Clusina] Eleusinam 5*a;* Elusinam 5*b,*

sed 5*a non solum* 5*b, sed etiam libros* 4 *superat h. l.:*

c. 32. exulitatis] 5*a cum rell.;* utilitatis 5*b cum* 4*a. b. c.*

Uterque diverso modo alioque ac 6. 7 *interpolatus est:*

c. 31. nobis suis (precibus *add.* 5*a:* orationibus *add.* 5*b*) vir beatus (intercessionibus *add.* 6*a. b.* 7*a. b. c*).

Omnibus codicibus 1. 2. 3. 4. 5 *textus is oppositus est, quem magna legendaria francogallica exhibent, atque hunc expolitum et interpolatum esse ex multis exemplis colligi licet:*

c. 3. ieiuniis et vigiliis] *rell. recte (cf. p.* 122, 8*);* ieiuniis et orationibus *male* 6*a. b.* 7*a. b. c;*
c. 7. plebem] *recte rell. (v. p.* 123, 1*);* populum 6*a. b.* 7*a. b. c;*
c. 32. Cumque beati c. Boniti *(*membra *add.* 4*a. b;* ossa *add.* 5*b)* — arta *(ita* 2*;* arca 4*a.* 5*c;* archa 4*b. c.* 5*a; om.* 5*b)* haberentur condita] *rell.;* Cumque b. c. Boniti — artus h. conditi 6*a. b.* 7*a. b. c.*

Lectionem optimi exemplaris 2 *'arta' pro 'artus', quae archaismo Plautino 'artua' confirmatur, librarii* 4 *et* 5 *minime intellegentes* arca *vel* archa *correxerunt, quare* membra *(*4*a. b) aut* ossa *(*5*b) supra interpolare coacti erant, sed* 6 *et* 7 *formas urbanas* artus *et* conditi *restituerunt. Qui quomodo inter se distinguantur, ex hoc loco intellegitur:*

c. 7. ingressurus adesset] 1. 2. 3*;* ingressurus adisset 6*a. b.* 7*a;* ingressus adisset 7*b. c;* adesset ingressus 4*a. b. c.* 5*a,*

ubi 7*a affines suos superat atque cum* 6*a. b facit. Deterioribus libris nonnullae lectiones insunt haud spernendae, e. gr.:*

c. 38. elic(t)iam] 5*a.* 6*a. b.* 7*a. b. c recte (cf. p.* 119, 8*);* lic(t)iam 1. 2. 4*a. b. c.* 5*b,*

sed quaeritur, utrum ea quae reliquis exhibent meliora ad exemplar, quo librarius ille usus erat, an ad meras coniecturas referenda sint, atque ipsis libris 5a. b *inter se differentibus hoc statuere malim. Ad classes* 6 *et* 7, *quamvis dubitanter, 'beati Stephani' ecclesiam (c.* 36*) servavi, neglecta codicum vetustiorum lectione 'beati Hieronymi', cum verba insequentia:* Quae basilica beati martiris *magis cum illo patrono quam cum hoc conveniant, cumque 'beati Stephani protomartyris ecclesia' etiam in capite praecedente occurrat neque Hieronymi ecclesiam apud Lugdunenses reperire potuerim.*

Orthographica in textum admisi codicis 1 *eoque deficiente codicis* 2 *neque meliores lectiones* 3 *neglexi. At* e *pro* ae *in prima declinatione suppressi, et approbans* comendares *(*1. 2*)*, comoda, accomodares, incomodus, *non curavi in* 1*:* deffensorem, defferri, dificilis, hoceanis, horiente, husurpatum, benediccio, leccio, resurreccio, pecii, *in* 2*:* occuli, gavissus, misarum *et* obtare, obtio, michi, nichil, aliquandiu, menbrorum, quanquam, spetialiter, *aliaque quae per librarios aevi posterioris textui illata mihi esse videntur.*

Codices 1. 4*b.* 7*a. b a memet ipso,* 2. 3. 4*c.* 5*b.* 6*b.* 7*c a W. Levison,* 4*a a Carolo Schellhass collati sunt, librum* 5*a I. Schwalm una mecum,* 6*a W. Arndt et W. Levison contulerunt, denique codices* 4*d.* 5*c. d ipse inspexi et* 5*a totum denuo percurri. Lectiones codicis* 5*b neglegenter scripti in apparatum non admisi.*

Herbertus episcopus Norwicensis, olim prior Fiscamnensis, anno 1119. *defunctus*[1], *vestimentum apud Arvernos viderat manuque tetigerat, quod Bonito in ecclesia Michaelis vigilanti a Maria virgine noctu datum esse dicebatur, miraculumque poeta non multo posterior versibus rhythmicis octonarum syllabarum descripsit, quem Anglum fuisse Bollandus procul dubio recte coniecit*[2]. *Albericus monachus Trium Fontium*[3] *medio saec. XIII. carminis his verbis ad a.* 764. *meminit:* De eodem sancto Bonito habetur illa narratio rithmica in miraculis beate Marie, que sic incipit:

Presul erat Deo gratus
Ex Francorum gente natus,
Bonus erat ei nomen,
Quod designat bonum omen.

Sane poeta Bonitum nostrum Bonum constanter nuncupavit. Idem miraculum in orationem pedestrem versum Vincentius Bellovacensis in Speculo historiali VII [VIII], 97, *enarravit, quod Vitae Boniti in codice* 5*d adnexum est.*

Breviarium rerum gestarum Boniti, servatis plerumque auctoris primigenii verbis, Bernardus Guidonis quartae parti Speculi sanctoralis de confessoribus[4] *inseruit atque e codice Vindobonensi n.* 4394 *(Hist. eccl. n. LIX), fol.* 132′—135, *initium finemque exscripsi:*

Sancti Boniti episcopi Alvernensis XVIII. Kls. Februarii ex gestis eius.

Beatus Bonitus ex inclita progenie Alvernice urbis oriundus fuit, cuius pater Theodatus, mater vero Siagria nominata est, ex senatu Romano dumtaxat, nobili prosapia. Hic itaque antequam nasceretur, magnum salutationis a quodam sancto sacerdote nomine Fregione fertur accepisse presagium, qui sacerdos cum paternam venisset ad domum et a genitrice magno esset susceptus cum gaudio — —

1) *Goulburn et Symonds, 'The life, letters and sermons of bishop Herbert de Losinga', Oxonii* 1878, *I, p.* 314. 2) *Bollandus carmen latinum 'ex veteri codice Carthusiae Coloniensis' edidit, AA. SS. Ian. I,* 1077, *quod iteraverunt Edélestan du Méril, 'Poésies populaires latines' p.* 190 *sqq.; M. Haupt, 'Bonus' ('Zeitschr. f. deutsches Alterthum', Lipsiae* 1843, *III, p.* 300—304*; cf. Bibl. hagiogr. lat. I, p.* 212*). Ex carmine latino germanicum pendere videtur.* 3) *SS. XXIII, p.* 711. 4) *L. Delisle, 'Notice sur les mss. de Bernard Gui' ('Notices et extraits des mss. de la Bibliothèque Nationale'* 1879, *XXVII, p.* 284*); cf. Poncelet, Anal. Boll. XXIX,* 26 *sqq.*

Fuerunt itaque sancti Boniti membra in predicta ecclesia sancti Mauricii in proprio mausoleo digne tradita sepulture, ubi virtute Dei et meritis sancti sui infirmi a variis incommoditatibus sepius invenerunt remedia sanitatum.

L. Surius, De probatis sanctorum historiis, Coloniae Agrippinae 1570, *tom. I, p.* 352—360, *totum textum 'in gratiam lectoris' 'paraphrasticos' reddidit atque prologum praetermisit, etsi codex quo usus est eum habebat. Nomen* Auderamnus *(c.* 10*) ibi scriptum erat* Audemarus, *sicut in libris nostris* 4. 5, *et miraculum de casula Boniti vitam ibi excipiebat, sicut in nostro* 5*d*.

F. Lanovius, De sanctis Franciae cancellariis syntagma historicum, Parisiis 1634, *p.* 90—100 *(= Iacobus Wenckerus, Collecta archivi et cancellariae iura, Argentorati* 1715, *p.* 684—689*), 'ex M. SS. Ecclesiae Claromontanae apud Franciscum Haraeum, nonnullis interiectis', textum omnino retractatum edidit, qui ita incipit:* Venerabilis vir Bonitus, futurus seculo bonitatis exemplar, ex equestri linea ducens originem, capitaneam totius Arverniae Claromontensis ortus sui privilegio decoravit, *desinens:* Sepultus est autem beatus pontifex honorifice communi Lugdunensium gaudio in ecclesia beati Petri, ubi septem fere et eo amplius annorum spatio requievit, florens virtutibus, signis coruscans; denique corpus eius Clarummontem translatum fuit. *Complura medio in textu praetermissa sunt, qui desinit c.* 10. ad altare procedit, *redit c.* 29: Lugdunum rediens Deo dignus antistes annis quatuor supervixit, *eaque quae desiderabantur editor quam brevissime supplevit uncinis saepta. Habuit enim praeter textum deformem etiam vitam primigeniam non solum a Surio expolitam, sed etiam 'ex Mss. apud Robertum'.*

Andreas du Chesne, Historiae Francorum scriptores coaetanei, Lutetiae Parisiorum 1636, *tom. I, p.* 684—686, *frustula 'ex Vita Ms. sancti Boniti' excerpsit atque codicem* 4 *aut* 5 *habuisse videtur, sed textum Surianum saepe servavit.*

Ioannes Bollandus, Acta sanctorum, Antverpiae 1643, *Ianuarii tom. I, p.* 1070—1076, *tribus codicibus usus est, scilicet monasterii Heri-vallis ord. S. Augustini in dioecesi Parisiaca siti, Ambianensi, S. Mariae de Ripatorio (nobis* 6*a), quorum primum Iacobus Sirmondus descripserat, alterum Ioannes a S. Martino congregationis Foliensis, tertium ipse contulerat. Codex monasterii Heri-vallis a Sirmondo descriptus cum nostro* 2, *qui ad bibliothecam collegii Claromontani soc. Iesu Parisiensis olim pertinebat, fere consentiebat:*

122, 14 *(c.* 7*).* torrerent] tererentur *Ms. Sirmondi;* terreretur 2; terrerentur *pr. m.* 3;
122, 19 *(ib.)* neutrum caussa fragilitatis] *Bollandus in textu (=* 1. 2*);*
124, 9 *(c.* 9*).* collacionem] consolationem *Ms. Sirm. (=* 2*);*
130, 27 *(c.* 21*).* coepissent] cepisset *Ms. Sirm.;* coepisset *e corr.* 2,

sed c. 17. frugalitatis, *quod in Ms. Sirmondi deerat, in* 2 *non deest, quare potius de libro simili quam de eodem cogitari licet. Codex Ambianensis ad magna legendaria, codices scilicet* 6. 7, *pertinebat. In Ultraiectino aliisque codicibus Bollandus fabulas ineptas de Boniti natalibus legerat, scilicet eum ortum matre abbatissa, patre dapifero ipsius deportatumque ab angelis ad quendam anachoretam, ut matris honori consuleretur, septemque annos ab eo educatum.*

Ioannes Mabillon, Acta sanctorum ord. S. Benedicti, Lutetiae Parisiorum 1672, *Saec. III,* 1, *p.* 89—100, *de subsidiis suis parcius scripsit: 'Ex variis Mss. Codd., Surio et Bollando'. Uno solo loco 'Compendiensem' suum citavit (p.* 92, *n. c) codicem et fortasse habuit* 5*a, scribens c.* 38. probatissimi medici *pro* m. pr.

Dom Bouquet, 'Recueil des historiens des Gaules et de la France', Parisiis 1741. *tom. III, p.* 622—624, *frustula V. Boniti ex editione Mabilloniana iteravit.*

Bruno Krusch.

INCIPIT[a] PROLOGUS IN VITA BEATI BONITI EPISCOPI ET CONFESSORIS.

Cum dies sanctae theophaniae[b.1] imminerent[c], et vigiliarum iam sollemnia celebrarentur, imperii[d] vestri[2] nostrae imponentes[e] signitie[f], o beatissimi patres Adelfi[3] et Euteri[g], cur beati sacerdotis et confessoris Boniti[h] praetermissa acta haberentur luce clariora, cum antistitum huius sedis confessorumque Elidii[i.4] et Galli[k] luculento sint[l] stilo prolata, et haec[m] dicentes iussistis, ut quamquam simplici et inculto sermone, meo[n] eliciam stilo. Quod verens opus aggredi, actenus, hoc est biennio, distuli, temere[o] iudicans inusitata praesumere. Sed orationum vestrarum adminicula erunt mea nunc hinc indeque solatia, per quem[p] antiquus ille dierum et sator bonorum omnium pulsatus meae linguae abstergat rubiginem; qui prophetae Isaiae[q.5] purgavit calculo labia, et meam non dedignetur purgare inmunditiam. Sed dum tanto[r] me ingero in periculo, si quamcumque[s] in partem deviavero, vestro[t] in[u] me credatis errasse iudicio. Nam laudes si fuerint dignae, vestrae erunt, qui orationum meritis ac fidei imperiique[v.6] vestri me totum committo. Me idoneum[7] hoc in opere a mendacio ideo ubique defendere puto, si quod[w] ego scribendo[x] assumpsi, vestro examine adprobetis. Nam mallem sub silentio reticere torporis[y], quam fallaciae subire discrimen. Dec. 24.

EXPLICIT[z] PROLOGUS.

INCIPIT VITA SANCTI BONITI EPISCOPI ET CONFESSORIS[a].

(1)[b]. Inclita[c] Bonitus[d] progenie Arvernicae[e] urbis oriundus fuit, cuius pater Theodatus[f], mater vero Syagria[g] vocitata est; ex[h] senatu Romano dumtaxat, nobili[i] prosapia[k]. Hic itaque, antequam nasceretur, magnam[l] salutacionis a quodam

Prologus. 4*a*. *b*. *c*. 5*a*. 6*a*. *b*. 7*a*. *b*. *c*. *Cap.* 1. 1. 2. 3. 4*a*. *b*. *c*. 5*a*. 6*a*. *b*. 7*a*. *b*. *c*.

Prol. a) *ita* 5*a*; I. pr. in v. b. B. (*om.* ep. et) c. 4*c*; I. pr. in v. sancti ac beatissimi Bonitti ep. et c., quae colitur XVIII. K. Febr. 4*a*. *b*; Item eodem die (diȩ 6*b*). Incipit pr. in v. b. (*ita* 7*b*; sancti 6*a*; *om.* 6*b*. 7*a*. *c*) B. (Bonitti 6*b*. 7*a*. *c*) Arvernice urbis ep. et c. (et c. *om.* 7*a*) 6*a*. *b*. 7*a*. *b*. *c*; *prologum om.* 1. 2. 3. b) teoph. 4*a*. c) *ita* 4*a*. *c*. 5*a*; immineret *rell.* d) imperio vestro *pr. m.* 4*a*. e) *ita* 4*a*. *b*. *c*. 5*a*; imputantes *rell.* f) *ita* 4*c*; segnitie 5*a*. 7*a*. *c*; segnit(c)iȩ 4*a*. *b*. 6*a*. *b*. 7*b*; *in marg. add.* dicere cepistis 4*a*. g) Uteri 4*a*. *b*. *c*; (El *expunct.*)eutheri 5*a*. h) Bonitti 6*a*. *b*. 7*a*. *c*. i) Eligii 5*a*, *corr.* k) Gallii 7*c*. l) *om.* 5*a*. m) hec *m. al. in litura scr.* 5*a*. n) tamen *m. al. add.* 4*a*. o) *ita* 4*a*. *b*. *c*. 5*a*; temerarium *rell.* p) *ita* 4*b*. *c*; que: 4*a*; qu(a)e *rell.* q) *ita* 4*a*. *b*; Ysai(a)e *rell.* r) *ita* 4*a*. *b*. *c*. 5*a*; tantum — in periculum *rell.* s) quacunque *pr. m.* 6*a*. t) *ita* 4*a*. *b*. *c*. 5*a*; vestrum — iudicium *rell.* u) *eras.* 4*a*. v) imperioque vestro 4*a*. w) quid *corr.* quod 7*b*; *om.* 4*a* (*pr. m.*). *b*. *c*. x) *ita* 4*a*. *c*. 5*a*; scribendum *rell.* y) corporis 4*a*. *b*. *c*; t. r. 7*b* (*non* 7*a*). z) *ita* 4*a*. *b*. 5*a*. 6*a*. 7*a*. *b*. *c*; *subscr. om. rell.*

Cap. 1. a) *ita* 5*a*; que celebratur XVIII. Kl. Febroarii *add.* 1; que colitur XVIII. Kl. Febrii *add.* 2; *praescr.:* Vita Bonitti episcopi 3; Incipit vita eiusdem sancti 4*a*. *b*; Incipit vita eiusdem beati Boniti confessoris XXXII. 4*c*; Incipit vita 6*a*. 7*a*. *b*. *c*; *praescr. om.* 6*b*. b) *numeros addidi.* c) Inclitus 5*a*. d) Bonittus 3. 6*a*. *b*. 7*a*. *b*. *c*; p. B. 2. e) Avernice *pr. m.* 6*b*; Arvernensium, *om.* u. 2. f) Teod. 1. g) *ita* 5*a*. 6*b*; S(i *m. rec. in rasura*)agria 1; Siagria *rell.* h) *ita* 1. 2; et 3; e 6*a*. *b*. 7*a*. *b*. *c*; a 4*a*. *b*. *c*. 5*a*. i) orta *m. al. add.* 4*a*. k) prosapie 2. l) *ita pr. m.* 1; magnum *rell.*

1) *Theophania, i. e. Dei apparitio, festum est, quo Deus in humana carne se praebet conspiciendum, dies scilicet Christi natalis cum insequentibus usque ad Epiphania; cf. Ducange h. v.; Forcellini ed. de Vit h. v.* 2) *I. e. imperia vestra.* 3) *Scilicet abbas Magnilocensis; v. supra p.* 112. 4) *Vitas episcoporum Arvernorum Illidii et Galli Gregorius Tur. in Vita Patrum c.* 2. *et* 6. *enarravit.* 5) *Is.* 6, 7. 6) *I. e. imperioque vestro.* 7) *Idoneus i. e. innocens, irreprehensibilis; cf. Ducange h. v.*

sancto[a] sacerdote[b] nomine Frigione[c] fertur accepisse praesagium. Qui sacerdos cum paterna[d] venisset ad domum et ad[e] genitricem magno esset susceptus cum gaudio, et illa[f] iuxta morem benedictionem petivisset, ita[g] fertur ab eo audisse salutacionis gratiae[h] responsum: 'Tu mihi', inquid, 'benedic, Dei sacer atque venerabilis domine'. Quod[i] cum[k] genetrix[l] audito[m] percepisset[n] sermone et tacite[o] considerans volveret[p] in pectore, tandem sciscitans[q] servum Dei, intulit[1] dicens: 'Quid est', inquid[r], 'quod loqueris, pater? An ignoras[s], sexu[t] meo tali[u] a quocumque viro indigna fore salutacione proferri?' Et ille: 'Non tibi', inquid, 'ut tu putas, petii benedictionem, sed ei[v] qui est in utero tuo, quia summum video a[w] Deo praeelectum sacerdotem[x]'. Et illa ovans ait: 'Rogo, pater, ut oracionibus tuis proveniat, quod locutus es'.

(2). Postea vero cum natus[a] adolevisset[b] et[c] esset praefata cum parentibus in urbe constitutus, gramaticorum[d] inbutus iniciis necnon Theodosii[e] edoctus decretis[f], ceterosque coetaneos excellens, a sophistis[2] probus[g] atque prelatus[h] est. Cum vero adhuc[i] pubentibus esset in annis, genitore iam defuncto, Deo gubernante, regis ad aulam usque processit seque[k] Sigiberti[l] principis[3] ministerio[m] tradidit. Cumque[n] ab eo obnixe[o] diligeretur, principem eum pincernarum[4] esse[p] praecepit. Non multo post, anulo[5] ex manu regis accepto, referendarii officium adeptus est, quod ita splendide sibi commissum peregit, ut, cunctis[q] sibi palacii ministeriis traditis, principi et cunctis proceribus placens esset[r] carissimus. Erat quidem[s] corpore pulcher, sed pulchrior mente pollensque castitatem[t].

(3). Non[a] multo[b] post accepit a principe magnam[c] honorem[d] cum gratia.
662. Post cuius obitum, filiisque defunctis[6], pronepos eius suscepit sceptra. Cuius con-

Capp. 1—3. 1. 2. 3. 4*a*. *b*. *c*. 5*a*. 6*a*. *b*. 7*a*. *b*. *c*.

Cap. 1. a) *om.* 5*a*. 7*b* (*non* 7*a*). b) sacerte 2. c) *ita* 1; Fregione *rell.* d) *ita* 2; paternam *rell.* e) *ita* 2; a genitrice (genetrice 4*a*. *b*) *rell.* f) ille 1. g) ut *add.* 4*a* (*eras.*). *b*. *c*. h) grati(a)e 1. 2. 3. 4*a* (*pr. m.*). *c*. 5*a*; gratia *rell.* i) Quem c. g. auditum p. sermonem 5*a*. k) ei 2. l) *ita* 1. m) aud. *ante* g. 6*a*. n) pcepisset 2. 7*c*. o) tacito 4*b*. *c*; tante 2. p) volverit 7*b*, *corr.* q) (sci *pr. m. suppl.*)scistans 2; scisc. (?) *corr.* cisc. 3; suscitans *pr. m.* 6*b*. 7*c*. r) inquit *m. s. XIII, superscr.* 7*b*. s) ignora: s, *ras.* n 1. t) *ita* 2; sexui *rell.* u) *ita* 1. 2 (talia q.). 3. 4*a*. *b*. *c*. 5*a*; talem — indignum (*m. al. corr.* indignam 6*b*) f. salutationem 6*a*. *b*. 7*a*. *b*. *c*. v) hi 2. w) *superscr.* 4*c*; a D. *om.* 1. x) antistitem 5*a*.

Cap. 2. a) *superscr.* 4*a*. b) adultus esset *pro* adolevisset 2. c) ut 6*b*. d) *ita* 1. 2. 4*c*. 6*a*. *b*. 7*a*. *c*; gramm. *rell.* e) Teod. 2. f) decretus 1, *corr.* g) probatus 5*a*. h) prolatus *pr. m.*, est *m. al. superscr.* 6*b*; prelatus, *om.* est 7*a*. *c*. i) a. pudentibus 2; pubentibus (*pr. m. corr.* pubescentibus 4*b*, *et sic* 4*c*) adhuc 4*a*. *b*. *c*. 5*a*. k) sique *pr. m.* 6*a*. l) Sigeberti 6*a*. *b*. 7*a*. *b*. *c*. m) *pagina exeunte om.* 2. n) Conque 2. o) onixe 2. p) constituit *pro* e. pr. 5*a*. q) conctis *pr. m.* 2. r) et *add.* 5*a*. 6*a*. *b*. 7*a*. *b*. *c*. s) quidam 7*c*. t) *ita* 2; castitate *rell.*

Cap. 3. a) *ita* 1. 2. 3. 4*a*. *b*. 5*a*; Nec 6*a*. *b*. 7*a*. *b*. *c*. b) post m. 5*a*. c) *ita pr. m.* 1; magnum *rell.* d) (hono *in litura*)rem 2.

1) *Cf. supra p.* 44, *n.* 2. 2) *Sophistae sunt oratores, qui una cum grammaticis eloquentiae doctrinam profitentur; cf. Ducange h. v.* 3) *A.* 634—656, *Febr.* 4) *Officium palatinum minoris auctoritatis iuvenibus nobilibus reservatum erat, qui inde ad maiora ascendebant; cf. G. Waitz, 'VG.' II,* 2, *p.* 74. 111[3]. 5) *Greg., H. Fr. V.* 3: referendarius, qui anolum regis Sygiberthi tenuerat; *V. Audoini c.* 2: anulo regis adeptus. *Cf. supra p.* 110. 6) *Sigiberti regis filii intelleguntur et adoptivus Childebertus, a Grimoaldo maiore domus genitus, et naturalis Dagobertus, quem in Scotiam relegatum obiisse fortasse credebant; cf. 'Der Staatsstreich des fränkischen Hausmeiers Grimoald I' ('Zeumer-Festschrift'* 1910, *p.* 431). *Successit Childericus II, nepos eius ex Chlodoveo fratre*

spectui ita paruit[a] gratus[b], ut elegeretur[c] praefectura[d, 1] Massiliae[e] primae provinciae, sed idem causas[f] sibi commissas ita peroravit, ut iam non ut[g] iudex, sed ut sacerdos fore videretur. Non[h] multo[i] post inibi, ut[k] moris erat[l], homines venundari[m] atque exulitatis[n, 2] captivitatisque pena[o] damnari, suo nusquam fieri praecepit[p] esse decreto; sed magis eos quos repperire potuisset venditos, sicut semper agere consueverat, redimendo ad propria reducebat[q]. Sed inter ista ieiuniis et vigiliis[r] insistebat, ut iam non[s] uni, sed multis futurus[t] summo sacerdocio dignus videretur. Eratque in sermone lenis, inter discordes paciens et ad concordiam semper reducens.

(4). Per idem[a] vero[b] tempus germanus eius Avitus[c] pontifex, vir exterioribus[d] studiis[3] eruditus sacrisque litteris omnibusque[e] officiis divinis praepotens[f], ter quinis fere amplius annis[4] magna cum alacritate Arvernam[g] sibi commissam rexit ecclesiam. Qui non post multum langore[h] correptus[i], ad extremum est usque deductus, cernensque suae migracionis inminere diem, divino afflatus[k] spiritu acceptoque consilio, sibi ecclesia[l] concordante, virum Dei sibimet successorem suaeque sedis[m] dignissimum[n] iudicat sacerdotem.

Greg. Dial. III, 1. — ib. IV, 11.

(5). Eodem tempore sub Theoderico[a, 5] principe Pippinus[b] regni primatum tenens atque curam palacii gerens, cunctaque gubernacula suo disponebantur[c] arbitrio. Cumque vir Dei, supradictus germanus eius, relacionem pro adipiscenda[d] auctoritate regia[e] direxisset, et illi[6] ei peticionem sibi commissam perorassent, ita, favente Domino, cuncta prospera meruerunt[f], ut ex regio iussu eiusque prae-

Capp. 3—5. 1. 2. 3. 4*a*. *b*. *c*. 5*a*. 6*a*. *b*. 7*a*. *b*. *c*.

Cap. 3. a) apparuit 5*a*. b) gratur 2. c) *ita* 1; elig. *rell.* d) *ita* 1 (*cf. p.* 122, 5); praefectur(a)e *rell.* e) Masilie 1; Maxillia (*corr.* Massilia) pimae 2. f) causam (?) 5*a*, *corr.* g) *om.* 2. 5*a*. h) N(on *in rasura*) 4*c*. 5*a*. i) multum 5*a*. k) *om.* 2. l) (esset *delet.*) erat 5*a*. m) ue mundari 2. n) ex|u(i *in litura*)litatis 3; exutilitatis *pr. m.* 7*b*. o) pęnam 7*b*. p) *ita* 2. 3. 4*a*. *b*. *c*; f. p. esse decretum 1; f. p. (esse *om.*) d. 5*a*. 6*b*. 7*a*. *b*. *c*; f. d. p. (esse *om.*) 6*a*. q) *versu exeunte om.* 2. r) *ita recte rell.* (*cf. p.* 122, 8); orationibus *pro* v. 6*a*. *b*. 7*a*. *b*. *c*. s) nonum *pro* non uni 4*c*. t) futuris 2. 3. 4*a*. *b*. *c*. 6*b* (*pr. m.*).

Cap. 4. a) id: (*ras.* e) 4*b*; id 4*a*. *c*. 5*a*. b) fere 2. c) aviciis 7*c*. d) exterroribus 1. e) que *om.* 5*a*. f) *ita* 1. 2. 4*a*. *b*. *c*. 5*a*; praeponens 3; praepollens 6*a*. *b*. 7*a*. *b*. *c*. g) *ita* 1. 2. 3. 4*a*. *b*; (Ar *in litura*)vernam 5*a*; Avernam 4*c*; Arvernicam 6*a*. 7*a*. *b*. *c*; Avernicam 6*a*. h) languore 3. i) correctus 7*c*. k) afflatu spiritu 4*c*. l) ęcclesiam 3. 7*b* (*non* 7*a*). m) sedes 2, *corr.* n) *ita* 1. 2. 3. 6*b*. 7*a*. *c*; d. iudicant 5*a*; iudicant d. 4*a*. *b*. *c*; d. videlicet (*corr.* iudicet) 6*a*.

Cap. 5. a) Theodorico 1. 7*b*. b) Pipinus (1). 4*c*. 6*a*. *b*. 7*a*. *c*. c) disponabantur 5*a*. d) auct. adip. 2; adipiscenda: 5*a*. e) regi 4*a*. *b*. *c*. 5*a*. f) metuerunt 6*b*.

qui inde ab a. 662. *regnare coepit, sed vocabulum 'pronepos' ad alterum successorem Theudericum III. fortasse spectat, licet hic frater neque filius illius fuisset; v. p.* 121, *n.* 4. 1) *Praefecturae nomen ad officium rectoris sive patricii Provinciae auctores antiqui referre solebant; cf. G. Waitz, 'VG.' II,* 2[3], *p.* 26, *n.*, 49 *sq.* 2) *I. q. exilium; cf. Ducange h. v.* 3) *I. e. studiis profanis.* 4) *Avitus Praeiecti successor per annos* 676—690. *ecclesiam Arvernam gubernabat; cf. SS. R. Merov. V, p.* 216. 244. *Bonitus cum 'per idem tempus' praefecturam Massiliensem gesserit, post Hectorem* († 675) *et Chadalricum (SS. R. Merov. V, p.* 307*), immo Audoberctum et Rocconem patricios (a.* 677*; Pertz, Dipl. I, p.* 44*) collocandus videtur esse, sicut eum collocavit Fritz Kiener, 'Verfassungsgesch. der Provence' p.* 263. 5) *Theudericum III. inter d.* 2. *Sept.* 690. *et d.* 13. *Aprilis* 691. *defunctum esse statuit W. Levison, 'N. Arch.' XXXV, p.* 47. 6) *Scilicet nuntii Aviti petitionem ad Pippinum rettulerunt. Cf. infra p.* 135, *l.* 4.

cepto idem roboraretur consensus. Domino enim princeps[a] hec imperante peregit, qui ecclesiae suae[b] profuturum pastorem atque adversus[c] rabiem inmanis beluae
Prov. 21, 1. defensorem parabat; unde negare non[d] valuit, quia scriptum est: *Cor regis in manu Dei.* Qui cum gaudio regressi[e], vota sua ad effectum cum magna alacritate[f] perduxerunt, id[g] est praesulatus[h] cathedra beatum virum sublimarunt summa cum gratia et[i] leticia cunctorum[k].

(6). Suscepto itaque episcopatu, non se arbitrans[a] suscepisse honorem, sed honera[b], unde sui cursus augmentavit[c] laborem, in[d] ieiuniis videlicet et vigiliis persistens atque pernoctans[e] necnon lectione[f] silencioque ac remotis, maximeque quadragesimae[g] tempore[h], ita studens, ut non solum sacerdotem dignissimum crederes, set[i] monasticam vitam degere digne praedicares. Biduo[k] triduoque metam explebat[l] ieiunii; nonnumquam vero quatriduanum eum agere cognovimus.

(7). Quodam tempore cum nimiae[a] caloris estu fatigari[b] sacerdos cerneret plebem[c], ita ut magnarum[d] fluminum alvei[e] siccitatis squalore[f] torrerent[g], quod[h] ille cernens et suae formidans civitatis periculum, velud[i] bonus[k] pastor sui[l] gre-
cf. Ion. 3, 5. gis, ab omnipotente[m] Domino[n] deposcit remedium. Exinde monens, ut more Ninivitarum[n*] omnes ad ecclesiam convenirent[o], et iuxta quod unicuique virtus[p] valebat, aut tridui[q] biduique ieiunium peragentes, Domini misericordiam supplices exorarent; qui vero neutrum fragilitatis[r] valebant explere decretum, in pane et aqua vel tantum usque solis occubitum cum[s] cordis contricione[t] ieiunium explerent: in tantum[u] eius fidei faveus extitit divina clemencia, ut cum iuxta morem ecclesiae[v] crux foret[w] egrediens[x], et eam[y] manu Dei sacerdos gestaret, nec mora, ubi beati levitae et martiris Laurencii[z] ecclesiam[1] ingressi sumus, et ibi quae Dei sunt peregisset[a] sacerdos, subito pernici cursu, flante austro, aeris serenitatem nubium conglobacio densissima texit[b]. Quid dicam? Eadem nocte in tantum aquarum sunt onere ponderatae[c], ut ex imbrium inundatione vix alia die Dei sacer-

Capp. 5—7. 1. 2. 3. 4*a*. *b*. *c*. 5*a*. 6*a*. *b*. 7*a*. *b*. *c*.

Cap. 5. a) *corr.* principe 3. b) *om.* 1. c) adversum 6*b*, *corr.* d) ne 2. e) reversi 4*a*. *c*. f) *superscr.* 3. g) *ita* 1. 2; id, *om.* est 3; Hi (Hii 5*a*) *pro* id est 4*a*. *b*. *c*. 5*a*; et *pro* id est (6*a*. *b*). 7*a*. *b*. (*c*). h) praesulatum 1. i) ex 5*a*. k) cuncturum 2, *corr.*

Cap. 6. a) *ita* 1. 4*b*. *c*; arbritrans susc. 2; arbitratus est susc. 3. 4*a*. 5*a*. 6*a*. *b*. 7*a*. *b*. *c*. b) *ita* 1. c) in *add.*, *sed del.* 4*c*. d) *om.* 2. e) noctans 2, *corr.* f) lectioni 6*a*. *b*. 7*a*. *b*. *c*. g) quadragesimo 4*a*. *b*. *c*. 5*a*. h) temporo *pr. m.* 2. i) et *add. codd. praeter* 1. 2; *cf. p.* 123, 10. k) que *add.* 5*a*. l) explevit ieiunium 2.

Cap. 7. a) *ita* 2. 3; nimii 5*b*; nimio *rell.* b) *om.* 1. c) *ita recte rell.* (*cf. p.* 123. *l.* 1); populum 6*a*. *b*. 7*a*. *b*. *c*. d) *ita* 1 (*pr. m.*). 2. 3; magnorum *rell.* e) s. a. 5*a*. f) calore 1. 5*a*. g) terreretur 2; terrerentur *m. al. corr.* torrerentur 3. h) *ita* 1. 2. 4*a*. *b*. *c*; Hoc ille 3; q. i. c. *om.* 5*a*; vir Dei hoc *pro* q. i. 6*a*. *b*. 7*a*. *b*. *c*. i) *ita* 1. k) p. b. 4*a*. *b*. *c*. l) sui:, *ras.* s(?) 2. m) omnipotenti 3. n) Deo 6*a*. *b*. 7*a*. *b*. *c*. n*) Ninevit. 3, *corr.* o) *ita* 1. 2; convenientes *rell.* p) *ita rell.*; iustus 1. 2. q) tridue 3; triduoi, *expunct.* o 4*c*. r) *ita* 4*a*. *b*. *c*. 5*a*. *c*; causa *ante* fragilitatis *add.* 1. 2; infirmitatis causa 5*b*; fragilitate 3, *quod requiritur*; frugalitatis 6*a*. *b*. 7*a*. *b*. *c*: *cf. p.* 129, 5. 134, 19. s) con 2. t) c. contrictione 2. 3. 5*a*; contritione c. 7*c*. u) in e. t. *pr. m.* 6*a*. v) ecclesiam 5*a*; (ab *superscr.*) aecclesi(a *in litura*) 4*a*. w) cr. Christi floret 5*a*. x) *m. al. corr.* egressa 4*a*. y) ea 3. z) *ita* 1; Laurentii *rell.* a) peregit 5*a*. b) exit 4*b*. *c*; rexit 5*a*. c) viae *add.* 2.

1) *S. Laurentii basilica Arverna in australi urbis parte prope basilicam S. Mariae de Portu (Notre-Dame du Port) sita erat, quacum a.* 1285. *coniuncta est; cf. A. Longnon, 'Géographie de la Gaule au VI[e] siècle' p.* 487. *De ea in Libello de ecclesiis Claromontanis c.* 3. *agitur.*

dos cum plebe valeret recedere. Qui cum tanta[a] difficultate sui[b] itineris vidisset obstacula, sacerdotum sibi adstancium fidei constantiam pius explorator aggreditur: 'Quid', inquid, 'vobis videtur? En! aspicitis, quod difficilis nobis prae[c] imbre extat egressus'. Nonnulli inquiunt: 'Melius est nobis absque labore[d] intra ecclesiae ambitum cum psallencium modulacione[e] contineri, quam tantae effusionis[f] vim subire merori'. Tunc conversus ad reverentissimum[g] Bobonem[h] atque venerabilem Magnilocensis[1] monasterii[i] abbatem, ait ad eum: 'Tu quidem', inquid, 'consilium evidenti assertione[k] deprome!' At ille[l], cui[m] semper moris erat, reverentissime atque constantissime intulit[2], dicens: 'Et si tanta Domini[n] non merentibus misericordia subvenit, oportet[o] nos non solum in ceptis[p] persistere, set nostrum[q] magis ampliare laborem'. Vir[r] autem sanctissimus gavisus, quod sibi congruens deprompsisset[s] consilium, magis ac magis[t] plebem tam ipse[u] quam aetiam per eundem virum, ut perseveranter agerent, admonere[v] intencius studebat. Ipse vero iuxta morem quatridui[w] ieiunio in oracione pernoctans, humillimus atque abiectus peregit, ut psalmi[x, 3] sententia impleretur, quae[y] dicit: *Elegi*[z] *abiectus esse in domo Dei magis quam habitare in tabernaculis peccatorum,* ita ut eum, in ecclesiam quisquis ignarus ingressurus[a] adesset, episcopum minime crederet, et nonnulli in eum, ubi sedens psallebat, pedem offenderent.

(8). Lacrimarum ei gratia[4] in sacro non deerat officio, ita ut amfibuli[a, 5] summitas, qua capud tegebatur[b], ex perfusione earum madida videretur. Sed inter haec erat Dei sacerdos peregrinorum letus[c] sepissime conviva et iuxta apostolum[6] non praeponebat[d] pauperi divitem neque[e] aureum[f] habentem anulum, sed praeponebat[g] sordidam vestem gestantem. A largitate vero elemosinae, quantum in[h] ipso erat, nullum vacuum a[i] se ire sinebat. Sacerdotum fratrumque flagrans amore, canonum sepe per[k] conlacionem[7] presbyteris[l] normam tradebat, et ut caste digneque viverent, crebrius[m] admonebat; plebem[n] reliquam per dignos sacerdotes declamando predicabat[o], ut timerent supplicium, ad celestem patriam hanelarent[p].

Capp. 7. 8. 1. 2. 3. 4*a*. *b*. *c*. 5*a*. 6*a*. *b*. 7*a*. *b*. *c*.

Cap. 7. a) *ita* 1. 2; tant(a)e difficultatis *rell.* b) suę *corr.* sui 3. c) per *pr. m.* 1. d) laborare 2. e) dilatione 6*b*. f) effusion(i *m. rec. in litura*)s 1. g) reverentissum 2. h) Babonem 2; Bononem 6*b*, *corr.* i) *om.* 2. 4*b*. *c et pr. m.* 4*a*. k) adsercionem 1. l) illi 7*c*. m) *ita* 1. 2. 3. 7*b*; ut ei *pro* cui *rell.* n) *ita* 1. 2. 3; nobis *add. rell.* o) non s. nos op. 2. p) ineceptis 2. q) n. magnis *pr. m.* 2; m. n. 4*a*. *b*. *c*. r) V̊ (= Ubi) 7*c*. s) depropsisset 2. t) nostrum *add., sed del.* 4*c*. u) per se *pro* ipse 6*a*. *b*. 7*a*. *b*. *c*. v) a. instentius 2; ammonerent tentius 4*c*, *corr.* w) quadridui ieiunio 3; quatriduani ieiunii 6*a*. *b*. 7*a*. *b*. *c*; *cf. p.* 122, *l.* 11. 12. x) salmi 2. y) quo dicitur 2. z) elegit 7*a*. a) *ita* 1. 2. 3; ingressurus adisset 6*a*. *b*. 7*a*; ingressus adisset 7*b*. *c*; adesset ingressus 4*a*. *b*. *c*. 5*a*.

Cap. 8. a) *ita* 1. 2. 3; amfiboli 4*a*. *b*. *c*; amphiboli 5*a*; amphibali 6*a*. *b*. 7*a*. *b*. *c*. b) tergebatur 5*a*, *corr.* c) locus 2. d) proponebat *et om.* pauperi — praeponebat 2; ppronebat 4*b*. e) non a. gestantem (*cf. l.* 23) 6*b*. f) haureum 5*a*. g) proponebat 5*a*. h) *superscr.* 4*a*. i) ad 4*c*. k) *om.* 7*c*. l) :presb., *ras.* a 1; feresbiteris *corr.* presbiteris 2. m) *pr. m. superscr.* 1; crebrius — timerent *versu exeunte om.* 2. n) que *add.* 5*a*; plebi reliquae 6*a*. *b*. 7*a*. *b*. *c*. o) pdica: bat, *ras.* n 4*b*. p) *ita* 1. 3. 6*a*.

1) *Hodie Manglieu (dép. Puy-de-Dôme); cf. SS. rer. Merov. V, p.* 213. *Monasterio in honorem Sebastiani condito Ludowicus imperator a.* 818 *(Mühlbacher, 'Reg.' n.* 668[2]*) praeceptum immunitatis ac tuitionis concessit.* 2) *Cf. supra p.* 44, *n.* 2. 3) *Ps.* 83, 11. 4) *De hac gratia cf. Gregorii M. Dial. III,* 34. 5) *I. e. birrus, vestis villosa; cf. Ducange h. v.* 6) *Iacobus* 2, 2 *sq.* 7) *I. q. collocutio vel confabulatio; cf. Ducange h. v.*

(9). Post haec[a] magis hac magis a Spiritu[b] sancto accensus, timens, ne[c] qui, a praefato eius germano per donum[d, 1] sicut acceperat, grave sibi evenire[e] iudicium, nec non[f] plus apostolicam[2] sequi desiderans sectam, qui derelinquentes[g] patrem cum retibus celeste regnum mercati sunt: qua de re pergit ad quendam[h] opinatissimum[i] Dei[k] famulum Tillonem[l, 3] cognomento[m] Paulum, ut, ab[n] eo accepto consilio, voto[o] conpleret quod mente conceperat. Quod[p] cum[q] pergens Sollempniacense[r] tenus pervenisset simnionem[s, 4], hoc est[t] monasterium, miro cum gaudio a[u] fratribus atque officiosissime susceptus est. Quo ducto ad praefatum virum Dei, magnam[v] habentes[w] inter se collacionem[x], pervenerunt ad id[y], unde Dei sacerdos agebat. Percunctantes[z] utrobique, sancti[a] Spiritus[b] igne succensi, alciore[c] arrepto consilio: 'Nihil[d]', inquiunt[e], 'melius, quam quod temere contra sancta[f] canonum instituta usurpatum[g] est, declinando postponi'. Et ille non inmemor[h]
Matth. 19,29. euangelici praecepti pollicentis: *Qui reliquerit domum aut agros et omnia quae*[i] *possidet propter nomen meum, centuplum accipiet*[k] *et vitam aeternam possidebit,* tunc apud[l] se ipse definivit, ut non solum sedem, sed etiam patriam, parentes, res[m] omnes exulando relinqueret. Sed hoc[n], cum ad locum ordinis venero, qualiter gesserit, explicabo.

(10). Nunc subiungam[a], quomodo Dominus illo in loco egerit suae virtutis miracula. Cumque[b] resurrectionis dominicae inluxisset dies, eum fratres petie-

Capp. 9. 10. 1. 2. 3. 4*a*. *b*. *c*. 5*a*. 6*a*. *b*. 7*a*. *b*. *c*.

Cap. 32. a) *corr.* idem 6*b*, *et ita* 6*a*. b) Nodobertus 6*b*. 7*a. c*; Norbertus 4*a. b. c.* 5*a*; Nobertus 5*b*: *item infra.* c) utilitatis 4*a. b. c.* 5*b* (*non* 5*a*). d) *m. al. corr.* quam 4*a*, *et sic* 6*a. b.* 7*a. b. c.* e) beatus 2; beatissimum 4*b. c* (*pr. m.*). f) beatissimus *pr. m.* 6*b*. g) m. i. (*rasura sequitur* 4*a*) u. pr. 4*a. b. c.* 5*a*; u. *om.* 6*a*. h) hii 5*a*. 7*b. c.* i) Quod *add.* 6*a. b.* 7*a. b. c.* k) mei 4*a. b. c*; mi (*i. e.* mihi) 5*a*; *om.* 7*c*. l) *corr.* meosque 4*a*, *et sic* 6*a. b.* 7*a. b. c.* m) *m. al. corr.* dispendium 4*a. b*, *et sic* 4*c.* 5*a.* 6*a. b.* 7*a. b. c.* n) isdem 2. o) regressus *pr. m. corr.* regressi sunt 7*b*. p) que *m. al. add.* 4*b*, *habet* 4*c*. q) pr. i. 2. r) in *add.* 2. s) *m. al. corr.* oppidum L. 4*a*, *et sic* 6*a. b.* 7*a. b. c.* t) *ita* 2. 4*a*; visu *rell.* u) : v(e *in litura scr.*)ste 4*a*. v) quam 4*a. b. c.* w) *ita* 2. x) fr. mi 5*a*, *corr.* y) putas me 7*b*. z) ait inquietari 6*a. b.* 7*a*; inquietare (*sed* etare *in litura scr.* 4*c*; inquietari 7*c*) ait 4*a. b. c.* 5*a.* 7*c*. a) vestra 4*a. b. c.* 5*a. b.*

Cap. 33. a) Hiis 7*c*. b) cur *pr. m.* 6*a*. c) *corr.* cathedra 4*a*, *et sic* 6*a. b.* 7*a. b. c.* d) Avernice 4*c*; Arvernicense 5*a*, *corr.* e) Mauritii 6*b*. f) dirupta 4*c.* 5*a*. g) s. actu se pr. 2; et *postea add.* 5*a*; s. atque pr. 6*a. b.* 7*a. b. c.* h) eminere 7*b*; iminere 7*a*. i) concilium 2. k) *corr.* ipsius 4*a*. l) *om.* 4*a. b. c.* 5*a*; m. et ut et eius 7*c*. m) urbis 6*a*. n) unita 4*c*. o) *ita* 6*a. b.* 7*a. b. c*; cresceret 5*b*; disceret (*m. al. corr.* desceret 4*a*) *rell.* p) aulam 6*a. b.* 7*a. b. c.*

1) *Cf. p.* 121, *n.* 2. 2) *Godino episcopo Lugdunensi Theudericus III. rex ante mensem Octobrem a.* 688. *locum quendam ad villam Latiniacum spectantem concesserat (Pertz, Dipl. I. p.* 51), *ipseque Chlodoveo III. in placito Valentianensi a.* 693/4. *assistebat (Pertz p.* 58), *eoque regnante villam ecclesiae suae altera permutavit (charta Childeberti III. a.* 694/5: *Pertz p.* 59). *Idem est atque 'Goduinus metropolitanus episcopus Galliarum', qui Beda (Hist. eccl. V,* 8) *teste a.* 693. *Berctualdum archiepiscopum Cantuariorum ordinavit. Anno Childeberti III. primo, i. e. c. a.* 695, *privilegium ab Emmone episcopo monasterio S. Columbae concessum ratum habuisse dicitur; cf. Mabillon, Annales I, p.* 603. 3) *Eadem verba supra p.* 121, *l.* 20. *leguntur.* 4) *Mauricii ecclesia in suburbio sita Boniti nomen postea accepit eo translati.* 5) *Pro 'eminere', ut saepe.*

Mauricii[a] basilica apparuit[b], dicens: 'Vade et dic confratri[c] meo Proculo episcopo, hic[d] et hic ita peragat'. Etiam sui[d] ingressus locum designavit, dicens, quia: 'Per hunc locum ego regrediens[e] intrabo'. Unde certum tenens gaudensque promissum, ad eum deferendum dignos[f] dirigit sacerdotes, venerabilem scilicet Adelfium monasterii Magnilocensis abbatem[g] necnon et Eoaldum[h] Volvicensis[1] cenobii patrem Moderatumque[i] Teclatensis[k] monasterii[2] rectorem una cum reliquis sacerdotibus ac monachis, qui ad tale officium arbitrati sunt digni.

(35). Cumque Lugdunensem[a] ad industrium[b] virum Fulcoaldum[c], qui eo tempore praesulatus officio erat praeelectus, perventum fuisset atque suggestum[d], ille intulit, dicens: 'Voluntatem Dei inplorate[e], cui nullus resistere neque obviare potest, et si ipse vestrae peticionis[f] favens atque propitius esse voluerit, ego contraire non valeo'. Sed cum nostris hec optio data fuisset, et[g] incoatum[h], ut[i] oportebat, ieiunium, sanctorum[k] circumquaque orando redubia[l, 3] peragrantes, interventum[m] suae peticionis apud Dominum cum magna contricione deposcunt, verentes, ne frustrato labore ac vacui ad propria redirent. Iam die ita[n] transacto, cumque[o] in eodem monasterio[4], ubi vir Domini quiescebat, vigiliis[p] celebrare voluissemus, nobis aditum nullatenus mater ipsius congregationis permisit[q]. Tunc consilii fuit, ut[r] in ecclesia beati Stephani[s, 5] protomartiris[t] pernoctantes, sanctae agerentur excubiae. Unde cum ante diluculum in eandem[u] urbem ingressi[v] fuissemus, nec mora duo ab eodem praeelecto[w] sacerdote missi sunt, qui nobis optatum ac nimium desideratum nuntium detulerunt, dicentes: 'Ite', inquiunt, 'et, sicut petistis, reliquias vel artus[x] beati sacerdotis absque mora levate', quia ipsi, quod[y] voluntas omnipotentis[z] Domini foret[a], per scriptos probaverunt[b] breves.

Capp. 34. 35. **2. 4*a. b. c.* 5*a.* 6*a. b.* 7*a. b. c.***

Cap. 34. a) Mauritii 6*b*; Mau|rii 7*c*. b) apparuisse d. 7*c*. c) cum fratri 4*c*. d) *om.* 2. e) regredians *corr.* regrediæns 2; ingrediens 7*b*. f) s. dir. dignos 2. g) (abbatem — arbitra *in litura scr.*)ti 5*a*. h) Oaldum 5*a*. i) Moderat(um *in litura scr.*)que 4*c*. k) *ita* 2. 5*a*; Teclathensis 4*a. b. c*; Theclatensis 6*a. b.* 7*a. b. c*.

Cap. 35. a) urbem *add.* 6*a. b.* 7*a. b. c.* b) monasterium *pr. m.* 7*b*. c) Fulcoadum 4*a* (*pr. m.*). *b. c.* d) suggessum 4*a. b. c.* 5*b*. e) implora(te *m. al. in litura scr.*) 6*b*. f) petit(c)ioni 5*a*. 6*a. b.* 7*a. b. c.* g) *om.* 5*a*. 6*a. b.* 7*a. b. c.* h) inchoato (*sed* to *m. al. in litura scr.* 6*b*) — ieiunio 6*a. b.* 7*a. b. c*; peregissent *m. al. add.* 4*a*. i) ut o. *om.* 7*b*. k) c. (circunquaque 6*a*) s. 6*a. b.* 7*a. c* (*non* 7*b*). l) *ita* 2; redubias (*m. al. corr.* recubias 6*b*, res dubias 7*b*) 5*a*. 6*a. b.* 7*a. b. c*; excubias 4*a. b. c*; reliquias 5*b*. m) *corr.* interventu 4*a*. n) *om.* 6*a. b.* 7*a. c*. o) que *eras.* 4*a*, *om.* 6*a. b.* 7*a. b. c.* p) *ita* 2; vigilias *rell.* q) promisit 2. r) *superscr.* 5*a*. s) *om.* 2. t) *ita* 2; prothomarti(y)ris *rell.* u) eadem 4*b*, *corr.* v) regressi 6*a. b.* 7*a. b. c.* w) pr(a)electo 4*a. b. c.* x) a. s. b. 6*a*; b. s. a. 7*b*. y) qu(od *in litura scr.*) 4*c*. z) *om.* 2. a) fores 7*c*. b) probaverant 4*b*. 6*a. b.* 7*a. b. c*.

1) *Volvic (dép. Puy-de-Dôme). Monasterium virorum ab Avito episcopo Arverno Vulvici conditum erat, postquam Praeiectus et Amarinus ibi mortem occubuerunt; cf. SS. R. Merov. V, p.* 217. 2) *Teilhède (dép. Puy-de-Dôme). Simon archiepiscopus Bituricensis in instrumento visitationis suae exeunte saeculo XIII. factae non semel ad 'Teillede, latine Tecletas, prioratum Casae-Dei' accessisse dicitur; cf. Mabillon, Ann. ord. S. Bened.* (1703) *I, p.* 105. 3) *Glossae Isidori:* Redubias, reliquias; *cf. Cangium h. v.* 4) *Requiescebat in basilica S. Petri (cf. p.* 137, *l.* 7), *inter Ararim et Rhodanum sita, in illo puellarum monasterio, quod Aunemundus episcopus instituerat et ubi corpus ipsius sepultum est; cf. Leidradi archiep. Lugdun. ep. ad Carolum Magnum, MG. Ep. IV, p.* 543. *Mater monasterii infra c.* 37. *Dida appellata est.* 5) *Ecclesiae S. Stephani Lugdunensis tecta Leidradus archiepiscopus instauravit, quam domum* 52 *canonici tunc occupabant; cf. MG. Ep. IV, p.* 543 *sq.*

(36). Post hec cum ad locum sacri[a] tumuli perventum fuisset[b], et venerabilis sacerdos[c] Adelfius inibi sacrificium offerens altari adsisteret, duo gesta coram omnibus fuere non silenda miracula. Venientes itaque ipsius civitatis sacerdotes una cum sacrificio ac clericorum dignitate necnon cum modulamine[d] cantus[e], iuxta morem sanctae crucis praeferentes vexillum, mox aecclesia beati Stephani[f] ita contremuit, ut a summitate cacuminis usque ad fulcra[g] maceriae[h] casura videretur. Quae[i] basilica beati martiris iuxta eandem beati Petri apostoli, in qua vir Domini quiescebat, geminata consistit. Unde quis dubitet, quod sanctus sacerdos cum sanctorum cetu suo adventu[k] partibus suorum[l] civium[m] favens[n], emula[o] corda tanti[p] miraculi ab altercatione cessarent? Quod in sequenti[q] de eius praesentia idoneo patet miraculo.

(37). Nam quaedam puella[a] Deo dicata ad sepulcrum beati viri paralitica reptando, cunctis videntibus, venit. At[b] ubi cum sopore depressa iaceret, nec mora unus ex nostris[c] eam concite[d] surgere conpellit, quia cancellum, quod supra viri Dei corpus inerat, aliam in partem transponi non poterat. Ipsa ergo, ut ex[e] somno surrexit, continuo pedibus suis stetit ac membrorum quod amiserat officio reddita est, atque[f] ad matrem monasterii regressa, ita narravit, dicens: 'Ego vidi beatum sacerdotem, et mihi in hunc modum suae[g] iussionis verba deferri[h] praecepit: "Vade", inquid[i], "et dic abbatissae Didae, ut partem amfibali[k] mei, quod[l] capud[m] tegitur, secum retineat!" Hec ideo vir sanctus intulit, et[n] ut ipsa et cuncti qui aderant patule[o] cognoverunt[p], quod ipse ad propriam remearet[q] urbem et plebem, quem[r] superstes deliquerat[s], suarum[t] reliquiarum consolari cuperet adventu. Quae res nostris magnam contulit eum[u] levandi fiduciam.

(38). Moxque cuncti[a] nostris partibus faventes, magna[b] adminiculi[c] praestiterunt solatia[d]; usquequo Arvernorum[e] finem[f] ingrederemur, ita eorum prosecutio[g] perseveravit. Sed in eodem itinere quanta infirmantium multitudo fideli concursu ad corpus sancti sacerdotis velud[h] ad scolam medici[i] probatissimi confluebant[k], numerari difficile puto. Et vere bonus[l] ille medicus, qui[m] naturaliter bonus, nec unquam potest aliter esse quam bonus, qui tales habet[n] discipulos[o], qui non solum

Capp. 36—38. 1 (*a l.* 29). 2. 4*a. b. c.* 5*a.* 6*a. b.* 7*a. b. c.*

Cap. 36. a) *om.* 2. b) fuissent 5*a*, *corr.* c) *ita rell. (cf. p.* 137, 3*)*; pater 6*a. b.* 7*a. b. c* (*cf. p.* 125, 2). d) modulatione 4*a. b. c.* 5*a.* e) ca(n *in litura scr.*)tus 6*b.* f) *ita* 6*a. b.* 7*a. b. c*; Hieronimi 2; Iheronimi 4*a. b.* 5*a*; Ieronimi 4*c*; *cf. p.* 117. g) *ita* 2. 4*a. b*; fulchra *rell.* h) matherię 2; macheriae 7*b.* i) scilicet *add.* 4*a. b. c.* k) advenit 4*a*, *corr.* l) *in litura scr.* 4*c.* m) esset *add.* 6*a. b.* 7*a. b. c.* n) ut *add.* 6*a. b.* 7*a. b*; et *add.* 7*c.* o) aemula — cessarent *eras.* 4*a.* p) *ita* 2. 4*b. c.* 5*a*; tanto miraculo *rell.* q) *ita* 6*a. b.* 7*a. b. c*; in s. (de e. *om.*) p. ideo me patet 2; in(sequenti *in litura scr.*) p. : : (alio *in litura scr.*): p. 4*a*; in pr(a)esenti pr(a)esentia ideo me p. 4*b. c*; in sequenti p. ideo (me *om.*) p. 5*a. b*; *cf. supra p.* 119, 16: Me idoneum.

Cap. 37. a) D. d. p. 5*a.* b) *om.* 6*a. b.* 7*a. b. c.* c) ipsis 2. d) concite: (*ras.* t) urgere 4*c.* e) *ita* 2; a 4*c.* 5*b*; e *rell.*; *cf. p.* 126, 19. f) est. At mater 2. g) sue visionis 2; tuae i. 4*a. b*; tunc i. 4*c*; tibi *ante* suae i. *add.* 5*a.* 6*a. b.* 7*a. b. c.* h) *ita* 2; deferre (de *add.*, *sed expunct.* 7*c*) *rell.* i) *ita* 2. k) *ita* 2. 4*a. b. c*; amphibali *rell.* l) *corr.* quo 4*a*, *et sic* 6*a. b.* 7*a. b. c.* m) *ita* 2. n) ut et 5*a.* 6*a. b.* 7*a. b. c.* o) patulę 6*a.* p) *ita* 2; cognoscerent 5*a. b*; cognoverint *rell.* q) rimearet 2, *corr.* r) *ita* 4*a. b*; quam *rell.* s) *ita* 2. 4*a. b. c*; reliquerat 5*a. b*; dereliquerat 6*a. b.* 7*a b. c.* t) sua r. 2. u) cum 2.

Cap. 38. a) *om.* 2. b) magni 7*b.* c) amminicula 4*c*, *corr.* d) solatioa 4*c.* e) Avernorum 4*c.* f) fines 2. 5*b.* g) persecutio 2. h) *ita* 2. i) p. m. 5*a.* k) confluebat 6*a. b.* 7*a. b. c.* l) bonas 4*c*, *corr.* m) quia 6*a. b.* 7*a. b. c.* n) habent *pr. m.* 5*a.* o) *in* |pulos *redit* 1.

superstes, sed et post[a] discessum[b]. nec[c] non solum corporum, sed et animarum vulnera curando ad salutem revocavit[d] pristinam. Sed et, quam[e] plurimi in eodem itinere sanitatis comoda[f] meruerunt[g], nobis incognita[h] manent, quia vir sanctus sicut in praesenti studuit vita[i], ita et[k] nunc peragit in[l] miracula. Nam[m] si aliquis accepta suae salutis optata alicui referens[n] intimasset, statim qui[o] recesserat advenit[p] insania. Nam ego[q] ea quae oculis vidi aut a[r] probatis viris[s] didici, quamquam simplici atque inculto[t], meo eliciam[u] stilo. Sed quid plura dicenda[v] sunt? Sicut alibi quidam sapiens[w, 1] dixit: *Cui[x] pauca non[y] sufficiunt, nec multa proderunt.* Nam dum humeris veheretur, sicubi corpus eius[z] quievit depositum, statim vexillum crucis conseptum remansit, et rarum, ubi non ecclesiae fabricatae[2] miro[a] modo gratulentur[b].

(39). Sed cum Arvernorum[a] tellurem fuissemus ingressi, quanti nobiles viri hac[b] feminae occurrentes eum[c] suis humeris magna[d] cum alacritate ac devocione ferebant! Eratque inter eos[e] pia altercatio, ut[f] aut quis primus, aut quis plus eo[g] pio in opere laboraret. Cumque propinquius urbem accederent, magis magisque suas[h] ad[i] eum oves confluentes[k], atque ex nimio gaudio flentes nonnulli clamabant: 'Ecce', inquid[l], 'domine, urbem quam relinqueras[m] recognosce, gregem tibi a Deo[n] commissum tua intercessione defende[o]!'

(40). Post[a] hec cum[b] iam viri Dei reliquiae urbi[c] eminus graderentur, cum qua devocione atque apparatu[d] sacratissimo occurrisset episcopus, intimare[e] posse difficile puto. Nam in utraque parte tanta erat[f] populi cum clericis multitudo, ut exercitum coadunatum aut[g] nundinas crederes celebrari[h]. Cumque in eius occursum cum[i] sanctorum idem episcopus ex urbe pignora humeris deferens gradaretur[k], tam diligenter ac reverenter occurrerit[l], ut corporaliter se[m] sancti Dei sancto[n] sacerdoti occurrisse viderentur.

(41). Exinde[a] cum ab episcopo in ecclesia[b] beati Mauricii[c] portaretur[d], in

Capp. 38—41. 1. 2. 4*a. b. c.* 5*a.* 6*a. b.* 7*a. b. c.*

Cap. 38. a) potest d. 7*b.* b) discessus 2. c) nec *pr. m. superscr.*, non *eras.* 1; nec (*om.* non) s. 6*a. b.* 7*a. b. c*; (nec *om.*) non s. (*haec in litura scr.* 4*c*) 4*c.* 5*a.* d) revocant 2. e) pl. q. 2, *corr.* f) *ita* 1. g) que *add.* 5*a.* h) incognitum manet 6*a. b.* 7*a. b. c.* i) et *add.* 1. k) *superscr.* 4*a.* l) *ita* 1. 4*a. b. c.* 7*b*; *om. rell.* m) Nam et si aliquis *in litura scr.* 5*a.* n) i. r. 2; inferens i. 7*b.* o) *ita* 1. 2. 4*a (pr. m.). b. c (pr. m.)*; qu(a)e *rell.* p) adveniebat 6*a. b.* 7*a. b. c.* q) *om.* 5*a.* r) approbatis 7*b.* s) viri 5*a.* t) sermone *supra p.* 119, 8. *add.* u) *ita* (*vel* elitiam) 5*a.* 6*a. b.* 7*a. b. c et supra p.* 119, 8. *in prologo;* liciam 1. 4*a. b. c*; litiam 2. 5*b.* v) dicen| 4*b.* w) *om.* 1. x) non *add., sed eras.* 1. y) *bis scr.* 7*c.* z) *om.* 4*a. b. c.* a) ecclesie *iterum pro* miro 4*c.* b) gratulantur 1.

Cap. 39. a) t. f. A. 4*a. b. c.* b) *ita* 1; ac *rell.* c) cum 2. d) cum m. 1. e) *om.* 7*c.* f) ne 7*c*, *corr.* g) *om.* 6*a. b.* 7*a. b. c.* h) suae 5*a.* 6*a. b.* 7*a. b. c.* i) o. ad eum 2. k) confluebant 6*a. b.* 7*a. b. c.* l) *ita* 1. 2; inquiunt 5*a*; inquit *rell.* m) *ita* 2. 7*b*; reliqueras *(sed* a *m. al. in litura scr.* 1*) rell.* n) Domino 2. o) custodi 6*a. b.* 7*a. b. c.*

Cap. 40. a) Nam hec 2. b) eum 6*a.* c) ubi 7*b.* d) apparatus s. 1. 2. e) *ita* 2. 5*a*; intimari *rell.* f) *om.* 1. g) aud *pr. m.* 1; cr. aut n. 4*a. b. c.* h) cel. 6*a*; celebrare 7*b*, *corr.* i) *eras.* 1. 4*a*; *om.* 6*a. b.* 7*a. b. c.* k) *ita pr. m.* 1; graderetur *rell.* l) *ita* 1 *(pr. m.).* 2. 4*a. b. c*; occurrit 5*a.* 6*a. b.* 7*a. b. c.* m) *eras.* 4*a*; *om.* 2. n) *pro* s. *exhibent* cum 2, Deo 6*a.*

Cap. 41. a) Exin 5*a.* b) (a)ecclesiam 2. 4*a. b. c.* 5*a.* c) Mauritii 2. 6*b.* d) portarentur 4*a. b. c.*

1) *Sulpic. Sever. Dial. I,* 18, 1, *monente W. Levison.* 2) *Has ecclesias iterque quo Boniti corpus in patriam tunc reportatum sit frustra investigare studuit Vachez, 'La voie d'Aquitaine et la légende de Saint-Bonnet' ('Mémoires de la soc. littér. hist. et archéol. de Lyon', Lugduni* 1882, *p.* 238 *sqq.).*

ipso ingressu[a] quidam claudus nomine Waldinus[b], in foribus iacens, sancti sacerdotis praestolabatur adventum. Sed mox ut super eum viri Dei corpus transiit, ipse sanitatis gaudia sensit[c], et in eadem ecclesia usque hodie manens[d], valvarum custos existit.

(42). Post hec sancti sacerdotis membra dignae[a] sepulturae[b] tradita[1] iuxta beatorum[c] Petri et Pauli atque sancti Andreae altare[d], quorum reliquias praefatus pontifex ex Urbe iussit deferri, et magna cum devocione locum ipsum[e] dedicans, hac[f] pridie, carie[g] deposita, renovavit. Et dignum erat, ut quorum flagravit[h] amore, sancto igne succensus, eorum[i] eius[k] semper etiam sepulcrum iungeretur altario[l]. Deinde mausoleum beati sacerdotis auri argentique mirifice decoravit metallo, ubi multa[m], Domino opitulante, infirmis praestantur[n] remedia[o]. Sed[p] nunc e[q] pluribus[r] unum in praesenti narrabo miraculum.

(43). Quidam ex Burgundionorum[a] provincia nomine Ceronius[b] cecus advenit, cumque ad sepulcrum sanctum suae debilitatis[c] poposcisset[d] salutem, nobis videntibus, lumen recepit. Et non solum ipse, set[e] quicumque[f] ex eadem[g] provincia Burgundionum incomodi[h] advenissent, sospites ex infirmitate ad propria remearunt[i].

(44). Actenus velud[a] quodiculum[b] colligentes edidimus. Set[c] credimus[d], a vobis prudentioribus elegancius[e], sicut[f] necesse est, atque prudentius luculenciore viri Dei vita[g] extollatur[h] stilo, atque obmissa[i] requirendo diligentiori studio miracula alium[k] forsitan[l] libellum cudere[m] potest[n].

EXPLICIT[o] TRANSITUS[p] SANCTI BONITI[q] EPISCOPI[r].

Capp. 41—44. 1. 2. 4*a*. *b*. *c*. 5*a*. 6*a*. *b*. 7*a*. *b*. *c*.

Cap. 41. a) gressu 4*a*. *b*. *c*. b) *ita* 1; Valdinus *rell.* c) sentit 4*a*. *b*. *c*. 5*a*. d) *ita* 1. 2; permanens *rell.*

Cap. 42. a) *bis scr., sed corr.* 7*c*. b) sunt *m. al. add.* 4*a*, *habent* 5*a*. 6*a*. *b*. 7*a*. *b*. *c*. c) *pr. m. superscr.* 1; apostolorum *add.* 2. 6*a*. *b*. 7*a*. *b*. *c*. d) *om.* 6*b*. e) ipsius 2. f) *ita pr. m.* 1; ac *rell.* g) cariae 4*a*. *b*. 5*a*. *b*; *om.* 2. h) fraglavit 7*b*. i) igne succensus *iterata sunt* 2. k) s. e. 6*a*. *b*. 7*a*. *c*. l) *corr.* altari 4*a*. m) D. o. m. 2. n) *in marg. suppl.* 7*c*; praestante 6*a*. o) beneficia 4*c*. 6*a*. *b*. 7*a*. *b*. *c*. p) et *add.* 4*a*. *b*. *c*. 5*a*. *b*. q) et 1. 2. r) plurimum in pr. 2; pl. in pr. u. 6*a*; in pr. *om.* 4*a*. *b*. *c*.

Cap. 43. a) *ita pr. m.* 1; Burgundiorum 5*b*; Burgundionum *rell.* b) Ceromus 7*b*. c) debilitati 6*a*. *b*. 7*a*. *c*. d) popo|cisset 6*a*. e) *ita* 1. 2; sed et q. *rell.* f) que *om.* 2. g) adem 7*c*. h) a. incommodi 4*a*. *b*. *c*. i) remearent 7*b*, *corr.*

Cap. 44. a) *ita* 1; *om.* 2; velut *rell.* b) *ita scripsi;* codiculum 4*a*. *b*. *c* (condiculum *pr. m.*); quod diluculum 5*a*. *b*; indiculum 1. 2; quoddam indiculum 6*a*. *b*. 7*a*. *b*. *c*. c) *ita* 1. d) quod *add.* 6*a*. *b*. 7*a*. *b*. *c*. e) eligantius 2. f) sic, *om.* ut 2. g) iuxta 7*b*. h) extollitur 2. i) *ita* 1; obnixa 5*a*. *b*; omissa *rell.* k) *m. al. corr.* alius f. libellus 4*a*. l) fortan 4*b*, *corr.* m) condere 2; evidere 4*b*. *c*; fabricare *in litura scr.* 4*a*. n) *ita* 1 (*pr. m.*). 2. 4*b*. *c*. 5*a*; potestis 4*a* (*m. al. in litura scr.*). 6*a*. *b*. 7*a*. *b*. *c*. o) *subscr. om.* 4*a*. *b*. *c*. 5*b*. p) *ita* 2; vita 1. 5*a*; translatio *rell.* q) Bonitti 6*b*. 7*a*. *b*. *c*. r) *om.* (6*a*. *b*); et confessoris *add.* 5*a*.

1) *Translatio Boniti et dedicatio basilicae eiusdem VIII. Id. Iun. celebrabantur; v. supra p.* 112. *De ecclesia Boniti eiusque altaribus in Libello de ecclesiis Claromontanis c.* 4. *haec tradita sunt:* In ecclesia sancti Boniti altare sancti Mauricii, altare sancti Angeli, altare sancti Petri et sanctae Mariae; ibi requiescit sanctus Bonitus in corpore.

VITA HRODBERTI
EPISCOPI SALISBURGENSIS.

Iuvavum[1] *oppidum Noricum, iuxta quod aevo sancti Severini basilica extabat*[2]*, cum a.* 488. *universi Romani, oppidis super ripam Danubii relictis, praecepto Odovacaris in Italiam migrare iussi essent*[3]*, fortasse et ipsum incolis destitutum est, aedificiaque temporibus Romanorum constructa, cum regio Baiuvariorum esset, dilapsa et silvis obtecta iacuisse dicuntur*[4]. *Tamen nomen et loco et pago Iobaocensium mansit*[5]*, cum Romani tributarii et ducibus Baiuvaricis subiecti in circuitu habitarent*[6]. *Baiuvarii loco nomen Salzburg dederunt*[7]*, cuius territorium inter possessiones ducum erat, et 'castrum superius'*[8] *(hodie Hohensalzburg et Nonnberg) et 'oppidum' infra ad Salzach fluvium situm, atque* curtis publica qui dicitur Salzpurc *etiam paulo ante ducatum eversum tempore ultimo Tassilonis commemoratur*[9]. *Cum Bonifatius a.* 739. *apud Baiu-*

1) *De forma nominis cf. Mommsen, C. I. L. III,* 2, *p.* 668*; A. Holder, 'Alt-Celtischer Sprachschatz' II,* 96 *sq.* 2) *V. Severini auct. Eugippio c.* 13 *(ed. Mommsen p.* 25*). Caput* 24 *(p.* 33*) ad Ioviacum oppidum spectat, non ad Iuvavum, quod nomen in codices quosdam Austriacos errore irrepsit.* 3) *Ib. c.* 44 *(p.* 52*).* 4) *V. Hrodberti c.* 6. 5) *Notitia (Indiculus) Arnonis, inscriptio (ed. W. Hauthaler, 'Salzburger Urkundenbuch' I,* 1, 1898, *p.* 4*); Breves Notitiae I,* 3 *(ib. p.* 18*):* pagum Iuvavensem, *alias Salzburggau.* 6) *Not. Arnonis I,* 4. 5. *V,* 3. *VII,* 8. 11. 12*; Breves Notitiae II,* 6. 8. *IV,* 3. 7. *XIV,* 54*; appendix I,* 2 *(ib. p.* 5. 7. 14 *sq.* 19 *sq.* 23 *sq.* 44. 50*); cf. nomina in iisdem documentis occurrentia Romaniscus vicus, Trunwalha, Walahowis (Walchwis, Walwis), Walarsaeo, Walardorf, Walchsdorf similiaque. De reliquiis Romanorum cf. O. Kaemmel, 'Die Anfänge deutschen Lebens in Nieder-Oesterreich',* 1877, *p.* 7 *sqq.; I. Jung, 'Roemer und Romanen in den Donauländern'*[2], 1887, *p.* 259 *sqq.; Riezler, 'Gesch. Baierns' I,* 49 *sqq.; Hauck, 'KG. Deutschlands' I*[3], 364 *sq.* 7) *Tertium nomen loci* Petena *commemoratur in diplomate Caroli a.* 790 *(MG. Dipl. Karol. I, n.* 168*; W. Hauthaler et F. Martin, 'Salzburger Urkundenbuch' II,* 1, 1910, *p.* 1: Arno Petenensis urbis episcopus, que nunc appellatur Salzburch*) et in duabus epistulis Leonis III. papae a.* 798 *(Jaffé I*[2], *n.* 2495. 2498*; A. Brackmann, Germania pontificia I, p.* 8, *n.* 7. 8*; MG. Epist. V,* 58 *sq.; Hauthaler et Martin l. l. p.* 2. 6*:* ecclesiae Iuvavensium, quae et Petena nuncupatur*), sed origo nominis obscura est, atque interpretationibus quae factae sunt compluribus haud multum tribuerim. Neque vero mea quidem opinione de fide instrumentorum dubitare aut de nomine interpolato cogitare licet, etsi ratio eius adhuc latet.* 8) *Not. Arnonis I,* 1. *VII,* 1 *(p.* 4. 13*); Brev. Not. II,* 3. *IV,* 1. *VII,* 1 *(p.* 19. 22. 26*); V. Hrodberti c.* 9. 9) *Mon. Boica XXVIII,* 2, *p.* 60. 65, *n.* 75. 81*; 'Urkunden-Buch des Landes ob der Enns' I, p.* 446 *sq.*

varios quattuor dioeceses certis limitibus distinctas constituisset, Salzburg quoque oppidum sedes episcopalis facta est, quam Iohannes episcopus regendam suscepit[1]; *sed fides iam dudum ibi revixerat, aderat monasterium sedi episcopali aptum atque conditorem et patronum venerabatur Hrodbertum vel, ut aevo ipsius sine dubio audiebat, Chrodoberctum*[2].

Baiuvarii rudimenta religionis christianae iam pridem posuerant[3], *et ipsa domus ducalis Agilolfingorum, ubi primum occurrit, ei addicta fuisse videtur, e qua Theudelinda regina illa clarissima orta erat, filia Garibaldi ducis, de fide catholica inter Langobardos propaganda merita, atque in synodo Ascheimensi paulo post medium saeculum VIII. habita ecclesiae temporibus cum Tassilonis ducis tum 'priscorum antecessorum' eius conditae commemoratae sunt*[4]. *Eustasius abbas Luxoviensis († 629) Baiuvariis convertendis operam dedit, cumque ipse in coenobium rediret, viros sagaces qui operi inchoato insisterent reliquit*[5], *itemque Agrestius adversarius in Italiam transiturus in eadem regione laboravit*[6]. *Accuratius res ecclesiasticas a. 716. cognoscere licet, quo Gregorius II. pontifex pro legatis in Baiuvariam profecturis Capitulare edidit*[7]: *ecclesiae et presbyteri aderant, cum dioeceses nondum constitutae essent. Episcopi vagantes iura pontificalia exercebant, e quorum numero Haimhrammus fuisse videtur*[8], *neque a Bonifatio impugnati*[9] *desierunt, sed etiam ultimis annis Odilonis ducis Liuti episcopus vagans invenitur*[10]. *Alii in monasteriis residebant veluti Ratharius adventitius episcopus in ecclesia S. Haimhrammi Ratisbonensi*[11], *iidemque ut alibi ita apud Baiuvarios non semel et munere abbatis et dignitate episcopali praediti erant*[12]. *Cui generi Hrodbertus adnumerandus est, quippe qui absque dioecesi distincta 'episcopus et abbas'*[13] *monasterio a se ipso condito praesederit, e quo postea re vera sedes episcopalis orta est.*

Hrodbertum, etsi de aetate eius olim acerrime pugnatum est[14], *saeculo octavo ineunte vixisse, instrumenta gravissima certo certius demonstrant, scilicet Notitia Arnonis et Breves Notitiae Salisburgenses e chartis haustae. Quae cum donationes ecclesiae Iuvarensi ab initio concessas commemorent, a Theodone duce Hrodberti aequali exordiuntur, cumque seriem ducum continuam a Theodone per Theodebertum filium et Hucbertum nepotem († ante a. 736) ad Odilonem († 748) et Tassilonem (748—788) perducant*[15], *quae series e Libro confraternitatum S. Petri Iuvavensis a. 784. conscripto confirmatur*[16], *dubitari nequit, quin Theodo dux ille idem sit atque 'devotissimus dux Theoto' Corbi-*

1) *V. Bonifatii auct. Willibaldo c. 7 (ed. Levison p. 38); cf. Bonifatii epist. 45 (MG. Epist. III, 293).* 2) *Ad hanc formam nominis proxime Alcvinus accedit, sanctum in Litania (Migne CI, 523) post Remigium et Amandum invocans ita:* Sancte Chrodoberte ora pro nobis. 3) *Cf. Krusch, SS. R. Merov. IV, 458.* 4) *MG. Concilia II, 57.* 5) *V. Columbani auct. Iona II, 8.* 6) *Ib. c. 9.* 7) *MG. Leges III, 451 sqq.* 8) *Cf. Krusch l. l. p. 457 sq.* 9) *V. Bonifatii c. 7 (p. 37); MG. Epist. III, 315. 318. 324. 349. de Clemente Scotto.* 10) *Brev. Not. VIII, 10 (p. 29). Idem atque Liudinus episcopus videtur esse, cuius nomen inter episcopos defunctos Libro confraternitatum S. Petri col. 63, 6 (ed. Herzberg-Fränkel, MG. Necrologia II, 26) prima manu illatum est. Cf. supra p. 2.* 11) *Arnoldus, Mirac. S. Emmerammi I, 1 (SS. IV, 549).* 12) *Cf. Krusch, 'N. Arch.' XXV, 136 sqq.* 13) *Liber confrat. S. Petri col. 41 (l. l. p. 18):* Hrodperhtus episcopus et abba. 14) *E dissertationibus plurimis de hac quaestione compositis commemorentur W. Wattenbach, 'Ueber das Zeitalter des heiligen Rupert' ('Archiv für Kunde österreichischer Geschichts-Quellen' V, 1850, p. 499—522); B. Sepp, Vita S. Hrodberti primigenia authentica, Ratisbonae 1891, p. 36 sqq.* 15) *Cf. Not. Arnonis I, 1 (p. 4):* Primum quidem tradidit Theodo dux; *II, 1 (p. 5):* Succedente vero filio eius Theodberto duce; *III, 1 (p. 6):* Successor namque filius eius Hucbertus dux; *IV, 1 (p. 7):* Post hunc extitit Otilo dux; *V, 1 (ib.):* Post hunc vero successit filius eius Tassilo dux. *Cf. Brev. Not. III, 8. VI, 1 (p. 21. 25).* 16) *L. c. col. 62 (p. 26).*

niani aequalis[1], *a.* 716. *primus e Baiuvariis orandi causa Romam profectus*[2], *qui ducatum cum filiis partitus est*[1], *e quibus Theodebertus iam c. a.* 702. *potestate fruebatur*[3]. *Neque cum viris doctis anterioribus de altero Theodone sive ignoto sive omnino incerto*[4] *cogitari neque Hrodbertum aevo priori attribui posse, vel inde constat, quod etiam temporibus Virgilii abbatis et episcopi* (745—784)[5] *discipuli Hrodberti inter vivos erant*[6]. *Haec de aetate sancti plus iusto ventilata dixisse sufficiat.*

Hrodbertus in pago Salisburgensi primo ad Walarium lacum (hodie Wallersee) consedisse dicitur, ubi Fischach rivus e lacu profluit, ecclesiaeque Petri apostoli ibi sitae (hodie Seekirchen) originem auctor Brevium Notitiarum[7] *et biographus Hrodberti*[8] *ipsi attribuunt, referentes, Theodonem ducem locum cum servis et tributalibus episcopo concessisse, cum sola donatio a Theodeberto filio facta in Notitia Arnonis commemoretur*[9]. *Siquidem de iisdem neque de diversis possessionibus agitur, quomodo difficultas tollenda sit, non iam patet, sive de traditione Theodeberti consortis a patre confirmata sive de donatione Theodonis defuncti a filio roborata agitur sive hic vel illi testes erroris arguendi sunt. Prope lacum Romani habitabant, ad quos nomen ipsum referendum est, atque inter eos tributales in decem coloniis degentes fuisse videntur, una cum fundo ecclesiae traditi*[10]; *etiam tempore Arnonis episcopi Romani de silva iuxta Fischach rivum sita cum ecclesia S. Petri Iuvavensi litigabant, ad quam locus pertinebat*[11].

Oppidum enim Iuvavense sedes Hrodberti facta est, postquam Theodo dux et 'oppidum' et castrum superius cum confiniis ei concessit[12]. *Ubi ecclesiam Petro apostolo dicatam construxit*[13], *adiuncto monasterio, cui ipse et successores abbates praeerant. Cuius possessiones largitate Theodonis et successorum aliorumque fidelium magis magisque augebantur*[14], *multi Romani tributales coenobio subditi sunt, atque ut praedia plurima in circuitu iacebant, ita vineae prope Ratisbonam civitatem sitae a Theodone concessae sunt*[15], *neque salinae monachis deerant*[16]. *Coenobio postea ecclesiae parochiales permultae erant*[17], *quarum pars fortasse iam tempore Hrodberti orta est, atque in schola monasterii clerici futuri 'ad discendas litteras et officium Dei' instruebantur*[18]. *Oratorium sancti Maximiliani a Hrodberto in Pongau aedificatum ob lites postea exortas e numero ecclesiarum saepius commemoratur*[19], *cum cella coniunctum, quo 'monachos* s u o s *et* a l i o s *clericos' Hrodbertus ad officium divinum peragendum misisse dicitur*[20]; *unde eum ab initio etiam clericos indigenas adhibuisse nescio an concludere liceat*[21].

1) *V. Corbiniani auct. Arbeone c.* 10. 2) *Liber pontificalis, V. Gregorii II. c.* 4 *(ed. Duchesne I,* 398*).* 3) *Pauli Hist. Langobard. VI,* 21. 35. 4) *Cf. Krusch, SS. R. Merov. IV,* 458. 5) *De quo cf. H. Krabbo, 'Mittheilungen des Instituts für Oesterreich. Geschichtsforschung' XXIV,* 1903, *p.* 1—28. 6) *Brev. Not. VIII,* 13 *(p.* 29*).* 7) *I,* 4 *(p.* 18*); cf. append. I,* 1 *(p.* 50*).* 8) *V. Hrodberti c.* 6. 9) *II,* 3 *(p.* 6*).* 10) *Brev. Not. I,* 4 *(p.* 18*); append. I,* 1 *(p.* 50*).* 11) *Brev. Not. XIV,* 54 *(p.* 44*); append. I,* 2 *(p.* 50*).* 12) *Not. Arnonis I,* 1 *(p.* 4*); Brev. Not. II,* 3 *(p.* 19*); cf. V. Hrodberti c.* 7. 13) *Alcvini carmen n.* 109, 1 *(ed. Duemmler, MG. Poetae I,* 335*):* In ecclesia sancti Petri, quam sanctus Ruodbertus dedicavit. — — Petrus — — protegat hanc aulam, Christo donante, per aevum, | quam pater egregius Hrodperctus fecerat olim. 14) *Cf. Not. Arnonis et Brev. Not. De Piding villa a Hrodberto empta cf. Not. Arnonis I,* 2 *(p.* 5*); Brev. Not. II,* 4 *(p.* 19*); Vita c.* 8. 15) *Not. Arnonis I,* 7 *(p.* 5*); Brev. Not. II,* 10 *(p.* 20*).* 16) *Not. Arnonis I,* 3 *(p.* 5*); Brev. Not. II,* 5 *(p.* 19*).* 17) *Not. Arnonis VI,* 26—28 *(p.* 11 *sqq.).* 18) *Ib. VIII,* 4. 5 *(p.* 16*); Brev. Not. III,* 11. 12 *(p.* 22*).* 19) *Not. Arnonis VIII; Brev. Not. III. VIII.* 20) *Brev. Not. III,* 10 *(p.* 22*). In Not. Arnonis VIII,* 4 *(p.* 16*), soli monachi commemorantur.* 21) *Cf. Rettberg, 'KG. Deutschlands' II,* 241, *n.* 5.

Quot monachi sub eo in coenobio degerint, latet; cum nomina monachorum defunctorum a. 784. Libro confraternitatum illata sunt, soli undeviginti comperti habebantur, qui ante Virgilium (745—784) obierant, cum nonaginta fere monachi tempore huius mortui adnotarentur, unde numerum maiorem minoremve iam oblivioni traditum esse veri simile est. E sociis Kyslarius et Kunialdus presbyteri et monachi commemorantur[1]*, qui in libro illo inter monachos defunctos primum locum occupant*[2]*, una cum ipso Hrodberto a. 774. a Virgilio translati*[3].

Etiam monasterium sanctimonialium Mariae virgini sacrum episcopus in castro superiore (hodie Nonnberg) permissu Theodeberti ducis construxit, a quo coenobium large ditatum est. Moniales, quibus Arindrud neptis Hrodberti praefecta est[4]*, initio secundum regulam Benedicti vixisse non constat; saeculo nono canonicae fuisse videntur, quo aevo biographus Hrodberti rettulit episcopum conversationem earum 'rationabiliter, sicut canonicus deposcit ordo', disposuisse.*

Posteri Hrodbertum quasi conditorem episcopatus celebrabant velut poeta, qui c. a. 855. *versus de ordine episcoporum comprovincialium composuit*[5]*:*

Dicta Iuvavo fuit quondam metropolis ista,
Quam primo fundans Hrodbertus rexerat almus;

sed dioecesis non ante Bonifatium constituta est, atque Hrodbertus potius pro episcopo monasterii habendus est, quod postea sedes episcopi et dioecesani (a. 739) et metropolitani (a. 798) fiebat, et tunc demum sancto consilium attributum est 'episcopii sedem' constituendi[6]*. Neque vero 'Salzburc monasterium'*[7] *cum ecclesia S. Petri, in qua Hrodbertus sepultus est, caput dioecesis esse desiit, sed episcopatus apostolo iam eodem modo dicatus erat quo coenobium*[8]*, atque Alcvino gaudere licebat, quod fratres cum archiepiscopo de-*

1) *Brev. Not. VIII,* 13 *(p.* 29*); epist. Leonis III. a.* 798 *(MG. Epist. V,* 59*; Hauthaler et Martin l. l. II, p.* 6*):* ibique requiescit corpus sacri pontificis Hruodberti una cum venerabilibus suis sodalibus, scilicet Chunialdo atque Kyslario, quorum corpora ibidem a fidelibus honorantur. *Etiam ab Alcvino, carm. n.* 110, 4 *(Poetae I,* 341*),* presbyter egregius Gislarius *celebratur.* 2) *Liber confrat. S. Petri* 42, 1. 2 *(p.* 18*):* Kyslariŏs presbyter et monachus. Kunialdus presbyter et monachus. 3) *MG. Necrologia II,* 170 *(= SS. IX,* 774, *n.* 67*); SS. XI,* 8, *cum n.* 32 *(= Sepp l. l. p.* 18*).* 4) *Not. Arnonis VII; Brev. Not. IV; cf. Vitam c.* 9. *In Libro confraternitatum col.* 70 *(p.* 29*)* Arindrud abbatissa *inter sanctimoniales defunctas primum locum occupat, quartum* Rēgindrud abbatissa, *cuius nomen postea ut* Regendrudis regine et fundatricis nostri monasterii sancte Erentrudis *moniales Necrologio proprio die* 26. *Maii intulerunt (Necrologia II,* 69*), itemque in charta Chunradi archiepiscopi a.* 1116. *inter possessiones Titimaenningen commemoratur,* quem etiam locum Regindrut regina dedit *('Urkunden-Buch des Landes ob der Enns' II,* 151*; A. v. Meiller. Regesta archiepisc. Salisb.,* 1866, *p.* 5, *n.* 21*). Cum autem hanc villam a Theodeberto duce concessam esse constet (Not. Arnonis VII,* 7, *p.* 14*; Brev. Not. IV,* 8, *p.* 24*), Ragindrud uxorem eiusdem fuisse volunt, id quod satis incertum est. Castrum superius Salisburgense postea* castellum sanctae Erindrudis *vocabatur, e. gr. a.* 977 *(Sickel, MG. Dipl. II,* 185*; Hauthaler et Martin l. l. II, p.* 104*); cf. codicem Martyrologii Bedae Salisburgensem, saec. IX (cod. Monac. Lat. n.* 15818, *fol.* 129'*) ad diem* 4. *Septembris:* In castello Iuvavo Erindrudis virginis *(Sepp p.* 33, *n.* 32*; H. Quentin, 'Les martyrologes historiques du moyen âge',* 1908, *p.* 30*).* 5) *SS. XIII,* 351*; Poetae II,* 637. 6) *Cf. Brev. Not. I,* 2. *II,* 1—3 *(p.* 18 *sq.).* 7) *Not. Arnonis VI,* 25. *VIII,* 4. 6. 7 *(p.* 10. 16*); append. III (p.* 52*); Ann. S. Emmerammi a.* 803 *(SS. I,* 93*).* 8) *Cf. e. gr. Not. Arnonis, praescr. (p.* 4*):* ad episcopatum beati Petri; *diploma Ludowici a.* 816 *(Mühlbacher, Reg. I*[2]*, n.* 606*; Hauthaler et Martin l. l. II, p.* 15*):* sedem, quae est in honore sancti Petri principis apostolorum, ubi etiam sanctus Hruotbertus corpore requiescit.

gentes 'secundum sanctitatem regularis vitae' viverent[1]. Tamen eo tempore praeter monachos etiam canonici aderant[2], cumque Virgilius episcopus a. 774. alteram ecclesiam Hrodberto dedicasset[3], corpore sancti translato[4], ut monachi ecclesiam S. Petri retinebant[5], ita canonici officiis divinis in ecclesia S. Hrodberti fungebantur, quae paulatim 'sedes principalis dioecesis' facta est[6], quamquam archiepiscopus usque ad saeculum XII. apud monachos residebat, qui etiam postea iuribus quibusdam honorariis fruebantur. Fundamentum episcopatus monasterium fuerat, ita ut posteri Hrodbertum eius conditorem primo loco inter episcopos celebrarent.

Annus, quo Hrodbertus vita functus sit, non compertus habetur; sed dubitari potest an primum decennium saeculi octavi compluribus annis superaverit. Nam cum Bonifatius a. 739. rebus ecclesiasticis Baiuvariorum in ordinem redactis quattuor dioeceses constituit sedique Salisburgensi Iohannem episcopum praefecit[7], iam quinque viri coenobio S. Petri post Hrodbertum praefuerant, teste Libro confraternitatum (col. 41), in quo 'ordo episcoporum vel abbatum defunctorum' legitur hic[8]:

Hrodperhtus episcopus et abba,
Anzogolus abba,
Vitalis episcopus et abba,
Savolus abba,
Izzio abba,
Flobrigis episcopus et abba,
Iohannis episcopus et abba (inde ab a. 739).

Qui, si libello de Conversione Baiuvariorum (c. 2)[9] fidem habere licet, unus alteri defuncto successerant, neque Anzogolus et Savolus et Izzio abbates episcopis subiecti erant neque tantum vices eorum in monasterio regendo praestabant[10], quo munere tempore Arnonis Beretricus et Ammiloni functi esse videntur[11], sed omnes pariter abbates fuerunt, modo dignitate episcopali praediti, modo hac carentes, quemadmodum Virgilius abbas Scottus (745—784) etiam post Iohannem per 22 annos sedi praefuit, priusquam a. 767. se episcopum consecrandum curavit[12]. Quodsi quinque illi ante a. 739. Hrodberto successerant, obitus eius aut antea aut non multo post a. 710. collocandus videtur esse[13].

1) Alcvini epist. 184 (MG. Epist. IV, 310); cf. n. 168 (p. 276) de vita monachorum, n. 258 (p. 416) de monachis et canonicis. 2) Primum a. 767. eorum mentio fit; cf. Brev. Not. XIII, 7 (p. 35). 3) Hrodbertus Petro apostolo adiunctus est; cf. Translationem Hermetis a. 851 (SS. XV, 410): ecclesiam sancti Petri et sancti Hrodberti. 4) Cf. infra p. 145. 5) Cf. e. gr. Hauthaler, 'Salzburger UB.' I, 256 (paulo post a. 923): ad sanctum Petrum necnon et viris Dei monachis, scilicet sanctum officium ibidem in ecclesia sancti Petri principis apostolorum celebrantibus. 6) Cf. chartam Arnulfi a. 891 (Mühlbacher I², n. 1861; Hauthaler et Martin l. l. p. 69): ad iam fatam diocoesis suae sedem principalem, hoc est aecclesiam in honore sancti Hrodberti confessoris Christi constructam. 7) Cf. p. 141, n. 1. 8) MG. Necrologia II, 18. 9) SS. XI, 6. 10) Quod hi tres in versibus de ordine comprovincialium pontificum c. a. 855. compositis omissi sunt (Poetae II, 637; SS. XIII, 351), nihil facit, cum soli episcopi ibi commemorentur. Etiam hi abbates in catalogis pontificum posterioribus falso episcopi facti sunt (SS. XIII, 353). 11) Hi Libro confrat. S. Petri 8, 5. 6 (p. 7) alia manu illati sunt; cf. Herzberg-Fränkel, 'N. Arch.' XII, 81 sq.; Abel-Simson, 'Jahrbücher des Fränk. Reiches unter Karl d. Gr.' I², 1888, p. 653 sq. Ammiloni abbas ab obitu Arnonis ad consecrationem Adalrammi (a. 821) sedi praefuisse fertur (SS. XI, 10), et ut ipse inter hos, ita Beretricus abbas inter Virgilium et Arnonem catalogis insertus est (MG. Necrologia II, 46; SS. XI, 20. XIII, 353). Deinde abbates coenobii peculiares ante a. 987. non occurrunt. 12) Conversio c. 2 (SS. XI, 6); cf. Bonifatii epist. 68. 80

Episcopum 'die resurrectionis Domini' obiisse biographus (c. 10) rettulit, sive de die paschali anni emortualis cogitavit sive de die distincto 27. Martii, quo resurrectio contigisse tradebatur, Kalendariaque inde a parte posteriore saeculi noni adsunt, quibus obitus Hrodberti ad hunc diem illatus est. E quorum numero antiquissimus est codex Martyrologii Bedae Salisburgensis, iam Monacensis Lat. n. 15818 (Salisb. cap. 18), saec. IX. aut medio aut ad finem vergente exaratus[1], *cui (fol. 109) die 27. Martii inscriptum est:*

Hierosolimis resurrectio domini nostri Iesu Christi — — et depositio sancti Hrodberti episcopi et confessoris.

Idem codex (fol. 133') die 24. Septembris alteram festivitatem Hrodberti exhibet:

Eodem die dedicatio basilicae sancti Hrodberti episcopi et confessoris[2],

atque hoc die, quo Conceptio Iohannis Baptistae antiquitus celebrabatur, a. 774.[3] *a Virgilio episcopo novam ecclesiam in honorem Hrodberti dedicatam et sanctum cum Gisilario et Chunialdo sociis ex ecclesia S. Petri in alteram translatum esse posteriores expressius tradiderunt*[4], *Kalendariaque plura inde a saeculo X. per medium aevum eodem modo utrumque diem festum attulerunt*[5], *e quibus Frisingense c. a. 990. exaratum (nunc codex Monacensis n. 6421) citetur*[6],

die 27. Martii: Resurrectio Domini, sancti Hrudberti episcopi et confessoris,

et die 24. Septembris: Conceptio sancti Iohannis Baptistae, et sancti Rudberti confessoris et episcopi et dedicatio eius ecclesiae.

Econtra homiliae duae[7] *(saec. IX. et X) in honorem sancti compositae, de quibus infra agendum est, discrepant, quae praescriptione attestante non die dedicationis et translationis, sed* in natale sancti Rodperhti (Hrodperti) episcopi, VIII. Kal. Octobris *legendae erant*[8]; *quibuscum de die 24. Septembris convenit et Kalendarium S. Maximini Treverensis saec. IX/X, olim in bibliotheca Goerresiana Confluentibus asservatum*[9]*:* Natale sancti Hrotberti episcopi, *et sacramentarium Ratisbonense saeculi X. exeuntis (hodie Veronense)*[10]*:* Saltisburgo sancti Ruodberti episcopi. *Unde I. Friedrich*

(Epist. III, 336. 360); Notit. Arnonis VIII, 7 (p. 16); Brev. Notit. XIII, 2 (p. 34). 13) *Tamen argumentum illud compluribus probatum non idoneum mihi videtur esse, quod e mandato a Gregorio II. papa a. 716. edito (MG. Leges III, 451 sqq.) petitum est, scilicet papam legatis officium episcopos novos consecrandi non iniunctum fuisse, 'si s. Hrodbertus etiamtunc in vivis fuisset' (ita Sepp l. l. p. 46).*

1) *De aetate codicis, quem ipse vidi, cf. Chroust apud Strnadt, 'Archivalische Zeitschrift, Neue Folge' IX, 1900, p. 205 sq.* 2) *I. Friedrich, 'Ueber die vita s. Ruperti der Handschrift Nr. 790 der Grazer Universitätsbibliothek' ('Münchener Sitzungsberichte' 1883, p. 521 sq.); Sepp p. 16; Quentin l. l. p. 30.* 3) *Cf. Abel-Simson l. l. p. 215 sqq. Testes antiquissimi sunt Annales Iuvavenses a. 774. et maiores (SS. I, 87. III, 122):* Translatio sancti Hrodperhti, dedicata ecclesia sancti Rodberti, *et minores (SS. I, 88):* Translatus est sanctus Hrodebertus, *et Annales S. Emmerammi maiores (ib. p. 92):* Sanctus Hrodpertus translatus est. 4) *MG. Necrologia II, 170 (= SS. IX, 774, n. 67); SS. XI, 8, n. 32 (= Sepp p. 18). De festivitate Hrodberti autumnali egregie disseruit W. Erben, 'Herbstruperti' ('Mitteilungen der Gesellschaft für Salzburger Landeskunde' L, 1910, p. 45—90).* 5) *Cf. A. Lechner, 'Mittelalterliche Kirchenfeste und Kalendarien in Bayern', 1891, passim; A. Ebner, 'Historisches Jahrbuch' XII, 1891, p. 814 (cf. XIII, 1892, p. 262).* 6) *Lechner l. l. p. 11. 19; Friedrich p. 522. 538; Sepp p. 16, n. 38.* 7) *Extant in codicibus Monacensibus Lat. n. 14418, saec. IX, et n. 3833, saec. X; cf. infra p. 147.* 8) *Friedrich p. 518 sqq.* 9) *'Archiv' XI, 290.* 10) *L. Delisle, 'Mémoire sur d'anciens sacramentaires' ('Mémoires de l'Académie des Inscr. et*

v. c.[1] conclusit, obitum sancti primitus die 24. Septembris celebratum esse neque biographum de die 27. Martii cogitasse, sed de die dominico, qui saepius apud priscos dies resurrectionis Domini vocatur[2] pluribusque sanctis pro die mortis temere attributus est, ita ut nisi Vita male intellecta dies 27. Martii pro emortuali non habitus esset. At vereor, ne vir doctissimus erraverit[3]; nam e loco Vitae minus recte accepto iam post pauca decennia diem festum novum ortum esse mihi vix veri simile videtur, atque Martyrologium Salisburgense a. 818. exaratum (iam codex Monacensis Lat. n. 210), aliis Kalendariis antiquius, etsi die 27. Martii nomen Hrodberti non illatum est, die 24. Septembris testatur[4]: Dedicatio sancti Rodperthi episcopi Iuvavensis. Itaque hoc die non obitum, sed dedicationem et translationem a Virgilio factas contigisse diemque in codicibus illis errore pro 'natali' habitum esse statuerim, nisi quis credat verbum sensu latiore pro qualibet festivitate sancti accipiendum esse[5]. Cum autem dies 27. Martii aut cum sollemnitate paschali aut cum tempore quadragesimae conveniret, diem obitus 'propter officia quadragesimae vel ipsius paschae raro, sicut dignum esset, celebrari' auctor posterior haud absone rettulit[6], eoque magis dies translationis minus occupatus pro emortuali vel 'natali' haberi poterat. Die igitur 27. Martii etiam antiquitus depositionem Hrodberti celebratam esse, simillimum veri mihi videtur.

At alius error de die obitus per multa saecula praevaluit. Nam cum 'resurrectio Domini' a prioribus diei 27. Martii constanter adscripta esset, verba biographi inde a saeculo XI. de die dominico paschali interpretati sunt[7], atque cum hac opinione gravior error de aevo sancti coniunctus est. In qua re saeculo XI. atque etiam XII. haud ita longe a vero aberrabant. Nam et Arnoldus monachus S. Emmerammi Hrodbertum et Corbinianum temporibus unius et eiusdem Theodonis ducis attribuit[8], et ipsi Salisburgenses obitum eius a. 693. contigisse[9] et 110 annos a temporibus Hrodberti usque ad Arnonem elapsos esse statuerunt[10], atque Otto Frisingensis rerum scriptor ille clarissimus Hrodbertum et Corbinianum et Bonifatium vel tempori Pippini regis posteriori adscripsit[11]. Eodem autem saeculo quidam, cum numerum annorum a transitu Hrodberti elapsum 'diffinite scriptum' non repperisset, a. 1129. tempus computandum suscepit, cuius opusculum a. 1186. ab altero retractatum est[12]. Auctores igitur, cum Hrodbertum a biographis anno secundo Childeberti regis attributum esse legissent, tertium regem huius nominis ignorantes, primo tempora Childeberti primi et secundi plus minus mendose e

Belles-Lettres' XXXII, 1, 1886), p. 194. Tamen ratio festivitatis in hoc codice non commemoratur.
1) L. l. p. 520 sqq. 536 sq. 2) Cf. e. gr. SS. R. Merov. V, 829. 3) Cf. ea quae dixi 'N. Arch.' XXVIII, 319 sq.; Erben l. l. p. 46 sqq. 4) A. Chroust, Monumenta palaeographica I, 1, 1899, ad tabulam I; Strnadt l. l. IX, 206 (ubi codex saeculo X. non recte attributus est). 5) Id quod voluit Sepp p. 15, neque vero ipse acceperim. Cf. Du Cange (ed. Favre) V, 572: 'Natalis, vox etiam usurpata in festo translationis reliquiarum'. 6) SS. XI, 8, n. 32; Sepp p. 18. 7) Cf. Vitam C (Sepp p. 58): Cum ergo dies quadragesimalis observantiae agerentur, febrium ardore vir Dei fatigari coepit. Cumque sanctissima dies resurrectionis Christi inluxisset, — — emisit spiritum; Officium proprium S. Ruperti (v. infra p. 155, n. 2), p. 1 (hymnus: Chevalier, Repert. hymnolog. I, n. 5292): Sic suum contigit phase | sacro paschae tempore. 8) Mirac. S. Emmerammi I, 1 (SS. IV, 549). 9) Catalogus I. episcoporum, saec. XI (SS. XIII, 353); codex A 1 (saec. XII) Conversionis c. 2 (SS. XI, 6); codex Vindobonensis n. 2090 (Salisb. 311), saec. XII, fol. 1 (ib. p. 15). 10) Catalogus I (SS. XIII, 354). 11) Chronicon V, 23 (SS. XX, 224). 12) Computationes et has et tertiam a. 1165. a Rudolfo magistro factam edidit Wattenbach, SS. XI, 15—17. Cf. B. Sepp, 'Die Berechnungen des Todesjahres des hl. Rupert' ('Oberbayerisches Archiv' XLIX, 1895/96, p. 408—431).

chronicis cum Reginonis tum Herimanni Augiensis eruerunt; deinde, cum dies 27. *Martii pro emortuali celebraretur obitumque Hrodberti festivitate paschali contigisse iam crederetur*[1], *annum mortis invenisse sibi videbantur, quaerentes, quando dies dominicus paschalis sub Childeberto rege in diem* 27. *Martii incidisset, sicque obitum sancti annis aut* 533. *vel* 544. *aut* 623. *vel* 628. *attribuerunt. Qui error praevaluit, et iam saeculo XII.* transitus sancti Ruoberti *ad a.* 628. *Annalibus Salisburgensibus inscriptus est*[2], *cum Annales Admuntenses*[3] *et Auctarium Garstense*[4] *annum* 623. *exhibeant, ne de posterioribus dicam inter saecula VI. et VII. fluctuantibus. Tandem Valesius, ut erat vir acutissimus, Hrodbertum aevo proprio restituit*[5], *cuius iudicium Mabillonius*[6] *et Hansizius*[7] *aliique pluribus rationibus confirmaverunt, cumque adversarii contra 'Hansizianos' pro 'traditione' Salisburgensi quam acerrime pugnarent, bellum usque in dies nostros prorogatum est*[8], *neque vero dubium est, quin Hansiziani omnino evicerint*[9].

Anno, quo Karolus rex, Tassilone duce deposito, Baiuvariam 'ad opus suum recepit' (788), *cum donationes ducum, nisi a rege confirmarentur, stabiles non essent*[10], *Arno episcopus* (785—821) *traditiones ecclesiae Salisburgensi ab ipsis ducibus vel ab aliis 'ex causa dominica' factas in 'notitiam' redigendas curavit, eique etiam donationes Hrodberto concessae illatae sunt. Sed gesta eius nondum conscripta erant neque Vita patroni composita est nisi saeculo nono. Homiliae duae habentur in honorem Hrodberti conscriptae, atque altera fortasse iam eo tempore orta est, quo Vita nondum aderat. Qui sermo in codice Monacensi n.* 14418 *(Em. E.* 41*), saec. IX, fol.* 57′—59′, *inter Vitas sanctorum abbreviatas*[11] *ad legendarium quoddam pertinentes legitur*[12], *sed Hrodberti nihil nisi nomen est, cum textus ex homilia secunda in honorem sancti Eusebii Vercellensis a Maximo Taurinensi composita*[13] *descriptus sit, solo nomine immutato*[14]. *Altera homilia e sermone Alcvini in honorem sancti Vedastis conscripto*[15] *ad verbum excerpta est neque magis ad gesta Hrodberti cognoscenda facit; codex Monacensis n.* 3833 *(Aug. eccl.* 133*), in quo ea fol.* 183. *legitur*[16], *saeculo X. exaratus est, cum Vita Hrodberti, immo duae ipsius editiones iam prodierant.*

Anno 774. *Virgilius abbas et episcopus* (745—784) *corpus Hrodberti ex ecclesia S. Petri monasteriali in ecclesiam maiorem modo constructam transtulit, eoque fere tempore Vitam sancti antiquissimam compositam esse viri docti coniecerunt*[17], *neque vero*

1) *Nituntur Officio proprio Hrodberti, e quo et locum hymni (v. supra p.* 146, *n.* 7*) et antiphonam (Officium proprium p.* 5*) afferunt (SS. XI,* 16, *fonte non adnotato).* 2) *SS. I,* 89. *De aetate Annalium cf. Wattenbach, SS. XI,* 17, *n.* 1. 3) *SS. IX,* 571. 4) *Ib. p.* 563. 5) *Rerum Francicarum tomus III,* 1658, *p.* 468. 6) *AA. SS. ordinis S. Benedicti III,* 1, *p.* 340 *sqq. V,* 906; *Annales I,* 610 *sq.* 7) *Germania sacra II,* 1729, *p.* 49 *sqq.* 919 *sqq.* 8) *Cf. supra p.* 141, *n.* 14. 9) *Cf. supra p.* 141 *sq.* 10) *Cf. diploma Karoli a.* 791. *pro monasterio Cremifanensi datum (MG. Dipl. Karol. I, n.* 169*):* quia iam per dicti Tassiloni traditionem hoc firmiter et stabile minime permanere poterat; *Th. Sickel, 'Beiträge' III ('Wiener Sitzungsberichte' XLVII,* 1864, *p.* 203*).* 11) *Cf. SS. R. Merov. III,* 23. 66. *V,* 418. 12) *Catalogus codicum Latin. Monac. II,* 2, *p.* 169; *'N. Arch.' II,* 272 *(incipit:* [Ad] sancti ac beatissimi patris nostri Rothperti*). Homilia eadem extare videtur in codice Vindobonensi n.* 4185 *(Salisb.* 101*), saec. XV, fol.* 79, *quantum e verbis initialibus efficitur (Tabulae codicum mss. in bibliotheca palatina Vindobonensi asservatorum III,* 196; *cf. 'Archiv' X,* 549*).* 13) *Homilia Maximi n.* 78 *(Migne LVII,* 417 *sqq.).* 14) *Cf. Friedrich l. l. p.* 518 *sq.; codicem non vidi.* 15) *AA. SS. Febr. I,* 800. 16) *Cf. Friedrich l. l. p.* 519 *sq.; codicem non vidi. Homiliam, ut videtur, fere eandem typis expressam 'ex antiquis breviariis' exhibet Officium proprium S. Ruperti a.* 1866. *Salisburgi editum (v. infra p.* 155, *n.* 2*), p.* 9; *incipit:* Gaudete, dilectissimi fratres, in Domino. 17) *Mayer editor (v. infra p.* 153*) p.* 604;

gravior ratio afferri poterat, nisi quod Vita Breves Notitias Salisburgenses praecessisset, quae ultimis annis saeculi VIII. conscriptae esse credebantur. Sed ut chartas quae in iis excerptae sunt saeculo octavo posteriores non esse constat, ita aetas collectionis qualis hodie extat haud ita certa est, neque tempus biographi e tempore Notitiarum cognosci licet, sed vice versa[1]. Vitam autem post annum 790. compositam esse, recte monuit I. Friedrich[2], comparata charta, qua Karolus rex mense Decembri anni illius, notitia Arnonis sine dubio oblata, possessiones ecclesiae Salisburgensis Arnone petente confirmavit[3], scilicet

omnes res episcopatus — — que a longo tempore tam de datione regum aut reginarum seu ducum vel reliquorum Deum timencium hominum ibidem iuste et racionabiliter tradite vel delegate sunt;

quae verba auctori Vitae in animo versabantur scribenti (c. 8):

Et sic deinceps, Deo auxiliante, ex datione regum sive ducum seu ex traditione fidelium virorum loci res adcrescere coeperunt,

idque eo magis statuere licet, quod ceterae quae servatae sunt confirmationes possessionum et immunitatis a. 816. et 837. concessae[4] ut verbis similibus utuntur, ita liberalitate pro datione ponunt, vocabulo satis raro, nisi quod in chartis Karoli M. saepius occurrit.

Deinde enuntiata (c. 8. 9), quibus auctor de monasteriis S. Petri et S. Mariae conditis rettulit:

primo Deo formosam aedificans ecclesiam — — ac demum claustram cum ceteris habitaculis ad ecclesiasticorum virorum pertinentibus usum (ita Vita D; usum om. 1. 2a. b; vir. ius pert. 2a. b; cf. p. 149, 14) per omnia ordinabiliter construxit; colligens congregationem sanctarum monialium et earum conversationem rationabiliter, sicut canonicus deposcit ordo, per omnia disponens,

miro modo ad capitula quaedam[5] accedunt, quae partim e charta de legationis edicto (admonitione generali) a. 789. conscripta[6] excerpta sunt, partim sive verbis sive rebus cum capitulari a. 802. pro missis dominicis edito[7] conveniunt atque fortasse et ipsa eodem fere tempore missis[8] mandata sunt, et nescio an monere liceat, Arnonem archiepiscopum iis ipsis annis (802—807) munere missi iussu imperatoris functum esse[9]. Ibi igitur inter alia capitula haec leguntur[10]:

34. Ut abbatissae canonicae et sanctimoniales canonice secundum canones vivant et claustra earum ordinabiliter composita sint.

Sepp l. l. p. 15. 19 sqq.; Hauck I², 359. II², 417; G. Ratzinger, 'Forschungen zur Bayrischen Geschichte', 1898, p. 419. De tempore, quo Vita composita sit, ipse egi in dissertatione 'Die älteste Lebensbeschreibung Ruperts von Salzburg' ('N. Arch.' XXVIII, 285 sqq.); quam expendens nonnulla monuit B. Krusch, ib. p. 611—617 (cf. etiam Hauck I³, 372, n. 1).

1) Cf. ea quae disserui l. l. p. 312 sqq. 2) L. l. p. 513 sqq. Vitam saeculo VIII. posteriorem esse statuerunt etiam A. Huber, 'Geschichte Oesterreichs' I, 68; Wattenbach, 'Geschichtsquellen' I⁷, 137; Strnadt l. l. VIII, 40 sqq. 3) MG. Dipl. Karol. I, n. 168; Hauthaler et Martin, 'Salzburger Urkundenbuch' II, p. 1. Friedrich l. l. chartam spuriam esse voluit, argumentis usus parum solidis. 4) Hauthaler et Martin II, p. 15. 24. 26; Mühlbacher, Reg. I², n. 606. 1362/63. 5) Ed. Boretius, MG. Capitularia I, p. 102 sqq. (n. 35); Mühlbacher I², n. 391. 6) Boretius l. l. p. 53 sqq. (n. 22); Mühlbacher² n. 300. Cf. Zeumer apud Waitz, 'Gesammelte Abhandlungen' I, 1896, p. 403 sqq. 7) Boretius p. 100 sqq. (n. 34); Mühlbacher² n. 382. 8) Cf. c. 49. 50. 55 (l. l. p. 104). 9) Testimonia collegit H. Zeissberg, 'Arno, erster Erzbischof von Salzburg' ('Wiener Sitzungsberichte, phil.-hist. Classe' XLIII, 1863), p. 336 sqq. 10) Boretius p. 103.

35. Ut abbatissae regulares et sanctimoniales in monachico proposito existentes regulam intelligant et regulariter vivant et claustra earum rationabiliter disposita sint.

Verba sane quae cum Vita conveniunt singula passim leguntur itemque rationabiliter disponere *in fontibus ad ius spectantibus illo aevo satis saepe inveniuntur; collecta vero cum* claustra, ordinabiliter, rationabiliter disponere *in documentis tam exigui spatii eodem modo sese subsequantur, de auctore Vitae cogitare malo, qui capitula illa legerat.*

Aliud autem argumentum restat, et ipsum e loco priore petitum. Ut enim claustra et monachorum et canonicorum saepius commemorantur, ita de aedificiis ad claustra pertinentibus iisdem fere verbis primum, quantum video, a. 816. *Aquisgrani in Institutione canonicorum (c.* 117*) constitutum est*[1]*:*

necesse est tamen, ut claustra, quo clero sibi commisso canonice vivendum est, firmis undique circumdent munitionibus. — — Sint etiam interius dormitoria, refectoria, cellaria et caeterae habitationes usibus fratrum in una societate viventium necessariae,

taliaque deinceps non semel iterantur, scilicet in Institutione sanctimonialium eadem occasione ad exemplum Institutionis canonicorum composita (c. 11*)*[2]*, in litteris, quas Ludowicus imperator una cum iisdem decretis Aquisgranensibus cum aliis tum ipsi Arnoni transmisit*[3]*, in concilio Romano a.* 826 *(c.* 6[7]*)*[4]*, denique in regula canonicorum Chrodegangi interpolata (c.* 13*)*[5]*, cum ante a.* 816. *tale quicquam statutum esse non meminerim. Unde facere non potui, quin etiam illa verba Institutionis in animo retenta cogitationibus auctoris scribentis sese immiscuisse locumque Vitae ad eadem interpretandum esse iudicaverim*[6]*, atque nescio, an ob hanc notitiam auctor potius inter canonicos Salisburgenses quam inter monachos S. Petri quaerendus sit.*

Etiam ultra a. 816. *progrediendum esse minus certum est. Liuphrammus archiepiscopus a.* 851. *corpus Hermetis martyris a Leone IV. papa (*847—855*) acceptum Roma Salisburgum transtulit, eiusque rei relatio brevissima paulo post vivo Leone conscripta est*[7]*. Atqui sermo opusculi quamvis parvi cum Vita satis convenit, locis comparatis his:*

Translatio Hermetis.	*Vita Hrodberti.*
l. 28. Interea coepit domnum apostolicum humili postolare prece, ut — — ei partem dare dignaretur. Quod ille primo rennuens, postea vero, divino conpunctus amore, perpendens et considerans — —.	*c.* 3. rogare studuit per missos suos, ut illam provinciam — — visitare dignaretur. Unde praedicator veritatis, divino conpunctus amore, adsensum praebuit, primo suos dirigens legatos, postea vero per semet ipsum venire dignatus est.
	c. 6. primitus ei — — possessiones

1) *Ed. Werminghoff, MG. Concilia II,* 398*; cf. 'N. Arch.' XXVII,* 607 *sqq.* 2) *L. l. p.* 446: et ceteras suis usibus habitationes necessarias. 3) *Boretius l. l. p.* 340*; Werminghoff p.* 460: in claustris canonicorum et ceteris habitationibus construendis. 4) *Boretius p.* 373*; Werminghoff p.* 569 *sq.*: claustra — — seu ceterae officinae ad usus clericorum necessariae. 5) *D'Achery, Spicilegium I*[2], 568*; cf. Werminghoff, 'N. Arch.' XXVII,* 646 *sqq.* 6) *Tamen A. Hauck I*[3], 373, *negavit, Vitam ad decreta Aquisgranensia a.* 816. *accedere, monens illic de* habitaculis *agi, hic* habitationes *afferri, neque veri simile esse, auctorem vocabulum ita immutasse, si decreta illa ei in mente versata essent, ideoque Vitam ultimo saeculi VIII. decennio attribuit. — Locum cum simili p.* 159, 1. *comparans pro* usum *proposui* opus. *B. Krusch.* 7) *Ed. Waitz, SS. XV,* 1, *p.* 410, *cuius editionis lineas citavi.*

Translatio Hermetis.	*Vita Hrodberti.*
	tribuit. Postea vero ad notitiam pervenit — —.
	c. 8. primo Deo formosam aedificans ecclesiam — —. Postea vero delegato sacerdotumque officio — —.
l. 21. cum consensu ecclesiasticorum virorum.	*c.* 8. ad ecclesiasticorum virorum pertinentibus usum.
l. 32. corpusculum sancti et gloriosi martyris Christi Hermetis.	*c.* 1. sanctus itaque et religiosus confessor Christi Hrodbertus.
l. 33. ad totius christianae plebis utilitatem.	*c.* 7. ad utilitatem sanctae Dei ecclesiae.
l. 36. prosperum arripere iter.	*c.* 5. iter arripuit; *c.* 6. arrepto itinere.
l. 38. per Italica confinia vel Bagoariae regionis regna.	*c.* 3. ad noticiam quondam ducis Bagoariae regionis.
l. 44. quemadmodum dignissimum erat.	*c.* 4. sicut decentissimum erat; *c.* 10. prout decentissimum erat.
l. 45. multa praestantur populo beneficia.	*c.* 9. multa beneficia salvator — — praestare solet fidelibus suis.

Quae, brevitate utriusque textus considerata, haud ita pauca neque parvi momenti sunt, ita ut inde olim concluserim, et hoc et illud opusculum eidem auctori attribuendum esse, cumque Translatio Hermetis inter a. 851. *et* 855. *conscripta sit, etiam Vitam Hrodberti saeculo nono medio compositam esse statueram*[1], *id quod B. Krusch*[2] *et H. Widmann*[3] *probaverunt. Tamen A. Poncelet*[4] *et A. Hauck*[5] *monuerunt, id quod et ipse obiter dixeram*[6], *fieri non potuisse, quin clericis Salisburgensibus Vita patroni nota fuisset, similitudinesque illas etiam inde explicari posse, quod formulae Vitae auctori Translationis in animo versatae essent, ita ut Vita ut post a.* 816, *ita ante a.* 855. *composita esset, id quod ad eam diiudicandam exigui momenti est. Auctor sermone plano et simplici usus est, cui pauca menda insunt*[7], *qualia per illud quoque saeculum passim deprehenduntur.*

Cum igitur Vita sive saeculo fere sive saeculo et dimidio post aevum Hrodberti conscripta sit, fides auctoris adeo a rebus gestis remoti sublesta est, paucis exceptis, quae e chartis hausta sunt, scilicet iis, quae de donationibus Theodonis et emptione Pitingonensi referuntur, atque initia ecclesiae S. Petri Iuvavensis et monasterii sanctimonialium a Hrodberto repetita a testibus gravissimis confirmantur. At alia ut in fide auctoris solius nituntur, ita temere minime accipienda sunt. Atque dignitas episcopi Wormatiensis Hrodberto attributa (c. 1*) suspecta est, quippe cuius gesta potius ad episcopum vagantem, deinde monasterialem factum pertinere videantur quam ad dioecesanum, cumque series episcoporum Wormatiensium per aevum Merovingicum tota fere oblivioni tradita sit, non constat, episcopatum Hrodberti melioris notae esse quam Pictavensem Haim-*

1) *'N. Arch.' XXVIII,* 310 *sq.* 2) *Ib. p.* 580. 611. 3) *'Geschichte Salzburgs' I,* 1907, *p.* 63 *sq.* 4) *Analecta Bolland. XXIII,* 111. 5) *'KG.' I*[3], 373. 6) *L. l. p.* 311, *n.* 2. 7) *Participium pro verbo finito adhibitum est (cf. c.* 9: veniens — adducens — statuens — colligens — disponens*), ita ut cum indicativo coniunctum (c.* 2: ita ut — convenerunt — et — susceperunt; *c.* 10: ita ut — sanabantur*); acc.* claustram *(c.* 8*).*

hrammi[1]. *Qua ratione episcopatus ille ad Hrodbertum facile referri potuerit, fortasse adhuc perspicere licet; nam civitas Vangionum, monente B. Krusch v. d.*[2], *cum saeculo IX. ineunte provincia Baiuvarica Notitiae Galliarum in calce Germaniae I. insereretur, huius provinciae finiebat civitates antiquas, atque inter illam et metropolim Salisburgensem non intererant nisi pauci episcopatus et ipsi interpolati*[3]*:*

civitas Wangionum, id est Wormatia.
civitas Wirzburgensis.
civitas Constantia.
castrum Rubilocus quod Eihsteti dicitur.
civitas Augusta Vindelicum, id est Auuespurch.
Provintia Baioriariorum — — habet civitates numero VI:
metropolis civitas Iuvavo, id est Salzburg.

Quod quomodocumque se habet, episcopatus Hrodberti Wormatiensis in dubium vocatur, sicque etiam annus secundus Childeberti regis, quo Hrodbertum vixisse in eodem enuntiato auctor narravit, in eandem suspicionem cadit[4]. *Denique quod episcopus usque ad 'Lavoriacensem*[5] *civitatem' pervenisse dicitur (c. 5), quasi visitando fines provinciae extremos attigisset, id ad aevum spectat, quo episcopi Salisburgenses, dignitate archiepiscopali inde ab a.* 798. *praediti, non solum dioecesim propriam regebant, sed etiam dioecesibus Baiuvaricis cum ceteris tum Pataviensi iure metropolitano praeerant, atque opinione B. Krusch v. c.*[6] *vocabulum 'civitatis' Lavoriaco attributum in historia controversiarum inter Patavienses et Salisburgenses habitarum non neglegendum est, monentis, Lauriacum saeculo VIII. locum, deinde castrum, tum oppidum vocari atque iam titulo civitatis potiri, ut eo nomine auctoritas Salisburgensis in Pataviensem civitatem eo firmius stabiliretur, quo magis iam Hrodbertum eam ibidem exercuisse finxissent. Certe quae de rebus a Hrodberto extra Salisburgum gestis referuntur, omnia ferme neglegenda sunt, quippe quae in solius auctoris adeo posterioris fide nitantur. Quae de moribus sancti narrantur (c.* 2*), ea ad verbum fere ex Actis Sebastiani martyris*[7] *descripta sunt, quibus etiam alius locus (c.* 9*) debetur. Tertium enuntiatum (c.* 8*) e libello de Apparitione Michaelis in Monte Gargano composito*[8] *depromptum est, id quod I. Friedrich cognovit*[9], *atque monuerim, diem archangeli sacrum a.* 800. *a synodo Rispacensi inter praecipuas festivitates habitum esse*[10] *ecclesiamque sanctorum Michaelis et Benedicti Salisburgi extitisse, ab Alcvino Arnoni amicissimo versibus celebratam*[11].

1) *Id quod monuit Krusch, 'N. Arch.' XXVIII, p.* 613 *sq.; cf. Hauck I*[3], 374 *sq. De Haimhrammo cf. SS. R. Merov. IV,* 457. 2) *L. l. p.* 580 *sq.* 3) *Notitiae Galliarum codex Sangallensis n.* 397 *(Goldast, Alamannicarum rerum scriptores III,* 1606, *p.* 123; *Mommsen, MG. Auct. ant. IX,* 594*).* 4) *Cum alios secutus verba de Childeberto III. rege (c. a.* 696*) interpretanda esse statuissem ('N. Arch.' XXVIII,* 318 *sq.), B. Krusch (ib. p.* 611 *sqq.) negavit, notam temporis ab episcopatu Wormatiensi insequenti seiungi posse, comparans Vitas Severini Acaunensis, Geremari, Goaris pessimas simili modo a certis temporibus incipientes (ib. p.* 581*).* 5) *Ita prima manu in codice* 1 *scriptum esse, littera* o *postea erasa, id quod Mayer editorem fugerat, recte monuit I. Strnadt l. l. VIII,* 1899, *p.* 41, *ab E. Richter Graeciensi instructus. De forma nominis* Lavoriacum *saeculo IX. usitata egit Krusch l. l. p.* 380 *sqq.* 6) *L. l. p.* 579 *sqq.* 7) *AA. SS. Ianuarii II,* 265 *sqq.* 8) *Ed. Waitz, SS. R. Langob. p.* 541 *sqq.* 9) *L. l. p.* 541. 10) *MG. Concilia II,* 208 *(de anno cf. Werminghoff, 'Festschrift Heinrich Brunner dargebracht',* 1910, *p.* 46 *sqq.).* 11) *Carm.* 109, *n.* 12 *(Poetae I,* 337*); sed cf. Erben l. l. p.* 63, *n.* 1 *(at de carmine n.* 15, *p.* 338, *ad coenobium Elnonense referendo cf. Krusch, SS. R. Merov. V,* 400*). In codice Martyrologii Bedae Salisburgensi, hodie Monacensi n.* 15818 *(cf. supra p.* 145*), saec. IX, die* 8. *Maii* Adventus sancti Michaealis

Vitam Hrodberti[1] antiquissimam (A) inprimis servavit liber fere coaetaneus, scilicet

1) codex Graeciensis bibliothecae universitatis n. 790 (antea 41/10), formae minoris, foliis 238 constans; cui cum alia insunt[2] tum

fol. 64—72'. Alcvini epistulae n. 113. 161. 140 (ed. Duemmler, MG. Epist. IV, 163. 259. 222) et

fol. 110—113'. Gesta sancti Hrodberti confessoris. Quibus atramento alio numeri octo in margine adscripti sunt, ita ut textum in lectiones ecclesiasticas postea divisum esse pateat; quos, quamquam locis ex parte minus congruis positi sunt, ad Vitam haud ita longam distinguendam retinui. Codex circa saeculum nonum medium a librariis Salisburgensibus exaratus est, id quod e genere scripturae probatur[3]; convenit folium in calce adnexum (fol. 238'), cui litteris capitalibus versus inscripti sunt:

Hunc humilis thomum Baldo craxare rogavit,
Cui rogo mercedem al[ti]thronus[4] tribuat.

Baldo enim 'clarus magister' e collectione carminum Salisburgensium notus est aevo illo composita, cui praeter alia versus insunt a Dungalo quodam Scotto[5] et Ludowico rege[6] Baldoni dicati, atque rex — idem sine dubio qui Germanicus dicitur — Baldoni de piis scriptis sibi missis grates agit eumque orat, ut ea scripta quae novissime miserit sensu nimis obscura sibi interpretaretur[6]. Alii quoque codices eodem Baldone auctore scripti adhuc extant[7], scilicet Monacenses Latini n. 15821 (Salisb. capit. 21) et 15824 II (Tegernsee 524 II) et Vindobonensis n. 458 (Salisb. 174); e quibus primus ultimusque scripturam satis similem exhibent[8] atque Graeciensis, et Monacensis prior, qui inter a. 851. et 855. exaratus videtur esse[9], omnino convenit cum scriptura codicis Monacensis n. 15815[8], qui a Lantrih librario pro Liuphrammo archiepiscopo Salisburgensi (836—859) scriptus est. Neque solum genus scribendi congruit, sed etiam ratio, qua auctor libri exarandi commemoratur. Codicem sane, quem primo loco laudavi, Baldone auctore scriptum esse non iam traditum est nisi in schedula c. a. 1433. tegumento voluminis denuo compacti adnexa[10]; sed libri alii versus continent ad illum spectantes, scilicet Monacensis n. 15824 II (fol. 105'):

Hunc librum rogito fratres quoscumque legentes:
'Baldoni', ut dicant, 'det requiem Dominus'[11],

et Vindobonensis n. 458. in folio praefixo:

Hunc humilis librum fecit perscribere Baldo,
Reddat in aeternum mitis cui praemia Christus[12],

(sic) archangeli in Monte Gargano (fol. 114) et die 29. Septembris Dedicatio ecclesiae sancti Michaelis archangeli (fol. 134) litteris maioribus distincta sunt. 1) Locos catalogorum bibliothecarum Salisburgensium medio aevo exaratorum, quibus libellorum ad Hrodbertum spectantium mentio fit, congessit M. Manitius, 'N. Arch.' XXXII, 661. 2) Accuratius de codice eiusque aetate egi 'N. Arch.' XXVIII, 289 sqq. 3) Specimen scripturae Vitae, quae litteris paulo minoribus exarata est quam aliae partes codicis, editioni infra laudatae adiecit Fr. M. Mayer. De scriptura Salisburgensi aevi illius cf. K. Foltz, 'Geschichte der Salzburger Bibliotheken', 1877, p. 16 sqq. et Chroust l. l. vol. I, fasc. 1 (tab. 1. 2), 2 (tab. 1), 7. 4) Althronus codex. 5) Ed. Duemmler, MG. Poetae I, 412 sq. Cf. L. Traube, O Roma nobilis ('Abhandlungen der philos.-philol. Classe der Bayer. Akademie der Wissensch.' XIX, 1892), p. 336. 6) Ed. Duemmler l. l. II, 643. 7) Cf. Foltz l. l. p. 13 sqq. Libros Baldonis benevole transmissos ipse omnes Vratislaviae examinavi. 8) Specimina codicum Monacensium n. 15815. et n. 15821. dedit A. Chroust, Monumenta palaeographica I, 7, 1902, tabula VII. 9) Inest (fol. 31—35') Translatio Hermetis (cf. supra p. 149) intra eos annos composita atque, ut videtur, ab ipso auctore vel eo efficiente exarata. 10) 'N. Arch.' XXVIII, 293: Item concordia canonum, quam Baldo scribere fecit. 11) Ed. B. Pez, Thesaurus anecdotorum novissimus I, 1721, p. XV. 12) Ed. Duemmler, Poetae II, 648; Epist. IV, 18.

atque hunc ultimum ut genere scripturae, ita ingenio versuum admodum cum Graeciensi convenire manifestum est. In societatem accedit codex ille Liuphrammi, cui versus insunt ab iisdem verbis ordientes[1]:

Hunc humilis librum Liuphrammus scribere fecit,
Ecclesiae doctor, pastor ubique pius,
Reddat in aeternum mitis cui praemia Christus
Munere perpetuo.

Unde de codicis Graeciensis origine Salisburgensi atque aetate non est quod dubitemus, quamquam qui antea eiusdem mentionem fecerunt[2], *librum saeculo X. attribuerant, id quod in codicibus Salisburgensibus facile fieri poterat*[3]. *Neque vero codex ipsius auctoris est*[4], *sed exemplar, id quod e vocabulo c.* 8 *(p.* 160, 14*) neglegenter praetermisso concludi licet, ubi* usum *e Vita D supplevi (cf. cod.* 2*a. b), neque minus lectiones* 2a soluta *(ita Gregorius M.;* resoluta 1*) et* sui *(om.* 1*; at cf. p.* 161, 7*) c.* 10 *(p.* 162, 5. 10*) praestant, libro* 1 *in deterius recedente*[5].

2*a) Codex* ***Romanus*** *bibliothecae Vaticanae inter Palatinos Lat. n.* 477, *saec. XV, fol.* 182'—184, *cum alias lectiones tum sex de Vita Hrodberti continet, quibus singulis initium officii adiunctum est* Tu autem Domine *hic illic abbreviatum; lectioni ultimae subscripta sunt* Tu a(utem) Do(mine) n. Ewangelium. Sint lumbi vestri p(recincti) *(Luc.* 12, 35*).* CCLXI.

2*b) Codex* ***Romanus*** *bibliothecae Alexandrinae (Sapientiae) n.* 92, *vol. I (I. g.* 7, *antea † I.* 4*), saeculi XVII, fol.* 413—414', *inter acta sanctorum a Constantino Caietani (†* 1650*) collecta*[6] *Vitam Hrodberti A continet, pro cuius parte extrema particula Vitae C substituta est.*

3*) Codex* ***Maihingensis*** *bibliothecae principis de Oettingen-Wallerstein n.* 304 *(I* 2, 4°, 4*)*[7], *saec. XII, fol.* 148—151, *Vitam Hrodberti ita continet, ut pars prior capita tria et dimidium Vitae A (ad verba c.* 4. suscepit civitate*) comprehendat, posterior eademque maior e Vita C (inde a verbis, ed. Sepp p.* 54, 32: Tunc ibidem sanctus Ruodbertus indicto ieiunio*) exscripta sit. Pars prior a libro A* 1 *non discrepat nisi paucis locis atque nescio, an ex ipso fluxerit; lectiones octo numeris adiectis distinctae sunt. Codicem, Carolo principe de Oettingen-Wallerstein concedente, G. Grupp bibliothecarius v. c. officiosissime transmisit.*

Vita Hrodberti antiquissima (A) per saecula latuit atque primum e codice 1 *eruta est a Francisco Martino* ***Mayer***, *'Beiträge zur Geschichte des Erzbisthums Salzburg III: Die Vita S. Hrodberti in älterer Gestalt' ('Archiv für österreichische Geschichte' LXIII, Vindobonae* 1882, *p.* 606—608*). Principem editionem iteravit Bernardus* ***Sepp***, *Vita S. Hrodberti primigenia authentica, Ratisbonae* 1891, *p.* 25—35, *praefatione et notis adiectis.*

Opusculum biographi primi haud multo postea auctori Brevium Notitiarum Salisburgensium praesto erat[8], *isque primus a Vita eo digressus est, quod Theodonem ducem Hrodberto praedicante 'de paganitate ad christianitatem' conversum et cum proceribus suis baptizatum esse distincte dixit*[9] *eundemque episcopo potestatem* ***construendi*** *eccle-*

1) *Poetae II*, 647. 2) *Zahn, 'Beiträge zur Kunde steiermärkischer Geschichtsquellen' I*, 1864, *p.* 39; *Mayer l. l. p.* 598. 3) *Cf. Foltz p.* 19. 4) *Ipsum Baldonem, quo rogante codex scriptus est, Vitam Hrodberti composuisse, absque rationibus idoneis coniecit H. Widmann l. l. p.* 198. 5) *Etiam interpolationes duas vocum singularum adesse conieci l. l. p.* 303 *sqq., id quod non absque ratione negavit B. Krusch, ib. p.* 616. 6) *Cf. A. Poncelet, Catalogus codicum hagiograph. Latin. bibliothecarum Romanarum praeterquam Vaticanae p.* 145. 7) *Cf. G. Grupp, 'Handschriften-Verzeichnis der Öttingen-Wallersteinischen Sammlungen' I*, 1897, *p.* 11; *'N. Arch.' VII*, 172. 8) *Cf. ea quae dixi l. l. p.* 312 *sqq.; Hauck I*³, 373. 375, *n.* 4. 9) *Brev.*

sias dedisse[1] voluit, cum auctor prior nihil de baptismo narrasset, referens, ducem de christiana conversatione admonitum cum multis nobilibus ad veram Christi fidem conversum et in sacra religione corroboratum esse Hrodbertoque licentiam tribuisse restaurandi ecclesias Dei. Ratio autem immutata praevaluit, sive posteri consilium auctoris prioris minus apertum recte interpretati[2] sive transgressi sunt[3], eaque iam auctori (B) accepta fuit, qui anno 871. Vitam sancti retractandam suscepit.

Regno Avarorum a Karolo rege destructo, Pannonia inferior ab Arrabone usque ad Dravum fluvium sedi Salisburgensi subdita erat[4], atque chorepiscopi presbyterique inde emissi et archiepiscopo subiecti fidei propagandae confirmandaeque institerunt, dum Methodius Graecus a. 870. ab Hadriano II. papa archiepiscopus Pannoniensis consecratus est, iuribus ecclesiae Iuvavensis neglectis[5]. Litibus igitur exortis, libellus de Conversione Baiuvariorum et Carantanorum anno ut videtur 871. compositus est[6], fortasse pontifici Romano exhibendus[7], quo opusculo, rebus gestis simpliciter enarratis, sedis Salisburgensis de regionibus illis convertendis merita iuraque ei competentia probarentur. Itaque auctor ab initiis fidei christianae apud Baiuvarios propagatae exorsus, in primo capite (= Vita B) gesta Hrodberti enarravit (inc. Tempore igitur Hildiberti regis Francorum) et maiore ex parte Vitam priorem ad verbum fere iteravit, nonnullis tamen additis vel immutatis[8]. Cum auctor Brevium Notitiarum de duce et proceribus baptizatis rettulisset, iam ipse viris nobilibus ignobiles addidit baptismate regeneratos, ita ut Hrodbertus personam apostoli Baiuvarici graviorem induerit, itemque licentiam construendi ecclesias, non restaurandi ei a duce concessam esse narravit. Neque itinere sancti Lauriacensi vel potius Lavoriacensi contentus, episcopum usque ad fines Pannoniae inferioris semina fidei sparsisse contendit, ita ut ipse patronus terminos regionum attigisset, quae postea sub Arnone potestati Iuvavensium subiciendae erant, iam a Methodio invasae. Denique ultimam partem Vitae totam immutavit. Miraculis enim omnino fere praetermissis, quae ad rem nihil faciebant, narravit Hrodbertum assidue 'totum spatium patriae' circumiisse atque, constructis et dedicatis ecclesiis clericisque inferiorum et superiorum graduum consecratis, proprium sibi successorem (Vitalem[9]) ordinasse; deinde eum, die obitus praecognito, ad propriam sedem remeasse, scilicet Iuvavensem neque Wormatiensem,

Notit. I, 1 (ed. Hauthaler p. 18); cf. III, 16 (p. 22): que domnus Růdbertus episcopus his novellis temporibus christianitatis in eadem regione perfecit. 1) Ib. I, 2. 2) Cf. Krusch, 'N. Arch.' XXVIII, 615 sq. 3) Id quod ipse praetuli, ib. p. 299 sq. 4) Conversio Baiuvar. c. 6 (SS. XI, 9). 5) Cf. Dümmler, 'Gesch. des Ostfränkischen Reiches' II[2], 1887, p. 259 sqq.; Hauck II[2], 698 sqq. 6) Libellus vivo Adalwino archiepiscopo (859—873) conscriptus est (cf. c. 9, SS. XI, 11) 75 annis, postquam 'dato et praecepto domni Karoli imperatoris orientalis Pannoniae populus a Iuvavensibus regi coepit praesulibus' (c. 14, p. 14), atque initium huius spatii potius anno 796. quam 798 (cf. c. 6. 8, p. 9 sq.) attribuendum videtur esse; cf. Dümmler p. 376, n. 1. 7) Id quod coniecit Dümmler p. 379 sq. 8) Ex contrario I. Friedrich l. l. p. 509—547. demonstrare conatus est, Vitam Graeciensem (A) Conversione (B) posteriorem esse; sed iudicium eius refellitur et discrepantiis utriusque textus supra allatis aliisque et comparatis sententiis, quas biographus primus ex Actis Sebastiani et libello de Apparitione Michaelis exscripsit. Rationes inter utrumque auctorem intercedentes recte cognoverunt ut Mayer editor princeps Vitae antiquissimae, ita Sepp l. l. p. 3 sqq.; G. Ratzinger, 'Forschungen zur Bayrischen Geschichte', 1898, p. 415 sqq.; Hauck I[2], 358, n. 2 (= I[3], 372, n. 1), denique ipse de ea re egi l. l. p. 295 sqq. 9) Nomen eius in capite 2 (SS. XI, 6) affertur; sed in Libro confraternitatum S. Petri col. 41 (p. 18) Anzogolus abbas ante Vitalem positus Hrodbertum subsequitur; catalogi posteriores (SS. XI, 19. XIII, 353) cum Conversione conveniunt.

id quod nonnulli statuerunt[1]. *Eo modo apostolatui Hrodberto iniuncto uberiores fructus attributi erant, seriesque praesulum Iuvavensium artius cum eo coaluit, ita ut auctori iam ad successores enumerandos paulatimque ad conversionem Sclavorum enarrandam progrediendum esset; sed ceteras partes libelli perlustrare nostrum non est. Hanc Vitam in codicibus compluribus servatam cum alii ediderunt*[2] *tum, reliquis capitibus Conversionis subsequentibus, Wilhelmus Wattenbach, MG. Scriptores XI, Hannoverae* 1854, *p.* 4—5[3]; *caput primum, fontis (A) reperti ratione habita, seorsum iteravit Sepp l. l. p.* 25—34. *Vitae priori adiunctum.*

C) Vitae priores, in quibus res praecipuae verbis haud ita multis descriptae erant, usui ecclesiastico non suffecisse videntur, sicque tertia Vita composita est in festivitate sancti fidelibus legenda. Codices eius qui multi extant[4] *saeculum XI. non superant*[5]. *Auctor prologo praemisso (incipit:* Hodierna festivitas sanctissimi; *Vita incipit:* Namque tempore Hildiberti*) Vita A pro fundamento usus est, verbis modo servatis modo auctis, neque Conversionem Baiuvariorum (B) neglexit, e qua de Theodone duce multisque nobilibus ignobilibusque baptizatis atque de itinere sancti Pannoniensi paucisque rebus aliis instructus est. Ut causam Wormatia abscedendi Hrodberto attribueret antea ignotam, eum ab infidelibus virgis caesum et e civitate eiectum esse finxit, iis expilatis, quae de sancto Martino ab Arianis impugnato Sulpicius Severus rettulerat (V. Martini c.* 6, 4*). De initiis ecclesiae S. Maximiliani pluribus verbis ea enarravit, quae in Brevibus Notitiis (c.* 3*) tradita erant, cumque ibi legisset Theodonem infirmum Theodeberto filio ducatum commendasse, ipse ducem in ea infirmitate vita functum esse proprio Marte*

1) *Rettberg, 'Kirchengeschichte Deutschlands' II,* 201 *sqq.; Fr. Blumberger, 'Über die Frage, ob der heilige Rupert das Apostelamt in Baiern bis an sein Lebensende geübt habe' ('Archiv für Kunde österreichischer Geschichts-Quellen' XVI,* 1856, *p.* 225—238*). Quos in hac re errasse, iam constat, Vita A reperta, in qua reditus nulla mentio facta est.* 2) *Editiones enumeratae sunt in Bibliotheca hagiograph. Latina II,* 1072, *n.* 7391. *Auctoribus ibi laudatis addendi sunt [Amandus Iung], Officium proprium monasticum S. Ruperti, ex mss. lithurgicis (!) saec. XI. et XII (appendix Catalogi religiosorum O. S. B. in antiquissimo monasterio ad S. Petrum Salisburgi a.* 1866*), p.* 7—8; *Alois Huber, 'Geschichte der Einführung und Verbreitung des Christenthums in Südostdeutschland' II, Salisburgi* 1874, *p.* 5—6. *Uterque Vitam e codice S. Petri Salisburgensis H (apud Wattenbach signato B) edidit, in quo textus Conversionis interpolationibus e Brevibus Notitiis haustis auctus est.* 3) *Fonte A eruto, lectiones quaedam variae ex apparatu in textum iam recipiendae sunt.* 4) *Cf. e. g. Wattenbach, SS. XI,* 3; *Analecta Bollandiana XVII,* 52. 5) *Antiquissimus commemoratur codex Admontensis saec. XI ('Archiv' VI,* 176*); complures saeculo XII. exarati sunt. In codice Monacensi Lat. n.* 23846 *(ZZ.* 846*), saec. XV, fol.* 444—447, *Vitae (absque prologo incipit:* Tempore namque Hyldeberti*) additamentum subiunctum est, ita ut desinat:* — — ad lumen verum Iesum Christum dominum nostrum. Et sic sanctum corpus sancti Rueperti sepelierunt ad sanctum Petrum, et ibi requievit ad longum tempus usque ad episcopum octavum nomine Virgilium, et ille fuit primus fundator huius monasterii et construxit ecclesiam. Quippe eodem anno, quo consecrata est fabrica monasterii, immenso opere et egregia disposicione ad fundamenta construxit corpusque sancti Rueperti, quod post obitum suum in ecclesia sancti Petri principis apostolorum requievit, una cum sede episcopali, que in pretaxata ecclesia similiter per aliquot annos extiterat, divina commonitus inspiracione transtulit anno Domini DCCLXXIIII°, in eum videlicet locum, in quo usque ad presencia tempora perduravit. Amen. *Cf. supra p.* 145. *E Vita C pendet, quod supra n.* 2. *citavi, Officium proprium monasticum S. Ruperti ex mss. saec. XI. et XII. a.* 1866. *Salisburgi editum, p.* 1 *sqq.*

statuit, id quod viros doctos de anno Hrodberti emortuali disserentes plus iusto vexavit, aliaque nonnulla ex eodem fonte hausta sunt. Diem resurrectionis Christi, quo sanctus mortuus esse dicitur, de sollemnitate paschali interpretatus, eum a diebus quadragesimalis observantiae ardore febrium fatigatum esse narravit. Denique obitum atque laudes eius ad Vitam II. Vedasti (c. 9)[1] celebravit, sententiis Alcvinianis integris fere exscriptis. Quae Vita Hrodberti tertia Legendae aureae (c. 197)[2] adiecta est, cumque a. 1462. ut Vitalis successor eius inter sanctos reciperetur Romae operam darent, actis ea de causa collectis eam inseruerunt[3]. Eandem nonnullis interpolationibus auctam maiore ex parte monachus Kirsgartensis c. a. 1500. in Chronicon Wormatiense (c. 5) recepit[4]. Seorsum ediderunt post Surium[5] Godefredus Henschenius et Daniel Papebrochius, Acta sanctorum Martii, tomus III, Antverpiae 1668, p. 702—704, et nuperrime B. Sepp l. l. p. 53—59[6].

D) Quartam Vitam Hrodberti (inc. Sanctus et religiosus confessor Christi) Iohannes Gielemans canonicus Rubeaevallensis († 1487) Hagiologio Brabantinorum inseruit, prologo ut solebat praemisso (inc. Nobilissimi viri sancti Ruperti); quae extat in codice auctoris ipsius, nunc Vindobonensi bibliothecae imperialis privatae n. 9363, vol. I, fol. 245'—247[7]. Vita duabus partibus constat omnino diversis, e quibus prior (§ 1—4) ad verbum fere e Vita prima descripta est, adhibito codice generis 2; textum admodum depravatum esse in libro saeculo XV. exarato non mirum est. Interpolationes intrusae sunt duae, et brevis de Theodone duce a Hrodberto baptizato, id quod inde ab aevo Brevium Notitiarum pro certo acceptum erat, et prolixa de Carantanis et Wandalis (i. e. Sclavis) a sancto conversis ecclesiisque et monasteriis multis apud eos constructis. Altera pars Vitae (§ 5—8) omnino a biographo primo recedit; adventus Erindrudis obitusque et Hrodberti et abbatissae verbis satis multis enarrantur, cumque haec clausula fabulosa inprimis ad Erindrudem spectet, cuius in Vitis prioribus brevissima mentio facta erat, nescio, an origo opusculi e monasterio Nonnbergensi repetenda sit[8]. Ediderunt, prologo Gielemansiano omisso, Henschenius et Papebrochius l. l. p. 704—706 (cf. p. 700. de prologo).

E) Quinta Vita an seorsum enumeranda sit, dubitare licet, quippe quae nihil proprium contineat. Complectitur enim Vitam tertiam (C) maiore ex parte integram neque mutatam, nisi quod adventus Erindrudis obitusque eius et ipsius Hrodberti multo pro-

1) Ed. Krusch, SS. R. Merov. III, 423 sq. 2) Ed. Th. Graesse, 1890, p. 887—889[3]. 3) Ed. Canisius, Antiquae lectionis tom. VI, 1604, p. 1038—43 (ed. Basnage III, 2, 1725, p. 356—358). Unde Vita iterata est in editione Surii quarta, De probatis sanctorum vitis (tom. III), Martius, Coloniae Agrippinae 1618, p. 267—268. 4) Ed. H. Boos, 'Quellen zur Geschichte der Stadt Worms' III, 1893, p. 12—15. 5) Laurentius Surius, De probatis sanctorum historiis II, Coloniae Agrippinae 1571, p. 412—414, prologo omisso Vitam suo more retractavit et interpolavit. 6) In codicibus nonnullis Austriacis inde a saeculo XII. Vita rhythmica brevis aut praecedit aut subiuncta legitur (inc. Oriundus est equidem sanctissimus; cf. 'Archiv' VI, 170. 179. 183. X, 612; Bibl. hagiogr. Lat. n. 7395); ipse vidi codicem Admontensem n. 654, saec. XII, fol. 114—115. Carmen, quod 48 versus complectitur, e Vita A aut B pendet. 7) Cf. Analecta Bolland. XIV, 52. Locos a me excerptos officiosissime contulit v. c. F. Schnürer bibliothecarius. 8) Vita Erendrudis, quae in codicibus Monasteriensi n. 219 (353 et 1177), saec. XV, olim Bodecensi, p. 128—132, et Bruxellensi bibliothecae Bollandianae n. 114, saec. XVII. descripto e Bodecensi altero iam deperdito, legitur, in universum cum Vita Hrodberti D convenire videtur, etsi initium discrepat fortasse e Vita C interpolatum (inc. Cum beatissimus Rupertus Wangionum episcopus). Cf. H. Moretus, Analecta Bolland. XXVII, 273. 311.

lixius describuntur, quae relationes ad verbum fere e Vita D depromptae sunt, ita ut Vita iisdem verbis incipiat atque C, desinat atque D. Publici iuris facta est Coloniae 1483 *in appendice Legendae Aureae quae inscribitur: Historie plurimorum sanctorum noviter addite, laboriose collecte et prolongate, fol.* 264'—266'[1].

F) Denique sexta Vita vel 'Historia' Hrodberti (inc. Sanctus Rudbertus, sanctae Salisburgensis ecclesiae antistes) *ut amplissima, ita longe fabulosissima est; quae non ante saeculum XV. composita est, quo tempore metus Turcorum irruerat, auctore deprecante (c.* 20*):* Adiuva nos, pater alme; terreat Theucer Mahomet, ne tuam disperdat hereditatem. *Vitae B et C adhibitae sunt, eaque quae inde acceperat auctor admodum auxit. Sanctum e ducibus Scottiae originem duxisse fratremque habuisse Thrudpertum commemorans, Vitam martyris Brisgoviensis (c.* 2*)*[2] *secutus est voluitque satis inepte, eos a sancto Patricio baptizatos et litteris imbutos esse; iter Romanum a fratribus susceptum et casus Thrudperti ex eodem fonte comperta habebat. Narravit Hrodbertum a Childerico rege episcopum Wormatiensem factum esse et postea a Berthario duce pagano*[3] *circa annum* 580. *eiectum per biennium exulasse, priusquam ad Theodonem pervenisset; de altero itinere Romano auctor ipse dubitavit. Fabulas complures de civitatibus Ratisbonensi et Iuvavensi et archiepiscopali Lauriacensi attulit per tempora posteriora medii aevi vulgatas, quas partim e Bernardo Cremifanensi*[4] *acceperat. Deinde Vitam Severini Eugippianam et Breves Notitias adhibuit, exscriptis quoque carmine Alcvini de coemeterio S. Amandi*[5] *et versibus de archiepiscopis Salisburgensibus anonymis*[6]*, atque virtutes sancti celebrans 'incidentaliter nec inutiliter' episcopos sui ipsius aevi avaros luxuriososque fortiter aggressus est. Obitum sancti ex opinione iam vulgata a.* 623. *attribuit. Quam Vitam e codice S. Petri Salisburgensi eruit Henricus Canisius, Antiquae lectionis tomus VI, Ingolstadii* 1604, *p.* 1107—22 *(ed. Basnage III,* 2, *Amstelaedami* 1725, *p.* 319—327*); cuius editionem iteravit Iohannes Colganus, Acta sanctorum veteris et maioris Scotiae seu Hiberniae I, Lovanii* 1645, *p.* 756—761.

W. Levison.

GESTA[a] SANCTI HRODBERTI CONFESSORIS.

(1[b]). Tempore Hiltiperhti[c] regis Francorum, anno scilicet[d] regni illius secundo, sanctus itaque[e] et religiosus confessor Christi Hrodbertus[f] in Wormacia[g] civitate[h] habebatur episcopus, qui ex nobili[i] regali progenie Francorum[k] ortus[7], sed tamen fide[l] nobilior[8] et pietate fuit.

(2[a]). Erat enim vir[b] in totius bonitatis simplicitate prudens et[c] mansuetus, Acta Sebastiani c. 1.

Capp. 1. 2. 1. 2*a*. *b*. 3.

Cap. 1. a) *ita* 1; *praescr.* Incipit vita sancti Rŏtperti (Ruperti 2*b*) episcopi et confessoris 2*b*. 3; De sancto Ruperto episcopo Wormaciensi leccio prima 2*a*. b) *numeri alio atramento in margine adscripti sunt* 1; *capita non distincta sunt* 2*b*; *numerum h. l. om.* 3, *deinceps alios exhibens.* c) Hiltiperti 3; Hildiberti 2*a*; Hildeberti 2*b*. d) *om.* 2*a*. *b*. e) *om.* 2*a*. *b*. 3. f) *m. al. corr.* Rŏdbertus 1; Ruodpertus 3; Rupertus 2*a*. *b*. g) Wormatia 3. h) hab. civ. 2*a*. i) et *add.* 2*a*. *b*; nob. regalique 3. k) ::::corum *m. al. corr.* Scottorum 3 (*cf. supra l.* 10). l) nob. fide et piet. 2*a*; fide et piet. nob. 3.

Cap. 2. a) *ita* 1. b) vir *om.* 3; in *eras.* 1. c) *om.* 2*b*.

1) *Editionem alteram (Lovanii* 1485*) non vidi.* 2) *Ed. Krusch, SS. R. Merov. IV,* 357. 3) *Eidem monachus Kirsgartensis l. l. p.* 13. *exilium Hrodberti attribuit.* 4) *SS. XXV,* 639. 659. 5) *Ed. Duemmler, Poetae I,* 338 *(cf. Krusch, SS. R. Merov. V,* 400*).* 6) *Ed. Wattenbach, SS. XI,* 19. 7) *Cf. V. Leudegarii auct. Ursino c.* 1 *(SS. R. Merov. V,* 324*)*: ex progenie celsa Francorum ac nobilissima exortus. 8) *Cf. V. Fursei c.* 1 *(ib. IV,* 434*)*: nobilis quidem genere, sed nobilior fide.

Acta Sebastiani c. 1. verax in sermone, iustus in iudicio, providus in consilio, strenuus in actu, conspicuus in caritate, in universa morum honestate praeclarus, ita ut quam plurimi[1] ad eius sacratissimam[a] convenerunt[b] doctrinam et ab eo aeternae salutis praedicamenta[c] susceperunt*.

(3[a]). Cumque fama sanctae conversationis illius longe lateque crebresceret[2], pervenit ad notitiam quondam[b] ducis Bagoariae[c] regionis nomine Theoto[d], qui supradictum virum[e] Dei enixis[f] precibus, prout potuit, libentissime rogare studuit per missos[g] suos, ut illam provinciam cum sacratissima sua doctrina visitare dignaretur[3]. Unde[h] praedicator veritatis, divino conpunctus amore, adsensum praebuit, primo suos dirigens legatos, postea vero ad Christi gregem lucrandum per semet ipsum venire dignatus est.

(4[a]). Hoc audiens praefatus dux, magno perfusus est gaudio obviamque illi cum suis[b] satellitibus pergens et[c] sanctum virum euangelicumque doctorem cum omni honore et dignitate, sicut decentissimum erat, in Radesbona[d] suscepit civitate**. Quem vir Domini mox coepit de christiana conversatione ammonere et de fide catholica inbuere ipsumque vero[e] et multos alios illius gentis nobiles*** viros ad veram Christi[f] fidem convertit† et in sacra corroboravit religione.

(5[a]). Praefatus itaque dux sancto viro concessit licentiam locum aptum elegendi[b] sibi et suis sequacibus, ubicumque[4] ei placeret in illa provincia, ecclesias

*) Sed infideles, qui plurimi erant in regione Wormacensi, illius sanctitatem non ferentes, multis eum suppliciis affectum et virgis caesum a civitate cum magna eiecerunt iniuria[5], *addit auctor C.*

**) Tunc ibidem sanctus *pergit* 3, *deinceps cum Vita C (ed. Sepp p.* 54, 32 — 59, 11*) conveniens.*

***) atque ignobiles *add. B.*

†) sacroque baptismate regeneravit *(ita V. Amandi c.* 17*)*[6] *add. B;* et eos baptizavit *add. D.*

Capp. 2—4. 1. 2*a. b.* 3 *(ad l.* 14*). Cap.* 5. 1. 2*a. b.*

Cap. 2. a) sanctissimam 2*b.* b) convenirent — susceperint (susciperent 2*a. b*) 2*a. b.* 3. c) predi(camenta *in ras.*) 3.

Cap. 3. a) *ita* 1; II. 3. b) *ita pr. m.* 1; cuiusdam 2*a. b.* 3. *B et m. al.* 1. c) Bagoarie *corr.* Baioariae 1; Baioaricae 3; Bavarie 2*a. b.* d) Theodo 2*a. b*; Tiedo 3. e) Dei virum 2*a.* f) obnixis 3; crebris 2*a. b.* g) nuntios 2*b.* h) Leccio II. *inc.* 2*a.*

Cap. 4. a) *ita* 1; III. 3. b) sat. suis 2*a. b*; sat. *om. B.* c) *om.* 2*a. b.* d) Radispona 2*b*; Ratispona 2*a.* 3. e) *om.* 2*a. b.* f) fidem Chr. 2*a. b.*

Cap. 5. a) *ita* 1. b) *corr.* eligendi 1, *et ita* 2*a.* (*b*).

1) Innumerabiles *B.* 2) *Cf. Gregorii M. Dialog. III,* 15: coepit — — tantae virtutis fama longe lateque crebrescere, *et infra:* Cum enim magna eius opinio longe lateque crebresceret. 3) *Cf. V. Amandi c.* 20 *(SS. R. Merov. V,* 443*)*: cum — — rogaretur, ut eis vir sanctus praesentia sua visitare dignaretur. 4) *Cf. ib. c.* 17 *(ib. p.* 441*)*: quod — — liberius in regno ipsius, vel ubicumque eligeret, haberet licentiam praedicandi; *Formulae Salicae Lindenbrog. n.* 9. 10. 20 *(Formulae ed. Zeumer p.* 273. 281*)*: mundeburde vero vel defensionem, ubicumque sibi elegere voluerit, licentiam habeat elegendi. 5) *Quae ad exemplum sancti Martini excogitata sunt ab Arianis impugnati; cf. V. Martini auct. Sulpicio Severo c.* 6, 4: cum adversus perfidiam sacerdotum — — repugnaret multisque suppliciis esset adfectus, nam et publice virgis caesus est et ad extremum de civitate exire conpulsus, *etc. Posteriores etiam plura confinxerunt, Rupertum a Berthario duce pagano Wormatia eiectum esse narrantes; cf. Hist. Ruperti (F) c.* 6. 6) *Quod etiam in Brevibus Notitiis I,* 1 *(ed. Hauthaler p.* 18*) relatum est:* Primo igitur Theodo dux Baioariorum, Dei omnipotentis gratia instigante et

Dei restaurare[1] et cetera ad opus ecclesiasticum habitacula[a] perficere congruentia[b]. Tunc[c] supradictus[d] vir Domini, accepta licentia, per alveum Danubii* navigando iter arripuit, sicque tandem perveniens[e, 2] ad Lavoriacensem[f] civitatem, praedicando verbum[g] doctrinae vitae[3] multosque infirmos variis languoribus oppressos orando per virtutem Domini sanavit**.

(6[a]). Deinde, arrepto itinere, pervenit ad quendam lacum[b, 4], qui vocatur Walarium[c], ubi ecclesiam in[d] honore sancti Petri principis apostolorum construxit et dedicavit[5]. Saepe[e] nominatus dux ibidem primitus ei in circuitu aliquas proprietatis[f] possessiones tribuit[6]. Postea vero ad notitiam pervenit sancto pontifici[g]

*) usque ad fines Pannoniae inferioris spargendo semina vitae[7] *add. B.*

**) *Auctor D addit:* Pertransiens vero omnem Alpiarum regionem, tandem ad Carentanorum (Tarent. *cod.*) regem pervenit, cuius rogatu regnum illud convertens, Christi baptismate purgavit, transcensoque monte altissimo Mons Durus[8] appellato, praedicavit Wandalis[9] plurimumque fructum ex eis, Domino largiente, consecutus est. Edificavitque ibi ecclesias multas atque plurima monasteria fundavit. Demum dimissis ibi discipulis religiosis, presbyteris et clericis, ad christiane religionis custodiam, reversus est in terram Bavarorum[10].

Capp. 5. 6. 1. 2*a*. *b*.

Cap. 5. a) habitaculi 2*b*. b) *om. B. D.* c) Leccio III. *inc.* 2*a*. d) *om.* 2*a*. *b*. e) pervenit 2*a*; venit 2*b*. f) *ita* 1 *(pr. m.).* 2*a*. *b et codex A* 2 *Vitae B; corr.* Lauriac. 1. g) verba 2*a*. *b*.

Cap. 6. a) *ita* 1. b) locum 2*b*. c) Viualarium 2*a*; Vinalarium 2*b*. d) in honorem *in marg. suppl.* 2*b*. e) ergo *add.* 2*b*. f) proprias 2*a*. *b*. g) viro 2*b*.

beato Rudberto episcopo predicante, de paganitate ad christianitatem conversus et ab eodem episcopo baptizatus est cum proceribus suis Baioariis; *quibus viros ignobiles auctor B addidit, qui infra (cf. n. 1) eadem ratione verba decessoris interpretatus* construere *pro* restaurare *scripsit.* 1) Construere *B;* fabricare *D. Cf. Bedae Hist. eccl. I,* 26*:* donec, rege ad fidem converso, maiorem praedicandi per omnia et ecclesias fabricandi vel restaurandi licentiam acciperent. 2) Revertens ad Lavoriacensem pervenit civitatem *B.* 3) Multos aqua baptismatis regenerando ab idolorum cultura convertit *Vita C.* 4) Stagnum Walarii laci *Vita C; cf. Notitiam Arnonis II,* 3 *(ed. Hauthaler p.* 6*):* stagnum Walarsaeo, *hodie Wallersee lacus a Salisburgo inter septemtriones et orientem situs.* 5) *Walarsaeo locus (Notit. Arn. II,* 3*; Brev. Notit. XIV,* 52*) postea ob ecclesiam S. Petri Seekirchen vocatus est.* 6) *Cf. Brev. Notit. I,* 4 *(l. l. p.* 18*; cf. append. I,* 1*, p.* 50*):* Hoc facto *(scil. ecclesia dedicata),* beate memorie Theodo dux tradidit ad ipsam ecclesiam eundem locum cum confinio circumiacenti in aquis aquarumque decursibus, silvis, pratis, pascuis et molendinis atque piscationibus, curtem et casam cum ceteris edificiis, servos manentes in coloniis IIII et alios tributales manentes in coloniis decem. *In Notitia Arnonis II,* 3 *(p.* 6*) donatio eiusmodi Theodeberto duci attribuitur, Theodonis patris consorti et successori:* Ipseque dux tradidit villam nuncupante Walarsaeo in eodem pago secus stagnum Walarsaeo, mansos X inter vestitos et apsos et silvam vel aquarum decursione in fluenta, que vocatur Fischaha, et quidquid ad eadem villulam pertinere noscuntur. *Cf. supra p.* 142. 7) *Cf. V. Haimhrammi B c.* 3 *(SS. R. Merov. IV,* 475*):* fidei semina spargendo, *et paulo infra:* spargendo fidei semina. 8) *'Tauern' interpretatus est Hansizius l. l. II,* 41. 9) *I. e. Sclavis.* 10) *Quae omnia sine dubio ficta sunt; de fide christiana inde a saeculo VIII. apud Carantanos propagata cf. Conv. Baiuvar. et Carant. c.* 4. 5 *(SS. XI,* 7 *sqq.).*

Hrodberto[a], aliquem esse locum iuxta fluvium Ivarum[b. 1], antiquo vocabulo Iuvavensem[c] vocatum, quo tempore Romanorum[2] pulchra fuissent habitacula[d] constructa, quae tunc temporis omnia dilapsa et silvis fuerant obtecta.

(7[a]). Hoc audiens vir Domini[b], propriis cupiens prospicere oculis, quid inde ipsius rei veritas haberet, propter fidelium animarum lucrum[c], divina disponente gratia, coepit Theodonem rogare ducem, ut illius loci ei potestatem tribueret ad exstirpanda et purificanda loca et ecclesiasticum, prout ei[d] libitum foret, ordinare[e] officium. Quod ipse dux consensit, tribuens ei in longitudine[f] et latitudine de territorio super duas leuvas[g] possessiones[3], ut inde faceret, quicquid ei placeret ad[h] utilitatem sanctae Dei ecclesiae.

(8[a]). Tunc vir Domini coepit renovare loca, primo Deo formosam aedificans
Apparitio Michaelis c. 4. ecclesiam, quam in honore[b] sanctissimi Petri principis apostolorum dedicavit, ac demum claustram[c] cum ceteris habitaculis[4] ad ecclesiasticorum virorum pertinen-
ib. c. 6. tibus[d] [usum] per omnia ordinabiliter construxit. Postea vero, delegato[e. 5] sacerdotumque[f] officio, omnem ibidem cotidie cursum congruo ordine fecit celebrari. Sanctus[g] Domini[h] vir Rodbertus[i], cupiens augmentare[k] loca[l], a praefato duce aliquem fiscum suo[m] vocabulo dictum ad[n] Pitingon[o] inter aurum et argentum cum millenis comparavit solidis[6]. Et sic deinceps, Deo auxiliante, ex datione[p] regum sive ducum seu ex traditione fidelium virorum[7] loci res adcrescere coeperunt.

Capp. 6—8. 1. 2*a*. *b*.

Cap. 6. a) *m. al. corr.* Rŏdberto 1; Ruperto 2*a*. *b*. b) viarum 2*a*. c) Vivano 2*a*; Iuuavo *e corr.* 2*b*. d) constr. hab. 2*a*; hab. — omnia *om.* 2*b*.

Cap. 7. a) *ita* 1; Leccio IIII. 2*a*. b) Rupertus *add.* 2*a*. c) lucra 2*a*. *b*. d) lib. ei 2*a*. e) ordinaret 2*b*. f) lat. et long. 2*a*. g) leucas 2*b*; lencas 2*a*. h) *ita* 1 *cum* 2*a*. *b*.

Cap. 8. a) *ita* 1. b) honorem 2*a*. *b*. c) claustra *corr.* claustra 1; claustrum 2*a*. *b cum D (cod.)*; claustra *aut* claustrum *codices B*. d) *ita D* (*cf. n.* 4: usibus); virorum ius pertin. per 2*a*. *b*; usum *om.* 1; clericorum *pro* ad eccl. v. p. usum *B*; ad ecclesiasticorum v. pertinentibus opus *coniecit B. Krusch, collato loco p.* 159, 1: et cetera ad opus ecclesiasticum habitacula. e) *om.* 2*a*. *b*. f) *ita* 1 *cum App. Michaelis;* que *om.* 2*a*. *b*. *C*; sacerdotali *B*. g) Leccio V. *inc.* 2*a*. h) vir D. 2*a*; vero *pro* D. vir 2*b*. i) *ita hoc loco* 1; Rupertus 2*a*. *b*. k) augmentare — *p.* 161, *l.* 1. cupiens *om. B (non C)*; pro Dei servitio *pro verbis* a praefato duce — *l.* 18. solidis et sic *D*. l) locum 2*a*. m) suum 1. n) ad ad *ad aliam paginam transiens pr. m.* 1. o) Pitingo̍n 1; Pithinon 2*b*. p) donat(c)ione 2*a*. *b*.

1) Qui alio nomine dicitur Salzaha, *addunt Breves Notitiae II,* 1 *(p.* 19*); hodie Salzach.* 2) Antiquis scilicet temporibus *minus distincte B (cf. Brev. Notit. II,* 2, *p.* 19*);* imperatorum *addit D.* 3) *Cf. Notitiam Arnonis I,* 1 *(p.* 4*):* Primum quidem tradidit Theodo dux predictum oppidum simulque et castrum superiorem domno Hrodberto cum terminis denominatis et confinibus vel omnibus appenditiis suisque adiacentiis, una cum campis, silvis, alpes, aquis aquarumque decursibus, sicut ad supra memoratum oppidum vel castro [adspicere videntur]. *Auctor Brevium Notitiarum II,* 3 *(p.* 19*) locum* ad episcopii sedem *statuendam donatum esse non semel asseruit (cf. I,* 2. *II,* 1. 2. 3*), proprii aevi ratione habita.* 4) *Haec explicanda esse videntur ex Institutione Canonicorum a.* 816. *in concilio Aquisgranensi edita c.* 117 *(MG. Concilia II,* 398*):* necesse est tamen, ut claustra, quo clero sibi commisso canonice vivendum est, firmis undique circumdent munitionibus. — — Sint etiam interius dormitoria, refectoria, cellaria et caeterae habitationes usibus fratrum in una societate viventium necessariae. *Cf. supra p.* 149. 5) Ministrorum, cantorum *addit liber de Apparitione S. Michaelis in Monte Gargano c.* 6 *(ed. Waitz, SS. R. Langob. p.* 543*), unde locus exscriptus est.* 6) *Cf. Notitiam Arnonis I,* 2 *(p.* 5*):* Simili modo tradidit idem dux villa nuncupante Pidinga in pago Salzburchgaoe iuxta fluvium Sala mansos XXX inter vestitos et apsos vel quicquid ad ipsos mansos aspicitur;

(9[a]). Tunc sanctus Domini sacerdos Hrodbertus[b], cupiens aliquos adipisci socios ad doctrinam euangelicae veritatis, propriam repetivit patriam. Imitatus summi[c] opificis exemplum, iterum cum duodecim veniens[d] discipulis* secumque virginem Christi nomine[e] Erindrudam** adducens, quam in superiori castro Iuvavensium[f] statuens ibidemque colligens congregationem sanctarum monialium[1] et earum conversationem rationabiliter, sicut canonicus deposcit[g] ordo[2], per omnia disponens[h], quo*** et in loco multa beneficia salvator mundi ad laudem nominis[i] sui praestare solet fidelibus suis. cf. Matth. 10, 1. Acta Sebastiani § 82.

*) inter quos erant eximii beatus Kunialdus et sanctus Gisilarius, ambo presbyteri, ambo viri sancti[3], *addit Vita C.*

**) neptim suam *addit auctor C e Brev. Notit. IV,* 1 *(infra n.* 1*).*

***) Post haec, spiritu prophetico repletus, diem vocationis suae discipulis suis praenuntiavit. Cum ergo dies — — ferebant ad aeternam felicitatem *(e Vita C, ed. Cap.* 9. 1. 2*a. b (ad l.* 6*).*

Cap. 9. a) *numeros insequentes ipse addidi.* b) *ita B*; Rodbertus 1; Rupertus 2*a. b.* c) op. summi 2*a. b.* d) venit 2*b.* e) Erindrindam (Erindrudem? *corr.* Gerdrudem 2*b*) nomine 2*a. b.* f) Iuvaciensium 2*a.* g) depoposcit 2*b.* h) disposuit 2*a. b.* i) nomini sui 1.

Breves Notitiae II, 4 *(p.* 19*):* Postea vero domnus et sanctus Rudbertus episcopus Theodoni duci dedit de proprio conquestu suo in auro et argento solidos mille et comparavit ad eum villam que dicitur Pidinga cum servis ibi manentibus in coloniis suis XXX, curtem et casam cum aliis edificiis et territorio ibidem pertinenti, cum pratis, pascuis, silvis ac montibus, molendariis aquarumve decursibus, cum omnibus confiniis ibidem pertinentibus, et eternaliter ad ipsam sedem deservire vulgariter ac publice confirmavit. *Quae ex ipsa charta vel notitia emptionis traditionisque pendere manifestum est, eademque sine dubio auctor Vitae usus est. Hodie Piding ad Saalach fl. infra Reichenhall ('Oberbayern, Bez.-Amt Berchtesgaden').* 7) *Cf. chartam, qua Karolus M. a.* 790. omnes res episcopatus *Salisburgensis confirmavit,* que a longo tempore tam de datione regum aut reginarum seu ducum vel reliquorum Deum timencium hominum ibidem iuste et racionabiliter tradite vel delegate sunt *(MG. Dipl. Karol. I, n.* 168*). Cf. supra p.* 148.

1) *Cf. Notitiam Arnonis VII,* 1 *(p.* 13*):* Item de monasterio puellarum, quod constructum est in honore sancte Dei genetricis semperque virginis Mariae iuxta ipsum episcopatum in castro superiore *(hodie Nonnberg),* quem domnus Hrodbertus episcopus atque confessor primum edificavit, que et Salzburc appellavit, in quo et neptiam suam Christi famulam Erindrudam constituit cum aliis puellis, in quo loco honorifice requiescit; *Breves Notitiae IV,* 1 *(p.* 22*):* Cepit autem idem beatus pontifex una cum consilio et voluntate domni Theodberti ducis in superiori castro sepedicti Iuvavensis oppidi construere ecclesiam ac monasterium sacris virginibus ad habitandum in servicio Dei et sancte Marie matris Domini, et peracta ecclesia, consecravit eam Domino in honore eiusdem sancte Dei genitricis Marie posuitque ibidem per licenciam et voluntatem domni Theodberti ducis Christi ancillam Deo sacratam neptem suam nomine Erindrudem cum aliis Deo devotis feminis in servicium Dei et sancte Marie virginis Christique genitricis. *Ordini sanctimonialium defunctarum* Arindrud abbatissa *primo loco in Libro confraternitatum S. Petri* 70, 1 *(l. l. p.* 29*) inscripta est. Nomen eius et* 30. *Iunii (Lechner l. l. p.* 133. 153*) et* 4. *Septembris (supra p.* 143, 42; *Lechner p.* 19. 135. 155*) Kalendariis illatum est, atque hunc diem in posterioribus translatio eius occupat. Vita eius (Canisius-Basnage, Lectiones antiquae III,* 2, *p.* 331 *sq.) locis communibus constat neque ullius momenti est.* 2) *Haec verba cum alibi (cf. Sepp p.* 6, *n.* 14*) inveniuntur tum in prologo Regulae canonicorum Chrodegangi (ed. W. Schmitz,* 1889, *p.* 1*):* ut ordo canonicus deposcit. 3) *De quibus cf. supra p.* 143.

(10). Interea[a] contigit, adproximante die ultimo, ut sancta illa anima manibus sanctorum archangelorum ad Dei omnipotentis praesentiam gestaretur. Quibusdam electis viris visi sunt iuvenes pueri, in formoso habitu decorati, quasi ad missarum solemnia praeparati, et chori psallentium fuerant auditi, et ita tunc[b] illa sancta anima carne soluta[c] est in die resurrectionis domini nostri Iesu Christi[1]. Postea vero sacratissimum corpus illius cum letaniis[d] et laudibus dignis a sacro collegio honorifice traditum fuit sepulturae, prout decentissimum erat. Ubi multis coepit pollere miraculis et signis florere coruscis, ita ut multi aegri venientes sanabantur[e], caeci recipiebant lumen, muti[f] eloquentiam, surdi auditum, claudi recipiebant gressum, domino nostro Iesu Christo cooperante ad laudem nominis sui[g] et ad confessoris sui dignitatem, cui sit honor et potestas, laus[h] et gratiarum actio per infinita secula seculorum. Amen.

Gregor M. Dialog. IV, 15.

Sepp p. 58, 12—14. 19—28), ad quam meritis et precibus sanctorum germanorum Trudperti martyris[2], Ruperti confessoris atque Gendrudis (*corr. e* G::trudis) virginis, sororis eorumdem, nos perducat Iesus Christus, Mariae filius, super omnia benedictus. Amen *desinit* 2*b*.

Cap. 10. 1. 2*a*.

Cap. 10. a) Leccio VI. *inc.* 2*a*. b) demum 2*a*. c) *ita* 2*a cum Gregorio*; resoluta 1. d) laud. et let. 2*a*. e) sanarentur 2*a*. f) multi 1, *corr.* g) *ita* 2*a (cf. supra p.* 161, 7*); om.* 1. h) *om.* 2*a*.

1) *Id est die aut paschali aut distincto* 27. *Martii, quo resurrectionem Domini et contigisse credebant et Kalendariis inscribebant; cf. supra p.* 145 *sq.* 2) *Cf. supra p.* 157, 10.

VITA WILFRIDI I.
EPISCOPI EBORACENSIS
AUCTORE STEPHANO.

Fides christiana, ex quo Augustinus a. 597. *ad Cantiam appulit, magis magisque, quamquam clades non deerant, inter Anglos progrediebatur neque solum a meridie invecta est, sed paulo post etiam a Scottis praedicabatur, quorum mores ecclesiastici a Romanis partim discrepabant, maximeque observatio paschalis et forma tonsurae occasionem litis satis vehementis dederunt*[1]. *Cumque initio asseclae Romanae partis a Cantia usque ad regnum Nordanhumbrorum pervenissent et Paulinus episcopus a.* 625. *ad eos missus iam a.* 627. *Aedwinum regem (*617—633*) una cum parte populi convertisset, rege a.* 633. *in pugna interfecto, Paulinus Cantiam rediit, atque ab Oswaldo rege (*634—642*), qui apud Scottos exulans baptizatus erat, ex Hiensi insula inde ab aevo Columbae abbatis clarissima monachi introducti sunt, e quibus Aedanus (*635—651*) sedem episcopalem Nordanhumbrorum in Lindisfarna insula constitutam accepit; unde cum monachis episcopisque etiam consuetudines Scottorum et principatus Hiensium abbatum quasi archiepiscopalis*[2] *per provincias Middilanglorum, Saxonum Orientalium, Merciorum paulo post medium saeculum propagata sunt, ita ut Romanis meridiana eademque minor insulae pars relicta esset*[3]. *Quo tempore Wilfridus propugnator Romanae partis acerrimus extitit atque etiam, postquam Scottici ritus paulisper tantum defensi ex Anglorum finibus cesserunt, cum pro sua ipse re pugnaret, auctoritati sedis Romanae apud Anglos augendae valde institit,*

multisque domique forisque
iactatus nimium per tempora longa periclis[4],

quin immo rebus Francorum saeculo VII. vergente turbatis implicatus est et primus ex Anglorum finibus Frisionibus fidem christianam intulit, ita ut casus eius ex parte non solum ad historiam Angliae, verum etiam Germaniae pertinere appareat[5].

1) *Cf. praeter alios Fr. Loofs, De antiqua Britonum Scotorumque ecclesia,* 1882; *Krusch, SS. R. Merov. IV,* 5 *sq. (= Ionae Vitae sanctorum p.* 7 *sq.); H. Zimmer, Nennius vindicatus,* 1893, *p.* 134 *sqq.; idem, 'Keltische Kirche' (Hauck, 'Realencyklopädie für protestant. Theologie und Kirche' X*[3], 204 *sqq.).* 2) *Loofs p.* 77. 3) *Cf. ib. p.* 73 *sqq.,* 83. 4) *Epitaphium Wilfridi (Beda, Hist. eccl. V,* 19*).* 5) *De Wilfrido egerunt cum alii tum I. M. Lappenberg, 'Geschichte von England' I,* 1834, *p.* 167 *sqq.; W. Bright, 'Chapters of early English*

Paulo post proelium illud, quo Aedwinus a Caedwalla rege Britonum et Penda rege Merciorum victus occubuerat, in finibus Nordanhumbrorum ab inimicis saevissime vastatis Wilfridus a. 634/35. *natus est*[1], *a patre ut videtur nobili et locupleti ortus, in cuius domum socii regales veniebant et qui filio discedenti arma et equos et ministros praestare poterat*[2]. *Anno enim aetatis* 14, *cum matre mortua noverca immitem se in eum praeberet, domo paterna egressus ad Eanfledam reginam introductus est, filiam Aedwini, uxorem Oswiu regis* (642 — 671), *qui post mortem Oswaldi fratris regnum Berniciorum regebat, cum Deirorum provinciae ad a.* 651. *Oswini rex praeesset. Regina autem, quae a.* 626. *prima e gente Nordanhumbrorum a Paulino baptizata erat*[3] *partique Romanae favebat*[4], *puerum Cuddae sodali regis tradidit, qui saeculo relicto in Lindisfarnense monasterium se receperat, quod eo tempore sub Aedano Scottico episcopo egregio* (635 — 651) *vigebat, et Cuddae ibi ministrans*[5] *Wilfridus laicus vitam regularem agere studebat*[6].

Annis aliquot in coenobio transactis, sibi proposuit, ut Romam peregrinaretur, id 'quod eo tempore magnae virtutis aestimabatur'[7], *sicque ab Eanfled regina ad Earconberctum regem Cantiae* (640 — 664) *missus est, ut sociis adiunctis iter Romanum iniret. Cantia autem inde ab adventu Augustini praecipua sedes et fundamentum Romanae partis erat, ita ut idem esset vivere 'iuxta morem Romanorum sive Cantuariorum'*[8], *atque Earconberctus rex fidei catholicae adeo favebat, ut primus e regibus Anglorum cultum paganorum 'principali auctoritate' impugnandum susciperet*[9]. *Unde non mirum est, Wilfridum ibi consuetudinibus Romanis imbutum esse, traditumque est, eum tum psalterium quod dicitur Romanum didicisse pro Gallicano*[10]. *Wilfridus, si Beda recte statuit neque coniectura nititur, vivo Honorio archiepiscopo, qui a.* 653 *(Sept.* 30*) obiit, in Cantiam venerat*[11], *annoque vertente Biscopum cognomine Benedictum socium itineris nactus est, qui, postea Wiremuthensi et Gyrvensi monasteriis conditis clarissimus factus, illo tempore et ipse iter Romanum susceperat*[12], *non semel deinceps ab eodem repetitum. Lugdunum usque una profecti sunt, deinde comes 'austerae mentis' Romam properavit*[13], *cum Wilfridus, ab Aunemundo episcopo Lugdunensi, quem auctores Anglici Dalfinum vocant*[14], *hospitio benigne susceptus, 'aliquod spatium' ibi moraretur. Neque vero quamvis largis promissionibus ab eo adductus est, ut iter susceptum relinqueret et Lugduni maneret, sed et ipse Romam profectus 'multos menses' in urbe degit, amicitiam Bonifatii archidiaconi nactus. A quo regulis ecclesiasticae disciplinae instructus est et cursum paschalem decemnovennalem Dionysii a Romanis adhibitum didicit*[15], *cum in Nordanhumbrana patria Scotti adhuc cyclo* 84 *annorum uterentur, cuius simili se ipsos saeculo IV.*

Church History', 1897[3], *p.* 216 *sqq.; Loofs l. l. p.* 86 *sqq.; H. Hahn, 'Bonifaz und Lul',* 1883, *p.* 67 *sqq.; K. Obser, 'Wilfrid der Ältere', Heidelbergae* 1884; *C. Plummer, Baedae Opera historica II,* 1896, *qui cum aliis locis de Wilfrido egit, tum p.* 316 *sqq. chronologiam vitae eius composuit; denique schedis meis ante inspectis, quam impressae erant, H. Böhmer apud A. Hauck, 'Realencyklopädie für protestantische Theologie und Kirche' XXI*[3], 1908, *p.* 289 *sqq. Benjamin W. Wells, 'Eddi's Life of Wilfrid' ('The English Historical Review' VI,* 1891, *p.* 535 — 550*), V. Wilfridi auct. Stephano cum relationibus Bedae comparavit.* 1) *Obiit a.* 710. *p. Chr. 'anno aetatis suae* 76.'; *v. infra.* 2) *Stephanus c.* 2. *De fratribus sororibusque Wilfridi nihil traditum est, nisi quod Beda rettulit (IV,* 14 *[16]), Bernwini filio sororis possessiones in Vecta insula sitas a Wilfrido commendatas esse.* 3) *Beda II,* 9. 4) *Ib. III,* 25. 5) *Cf. Ann. Lindisfarnenses a.* 649 *(SS. XIX,* 504*):* Wilfridus intravit aecclesiam Lindisfarnensem. 6) *Stephanus c.* 2. 3; *cf. Bedam V,* 19. 7) *Beda IV,* 21 (23). 8) *Ib. II,* 20. 9) *Ib. III,* 8. 10) *Stephanus c.* 3. 11) *Beda V,* 19. 12) *Cf. Bedae Hist. abbatum c.* 2 *(Plummer I,* 365*).* 13) *Stephanus c.* 3; *Beda V,* 19. 14) *Cf. ea quae ad V. Wilfridi c.* 4. *adnotavi.* 15) *Stephanus c.* 5; *Beda V,* 19.

usos esse[1] Romani obliti erant, sicque Wilfridus, si non in Cantia Galliaque, certe ex hoc tempore parti Romanae addictus deditusque erat. Benedictione papali accepta, in Galliam rediit iterumque Lugduni apud Aunemundum (Dalfinum) episcopum degebat eique tam familiaris factus est, ut heredem ille Wilfridum instituere voluisse dicatur, qui tonsuram Romanam a Scottica discrepantem ab eo accepit[2]. Post tres vero annos Gallicae hospitalitati finis impositus est. Balthildis regina eo tempore, Chlodoveo II. marito a. 657. vita functo, pro filio puero regnabat, et ipsa e Saxonico genere oriunda; quam cum Francici auctores velut sanctam posteritati tradiderint[3], biographus Wilfridi Anglicus mores eius velut alterius Iezabel exsecratus longe aliter depinxit[4]: praeter presbyteros et diaconos episcopos novem iussu eius interfectos esse, e quorum numero Dalfinus fuisset, crudelissime a ducibus trucidatus. Balthildem recentiores omnes fere de nece imputata defenderunt, quam potius regina nescia vel invita ab Ebroino maiore domus commissam esse statuendum esset[5]; sed dubito, an Balthildem 'ingenio strenuam'[6] nimium studiose defenderint et biographo laudatori eius in talibus rebus fidem iusto maiorem habuerint, atque fortasse causam sancti Leudegarii comparare licet et monere, quam diversis oculis eum auctor Passionis Praeiecti et biographus proprius aspexerint. Neque vero de rebus Aunemundi ita instructi sumus, ut in tanta penuria fontium testimonio solius Stephani nisus quaestionem diiudicare audeam. Aunemundus igitur anno 660. exeunte vel proximis annis interfectus est[7], cum Wilfrido pepercerint, quod 'transmarinus de Anglorum gente' esset; tamen, episcopo sepulto, Galliam reliquit et in patriam Nordanhumbranam rediit[8].

Eisdem annis ibi dissensio inter Scottos et partem Romanam paulatim accreverat, et controversiae de ratione paschali et tonsura aliaeque, quae tempore Aedani episcopi Lindisfarnensis (635—651) omnibus venerandi quieverant, sub Finano successore (651—661) atque eo magis sub Colmano (661—664) agebantur, eis 'qui de Cantia vel de Galliis advenerant' consuetudines Scottorum ut moribus universae ecclesiae contrarias impugnantibus[9]. Cumque Oswiu rex a Scottis staret, Eanfled regina, in Cantia educata[10], Romanis favebat atque presbyterum et nomine et observatione Romanum inde secum adduxerat, cum alter clericus eiusdem partis, scilicet Iacobus diaconus, Paulino pontifice a. 633. recedente, Eboraci perstitisset[11], aliumque fautorem Alchfridum filium regis nacti sunt, qui sub Oswiu patre regionem Deirorum rexisse videtur adeoque, Coenwalcho

1) Cf. Krusch, 'Die Einführung des griechischen Paschalritus im Abendlande' ('N. Arch.' IX, 142. 167); Jos. Schmid, 'Die Osterfestberechnung auf den britischen Inseln', Ratisbonae 1904, additis iis, quae disseruit E. Schwartz, 'Christliche und jüdische Ostertafeln' ('Abhandlungen der Göttinger Gesellschaft der Wissenschaften, Phil.-hist. Klasse, Neue Folge' VIII, n. 6, 1905, p. 89 sqq.). 2) Stephanus c. 6; Beda III, 25. 3) Cf. V. Balthildis (SS. R. Merov. II, 482 sqq.). 4) Stephanus c. 6. Cf. Bedam V, 19; V. Aunemundi c. 3 (AA. SS. Sept. VII, 744). 5) Cf. e. gr. M. J. Couturier, 'Sainte Bathilde reine de France', Parisiis 1909, p. 144 sqq. 6) Liber hist. Franc. c. 43 (SS. R. Merov. II, 315). Cf. V. Balthildis c. 10 (ib. p. 495) et Krusch, ib. p. 476. Monuerim quoque, Aunemundo Genesium amicum Balthildis successisse. 7) Cf. ea quae ad V. Wilfridi c. 6. adnotavi. Priores (velut Plummer II, 317) necem Aunemundi reditumque Wilfridi a. c. 658. attribuerunt. Res Francicae iis annis satis turbidae fuisse videntur, quibus interitus Grimoaldi maioris domus Austrasiorum contigit (a. 662; cf. Krusch, SS. R. Merov. V, 90 sq.; 'Der Staatsstreich des fränkischen Hausmeiers Grimoald I.', 'Historische Aufsätze Karl Zeumer dargebracht', 1910, p. 417 sqq.), neque vero, deficientibus fontibus, rationes quasdam inter necem Aunemundi et Grimoaldi intercessisse statuere licet. 8) Stephanus c. 7; Beda V, 19. 9) Beda III, 25. 10) Ib. II, 20. III, 25. 11) Ib. II, 20.

Westsaxonum rege (c. 642—672) hortante[1], Romanam partem amplexus est, ut et ipse cum Biscopo Benedicto Romam peregrinaturus fuisset, nisi a patre revocatus esset[2]. Cum quo Wilfridus, de Gallia regressus, ita coniunctus est, ut Alchfridus eius 'doctrinam omnibus Scottorum traditionibus praeferendam' esse sibi persuasum haberet[3], primoque ab eo possessionem in Stanford loco sitam accepit. Cumque Alchfridus paulo ante Hripum Eatae abbati Mailrosensi, discipulo Aedani, ad coenobium construendum concessisset[4], cui cum alii tum Cudberctus ille clarissimus inerant, monachi institutis Scotticis dediti iam expulsi sunt, qui 'loco cedere quam suam mutare consuetudinem' malebant, monasterioque parti Romanae tradito Wilfridus abbas praefectus est, qui in ea re perficienda qualem personam gesserit, magis divinare licet quam affirmare. Neque multo post, cum Agilberctus episcopus apud Nordanhumbranos moraretur, qui e Gallia oriundus, non parvo tempore in Hibernia transacto, Westsaxonum episcopus factus erat, sed dioecesi in duas partes a rege divisa offensus recesserat[5], Wilfridus ab eo Hripi, Alchfrido rogante, presbyter ordinatus est[6].

Denique a. 664.[7] controversiae ecclesiasticae in Nordanhumbria ad finem venerunt[8]. Cum enim inprimis quaestio paschalis magis magisque agitaretur, tandem in Streanaeshalch monasterio Hildae abbatissae subiecto parte priore anni illius[9] synodus habita est, in qua praesentibus Oswiu rege et Alchfrido filio res dirimeretur, eoque etiam Wilfridus presbyter cum Agilbercto episcopo venit[10]. Utque paucis verbis utar neque narrationem Bedae notissimam brevioremque Stephani iterem, Wilfrido ibi potestas data est contra Colmanum pro Agilbercto disputandi, quia episcopus lingua Anglica uti non poterat nisi per interpretem. Cumque Colmanus exemplum Iohannis apostoli proferret, Wilfridus Scottos ut contra totum orbem pugnare, ita ne cum Iohanne quidem convenire demonstrans, suae ipse parti morem apostolicae sedis a Petro institutum et a Nicaeno concilio confirmatum — insulsis sane rationibus — vindicavit; deinde, Colmano libellum nomine Anatolii falso editum[11] atque exemplum sancti Columbae abbatis Hiensis (Columcille) laudante, alter testimonium illud artificiose interpretatus avertit, denique auctoritati Columbae potiorem auctoritatem potestatemque Petri clavicularii opposuit, quo argumento Oswiu rex Romanae parti conciliatus est causaque Scottorum succubuit. Porro, synodo soluta, Colmanus cum magna parte suorum de Lindisfarnensi insula ad Hiensem rediit[12], sicque controversiae de ratione paschali ritibusque habitae in regno Nordanhumbrorum

1) Stephanus c. 7. 2) Beda, Hist. abbatum c. 2 (Plummer I, 365). 3) Beda III, 25. Cf. ib. V, 19; Stephan. c. 7. 8. 4) Beda, Hist. eccl. III, 25. V, 19; V. Cudbercti c. 7. 8 (ed. Stevenson, Bedae Opera historica minora, 1841, p. 61 sqq.). Fontes ad Hripum spectantes congessit I. T. Fowler, 'Memorials of the Church of SS. Peter and Wilfrid, Ripon' I ('Publications of the Surtees Society' LXXIV), Dunelmi 1882. 5) Beda III, 7. 25. 6) Stephanus c. 9; Beda III, 25. V, 19. Anno 664. charta spuria Wulfhere regis Merciorum pro Medeshamstede coenobio (Peterborough) data esse vult, cui Wilfridus presbyter famulus ecclesiarum ct baiulus euangelii Dei in gentes subscripsisse dicitur (Kemble, Codex diplomaticus aevi Saxonici V, 1847, p. 2, n. 984; W. de Gray Birch, Cartularium Saxonicum I, 1885, p. 33, n. 22). 7) Beda III, 26. V, 24. 8) Cf. Krusch, 'N. Arch.' IX, p. 154 sqq. 9) Cf. Plummer II, 189. 10) De synodo rettulerunt cum Stephanus c. 10, tum Beda III, 25, cuius narratio multo amplior est pluraque argumenta utriusque partis exhibet. Unde Bedam res relatas ipsum auxisse fortasse iure conici potest (Plummer II, 190), sed nonnulla ostendere videntur, Bedam re vera de compluribus melius instructum esse, velut de praesentia Iacobi et Romani personaque interpretis Cedd iniuncta, quales res fidem Bedae confirmant, etsi de omnibus singulis idem affirmare in animo non habeo. 11) Cf. Krusch, 'Studien zur christlich-mittelalterlichen Chronologie', 1880, p. 311 sqq. 12) Stephanus c. 10; Beda III, 26.

finis impositus est, Wilfrido postea gloriante, se primum 'post obitum primorum procerum a sancto Gregorio directorum Scotticae virulenta plantationis germina' eradicasse[1]. *Turbae sane deinceps per vitam eius plurimae occurrunt, neque veri simile est, Nordanhumbros, qui partis Scotticae fuissent, universos Wilfrido magistrorum suorum impugnatori acerrimo, etiam ritibus prioribus abdicatis, admodum favisse; tamen in eis quae sequuntur controversiis non iam de doctrinis consuetudinibusque agitur, sed de persona Wilfridi*[2].

Pro Colmano abscedente Tuda 'pontificatum Nordanhumbrorum' accepit, qui, in Hibernia australi eruditus, ritibus catholicis adhaerebat, sed eodem anno, cum pestis Britanniam vastaret, obiit[3]. *Deinde Wilfridus episcopus factus est; de initiis vero episcopatus eius complura satis incerta sunt. Cum Stephanus biographus, qui Tudam silentio omnino praetermisit, referat, Wilfridum pro Colmano episcopum Eboracae civitatis electum esse*[4], *quae post Paulinum sedes episcopalis non fuerat, e Beda potius effici videtur, eum nequaquam episcopum totius Nordanhumbriae factum esse; nam hoc teste idem iussu Alchfridi regis 'sibi suisque' episcopus consecratus est*[5], *ita ut de parte tantum regni agi videatur. Electus igitur, cum apud Anglos episcopi canonice ordinati conversatique idoneo numero adesse non viderentur*[6], *in Galliam missus est ibique, anno* 664. *nondum finito*[7], *in Compendio loco a duodecim episcopis sollemniter ordinatus est, inter quos Agilberctus erat, qui in patriam redierat nec multo post sedi Parisiacae praelatus est*[8]. *Dum autem Wilfridus in Gallia moratur, — neque enim ante a.* 666. *in Britanniam rediit*[9] *— Oswiu rex Ceaddam, discipulum Aedani religiosum, episcopum Eboracensem fecit, cumque Deusdedit archiepiscopus Cantuariensis obiisset, Wini episcopus Westsaxonum, cum pontifices rite ordinati non adessent, adhibitis duobus Britonum episcopis, eum consecravit*[10]. *De causa autem alterius episcopi apud Nordanhumbros instituti rationibusque inter Wilfridum et Ceaddam intercedentibus fontes iterum discrepant. Stephanus vult, Oswiu regem a parte 'quartadecimana' adductum consensisse, ut alius contra canones in sede Wilfridi constitueretur*[11]. *Econtra Beda, Wilfrido, si supra recte statui, partem tantum Nordanhumbriae vindicans, statuere videtur, Ceaddam non pro Wilfrido, sed cum eo episcopum Nordanhumbrorum factum esse; narrat enim, Wilfridum ab Alchfrido in Galliam missum esse, Oswiu vero regem, 'imitatum industriam filii', Ceaddam episcopum ecclesiae Eboracensis ordinandum curasse*[12], *neque ad episcopos sibi oppositos ea pertinere videntur, quae ad a.* 664. *adnotavit*[13]*:* Ceadda ac Vilfrid Nordanhymbrorum ordinantur episcopi[14]. *Alii monuerunt, Oswiu regem ab Alchfrido impugnatum esse*[15] *neque quicquam de filio*

IV, 4. *Cf. Annales Fuldenses, Corbeienses, Lindisfarn. a.* 664 *(SS. III,* 2. 116*. *IV,* 2*):* Colman abiit (obiit *Fuld.*). 1) *Stephanus c.* 47. 2) *Cf. Loofs l. l. p.* 86 *sqq.* 3) *Beda III,* 26. 27. 4) *V. Wilfridi c.* 11. 12. 5) *Beda III,* 28. *V,* 19. *Cf. Wells l. l. p.* 539 *sq.; Plummer II,* 323. 6) *Stephanus c.* 12*; cf. Bright l. l. p.* 241. 7) *Cf. ea quae ad V. Wilfridi c.* 11. *adnotavi.* 8) *Ib. c.* 12*; Beda III,* 28. *V,* 19. 9) *Antequam a.* 669. *a Theodoro Eboracae sedi praefectus est, 'tribus annis' Hripi resederat (Stephanus c.* 14*).* 10) *Beda III,* 28. 11) *Stephanus c.* 14*; cf. c.* 15. 12) *Beda III,* 28. 13) *Ib. V,* 24. 14) *Cf. ib. titulum III,* 28: Ut, defuncto Tuda, Vilfrid in Gallia, Ceadda apud Occidentales Saxones in provinciam Nordanhymbrorum sint ordinati episcopi. *Cf. notam codicis Cottoniani Vespas. B. VI, inter a.* 811. *et* 814. *conscriptam, de episcopis Nordanhumbranis (Sweet, 'The Oldest English Texts',* 1885, *p.* 169*):* Primus Paulinus a Iusto archiepiscopo ordinatus, II. Aeðan, III. Fine, IIII. Colman, V. Tuda. Postea in duas parrochias dividitur, Cedda Eboracensi ecclesiae ordinatum, Vilfrið Hagstaldensiae ordina(tum), *etsi de sede Hagustaldensi agi non potest, anno demum* 678. *constituta, postquam Wilfridus ibi ecclesiam aedificavit (v. infra).* 15) *Beda III,* 14.

post iter Wilfridi Gallicum commemorari; unde coniecerunt, Alchfridum fortasse seditiosum eo tempore sive exilio sive morte de medio sublatum esse, fautoreque remoto, etiam Wilfridum amicum neglectum esse, alio episcopo ordinato[1]. *Quae sane ut cum Stephano melius comparari possunt, ita maxima ex parte coniecturis nituntur et nimis incerta sunt. Atque ne Stephanus quidem rettulit, Wilfridum sedem Eboracensem a Ceadda occupatam sibi vindicare conatum esse, sed e Gallia reversum in Hripensi monasterio tres annos humiliter resedisse*[2], *id quod non satis mirandum erat in viro, qui postea de causis similibus tantopere pugnavit, si re vera totius regni episcopatus ei competisset. Neque vero Eboracum et Hripum ita sita sunt, ut de dioecesibus certis finibus circumscriptis cogitaverim, quibus fortasse etiamtum in maximo regno haud ita opus erat. Difficultates igitur, quae in initiis Wilfridi describendis deprehenduntur, magis ostendisse quam amovisse sufficiat.*

Illo tempore Ceadda regiones suae curae commissas evangelizandi causa peragrabat[3], *neque Wilfridus in Hripensi coenobio residere contentus erat*[4], *sed a Wulfheri rege* (658—675) *vocatus in regno Merciorum episcopalia munera exsequebatur*[5], *Iarumano episcopo ut videtur iam tum defuncto neque successore constituto. In possessionibus a rege concessis monasteria surgebant, iisque fortasse annis Undalum coenobium Andreae apostolo dedicatum tribuendum est, in quo Wilfridus postea obiit*[6]. *Similiter in Cantia versatus est; cum enim Deusdedit archiepiscopus a.* 664. *mortuus esset et Wighardus successor, consecrandi causa Romam missus, priusquam ordinatus est, in urbe mortem occubuisset, Wilfridus ab Ecgberto rege* (664—673) *accersitus in Cantia officiis episcopalibus fungebatur*[7], *donec Theodorus archiepiscopus a.* 669. *advenit, simulque institutis quibus imbutus erat catholicis propagandis insistebat. Cum ad id tempus apud Anglos mos cantandi in ecclesia Romanus nusquam nisi in Cantia vigeret*[8] *et apud Nordanhumbros unus Iacobus ille diaconus a Paulino relictus magister artis eiusdem existeret*[9], *Wilfridus Aeonam et Aeddi cognomento Stephanum e Cantia in patrias regiones secum adduxit*[10], *sicque ibi 'assono vocis modulamine, binis astantibus choris, persultare responsoriis antiphonisque reciprocis' didicere*[11]. *Similique consilio ductus, ut lapideas ecclesias pro ligneis aedificaret, caementarios 'omnisque paene artis institutores' eo invexit*[12] *atque etiam primus regulam Benedicti in septemtrionales fines Anglorum intulit*[13], *sicque et eo et Ceadda 'perplura catholicae observationis moderamina' molientibus effectum est, ut Scotti, 'qui inter Anglos morabantur, aut his manus darent aut suam redirent ad patriam'*[14].

Denique a. 669. *Theodorus archiepiscopus Cantuariensis in Britanniam pervenit, a Vitaliano papa Romae consecratus, et primus in Britannia iura metropolitano competentia exercens, per annos pontificatus sui* (669—690) *in ecclesiis Anglicis uniendis et institutis Romanis stabiliendis litterisque propagandis non parum profecit, 'isque primus erat in archiepiscopis, cui omnis Anglorum ecclesia manus dare consentiret'*[15]. *Brevi post adventum regna Anglorum perlustrabat, episcopos ordinans, minus idonea corrigens; quo in regnum Nordanhumbrorum veniente, Wilfridus regimen episcopatus Eboracensis*

1) *Cf. Obser p.* 37; *Raine, 'Dictionary of Christian Biography' (ed. Smith et Wace) IV,* 1887, *p.* 1180; *Plummer II,* 198. 2) *Stephanus c.* 14. 3) *Beda III,* 28. 4) *Iis annis Tunberctus cum Ceolfrido et aliis fratribus Gaetlingi monasterii,* invitatus a Wilfriðo episcopo ad monasterium Rypense secessit; *cf. V. Ceolfridi auct. anonymo c.* 3 *(Plummer I,* 389*)*. 5) *Stephanus c.* 14. 6) *Ib. c.* 64. 7) *Ib. c.* 14; *Beda IV,* 2. 8) *Beda IV,* 2. *De cantu ecclesiastico Scottorum cf. F. E. Warren, 'The Liturgy and Ritual of the Celtic Church',* 1881, *p.* 125 *sqq.* 9) *Beda II,* 20. *IV,* 2. 10) *Ib. IV,* 2; *Stephanus c.* 14. 11) *Stephanus c.* 47. 12) *Ib. c.* 14. 13) *Ib. c.* 14. 47. 14) *Beda III,* 28. 15) *Ib. IV,* 2.

universum regnum amplectentis accepit, cum Ceadda sedi Merciorum Liccidfeldensi (Lichfield) praeficeretur. De ratione vero, qua hic ordo institutus sit, Stephanus et Beda rursus dissentiunt, eodem sane modo, quo de Ceadda instituto diversa eos referre monui, neque minus Bedae ut a turbis Wilfridianis remotiori iterum potior fides adhibenda esse videtur. Atque biographus Wilfridi vult[1]*, Ceaddam, quod 'praedonis more episcopus alterius episcopi sedem praeripere ausus' esset, de sede aliena deponi a Theodoro iussum esse peccatumque secundum iudicium episcoporum confessum emendasse, Wilfrido in propriam sedem restituto; deinde vero Wilfridum episcopatum Liccidfeldensem a Wulfheri rege Merciorum sibi aut cuicumque ipse dare voluisset oblatum 'pacifice inito consilio' Ceaddae concessisse, illumque ita 'per omnes gradus ecclesiasticos' ordinatum esse. Aliter autem atque mea quidem opinione veri similius Beda rem actam esse rettulit: Theodorum Ceaddam non rite consecratum esse arguisse (in quo ordinando duo episcopi Britonum interfuerant) et ordinationem eiusdem officium abdicare parati denuo 'catholica ratione' consummasse*[2]*; Ceaddam autem ad curam Laestingaeu monasterii sui secessisse, 'accipiente Wilfrido episcopatum totius Nordanhymbrorum provinciae'*[3]*, quietamque in coenobio vitam egisse, dum, Wulfheri rege Merciorum petente et Oswiu rege Nordanhumbrano concedente, sedi Liccidfeldensi vacanti praeficeretur*[4]*. Certe a.* 669.[5] *sive uno sive altero modo dioecesis distincta utrique attributa est, iamque Wilfridus summa auctoritate usus per decennium dioecesi Eboracensi praefuit, quae totum regnum Nordanhumbrorum amplectebatur, eoque crescente etiam fines illius augebantur.*

*Eo autem tempore regnum sub Oswiu rege (*642—671*) fortuna secunda fruebatur, Pictis et Scottis Britannicis devictis*[6]*, ita ut ille septimus iis regibus Saxonum adnumeraretur, quorum imperium ultra fines proprii regni viguisset*[7]*, sicque potestas Wilfridi episcopalis propagabatur, 'quousque rex Oswiu imperium protendere poterat'*[8]*. Neque minore auctoritate sub Ecgfrido rege (*671—685*) fruebatur, qui Pictos seditiosos denuo subiecit*[9]*, Merciisque devictis*[10]*, Lindissi provinciam (circa Lincoln) regno addidit*[11]*, utque Ecgfridi fines victoriis prolatabantur, ita 'Wilfrido episcopo ad austrum super Saxones et ad aquilonem super Britones et Scottos Pictosque regnum ecclesiarum multiplicabatur'*[12]*. Numerus igitur diaconorum et presbyterorum augebatur*[12]*; inter quos Ceolfridus monachus Hripensis erat, quem Wilfridus anno ut videtur* 669. *presbyterum ordinavit*[13] *et nonnullis annis post ut 'adiutorem et cooperatorem monasticae institutionis' Biscopo illi Benedicto concessit*[14]*, a quibus a.* 674. *Wiremuthense coenobium aedificatum est, Bedae nomine clarissimum futurum. Ipse Wilfridus Eboraci basilicam olim a Paulino fundatam, tunc vero semirutam restituit terrisque sibi oblatis ditavit*[15]*. In coenobio Hripensi basilicam in honorem sancti Petri construxit sollemniterque dedicavit, praesentibus Ecgfrido rege et Aelfwino fratre, qui episcopo multas possessiones donabant, commemoranturque etiam loca sacrata, quae clerus Britannus Anglos fugiens deseruerat*[16]*. Inter alia Wilfridus ecclesiae quattuor evangelia attribuit, quae auro in membranis purpuratis exaranda et in pretiosissima capsa condenda curaverat, ab aequalibus 'quasi inauditum ante miraculum' celebrata*[16]*, ita ut ne in epitaphio quidem meritis episcopi*

1) *V. Wilfridi c.* 15. 2) *Beda IV,* 2. *Cf. L. Gougaud, 'Les chrétientés celtiques', Parisiis* 1911, *p.* 204 *sq.* 3) *Ib. V,* 19. 4) *Ib. IV,* 3. 5) *Cf. petitionem Wilfridi a.* 679 *(Stephanus c.* 30*):* sedem, quam per decem et eo amplius annos cum Dei clementia dispensabam. 6) *Beda III,* 24. *IV,* 3. 7) *Ib. II,* 5. 8) *Ib. IV,* 3. 9) *Cf. ib. c.* 12; *Stephanus c.* 19. 10) *Stephanus c.* 20. 11) *Beda IV,* 12. 12) *Stephanus c.* 21. 13) *V. Ceolfridi auct. anonymo c.* 3 *(Plummer I,* 389*).* 14) *Ib. c.* 5. 15) *Stephanus c.* 16. 16) *Ib. c.* 17.

adiungere omiserint, quod quattuor auro
Scribi euangelii praecepit in ordine libros
Ac thecam e rutilo his condignam condidit auro [1].

Denique cum possessionem in Hagustaldensi loco (hodie Hexham) ab Aedilthryda regina, Ecgfridi uxore, iam 'Deo dedicata', commutando accepisset, ecclesiam in honorem Andreae apostoli aedificavit tam splendidam, ut Stephanus biographus 'domum aliam citra Alpes montes talem aedificatam' esse negaverit [2] *atque etiam saeculo XII. Willelmo Malmesbiriensi referre licuerit, eos qui Roma venissent et fabricam Hagustaldensem viderent 'ambitionem Romanam se imaginari' iurare* [3].

De rationibus inter Wilfridum et Theodorum archiepiscopum tunc intercedentibus nihil compertum est, nisi quod etiam Wilfrid 'Nordanhymbrorum gentis episcopus' legatos ad synodum Herutfordensem misit, quam ex Anglicis primam Theodorus die 24. *Septembris a.* 672. *congregavit* [4]. *E decem canonibus ibi confirmatis, qui maxime ecclesiae stabiliendae necessarii esse videbantur, nonum capitulum commemorandum est:* Ut plures episcopi, crescente numero fidelium, augerentur, *id quod fieri non poterat nisi dioecesibus divisis atque resectis. Quod consilium postea in turbis Wilfridianis maximi momenti erat, neque iam tum synodus satis consensisse videtur:* VIIII. capitulum in commune tractatum est, — — sed de hac re ad praesens siluimus.

Anno exeunte 675. *vel* 676. *ineunte Wilfridus iterum rebus Francorum implicatus est. Grimoaldus maior domus, primus e genere Carolinorum summam rerum sibi vindicare conatus, Dagobertum II, Sigiberti III. regis Austrasiorum a.* 656. *defuncti filium puerum, tonsum in Hiberniam 'peregrinandum' miserat* [5]. *Rebus vero in patria magis magisque turbatis, cum, Childerico II. autumno a.* 675. *interfecto, Ebroinus denuo rerum potiretur, 'amici et propinqui' Dagoberti ad Wilfridum nuntios miserunt, rogantes, ut eum de Hibernia ad se invitaret et in patriam remitteret. Quorum petitioni episcopus obsecutus Dagobertum honorifice recepit ditatumque ad Austrasios misit, paucis ibi annis* (676—679) *regno fruiturum* [6]. *Qua re inimicitias Ebroini sibi paravit.*

Amicitia regiae familiae Wilfridus iis annis utebatur. Cum Oswiu rex a. 671 [7], *morbo oppressus, Romam proficisci ibique vita defungi in animo haberet, Wilfridum ut ducem itineris sese praestaret rogabat, 'promissa non parva pecuniarum donatione'; quod tamen consilium non executus est, morte praeventus* [8]. *Deinde praecipua familiaritate cum Aedilthryda coniunctus est, uxore Ecgfridi regis, ita ut ipse rex iudicaret 'illam nullum virorum plus illo diligere'* [9]. *Quae cum post aliud matrimonium per duodecim annos consortio regis uteretur, virginitatem servavit, ut ipse Wilfridus Bedae sciscitanti testatus est: promisisse Ecgfridum, 'se ei terras ac pecunias multas esse donaturum, si reginae posset persuadere eius uti conubio'* [10]. *Neque vero rex voti compos effectus est, immo regina a coniuge impetravit, ut seiungi et in monasterium se recipere sibi liceret, sicque velamen sanctimoniale a Wilfrido accepit et anno post abbatissa coenobii Eliensis*

1) *Beda V,* 19. 2) *Stephanus c.* 22. 3) *Gesta pontif. Anglorum III,* 117 *(ed. Hamilton p.* 255*).* 4) *Beda IV,* 5. *Synodus 'die XXIIII. mensis Septembris, indictione prima', i. e. a.* 672, *congregata est, quam Beda a.* 673. *attribuit, aliam indictionem secutus, id quod B. Krusch v. c. monuit ('N. Arch.' IX,* 160*).* 5) *Lib. hist. Franc. c.* 43 *(SS. R. Merov. II,* 316*). Cf. B. Krusch, ib. V,* 90; *'Der Staatsstreich des fränkischen Hausmeiers Grimoald I.' ('Historische Aufsätze Karl Zeumer dargebracht', Weimar* 1910, *p.* 411—438*).* 6) *Dagobertus inter Kalendas Apriles et Iulias a.* 676. *in regnum restitutus est; cf. E. I. Tardif, 'Les chartes mérovingiennes de l'abbaye de Noirmoutier',* 1899, *p.* 44. 7) *De anno, quo Oswiu obiit, cf. Plummer II,* 211. 8) *Beda IV,* 5. 9) *Ib. c.* 17 *(*19*); cf. Stephanum c.* 19. 10) *Beda IV,* 17 *(*19*).*

facta est[1]. Nescio, an posteri iure statuerint, ipsum Wilfridum reginam adhortatum esse, ut propositum constanter servaret neque precibus coniugis cederet[2], itaque pontificem iram regis concepisse, id quod initium inimicitiarum fuisset[3]. Quae sane haud absone excogitata sunt, quamquam testis antiquus et satis certus non suffragatur[4].

Certe anno 678. dissensio inter Ecgfridum regem et Wilfridum exorta est. Cum Beda causas omnino tacuerit idque, sicut facile est coniectare, consulto[5], Stephanus Iurminburgam reginam accusat, quam Ecgfridus post abscessum Aedilthrydae uxorem duxerat: ab ea invidiam regis in pontificem commotam esse, qui nimia potentia uteretur, multitudine monasteriorum innumeroque exercitu sodalium fultus, sicque Theodorum eos muneribus in suum consilium adduxisse, qui Wilfridum absentem inique damnasset tresque episcopos diviso episcopatu Eboracensi contra canones solus ordinasset[6]. De rationibus inter Wilfridum et reginam intercedentibus alio teste destituti sumus, neque pro certo habendum est, id quod coniecerunt, episcopum matrimonium regis ut illegitimum reprobasse, qui viva uxore alteram coniugem duxisset. Quod autem ad Theodorum attinet, minime de muneribus acceptis cogitare licet, quod probrum ex parte adversaria emanasse apparet, sed agitur de consilio, quod Theodorum iam in synodo Herutfordensi protulisse supra monui, scilicet ut, fidelium numero crescente, etiam numerus episcoporum augeretur, ne episcopus maiori populi parti praepositus esset, 'quam ulla ratione per totum anni spatium peragrare praedicando aut circuire' posset[7]. Qua ratione ductus Theodorus in provincia Orientalium Anglorum duos episcopos pro uno consecravit[8], et fortasse etiam, cum Wynfridus episcopus Merciorum 'per meritum cuiusdam inoboedientiae' a Theodoro depositus est[9], de divisione dioeceseos agebatur[10]. Simili de causa turbae Wilfridi ortae esse videntur[11], cuius dioecesis nimis longe protendi videri poterat. Anno igitur 678.[12] synodus Theodori aliorumque episcoporum[13] Wilfrido absente habita est, atque Theodorus, si Wilfrido credere licet, sua auctoritate 'absque consensu cuiuslibet episcopi'[15] dioecesim Eboracensem divisit et pro Wilfrido tres episcopos instituit, quos 'inordinate solus' ordinasse dicitur[14]; e quibus Bosa provinciam Deirorum cum ecclesia Eboracensi accepit, Eatae provincia Berniciorum cum sedibus Hagustaldensi et Lindisfarnensi attributa, denique Eadhaedo Lindissi provincia (Lindsey) regenda commissa est[16]. Wilfridus, nisi fallor, minime e vestigio ex omni dioecesi eiectus est[17], sed divisioni et sedis

1) De tempore cf. Plummer II, 234 sq. 2) V. Wilfridi auct. Eadmero c. 25; Thomas Eliensis, V. Etheldredae c. 9, 30 (AA. SS. Iunii IV, 504). 3) Thomas l. l. c. 11, 37 (p. 506). 4) Wilfridi episcopi subscriptio sub charta Osrici regis Hwicciorum legitur (Kemble I, p. 16, n. 12; Birch I, p. 69, n. 43), quae a. 676. data esse vult neque vero suspicionibus caret. 5) Bright p. 319; cf. Plummer II, 316. 6) V. Wilfridi c. 24. 7) Bedae epist. ad Ecgbertum c. 8 (Plummer I, 411); cf. ib. c. 9. 10. 8) Beda IV, 5. 9) Ib. c. 6. 10) Cf. Haddan et Stubbs, 'Councils and Ecclesiastical Documents' III, 1871, p. 127 sqq. 11) Cf. inprimis epistulam ipsius Wilfridi supplicem (Stephanus c. 30). 12) Beda IV, 12. V, 24. Cf. Stephanum c. 24. de nece Aelfwini referentem cum Beda IV, 19 (21). V, 24. 13) Stephanus c. 30. 14) Ib. c. 24; cf. c. 32. 15) Ib. c. 30. 16) Beda IV, 12. Tres episcopi cum iis coniuncti erant, qui antea Scotticis ritibus adhaeserant (cf. ea quae ad c. 24. adnotavi), itemque Hilda abbatissa inter adversarios Wilfridi erat (Stephanus c. 54), quae in synodo Streanaeshalchensi a. 664. a parte Scottorum steterat (Beda III, 25), ita ut conici possit priores controversias resurrexisse; sed ut illi Wilfrido adversario magistrorum fortasse minus favebant, ita de quaestione paschali reviviscente cogitari non potest ob Theodorum archiepiscopum illos consecrantem. 17) Cf. Willelmi Malmesb. Gesta pont. Angl. III, 100 (ed. Hamilton p. 220): Sufficere tantos sumptus tantaeque diocesis circuitum quattuor episcopis; quae sine dubio coniectura est, quam probavit Bright p. 320 sqq.

Eboracensis cessioni obluctatus est, parte episcopatus non contentus. Quamquam ad dividendum episcopatum consensu Wilfridi opus erat[1], *cuius Theodorus rationem non habuit, tamen hunc re vera consilio dioeceses augendi ductum esse inde intellegitur, quod iam a.* 681. *episcopatibus Nordanhumbranis duo alii ab eo additi sunt, in provincia Pictorum et ecclesia Hagustaldensi propriis episcopis institutis, accedente Eadhaed episcopo, qui anno ut videtur* 679. *e Lindissi provincia expulsus Hripensi ecclesiae praefectus erat*[2]. *Wilfridus autem minime acquievit, sed, coepiscopis certioribus factis, sedem Romanam appellavit, eoque modo primus in Anglia tale exemplum gravissimum dedit.*

Itaque anno 678. *vergente navi profectus est; cum autem ob reditum Dagoberti inimicitiae Ebroini ei metuendae essent*[3], *non via solita ad Quentovicum portum appulit, sed in Frisiam profectus ab Aldgislo rege susceptus est*[4], *neque rex hospitem Ebroino postulante prodidit, immo epistulam huius coram nuntiis discerptam in ignem proiecit*[5]. *Unde per hiemem a.* 678/79. *inter Frisiones commoratus paganis fidem praedicabat multosque eorum baptizavit*[4], *eoque modo primus ex Anglis viam ingressus est, qua postea Willibrordus et Bonifatius progressi opus ab eo inchoatum continuaverunt, neque vero quae ipse perfecerat durasse videntur*[6]. *Deinde primo vere a.* 679. *ad Dagobertum II. regem Austrasiorum profectus est, quem ante paucos annos in patriam remiserat, sicque a rege honorifice susceptus est, qui ei episcopatum Stratoburgensem obtulit renuentemque una cum Deodato episcopo Tullensi in Italiam misit. Quo iam nuntii adversariorum Britannicorum praecesserant, a Perctarit rege Langobardorum petentes, ut episcopum 'subterfugientem' retineret, neque vero quicquam effecerunt; sed Wilfridus sociique, ducibus ab eo acceptis, Romam ad Agathonem papam (*678—681*) pervenerunt*[7], *eoque etiam Coenwald monachus aliique legati Theodori archiepiscopi et Hildae abbatissae Streanaeshalchensis (†* 680*) venerunt, relationes contra Wilfridum scriptas afferentes*[8].

*Quo tempore, cum auctore Constantino IV. imperatore (*668—685*) concilium de causa Monotheletarum Constantinopoli congregandum*[9] *et legati papae eo mittendi essent, synodus quasi praeparatoria Romae cogebatur, ut legati sedis Romanae causam universi occidentis agere possent. Unde anno* 679. *exeunte complures episcopi Italiae et Siciliae Romae commorabantur, et ita res Britannicae causaque Wilfridi coram plus quinquaginta episcopis et presbyteris tractatae*[10] *et mense ut videtur Octobri*[11] *diiudicatae sunt.*

1) *Cf. statuta concilii Africani a.* 419. *in collectionem Dionysianam recepta c.* 53. 56. 98 *(Voelli et Iustelli Bibliotheca iuris canonici I,* 1661, *p.* 152 *sq.,* 164*).* 2) *Beda IV,* 12; *cf. III,* 28. 3) *Stephano c.* 25. *teste etiam inimici Anglici Wilfridi nuntios ad Ebroinum miserunt, unde, errore unius litterae intercedente, Winfridus episcopus captus et spoliatus est.* 4) *Stephanus c.* 26. 5) *Ib. c.* 27. 6) *Cf. Hauck I*[3], 432. 7) *Stephanus c.* 28. 8) *Ib. c.* 29. 54. 9) *Cf. Hefele, 'Conciliengeschichte' III*[2], 249 *sqq.; L. M. Hartmann, 'Geschichte Italiens' II,* 1, 1900, *p.* 257 *sqq.* 10) *Ex actis synodi Romanae a.* 679. *habitae duo fragmenta supersunt. Alterum, quod Stephanus Vitae Wilfridi c.* 29—32. *inseruit, ad res Wilfridi spectat, quas solas enarrare auctoris intererat, qui ipse professus est, se definitiones* inter cetera *statutas afferre (c.* 32*), ita ut definitio* superius ordinata *et regula* superius constituta *neglegenter ab eo commemorentur (ib.), quae minime adsunt. Quae partim ex altero fragmento actorum suppleri videntur, quod e codice hodie latente eruit Henricus Spelman, Concilia, decreta, leges, constitutiones in re ecclesiarum orbis Britannici I, Londini* 1639, *p.* 158—160, *et post alios Haddan et Stubbs III,* 131—135. *iteraverunt. Quod satis vitiose traditum est; menda et notis temporum et nominibus episcoporum congregatorum insunt, quae editores ex epistula synodica a.* 680. *Constantinopolim missa (Jaffé, Reg. I*[2], *n.* 2110*) emendaverunt. Sunt, qui de fide totius instrumenti dubitaverint (cf. Haddan et Stubbs III,* 135 *sq.; Bright p.* 330, *n.* 3*), quod fraudibus Cantuariensibus contra Eboracenses factis attribuendum esset, atque partem posteriorem fragmenti re vera eo consilio confictam esse crediderim, cum ea, quae de Iohanne archicantatore referuntur,*

Atque primo ea statuisse videntur, quae ad omnes ecclesias Anglorum pertinebant[1], *scilicet ut duodecim episcopi ibi cum archiepiscopo essent*[2], *a quo canonice consecrarentur, ipsius tantum 'ordinationi subiecti', atque monuerunt, ne quis eorum iura alterius invadere auderet*[3]. *Ut autem ante concilium Constantinopoli congregandum constaret, quae fides ecclesiarum Britannicarum esset, Iohannes archicantator S. Petri et abbas S. Martini in Britanniam missus est, qui acta synodi a.* 649. *contra Monotheletas habitae Theodoro traderet et, 'cuius esset fidei Anglorum ecclesia, diligenter edisceret Romamque rediens referret'*[4]. *Wilfridum autem nulla canonica causa existente deiectum esse iudicatum est*[5] *atque statutum, ut ipse sedem suam reciperet neque Theodorus alios 'adiutores episcopos' eiusdem ordinaret, nisi quos Wilfridus cum consensu concilii congregandi elegisset, iis expulsis, qui absente eo substituti essent, comminationibus contra quoslibet contemptores decreti synodalis adiectis*[6].

Absolutus igitur et restitui iussus Wilfridus per complures menses Romae mansit, sine dubio, ut concilio contra Monotheletas congregando interesset, quod differebatur, quia Theodorum aliosque episcopos extraneos eo venturos esse frustra sperabant[7]. *Tandem vere a.* 680. *synodus convenit, eique* 125 *episcopi intererant, inter quos cum plurimi Italici,*

e Bedae Hist. eccl. IV, 16 *(18) pendere et verba ad principatum Cantuariorum spectantia (Haddan et Stubbs III,* 133 *ex.:* in qua illis in partibus — collocando fundavit*) e Stephano (c.* 29*) de principatu sedis Romanae agente deprompta esse mihi persuasum sit. Econtra parti priori, etsi pauca interpolata esse videntur, velut vocabulum* universali *(Haddan et Stubbs p.* 131, 13*; cf. Stephan. c.* 51*) et verba* Universa itaque synodus — regulariter definiens *(p.* 132, 25*, e Stephano c.* 32*), in universum fides adhibenda mihi videtur esse, neque magni momenti est, quod Beda et Willelmus Malmesbiriensis instrumenti mentionem non fecerunt, qui nihil de synodo Romana tradiderunt nisi e Stephano accepta. Sane ob nomina episcoporum recte allata de fide nihil statuendum est, cum ea ex epistula synodica citata excerpi possent, quam in Britannia notam fuisse non ex uno Willelmo constat (Gesta pontif. Angl. I,* 1*, ed. Hamilton p.* 7*; cf. ea quae ipse protuli, 'Aus Englischen Bibliotheken' II, 'N. Arch.' XXXV,* 1910*, p.* 375 *sq.); at ceterae formulae initii, paucis corruptis, cum aliis actis eiusdem generis et aetatis (cf. acta synodi Romanae a.* 721. *et* 745*, Mansi XII,* 261. *et MG. Epist. III,* 316*, Concilia II,* 37*) adeo conveniunt, ut partem quoque priorem fragmenti a falsario confectam esse mihi non persuadeam, praesertim cum res a Stephano relatae inde optime suppleantur, ita ut et haec et illa ex iisdem actis excerpta esse crediderim, atque falsarios Cantuarienses fraudibus suis usos non solum integra fere documenta sibi excogitasse, sed etiam sincera interpolasse nuper acute demonstravit H. Boehmer, 'Die Fälschungen Erzbischof Lanfranks von Canterbury' (Bonwetsch et Seeberg, 'Studien zur Geschichte der Theologie und der Kirche' VIII,* 1*),* 1902*, qui interpolationes illas fraudibus Cantuariensibus saeculi XI. exeuntis adnumerandas esse mihi iam concessit ('Realencyklopädie' l. l. XXI*[3]*,* 291*).* 11) *Haddan et Stubbs III,* 131.

1) *Haec fragmentum Spelmani servavit. Inter episcopos considentes Deodatus Tullensis occurrit neque vero Wilfridus, quippe qui accusatus iudicium synodi paulo post demum edendum subiret.* 2) *Gregorius M. olim statuerat, ut* 24 *episcopi et duo archiepiscopi ordinarentur, quod consilium non assecutus est.* 3) *Haddan et Stubbs p.* 133. 4) *Beda IV,* 16 *(18). Iohannes cum Benedicto Biscopo quintum Romae commorato in Britanniam profectus est et a.* 680 *(Sept.) synodo Haethfeldensi interfuit, in qua episcopi Anglici concilium Romanum a.* 649. *habitum probaverunt, et exemplar fidei eorum nactus regressus est, sed in Gallia obiit. Cf. Bedae Hist. eccl. IV,* 16 *(18). V,* 24*; Historia abbatum c.* 6 *(Plummer I,* 369*); V. Ceolfridi auct. anonymo c.* 10 *(ib. p.* 391*).* 5) *Stephanus c.* 29. 6) *Ib. c.* 32*; cf. c.* 54. 7) *Epist. synodica (Jaffé I*[2]*, n.* 2110*; Mansi XI,* 293*).*

deinde e Gallia praeter Deodatum Felix episcopus Arelatensis et Taurinus diaconus ecclesiae Telonensis(?) erant, tum Wilfridus 'pro omni aquilonali parte Britanniae et Hiberniae insulis' die 27. *Martii a.* 680. *fidem confessus subscriptione confirmavit*[1].

Paulo post, privilegium Agathonis pro Hripensi et Hagustaldensi coenobiis nactus[2], *regressus est, cumque in Austrasia, ubi Dagobertus rex amicus 'per dolum ducum et consensu episcoporum' paucis mensibus ante interfectus erat, e periculis ob insidias Ebroini imminentibus feliciter evasisset*[3], *anno* 680. *sive medio sive ad finem vergente in Britanniam pervenit.*

Cum autem ibi 'apostolicae sedis iudicium' proferret[4], *auctoritas papae minime contra odium Wilfridi praevaluit, sed tantum abfuit, ut quicquam efficeret, ut, principibus episcopisque 'in locum synodalem accersitis', in custodiam retruderetur et novem menses 'sine ullo honore' detineretur*[5], *neque vero consensit, ut, episcopatus parte recepta, statuta quae Roma detulisset ficticia esse concederet*[6]. *Tandem cum sociis dimissus*[7] *(a.* 681*), paulisper apud Berctwaldum, filium fratris Aedilredi regis Merciorum (*675 —704*), commoratus monasteriolum fundavit, sed iussu regis, monachis remanentibus, expulsus est neque magis in Westsaxonia stare permissus, regibus utriusque regni cum Ecgfrido Nordanhumbrano affinitate coniunctis*[8]. *Itaque ad Australes Saxones (Sussex) confugit, qui soli ex Anglis Saxonibusque etiam tum pagani erant, a quibus olim, post consecrationem a.* 666. *e Gallia revertens, hostiliter petitus erat*[9]. *Aedilwalch rex et regina iam baptizati erant, sed gens 'divini nominis et fidei erat ignara'*[10], *sicque Wilfridus 'inter paganos in Domino multum laboravit'*[11] *neque parum profecit, quattuor presbyteris una cum eo praedicantibus, terraque a rege accepta Selsey monasterium construxit, monachis introductis praecipue iis, qui cum eo advenerant*[12]. *Quinque annos in illa regione versatus est; quo tempore etiam Caedwalla, qui Aedilwalchum illum interfecit atque etiam regno Westsaxonum potitus est*[13], *cum Vectam insulam saevissime vastatam cepisset, quartam partem insulae Wilfrido concessit*[14], *eoque 'ordine, postquam omnes Britanniarum provinciae fidem Christi susceperant, suscepit et insula Vecta'*[15], *atque Wilfridus, ut primus ex Anglis eandem trans mare transtulit, ita apud ipsos Anglos operi ab Augustino inchoato finem quodammodo imposuit.*

Anno 685. *Ecgfridus rex a Pictis devictus et interemptus est, unde Scottiae quae hodie dicitur pars meridiana libertatem ab Anglis recuperavit*[16]; *regi Aldfridus frater nothus (*685 —705*) successit. Deinde vero Theodorus archiepiscopus et Wilfridus, cui restituendo a.* 683/4. *Benedictus II. papa electus nequiquam studuerat*[17], *reconciliati*

1) *Stephanus c.* 53; *Beda V,* 19; *cf. subscriptionem epistulae synodicae (Mansi XI,* 305; *Haddan et Stubbs l. l. p.* 141*).* 2) *Cf. Stephanum c.* 45. 47. 51 *(Jaffé I*², *n.* 2112*).* 3) *Ib. c.* 33. 4) *Agathonis papae privilegium spurium pro Medeshamstede (Peterborough) monasterio datum Wilfridus Roma detulisse fertur (Kemble V, p.* 22, *n.* 990; *Birch I, p.* 74, *n.* 48/9; *Haddan et Stubbs III,* 153; *Jaffé I*², *n.* 2111*); inter subscriptiones ficticias legitur:* Ego Wilfridus apostolico favore repetens sedem Eboracensem testis et relator huius sanctionis votivae assentior. *Etiam pro Eliensi coenobio, Aedilthryda rogante, privilegium 'Benedicti' (cf. supra l.* 33*) papae attulisse dicitur; cf. V. Etheldredae auct. Thoma c.* 15, 47. 19, 55 *(AA. SS. Iunii IV,* 509. 511*).* 5) *Stephanus c.* 34. 6) *Ib. c.* 36. 7) *Ib. c.* 39. 8) *Ib. c.* 40. 9) *Ib. c.* 13. 10) *Beda IV,* 13. 11) *Epist. Theodori (Stephanus c.* 43*).* 12) *Beda IV,* 13; *Stephanus c.* 41. 13) *Beda IV,* 13 (15). 14) *Ib. c.* 14 (16); *cf. Stephan. c.* 42. 15) *Beda IV,* 14 (16). *Extant chartae spuriae tres, quae a.* 680. 683. 688. *a Caedwalla datae esse dicuntur, nomen Wilfridi exhibentes (Kemble I, n.* 18. *V, n.* 992. 994; *Birch I, n.* 50. 64. 72*); de prima cf. I. Aronius, 'Diplom. Studien über die älteren angelsächs. Urkunden',* 1883, *p.* 18. 16) *Beda IV,* 24 (26). 17) *Epistula periit (Jaffé I*², *n.* 2126*); cf. Stephan. c.* 43. 46. 51. 53.

sunt[1], tandemque anno secundo Aldfridi (686/7) Theodoro intercedente Wilfridus in Nordanhumbriam patriam receptus est[2]. Atque primo Hagustaldense coenobium nactus est, Eata episcopo paulo ante defuncto[3]; deinde 'post intervallum temporis', dum sedi Hagustaldensi Iohannes episcopus praeficitur (a. 687?)[4], Wilfridus et Hripum monasterium et sedem Eboracensem recuperavit, Eadhaed et Bosa episcopis 'expulsis'[5]. Minime vero Eboracensis episcopatus idem erat, cui a. 669—678. praefuerat, neque in pristinum statum episcopus plane restitutus est[6]: Lindissi provincia a. 679. a Merciis recuperata erat[7], Picti a. 685. desciverant[8], ecclesiaeque et Hagustaldensis[4] et Lindisfarnensis[9] proprios episcopos habebant, ita ut dioecesis Eboracensis finibus multo artioribus concluderetur. Cudbercto sane episcopo a. 687. morte functo, Wilfridus etiam ecclesiam Lindisfarnensem per annum 'servabat', dum episcopus eligeretur[10], neque vero in monasterio illius regendo adeo profecisse videtur; ut enim Beda de hoc tempore satis obscure refert, 'tanta ecclesiam illam temptationis aura concussit, ut plures e fratribus loco magis cedere quam talibus vellent interesse periculis', annoque 688. Eadberct episcopus Lindisfarnensis ordinatus est, 'fugatis perturbationum procellis'[11]. Quae res sola de quinque annis[12] (686/7—691/2) tradita est, quos Wilfridus restitutus inter Nordanhumbros versabatur, antequam novae dissensiones surgerent.

Causae discordiarum tres referuntur: De possessionibus ecclesiae sancti Petri — sive Eboracensis sive Hripensis — certabatur, quae lis 'de antiqua origine' descendisse dicitur. Deinde dioecesis rursus dividenda esse videbatur, Wilfrido non concedente, ut Hripense coenobium in sedem episcopalem commutaretur. Denique iterum de auctoritate metropolitani agebatur, cum Wilfridus decretis Theodori († 690) tempore dissensionis factis, rege iubente, oboedire non consentiret[13], fortasse recusans, ne ordinem dioecesis a. 678. factum ipse deinceps approbaret. Cumque 'alternatim' concordia discordiaque per complures annos fuissent, a. 691/2. Wilfridus ab Aldfrido e regno expulsus est atque ad Aedilredum regem Merciorum (675—704) sese recepit[14]. Ubi, Sexwulfo episcopo Middilanglorum et Merciorum[15] defuncto, episcopatum (Leicester) suscepit et per decennium eoque amplius possidebat[16]; de quo tempore pauca tantum obiter tradita sunt. Cum Theodorus archiepiscopus a. 690. obiisset neque successor adesset, a. c. 692. Aedilredo rege praecipiente Wilfridus Oftforum episcopum Hwicciorum (Worcester) ordinavit[17], cumque Berctwaldus Kalendis Iuliis a. 692. archiepiscopus Cantuariensis electus ordinandus in Galliam profectus esset, unde mense Augusto a. 693. rediit[18], Wilfridus simili ratione Suidberctum episcopum Frisionum consecravit[19], ita ut eidem genti primum pontificem daret, cui primus ex Anglis fidem christianam praedicaverat. Iisdem fere

1) *Stephanus c.* 43. 2) *Ib. c.* 44; *Beda V*, 19. 3) *Beda V*, 2; *Ann. Lindisfarn. a.* 685 (*SS. XIX*, 504): Eata obiit. 4) *Ib.*; *de anno cf. Plummer II*, 273 *sq.* 5) *Stephanus c.* 44. 6) *Cf. Haddan et Stubbs III*, 171. 7) *Beda IV*, 12; *cf. c.* 19 (21). 8) *Ib. c.* 24 (26). 9) *Ib. c.* 26. 27 (28. 29). 10) *Ib. c.* 27 (29). 11) *Vita Cudbercti prosaica c.* 40, 67 (*ed. Stevenson p.* 126); *cf. Vitam metricam c.* 37 (*ib. p.* 36). *Ubi cum* aquilo niveis confisus in armis *Lindisfarnensia tecta quatere dicatur, eo Bright l. l. p.* 398. *incursum Pictorum imminentem significari coniecit. Cf. Vitam prosaicam c.* 8, 13 (*p.* 64), *ubi Beda, de monachis Hripensibus paulo ante a.* 664. *expulsis* (*v. supra p.* 166) *agens, simili modo de* instante subito turbine *locutus est.* 12) *Stephanus c.* 44; *Beda V*, 19. 13) *Stephanus c.* 45. 14) *Ib. Wilfridum post quinque annos iterum expulsum esse Stephanus c.* 44. *eumque secutus Beda V*, 19. *tradiderunt*; *Florentius Wigorn. exilium a.* 691 (*ed. Thorpe I*, 42), *interpolatores Bedae* (*Plummer I, p.* 355, *n.* 11) *a.* 692. *adscripserunt.* 15) *Beda IV*, 12. 16) *Stephanus c.* 45; *cf. Bedam IV*, 21 (23). 17) *Beda IV*, 21 (23). 18) *Ib. V*, 8. 19) *Ib. V*, 11.

annis donationi Oedelredi Hedilburgae abbatissae concessae[1] pauloque post chartae Osheri regis Hwicciorum pro Cutsuida abbatissa editae subscripsit[2]. Anno c. 695. translationi Aedilthrydae amicae interfuit[3]. Illis ut videtur temporibus etiam Sergius I. papa (687—701) Wilfridum restitui et accusatores Romam venire iussit[4] neque vero quicquam effecit. Anno autem c. 703. synodus Oustrefeldensis habita est, praesentibus Berctwaldo archiepiscopo et episcopis totius fere Angliae, ibique partes de causa Wilfridiana satis vehementer congressae sunt[5], cum adversarii postularent, ut cuicumque iudicio archiepiscopi se obsecuturum esse subscriptione promitteret neque vero Wilfridus aliis statutis oboedire paratus esset, nisi quae cum norma canonum decretisque paparum convenirent. Neque magis promittere consensit, se Hripensi coenobio contentum saepta monasterii sine licentia regis non transgressurum atque officium episcopale abdicaturum esse, immo ipse ea monuit, quae per 40 fere episcopatus annos perfecisset, atque sedem Romanam appellans, ut adversarii secum Romam pergerent, postulavit. 'Inutile' igitur concilium dimissum est, et Wilfridus in Merciam rediit, dum illi 'hereditatem' eius occupant eumque cum sociis a communione fidelium segregatum esse profitentur[6].

Deinde Wilfridus senex iter Romanum tertium ingressus est, eademque via qua a. 678. profectus, cum sociis in Frisia apud Willibrordum archiepiscopum moratus est[7], qui olim in Hripensi coenobio Wilfridiano eruditus erat[8]. Cumque etiam legati Berctwaldi archiepiscopi cum 'scriptis accusationis' Romam ad Iohannem VI. papam (701—705) venissent, causa a. 704. ibi in synodo diiudicabatur[9], atque capitulis singulis accusationis quattuor menses per septuaginta 'conciliabula' tractatis, Wilfridus omnino absolutus est. Papa igitur epistula Aedilredo regi Merciorum et Aldfrido regi Nordanhumbrorum missa monuit, ut Berctwaldus archiepiscopus synodum congregaret, cui una cum Wilfrido Bosa Eboracensis et Iohannes Hagustaldensis episcopi interessent, ut aut ibi causa 'regulariter' finiretur aut, si id fieri non posset, simul ad sedem Romanam venirent, ut res ibi 'in ampliore concilio' diiudicaretur[10]. Epistula, si cum decreto Agathonis comparatur, satis mediocris officii videtur esse potiusque ad reconciliationem spectare quam ad plenam restitutionem, neque minus Wilfridus iam de pace cogitabat pluraque concedere paratus erat, in petitione papae inscripta rogans, ut, si Eboracensem episcopatum red-

1) Kemble I, p. 39, n. 35; Birch I, p. 115, n. 81: Ego Uuilfridus episcopus consensi et subscripsi. 2) Kemble I, p. 41, n. 36; Birch I, p. 120, n. 85: Ego Uuilfridus episcopus consentiens subscripsi. Donatio Nothgidae Wilfrido facta (ib. p. 114, n. 79), siquidem genuina est, iisdem annis attribuenda est; chartae Westmonasteriensis a. 693 (ib. p. 116, n. 82) et Berecingensis a. 695 (ib. p. 123, n. 87; Kemble I, p. 43, n. 38; cf. Plummer II, 177), quibus subscriptio Wilfridi addita est, spuriae esse videntur. 3) Beda IV, 17 (19). De anno cf. Plummer II, 239. 4) Epistula periit (Jaffé I², n. 2131); cf. Stephan. c. 43. 46. 51. 53. 5) Stephanus c. 46. 47; cf. c. 53. Tempus inde efficitur, quod adversarii Wilfridi per viginti et duos annos (inde ab a. 680) contra apostolicam auctoritatem pugnasse et ipse per quadraginta prope annos episcopus vocari dicitur. 6) Stephanus c. 49. Huic fere tempori epistula attribuenda esse videtur, qua Aldhelmus abbates Wilfridi monuit, ne praesulem proprium, pontificatus apice privatum, qui eos nutrivisset et docuisset, desererent, etiamsi 'latorum regnorum transmarina aggredi rura' oporteret (Willelmi Malmesb. Gesta pontif. Anglorum V, 192, ed. Hamilton p. 338 sq.; Aldhelmi Opera ed. Giles, 1844, p. 334 sq.). Fortasse etiam de a. 678/79. cogitare licet; cf. Haddan et Stubbs III, p. 135 (n. a). 255. 7) Beda III, 13. 8) Stephanus c. 26; V. Willibrordi auct. Alcvino I, 3. 9) Stephanus c. 50—53. Tempus inde patet, quod c. 53. Wilfridus per XL et eo amplius annos episcopatus officia exercere dicitur, unde synodus ante a. 704. habita esse non potest, neque vero post, cum Iohannes VI. papa mense Ianuario a. 705. obierit. 10) Stephanus c. 54.

dere Aldfrido 'durum' esse videretur, monasteria 'tantum' Hripense et Hagustaldense sibi restituerentur.

Deinde Wilfridus cum sociis per Galliam rediit atque, postquam in Meldensi civitate ex morbo ingruente convaluit[1], *in Britanniam pervenit. Berctwaldus archiepiscopus ei tum reconciliatus est, itemque exul apud Mercios benigne susceptus est. E contrario Aldfridus rex ea, quae praedecessor et archiepiscopus cum consiliariis statuissent ipseque cum omnibus fere episcopis suae gentis iudicasset, propter apostolicae sedis quae dicerentur scripta numquam se immutaturum esse professus est; tamen paulo post moriturus cum Wilfrido pacem concordiamque inire voluisse et, si ipse consilium exsequi non iam posset, ut heres id faceret, praecepisse dicitur. Morte sane anno* 705 *(Dec.* 14*) praereptus est, atque Eadwulf successor Wilfridum intra sex dies de regno exire iussit. Qui cum post duos menses coniuratione facta expulsus esset, Osred Aldfridi filius puerulus regnum accepit 'et sancto pontifici filius adoptivus factus est', ita ut factio Wilfrido magis favens rerum potita esse videatur. Primo igitur anno Osredi (*706*) Berctwaldus archiepiscopus conventum principum et episcoporum Nordanhumbrorum de causa Wilfridi iuxta praeceptum papae ad Nid fluvium instituit, tandemque ibi, 'antiquam inimicitiam' relinquentes, pacem inierunt*[2]. *Neque vero Wilfridus pristinum episcopatum Eboracensem recuperavit, qualem a.* 669—678. *tenuerat, sed media via partes progressae sunt, qua reconciliationem inire se paratum esse iam ipse Wilfridus in petitione Iohanni papae data satis aperte ostenderat. Itaque monasteria Hagustaldense et Hripense cum omnibus reditibus ei restituta sunt*[3], *atque ut iudicium a.* 678. *et postea in synodo Oustrefeldensi factum mitigatum est, ita ipse plurima concessit, ne Eboracensem quidem sedem aeque atque a.* 686/7. *assecutus. Neque Romae causa omnis diiudicata erat velut a.* 679, *sed in synodo Nordanhumbrana res ad finem perducta est, cum papa persona potius mediatoris quam iudicis contentus esset*[4], *auctoritate magis proclamata quam adhibita. Wilfridus sane 'substantiarum carissima quaeque'*[5] *recepit, sed adversarii episcopatus Lindisfarnensem et Eboracensem servabant. Novus autem ordo eo facilius fieri potuit, quod Bosa, qui sedem Eboracensem tenuerat, paulo post obiit, sicque Iohannes, ecclesia Hagustaldensi Wilfrido tradita, Eboraci substitutus est*[6].

Paucis deinde annis Wilfrido quiete recuperata etiam vita frui licebat. Quo tempore, eo praesente, Beda absens haereseos argutus est, quae libello de temporibus a. 703. *composito inesset, eaque de causa a.* 708. *in epistula ad Plegwinum missa sese ab obiectionibus defendit, rogans, ut litteras eas coram Wilfrido legendas curaret,* ut, *inquit,* quoniam, illo praesente atque audiente, insipientius sum prius appetitus convitiis, ipso etiam nunc audiente ac diiudicante, quam immeritus eadem convitia sim perpessus, appareat[7]. *Non multo post Wilfridus in Hripensi monasterio de thesauro disposuit,*

1) *Stephanus c.* 56; *Beda V,* 19. 2) *Stephanus c.* 58—60. 3) *Ib. c.* 60. 4) *Quae optime disseruit Bright l. l. p.* 453 *sq. Hahn l. l. p.* 74 *sq. victoriam partis Romanae aliquantulum exaggeravit, ipsum papam a.* 704. *satis diverso sermone usum esse atque a.* 679. *oblitus.* 5) *Stephanus c.* 56. 6) *Beda V,* 3. *Ad Bosam pertinere videntur verba Stephani c.* 60: illorum, qui per longa spatia annorum possessionem suam *(i. e. Wilfridi)* possidebant et voluntarie ad emendationem in pace Christi ante suum obitum pontifici nostro reddiderunt. *Bosa die* 2. *Octobris vita functus est; cf. Kalendarium metricum (Bedae Opera ed. Giles I,* 53; *H. Quentin, 'Les martyrologes historiques du moyen âge',* 1908, *p.* 125*).* 7) *Bedae Opera ed. Giles I,* 144 *sqq. De tempore cf. Wells l. l. p.* 550, *n.* 4; *Hunt, 'Dictionary of Nat. Biogr.' LXI,* 1900, *p.* 241; *Plummer I, p. CXLVI. Charta Egwini episcopi (a.* 714*), qui cum Wilfrido ecclesiam Eveshamensis abbatiae dedicasse dicitur, ficta est (Birch I, p.* 192, *n.* 131; *Chronicon abbatiae de Evesham, ed. Macray,* 1863, *p.* 20, *cf. ib. p.* 11*).*

neque ecclesiis Romae urbis neglectis neque sociorum exilii immemor, atque Tatberchtum presbyterum propinquum praepositum constituit, ut ipso defuncto regimen coenobii obtineret. Deinde cum a Ceolredo rege Merciorum (709—716) invitatus profectus esset, ut cum eo de monasteriis suis in regno eius sitis colloqueretur, in Undalo coenobio ad Nen fluvium sito vita functus est. Corpus ad Hripense monasterium translatum ibique in ecclesia Petri apostoli depositum est [1].

Obiit Wilfridus quinta feria, quem diem deinceps Tatberchtus abbas singulis hebdomadibus quasi dominicam celebrabat [2], anno aetatis 76 [3], annis 45 episcopatus transactis, ut epitaphium et Beda testantur [4], cum Stephanus biographus eum per 46 annos episcopali munere functum esse statuerit [3], ita ut de annis inchoatis eum cogitasse iudicandum sit. Quo autem anno decesserit, haud ita facile dictu est. Cum synodus Streanaeshalchensis et abscessus Colmani a. 664. contigerint [5] eidemque anno Beda teste et Tudae obitus et consecratio Wilfridi attribuenda sint [6], ita ut haec facta esse non possit nisi anno ad finem vergente, annus 45. episcopatus anno 709. exeunte desiit, ita ut obitum anno proximo ineunti adscribere possimus. Hunc calculum Beda confirmat, eum vitam quattuor annos in pace post restitutionem egisse scribens, quae a. 706. contigit. Neque ea abhorrent, quae Stephanus refert, narrans, Wilfridum in Meldensi civitate aegrotantem (a. 705) a Michaele archangelo visitatum esse, qui 'post quattuor annorum spatium' iterum se venturum esse dixisset [7]; deinde vero, cum tempus ab angelo adnuntiatum 'appropinquaret', Wilfridum validiore languore correptum esse [8], sed bona valetudine recuperata **per spatium anni et dimidii post infirmitatem** vixisse [9], quod tempus ad quadriennium illud non pertinuisse e verbis Stephani effici mihi videtur [10], ita ut Wilfridus inde ab a. 705. quinque annos pauloque plus inter vivos degisse neque ante a. 710. obiisse videatur. At Beda obitum Wilfridi quarto anno Osredi attribuit [11] remque aliam eidem anno adscriptam a. 709. p. Chr. gestam esse statuit [12], unde omnes annum 709. pro Wilfridi emortuali acceperunt, quamquam notae de hoc fere tempore apud Bedam extantes universae inter se minime satis cohaerent [13]. Praeterea Wilfridus die 24. Aprilis iam brevi post obitum fastis illatus est; nam eo die Kalendario metrico Eboracensi aut Hripensi, in quo nullius post Wilfridum II. episcopum Eboracensem (721—732, † 744/5) mentio fit, nomen eius inscriptum legitur [14]:

Ecgberhtus digna virtutum laude choruscus
Astriferum octavis (i. e. VIII. Kal. Mai.) **veneranter scandit Olympum** [15],
Quoque die praesul penetravit Vilfridus alma
Angelico gaudens vectus trans culmina coetu,

itemque in Kalendario Laureshamensi inter a. 801. et 814. conscripto adnotatum est [16]:

VIII. Kal. Mai. Depositio domni Wilfridi et Egberti et Melliti [17] episcoporum,

1) Stephanus c. 62—65. 2) Ib. c. 64. 3) Ib. c. 65. 4) Beda V, 19. 5) Beda III, 26. V, 24; Ann. Corbeienses, Fuldenses, Lindisfarn. (SS. III, 2. 116*. IV, 2). 6) Beda III, 27. 28 (cf. ib. c. 20. IV, 1). V, 24. 7) Stephanus c. 56. 8) Ib. c. 61. 9) Ib. c. 62. 10) Quod haud recte Obser p. 103. denegavit; nam quod per alterum morbum Michael angelus a Wilfrido visus non est, inde nihil efficitur, cum quadriennium illud non post eventum (i. e. mortem) statutum sit, sed Wilfridus febricitans re vera id tempus sibi praestitum esse crediderit, id quod ab eo Accae et ab Acca sine dubio Stephano relatum est (cf. Bedam V, 19); at Wilfridum id recte credidisse minime constat. 11) Beda V, 19. 12) Ib. c. 24. 13) Cf. Plummer II, 329. 14) Bedae Opera ed. Giles I, 51; Thompson, 'Catalogue of ancient Mss. in the British Museum' II, tab. 24; H. Quentin l. l. p. 124 (cf. p. 120 sqq.). 15) Cf. Bedam V, 22. 16) Manitius, 'N. Arch.' XXII, 764. 17) Cf. Bedam II, 7.

atque re vera a. 710. *dies* 24. *Aprilis cum quinta feria convenit*[1]. *Unde ab auctoritate Bedae communique opinione in ea re recedere non dubito obitumque Wilfridi a.* 710. *contigisse existimaverim. Quod mors eius eidem anno in Annalibus Lindisfarnensibus attributa est, id levioris momenti est*[2].

Qui epitaphium Wilfridi Hripense composuit, inter merita studium ritus catholici maxime celebravit[3]:

Paschalis qui etiam sollemnia tempora cursus
Catholici ad iustum correxit dogma canonis,
Quem statuere patres, dubioque errore remoto,
Certa suae genti ostendit moderamina ritus;
Inque locis istis monachorum examina crebra
Colligit ac monitis, cavit quae regula patrum[4],
Sedulus instituit,

similiaque Wilfridus ipse sibi vindicaverat[5]. *Caveas tamen, ne turbas eius omnes a quaestionibus paschali similibusque repetas. Non solum Scotti discipulique eorum inter adversarios eius deprehenduntur, sed etiam Theodorus et Berctwaldus archiepiscopi, qui certe parti Romanae omnino addicti erant. Litigiosum quoddam et minus placabile moribus Wilfridi infuisse videtur nimiumque studium imperandi et auctoritate pollendi. De qua re in causa eius praecipue actum sit, spectanti fortasse iure statuere licet, controversiam inprimis fuisse talem, qualis non semel inter archiepiscopos et episcopos suffraganeos acta sit, cumque Paulinus pontifex Eboracensis a.* 634. *pallio ornatus esset, quo iam expulsus uti non poterat, nescio, an Wilfridus praeteriti memor auctoritatem affectaverit talem, qualis sedi Cantuariensi competeret, atque Stephanus laudator, cum episcopum Eboracensem 'metropolitanum' fuisse scripserit*[6], *id quod per totum saeculum (ad a.* 735*) non erat, nisi studia patroni nihil ostenderit. Qui cum auctoritati metropolitani in episcopatu dividendo oboedire nollet, primus ex Anglis papam appellavit sicque, etsi proposita tota minime assecutus est, tamen occasionem dedit, ut auctoritas sedis Romanae rebus Anglicis magis immisceretur.*

Vitam Wilfridi Stephanus presbyter composuit, cuius nomen et codici 2a *inscriptum et a Willelmo Malmesbiriensi*[7] *traditum est. Beda autem teste* cantandi magister Nordanhymbrorum ecclesiis Aeddi cognomento Stephanus fuit, invitatus de Cantia

1) *Etiam Martyrologium Anglosaxonicum saec. IX (ed. G. Herzfeld, 'An Old English Martyrology', 'Early English Text Society' CXVI,* 1900, *p.* 60*) et Kalendaria posteriora (Hampson, Medii Aevi Kalendarium I,* 1841, *p.* 452; *Martène et Durand, Veterum script. ampl. collectio VI,* 654; *H. Quentin l. l. p.* 32; *Gasquet et Bishop, 'The Bosworth Psalter', Londinii* 1908, *p.* 87*) et 'Capgravius' in Vita Wilfridi (Raine I,* 508*) diem* 24. *Aprilis exhibent, quo Eboracenses translationem ab Oswaldo archiepiscopo (*972—992*) factam celebrabant (Fowler, 'Memorials of Ripon' I,* 30, *n.* 2; *Missale ecclesiae Eboracensis ed. Henderson I, 'Surtees Society' LIX,* 1874, *p. XXXIII; Breviarium ecclesiae Eboracensis ed. Lawley I, ib. LXXI,* 1880, *Calendarium p.* 6*); sed saepius inde a saeculo X. nomen Wilfridi die* 12. *Octobris commemoratur (Hampson I,* 415. 431. 444. 458; *Henderson l. l. p. XXXIX; Lawley l. l. p.* 12; *Gasquet et Bishop l. l. p.* 19. 108 *sq.* 166, *cf. p.* 159*), eoque die etiam Cantuariae elevatio paulo post alteram a Lanfranco archiepiscopo (*1070—89*) factam instituta est (V. Wilfridi auct. Eadmero c.* 57, *Raine I,* 226*). Qui dies neque ab auctoribus antiquis pro emortuali affertur neque cum quinta feria convenit. Cum ea a.* 709. *convenit dies* 3. *Octobris, qui ex obituario Dunelmensi citatur (Bright p.* 479, *n.* 1*), sed testimonium haud multum valere videtur.*
2) *SS. XIX,* 505: 710. Wilfridus episcopus obiit. 3) *Beda V,* 19. 4) *I. e. Benedicti; v. supra p.* 168. 5) *Stephanus c.* 47. 6) *V. Wilfridi c.* 10: in diebus Colmani Eboracae civitatis episcopi metropolitani; *ib. c.* 16: Wilfrido episcopo metropolitano Eboracae civitatis constituto. 7) *Gesta pontif. Angl. III, prol. (ed. Hamilton p.* 210*)*: quae Stephanus presbyter de Wilfrido magno verborum agmine egit.

a reverentissimo viro Vilfrido[1], *sicque inde a Lelando et Pitseo*[2] *omnes fere statuerunt, cantorem eundem fuisse atque biographum Wilfridi*[3], *quantumque scio, unus H. Hahn v. d. de ea re dubitavit*[4] *neque vero absque ratione. Auctor enim ipse (c. 14) referens, Wilfridum inter a. 666. et 669. in Cantia munere episcopali functum esse, dixit:* Ideo autem venerabiliter vivens, omnibus carus, episcopalia officia per plura spatia agens, c u m c a n t a t o r i b u s Aedde et Aeonan et cementariis omnisque pene artis institutoribus regionem suam rediens, cum regula Benedicti instituta ęcclesiarum Dei bene melioravit, *eoque modo auctorem de se ipso locutum esse, ut non omnino negari potest, ita minime pro certo habendum est, cum Stephanus non semel aliis locis primam personam adhibuerit, de rebus, quibus ipse interfuisset, narrans. Itaque hac re in medio relicta, ea proferenda sunt, quae ex ipsa Vita de auctore comperta habemus.*

Stephanus presbyter, ut Vitam Wilfridi componeret, ab Acca episcopo Hagustaldensi (710—731) et Tatberchto abbate Hripensi, successoribus Wilfridi, adductus est atque iisdem et toti familiae, scilicet monachis Hripensibus, opusculum nuncupavit[5]. *Inter eos enim et ipse degebat et basilicam sancti Petri Hripensem ut 'nostram' commemoravit*[6] *miraculoque die anniversario Wilfridi ibi gesto interfuit*[7]. *Itaque regnum Nordanhumbranum ei 'nostrum' erat*[8]; *ortus autem erat e gente Saxonica, quam item ut 'nostram' Britannis opposuit*[9]. *Wilfridi ipse recordabatur*[10], *qualesque mores eius fuissent, noverat*[11], *qui passim 'sanctus pontifex noster' apud eum audit. Cum patrono exilium passus est, 'sub alienis dominis' serviens*[12], *et iam a. 678/79. Wilfridum Romam comitatus est, siquidem in eo itinere Aldgislus rex Frisionum 'praesentibus nobis' litteras a nuntiis Ebroini perlatas discerpsit et igni tradidit*[13]. *Proximis decenniis an non apud Wilfridum fuerit, dubitaverim, siquidem perpauca tantum de eis temporibus memoriae mandavit; sed primis annis saeculi octavi iterum inter comites episcopi erat. Anno enim c. 703. post synodum Oustrefeldensem adversarii possessiones Wilfridi occupabant,* annuntiantes n o s esse a sorte fidelium segregatos et eos qui n o b i s c u m participarent, *exsecrantes 'communionem n o s t r a m'*[14], *eaque calamitate 'a nobis' comperta*[15], *Stephanus aliique presbyteri et diaconi*[16] *una cum Wilfrido sene Romam profecti sunt ibique a. 704. synodo interfuerunt*[17]. *Roma reversus cum Wilfrido ex morbo convalescente in Meldensi urbe fuit*[18]. *Ipse praesens erat, cum testes de suprema voluntate*

1) *Hist. eccl. IV, 2; cf. supra p. 168.* 2) *Lelandus, Commentarii de scriptoribus Britannicis c. 134 (ed. Hall I, 1709, p. 170); Pitseus, Relationum historicarum de rebus Anglicis tomus I, 1619, p. 121 sq.* 3) *Cf. e. gr. ea quae scripsit W. Bright, 'Dictionary of Christian Biography' (ed. Smith et Wace) II, 1880, p. 38; W. Hunt, 'Dict. of National Biogr.' XVI, 1888, p. 354.* 4) *'Bonifaz und Lul' p. 68, n.* 5) *V. Wilfridi, prol. Etiam c. 1. monachos allocutus est:* Nos autem, fratres, frequenter legimus, *etc.* 6) *Ib. c.* 17: quae omnia — — in ęcclesia n o s t r a usque hodie reconduntur, ubi reliquiae illius requiescunt; *c.* 67: a cornibus basilicae n o s t r a e sancto Petro dedicatae. *Cf. c.* 45: monasterium supradictum, quod in privilegium n o b i s donabatur. 7) *Ib. c.* 67: N o s adorantes laudabimus, *etc.* 8) *Ib. c.* 20: omnes australes populos adversum regnum n o s t r u m concitans. 9) *Ib. c.* 17: quae clerus Brytannus aciem gladii hostilis manu gentis n o s t r a e fugiens deseruit. 10) *Ib., prol.* 11) *Ib. c.* 11: Qualem ergo illi tunc eum intellexerunt, talem adhuc et nos viventes novimus. 12) *Ib. c.* 60: nostrorum, qui per diversa exilia dispersi tristes sub alienis dominis servi eramus. *Cf. c.* 44: monachis suis per diversa loca totius Brittanniae exterminatis et sub alienis dominis merentibus. 13) *Ib. c.* 27. 14) *Ib. c.* 49. 15) *Ib. c.* 50. 16) *Ib. c.* 50. 53. 17) *Ib. c.* 52: Postquam n o s t r a e petitionis series recitata est, — — ad habitaculaque n o s t r a redire licentiam dederunt; *c.* 53: ut — — adversum n o s dicerent; *ib.:* inter se graecizantes et subridentes, n o s autem celantes. 18) *Ib. c.* 57: omnibus n o s t r i s mira hilaritate gaudentibus.

Aldfridi regis rettulerunt[1], atque pacem tandem a. 706. in synodo Niddensi initam quasi 'maximam beatitudinem' utriusque partis laudavit[2]. Denique etiam a. 708. inter monachos Wilfridi erat, cum episcopus in Hagustaldensi coenobio aeger iaceret et 'omnis familia' precaretur, ne nos quasi orbatos sine abbatibus relinqueret, et ut omnem vitam nostram in diversis locis secundum suum desiderium sub praepositis a se electis constitueret[3], neque dubito, quin etiam diebus ultimis ab episcopo in monasterio Hripensi transactis[4] et depositioni defuncti interfuerit[5].

Stephanus igitur casus Wilfridi non exigua ex parte ipse viderat sicque de multis per se instructus erat. De aliis a Tatberchto abbate suo certior fieri poterat, Wilfridi propinquo et 'comite individuo'[6], cui episcopus paulo ante obitum 'omnem vitae suae conversationem' enarraverat[7], neque minus sine dubio Acca episcopo auctore utebatur, qui inter clericos Bosae episcopi Eboracensis (678—686/7. 691/2—706) eruditus erat, deinde vero Wilfrido coniunctus 'omnem in eius obsequio usque ad obitum illius explevit aetatem'[8], ita ut itineri Romano a. 704. interfuerit[9], solus a Wilfrido de visione Meldensi certior factus[10], idemque etiam Bedae miraculum, quod in Selsey monasterio a Wilfrido apud Australes Saxones constructo[11] gestum esset[12], et aliud, quod Willibrordus episcopo Romam proficiscenti rettulisset, enarravit[13]. Miraculum quoddam Stephanus, Aebbe abbatissa narrante, audivit[14]. Neque vero relationibus tantum et recordatione memoriaque ei niti licebat, sed certissimi testes acta conciliorum atque epistulae praesto erant.

Itaque Stephanus opus iniunctum inter a. 711. et 731. perfecit, quod spatium temporis ex anniversario die Wilfridi commemorato[15] et e Beda efficitur, qui primus in Historia ecclesiastica gentis Anglorum conscribenda opusculo usus est. Studia autem hagiographica eo aevo apud Anglos novissima erant[16], et ut Acca episcopus, litteris ecclesiasticis studens, passiones apostolorum et martyrum in bibliotheca Hagustaldensi collegit[17], ita e sanctis Anglicis ad id tempus unus Cudberctus biographum ante paucos annos invenerat[18], sive Herefridum sive alium monachum Lindisfarnensem, qui vitam patroni inter a. 698. et 705. conscripsit[19]. Quod opusculum in eadem provincia compositum Stephano compertum erat, eoque aevi sui more satis impudenter usus, prologum, paucis verbis exceptis, totum inde mutuatus est. Sententias sane nonnullas e Vita Martini Sulpiciana haustas esse M. Manitius statuit[20]; quem tamen fugit, quomodo id factum esset, quamquam artam necessitudinem inter praefationes Stephani et auctoris Lindisfarnensis intercedere iam Th. D. Hardy monuerat[21], cumque H. Hahn de ratione intercedente dubitaverit[22], Stephanum ex altero hausisse J. Raine recte iudicavit[23]. Prologus enim Cudberctianus non magis ipsius auctoris est quam Wilfridianus. Nam anonymus ille prooemium ad verbum fere, paucis sententiis additis, ex epistula Victorii ad Hilarum missa[24] et

1) *V. Wilfridi* c. 59: Haec verba fidelissimi testes audierunt nobisque indicaverunt, ex quibus est Aelfleda abbatissa — — necnon et Aethelburga abbatissa, et multi alii testes haec adfirmaverunt. 2) *Ib.* c. 60. 3) *Ib.* c. 61. 4) *Ib.* c. 62. 63. 5) *Ib.* c. 65. 6) *Ib.* c. 62. 7) *Ib.* c. 64. 8) *Beda V*, 20. 9) *Ib. III*, 13. *V*, 20. 10) *Ib. V*, 19; *V. Wilfridi* c. 56. 11) *V. Wilfridi* c. 41. 12) *Beda IV*, 13 (14). 13) *Ib. III*, 13. 14) *V. Wilfridi* c. 37. 15) *Ib.* c. 67. 16) *Cf. E. Bishop, 'English Hagiology' ('The Dublin Review', 3. series XIII,* 1885, *p.* 133 *sqq.).* 17) *Beda V,* 20. 18) *Vita Cudbercti auctore anonymo (AA. SS. Martii III,* 117—124; *Bedae Opera historica minora ed. Stevenson,* 1841, *p.* 259—284; *Bedae Opera ed. Giles VI,* 357—382*).* 19) *Cf. Hahn l. l. p.* 175 *sqq.* 20) *'N. Arch.' XV,* 195. 21) *'Descriptive catalogue of materials relating to the history of Great Britain and Ireland' I,* 1, 1862, *p.* 298. 22) *L. l. p.* 178. 23) *'Historians of the Church of York' I, p. XXXII. et p.* 1. 24) *MG. Auct. ant. IX,* 677 *sq. Quod exemplum iis addendum est, quae de*

e Vitis Antonii (prol.)[1] *et Martini (c.* 1, 7—9*)*[2] *descripsit et compilavit, sicque ex opusculo Lindisfarnensi verba Sulpicii Severi et aliorum duorum paene integra in Vitam Wilfridi transierunt, ita ut de ratione auctorum dubitare non liceat*[3]. *Ex eodem opusculo Stephanus verba nonnulla de tonsura quae dicitur Romana deprompsit*[4] *neque minus longam seriem virtutum e Cudbercto in proprium patronum transtulit*[5]. *Etiam comparationes e scriptura sacra petitae simili modo apud utrumque auctorem saepius inveniuntur, ut similitudines minores hic praetermittam in adnotationibus allatas.*

Deinde vero, ut multa inter res gestas Cudbercti et Wilfridi intererant, ita Stephanus a praedecessore digressus est, cumque ille inprimis miraculis enarrandis institisset, ipse, quamquam miracula minime neglexit, tamen potius varios casus patroni explicare conatus est atque vel ea re optime meritus est, quod petitiones Wilfridi Agathoni et Iohanni papis datas (c. 30. 51*) epistulasque Theodori archiepiscopi (c.* 43*) et Iohannis (c.* 54*) integra operi inseruit et in synodis Romanis describendis maxime acta earum et adhibuit et excerpsit more illis temporibus satis raro. Tamen Vita minime omni ratione probanda et laudanda est. Cum de aliis rebus, quamquam praecipuis, velut itineribus Romanis auctor multa rettulerit, de aliis admodum exigua memoriae mandavit, ita ut spatium annorum* 692—702. *totum vel una sententia emensus sit (c.* 45*). Quo sane tempore a Wilfrido abfuisse videtur, sicque ea penuria non minus occasioni quam auctori attribuenda est. Tum vero vitam patroni sine ira et studio eum conscripsisse omnino negandum est, id quod et e Bedae Historia comparata et ex ipsa Vita cognoscitur*[6]. *Ubique laudator Wilfridi est, qui lumen Britanniae ei esse videbatur (c.* 36*). Nonnulla in maiorem laudem eius exaggerata videntur, alia minus accurate enarrata, velut initia episcopatus*[7], *neque absque ratione suspicandum est, res patrono minus gratas opportunasve non solum inscientia, sed etiam consulto praetermissas esse, veluti Scottos e coenobio Hripensi eiectos*[8], *synodum Herutfordensem canonemque eius nonum*[9]. *Econtra commemorandum est, Stephanum adversarios non solum vituperasse, sed etiam ea attulisse, quae sibi in eis laudanda viderentur, sicque virtutes Ceaddae, quem pro intruso habebat, nihilo minus summis laudibus extulit*[10] *et Aldfridum regem ut sapientissimum celebravit*[11], *cumque Iurminburgam reginam ut alteram Iezabel exsecraretur, tamen minime adicere omisit, eam postea optimam abbatissam agnamque de lupa factam esse*[12], *ita ut auctorem etiam in adversarios iustitia uti voluisse concedendum sit. Quod tamen nonnumquam ei minus contigit, resque ab eo solo traditae minime sine iudicio accipiendae sunt, neque vero negari potest, Vitam Wilfridi, quamvis imperfectam, inter pretiosissima monumenta aevi illius habendam esse.*

Auctor sermone usus est, si scriptores eiusdem aetatis Francicos conferas, satis bono, at multo minoris aestimando, si eum cum Beda paulo posteriore comparaveris. Sententiae nonnumquam male cohaerent, et inprimis in participio adhibendo erravit[13], *quo passim*

Victorio in Britannia adhibito B. Krusch collegit ('N. Arch.' IX, 150 *sqq.* 158 *sq.* 162 *sq.* 166*; cf. J. Schmid l. l. p.* 24 *sqq.).* 1) *Migne LXXIII,* 125. 2) *Ed. Halm p.* 111. 3) *Ratio etiam e spatiis temporum patet, quibus Vitae Cudbercti (*698—705*) et Wilfridi (*711—731*) compositae sunt.* 4) *V. Wilfridi c.* 6. 5) *Ib. c.* 11. 6) *Wells l. l. relationes Bedae et Stephani singulas contulit; sed cum non semel incertis rationibus iisque, quae veri similes ei videbantur, pro fundamentis usus sit atque nimia e silentio Bedae concluserit, hic illic iusto severius de Stephano iudicavit.* 7) *Cf. supra p.* 167 *sq.* 8) *Supra p.* 166. 9) *Supra p.* 170. 10) *V. Wilfridi c.* 14. 15. 11) *Ib. c.* 44. 45. 59. 12) *Ib. c.* 24. 13) *Cf. e. gr. c.* 34: quod reginae, sicut Philisteis, fugato populo Israhelitico arcamque Dei captantes, sancta sanctorum — reducentes, omnino in malum accidit; *c.* 50: Tunc — papa cum coepiscopis suis — veniens, praesentato Deo amabili Wilfrido episcopo cum fratribus suis, — kartula coram omni conventu relegebatur, hoc modo continentem; *c.* 56: pontifex — inter manus merentium — vix vivus deducitur, nihil de morte eius dubitantes.

pro verbo finito usus est, ita ut hoc omnino carere posset (p. 253, 14*); genus*[1] *et casus*[2] *commutata, declinatio*[3] *et coniugatio*[4] *non recte factae, activa pro deponentibus usurpata*[5], *indicativus pro coniunctivo (p.* 205, 30. 256, 28*), verba sensu alieno adhibita*[6] *non semel deprehenduntur.*

Vitam Wilfridi primus Beda adhibuit, cumque in libro tertio et quarto complura de sancto rettulerit, quae maiore ex parte aliunde hausta sunt[7], *libro quinto (c.* 19*) conspectum vitae episcopi inseruit, qui totus fere e biographo pendet, excepto epitaphio, quod huius tempore fortasse nondum compositum erat.*

E posterioribus, qui Vita usi sunt, praeter biographos infra laudatos martyrologum Anglicum saec. IX.[8] *et Richardum priorem Hagustaldensem*[9] *et Thomam Eliensem*[10] *compertos habeo.*

1*) Codex Londiniensis Musei Britannici inter Cottonianos Vespasianus D. VI, olim* liber Sancti Augus(tini) *Cantuariensis (fol.* 2*)*[11], *duabus partibus constat, quarum prior (fol.* 2—77*) litteris Anglosaxonicis saec. IX. exarata est, paucis rebus XI. saeculo additis, altera (fol.* 78—125*) Vitam Wilfridi saec. XI. scriptam continet, cui fol.* 125'. *probationes pennae saec. XII. et XIII/XIV. adiectae sunt, e quibus codicem e regione Eboracensi Cantuariam translatum esse intellegi videtur*[12]. *Tituli capitum litteris quae dicuntur uncialibus minioque scripti sunt. Capita* 15. *et* 18. *ex parte,* 16. *et* 17. *tota desiderantur, foliis duobus amissis (infra p.* 210, 9 — 213, 19*).*

1) *Cf. c.* 19: innumeros gentes; *c.* 29. 53: sancto synodo, *c.* 44: sancti synodus, *c.* 52: universo synodo, *c.* 53: sancto Agathonis synodo; *c.* 60: iudicia — quas; *c.* 66: ignis illa, supradicti — domus; *c.* 19: *nom.* triumphum; *c.* 50: hoc — indiculum. 2) *Cf. e. gr. c.* 25*:* ad extremo; *c.* 2: ante regalibus conspectibus; *c.* 57: cum multitudines; *c.* 12: per manus inpositione; *c.* 44: secundum — iudicio; *c.* 47: iudicium — subcumbere; *c.* 53: iudicium consentire; *ib.:* iudicium — subiacere; *ib.*: propter honorem sancti archiepiscopi ab huius apostolicae sedis monarchia directo, et pro — Wilfridi episcopi reverentia, diu fraude spoliato; *c.* 56: in honore sancti Petri et Andreae apostolis domos edificasti; *c.* 62: matris *(dat.), cet.* 3) *Cf. c.* 47: aetatuli, domunculi; *c.* 32. 33. 34. 44*: genet.* synodus; *c.* 6: diaconibus; *c.* 23: pannibus; *c.* 47: incunabulo; *c.* 53:' presbiteribus; *ib.:* iuramentis nodo adstrictus, *c.* 56: patronis nostri egrotatione; *c.* 38*: abl.* contribulis; *c.* 27: pretium — sceleste; *c.* 23*: gen.* inhormae *(= enormis); c.* 29*: gen.* pontifici; *c.* 42*: abl.* pontifici; *c.* 47*: abl.* posteriora — parte; *c.* 10. 15*: dat.* alio, *c.* 56: solo; *c.* 60*: gen.* conventui. 4) *Cf. c.* 24: defrauderent; *c.* 47: degradere = *degradare; c.* 5. 60: concedisset, *c.* 2. 8. 22. 23. 41*: perf.* concedit; *c.* 36: incutierunt; *c.* 28: poposcens; *ib.:* prodisset *(= prodidisset); c.* 29: asscriberim; *c.* 33: pergisset; *c.* 48: rediebat; *c.* 30*: perf.* succensi; *c.* 3: transmetuit. 5) *Cf. infin.* confitere *(c.* 36*),* contestaret *(c.* 47*),* deosculavit *(c.* 18*),* minabant *(c.* 19*).* 6) *Cf. c.* 24: patentes = *patefacientes; c.* 28: memoratus = *reminiscens (cf. SS. R. Merov. III,* 109, 22, *IV,* 421, 17*).* 7) *Cf. Plummer II,* 315 *sq.* 8) *Ed. Herzfeld l. l. p.* 60 *sqq.* 9) *De statu et pontificibus Hagustaldensis ecclesiae I,* 3 *(Raine, 'Priory of Hexham' I,* 11 *sqq.); cf. V. Wilfridi c.* 22. *Richardus I,* 13 *(p.* 30*), 'libellos de vita' Wilfridi et Iohannis conscriptos citavit et praeter Stephanum et Bedam etiam Vitam Wilfridi ab Eadmero compositam (c.* 6. 14*) adhibuit; cf. I,* 3. 6 *(p.* 10 *sq.* 22*).* 10) *Vita Etheldredae c.* 8, 26 *(AA. SS. Iunii IV,* 503*); cf. Stephan. c.* 19. 22. *Thomas c.* 9, 30 *(p.* 504*), Vita Eadmeriana (c.* 25*) usus est.* 11) *Inter libros abbatiae S. Augustini saeculo XV. exeunte codex extabat, cui cum alia inerant tum* Aldelmus de laude virginum et Vita sancti Wlfridi *(M. Rh. James, 'The ancient libraries of Canterbury and Dover',* 1903, *p.* 367, *n.* 1460*).* 12) *E quibus fortasse alicuius momenti sunt haec saec. XII. exarata, quae K. Hampe v. c. descripsit (cf. Raine I, p. XXXVII, n.* 1*):* Reverentissimo domino suo et amico in Christo dilectissimo A. de N.; *deinde spatio relicto:* Will(elmus) de Neut(on); *deinde:* Willelmus Dei gratia rex Ang(lorum), dux Nor(manni)e, dominus Ib(erni)e, comes Ant(gav)ie et Aquit(ani)e vic(ecomiti) Ebor(acensi) salutem; *tum:* Dilecto amico suo G. fil. G. suus Ada de Neut(on) salutem et dileccionem. Precor vos pro amore mei et servicio, quatinus (quatimus *cod.*) unum equum mihi acommodetis, unde nuncium

1*) *Codex Parisiensis n.* 13791, *saec. XVII, fol.* 34, *Vitam continet a Thoma Gale Collegii S. Pauli Londiniensis praefecto*[1] *e libro* 1 *satis mendose descriptam. Fol.* 1 *nomen eiusdem:* Tho. Gale *legitur, atque fol.* 1'. *haec adnotata sunt:* Heddius cognomento Stephanus de vita Wilfridi archiepiscopi Eboracensis (hanc inscriptionem habet codex Cottonianus, unde haec descripsimus, sed manu recentiori. Iacobus Usserius, qui ista codici Cottoniano affixit, hanc ipsam vitam Heddio attribuit ex codice ecclesiae Sarensis; v. eius[2] . . . .).

2a) *Codex Oxoniensis bibliothecae Bodleianae Fell n.* 3 *(antea n.* 8689. *et Fell n.* 1*), saec. XI, olim ut videtur Salesbiriensis*[3], *deinde Iohannis Fell episcopi Oxoniensis* († 1686*), fol.* 34—56', *manu pulchra satis neglegenter exaratus est. Litterae capitum initiales a miniatore supplendae saepe desiderantur.*

2a*) *Codex Oxoniensis bibliothecae Bodleianae Jones n.* 11 *(n.* 8918*), c. a.* 1660 —1670. *exaratus, olim Henrici Jones* († 1707*), Iohannis Fell (cf. l.* 9*) ex sorore nepotis, formae mediae, fol.* 215, *exemplar Vitae e* 2a *descriptum continet*[4]. *In margine hic illic coniecturae leguntur, nota* f *(i. e.* fortasse*) addita.*

2b) *Codex Salesbiriensis, a.* 1631. *a Iacobo Usserio, nisi hic librum* 2a *inspexit, et a.* 1680. *a Mabillonio et a.* 1691. *a Thoma Gale commemoratus (v. infra), hodie latet, neque quicquam de eo compertum habemus nisi pauca, quae illi de eo tradiderunt. Mabillonius inde capita in* 1 *desiderata lectionesque varias complures per E. Bernardum professorem Oxoniensem*[5] *accepta publici iuris fecit, iam antea litteris Thomae Gale edoctus*[6], *cum liber Cottonianus (*1*) 'antiqua nominis Eddii Stephani inscriptione' careret, Usserium Ardmachanum eam supplesse 'ex codice Sarensi, Eddii*[7] *nomen praeferente'. Lectiones autem per Mabillonium notae certo certius demonstrant, hunc librum (*2b*) fratrem codicis nostri* 2a *simillimum fuisse; cf. e. gr.*

c. 2. dona] *ita* 1*;* iura 2*a. b;*
ib. ante] *ita* 2*a. b; om.* 1*;*
c. 6. impiissima] *ita* 1*;* olim pessima 2*a. b;*
c. 29. Coenvald] *ita* 1*;* Cenouuald 2*a. b.*

Unde praeter alios Raine v. d. librum Sarensem a Bodleiano diversum non fuisse coniecit[8], *neque vero recte iudicasse mihi videtur, quantum quidem e lectionibus discrepantibus paucissimis concludere licet, quas omnes errore legendi describendive ortas esse facere non possum ut mihi persuadeam; cf. e. gr.*

c. 2. conspectibus apte] *ita* 1*;* apte consp. 2*b;* consp. *om.* 2*a;*
c. 3. cum consilio] *ita* 2*a;* eum consilio 1*;* cum consensu 2*b;*
ib. Lugduno] *ita* 1*;* Lugdunam 2*a;* Lugdunae 2*b;*

meum apud Ebor(acum) agere valiam *(sic).* Val(e)t(e); *infra m. saec. XIII/XIV:* Nomen scriptoris Robertus plenus amoris *(de versibus similibus cf. W. D. Macray, 'Annals of the Bodleian Library'*[2], 1890, *p.* 21, *n.* 1*; Plummer l. l. I, p. CXXXVIII).* 1) *De quo cf. Goodwin, 'Dictionary of National Biography' XX,* 1889, *p.* 378 *sqq.* 2) *Liber, cuius titulus in apographo Parisiensi omissus est, inscribitur: 'A Discourse of the Religion Anciently professed by the Irish and Brittish', Londinii* 1631, *ubi Usserius p.* 102, *n.* c, *codicis 'in bibliotheca Sarisburiensis ecclesiae' asservati ita meminit, ut ibi nomen Stephani neque vero Heddii (cf. supra p.* 179 *sq.) eum legisse pateat.* 3) *Cf. Macray l. l. p.* 148. 154 *sq.; Lawlor, 'The MSS. of the Vita S. Columbani' ('Transactions of the Royal Irish Academy XXXII, section C, part I'),* 1903, *p.* 35 *sqq.* 4) *Cf. (Bernard), Catalogi librorum mss. Angliae et Hiberniae II,* 1697, *p.* 217, *n.* 7013*; Hardy, 'Descriptive catalogue of materials' I,* 1, *p.* 396*; F. Madan, 'A summary catalogue of Western MSS. in the Bodleian Library' III,* 1895, *p.* 31. 5) *De quo cf. Clerke 'Dictionary of Nat. Biogr.' IV,* 1885, *p.* 378 *sqq.* 6) *Cf. AA.SS. ord. S. Benedicti IV,* 1, *p.* 672. 7) *Potius Stephani; v. supra l.* 6. *et n.* 2. 8) *L. l. I, p. XXXVIII.*

c. 4. cum sociis suis] *ita* 1*;* suis *om.* 2*a;* cum sociis suis *om.* 2*b;*

c. 6. Baldhild] *ita* 2*a;* Balcthild 2*b;* Brunechild 1.

Non ergo de uno codice agi videtur, sed de duobus exemplaribus ex eodem libro descriptis. De codice autem 2*b melius instructi essemus, si Gale Vitam, quam Mabillonius ex* 1* *ediderat, re vera ut contendit 'ad codicem ms. Sarisburiensem emaculatam' recensuisset; at a textu praedecessoris nisi paucissimis locis non recessit atque lectiones* 2*b non adhibuisse videtur nisi eas, quas Mabillonius a Bernardo acceptas publici iuris fecerat. Nam ut nonnullas lectiones a Mabillonio discrepantes errore typographi ortas esse existimo, quemadmodum c.* 3. nomine, *c.* 54. ad *versu exeunte omissa sunt, ita aliae coniecturis tantum Mabillonianis originem debent neque ullo modo libro* 2*b adscribendae sunt; cf. e. gr.*

c. 24. patentes] patefacientes *interpretatur Mabillon, habet in textu Gale;*

c. 34. absolutum] abstractum
c. 52. extincto] instructi
c. 53. Siszentius] Sisinnius
c. 65. cementarius] legimus
} *coniecit Mabillon, habet in textu Gale,*

atque aliae sine dubio ad emendationes ipsius Gale referendae sunt textum hic illic expolientis. Variae ergo lectiones Galianae ad librum 2*b cognoscendum nullius momenti sunt, cumque ea quae Mabillonius ex* 2*b supplevit satis exigua sint, ubique fere soli libri* 1. 2*a ad textum constituendum faciunt, atque quaerendum est, quanti uterque aestimandus sit.*

Atque neutrum ex altero fluxisse vel inde apparet, quod modo hic modo illic verba nonnulla praetermissa deprehenduntur; cf. e. gr.

c. 30. unde normas sacrorum kanonum in omnes Christi ecclesias per totum orbem diffusas emanare cognosco, praedicatione apostolica traditas] *ita fere* 1*;* per totum — praedicatione *om.* 2*a;*

c. 53. licentia data, ad aliarum dierum conflictum praeparantes] *ita* 1*;* data ad al. d. con *om.* 2*a;*

c. 55. patriam remeare iudiciaque conscripta regibus et archiepiscopo portare] *ita* 2*a. b;* iudiciaque — portare *om.* 1*;*

c. 57. recitatis apostolicae sedis literis — — spopondit, dicens: 'Huius apostolicae auctoritatis scriptis] *ita* 2*a. b;* sedis — apostolicae *om.* 1.

Neque vero ex ipso codice auctoris pendent, sed e libro quodam, qui iam mendis compluribus inquinatus erat, id quod e vitiis codicum nostrorum communibus cognoscere licet, e. gr.:

c. 25. Winfridus] *ita scripsi;* Wilfridus 1*;* Wilfri episcopus 2*a;*

c. 12. quattuordecimani] *ita scripsi;* quattuordecim anni 1. 2*a. b;* quartadecimani *Gale;*

c. 55. merorem subditorum sedare] *ita editores;* memorem s. s. 1. 2*a* [1].

Utriusque igitur codicis ratio habenda est, atque quamquam codex 1 *in universum praestare videtur, tamen hoc loco classis* 2 *vestigia auctoris aequalis sola servavit:*

c. 23. adhuc vivit] 2*a. b;* et multo tempore vixit 1.

Sane nonnulli loci adsunt, quibus, cuius libri lectio praeferenda sit, neque e verbis contiguis neque sermone auctoris considerato diiudicari possit. Codicem autem 2*a a librario satis neglegenti exaratum esse primo patet aspectu, quippe cuius textus passim calami lapsibus inquinatus sit; cf. e. gr.*

c. 3. apostolorum] apostorum 2*a,*

ib. inattritam] inactritam 2*a,*

1) *Lapsus fortasse e littera* r *Saxonica male interpretata ortus est, ita ut* memorem *e* menorem *correctum sit. Etiam c.* 61. memore *pro* merore *exhibet* 2*a.*

c. 3 Marcus] Marcis 2*a*,

c. 4. mitissimum] missimum 2*a;*

neque vero illum in singulis tantum litteris saepe errasse, id quod manifestum est, verum etiam codicibus gravius discrepantibus, nisi aliquae rationes obstent, altero libro 1 *pro duce utendum esse, ex iis locis concludendum est, quibus Stephanus verba auctoris anterioris exscripsit, ita ut ibi firmo fundamento niti diiudicanti liceat:*

Prol. et totius familiae] *ita* 1 *cum V. Cudbercti;* totiusque f. 2*a;*

ib. imperiis vestris] *ita* 1 *cum V. Cudbercti;* imperis *(om.* vestris*)* 2*a;*

ib. Quis namque non intellegat] *ita* 1 *cum V. Cudbercti;* Quisnam erit qui non int. 2*a;*

ib. referentium] *ita* 1 *cum V. Cudbercti (sic scripsi cum V. Antonii;* referenda *edd.,* referentem *cod. S. Audomari);* reverentium 2*a;*

c. 11. Prae ceteris speciale officium erat] *ita* 1 *cum V. Cudbercti (ubi* Cui *ante* prae*);* Prae c. ei sp. off. erat 2*a;*

ib. enim] *ita* 1 *cum V. Cudbercti;* autem 2*a*.

Itaque libro 1 *potior auctoritas attribuenda est, ubi de lectione genuina dubitari potest, atque eidem maior fides adhibenda. Neque tamen ubique alterum spernendum esse e supradictis patet, afferamque e pluribus aliud exemplum praecipuum, quo etiam codicem* 1 *interdum a lectione primigenia admodum recessisse intellegitur, scilicet*

c. 6. Baldhild] *ita recte* 2*a cum Beda V,* 19*;* Balcthild 2*b;* Brunechild 1 *cum nonnullis codicibus Bedae.*

Libro igitur 1 *ut potior fides adiungenda est, ita codex* 2*a minime omni auctoritate caret.*

Librum, e quo codices 1 *et* 2*, aliis fortasse mediis, fluxerunt, satis antiquum et fortasse saeculo VIII. paulo post aevum auctoris exaratum esse, conicias, consideratis suspensionibus contractionibusque talibus, quales a ratione scribendi saeculi XI. omnino recedunt, nisi ea vestigia antiquitatis ex ipso autographo auctoris per saecula a librariis transmissa sunt:*

c. 11. apostolus] apōs 1*;*

c. 30. episcopos, *c.* 50. episcopo] episc̄ 1 [1],

c. 53. episcopus] epīs 1,

c. 28. episcopum] epī 2*a*,

c. 14. archiepiscopum] archiep̄s 1*;*

c. 29. synodo] syn̄ 1*;*

c. 51. aliquam] aliq̃ 2*a;*

c. 50. tantum] tam̄ 2*a;*

c. 34. apostolorum] apłm 1;

c. 29. scripta] scrīt 1*;*

c. 24. 32. nostri] nr̄ 2*a* [2]*;*

c. 24. 55. 59. 61 *etc.* nostro] nō 1 [3]*;*

c. 53, *etc.* autem] at 1 [4]*; om.* 2*a*.

Nota h (*i. e.* autem*)* [5] *in* 2*a saepius extat (c.* 6. 12. 37. 51. 54. 55. 61. 62. 65—67*),*

1) *Cf. L. Traube, 'Das Alter des Codex Romanus des Virgil' (Strena Helbigiana,* 1900, *p.* 310*); Nomina sacra ('Quellen und Untersuchungen zur lateinischen Philologie des Mittelalters' II),* 1907, *p.* 255. 2) *Cf. Traube, Perrona Scottorum ('Sitzungsber. d. Bayer. Akad., philos.-philol. Classe'* 1900, *p.* 521*); Nomina sacra p.* 229. 3) *Cf. ib. p.* 217 *(= Perrona Scottorum p.* 509 *sq.): 'Im neunten Jahrhundert hat sich die Gesamtheit der insularen Schreiber zum Typus* nr̄i *bekehrt und kennt den Typus* n̄i *nur als seltene Ausnahme'.* 4) *Cf. Traube, 'Palaeographische Anzeigen' ('N. Arch.' XXVI, p.* 234*).* 5) *Cf. ib. p.* 237 *sqq.*

rarius (c. 38. 39. 47*) nota* ꝥ *(i. e.* enim*). Scripturae sane Saxonicae vestigia etiam in nominibus propriis inveniuntur, in quibus scribendis hic illic litterae 'runicae'* ƿ *('wyn' = w) et* þ *('thorn' = th) saepiusque* ð *(item = th) adhibitae sunt:*

ƿ: Berh(g)tƿald. 1 *(c.* 40, *bis).* 2*a (c.* 46. 51. 57*);* Cedƿalla 2*a (c.* 42*);* Ẹ(E)þelƿalch (-lhc) 1. 2*a (c.* 41*);* Elfƿini 1 *(c.* 24*);* Eodƿald 1 *(c.* 18*);* ƿestsexna 1 *(c.* 40. 42*); cf. mendum c.* 10. Osviu] Osƿiu 2*a.*

ð: Aeðelburga 1 *(c.* 59*);* Aeðeldrida *corr.* Aeðeldriþa 1 *(c.* 19*);* (A)eði(e)lred. 1 *(c.* 43, *ter.* 47. 48. 51, *bis.* 54. 57. 58*).* 2*a (c.* 43. 45. 47. 48. 51, *bis.* 57. 58*);* Al(d)frið. 1 *(c.* 45. 46. 58, *bis.* 60, *ter).* 2*a (c.* 46. 59*);* Aluhfriðus 1 *(c.* 63*);* Berectfriðus, Berhtfriðus 1 *(c.* 60*);* Cyneðry(i)ð 1. 2*a (c.* 65*);* Hadufrið 1, Haðufrið 2*a (c.* 63*);* Uuilfrið. 1. *(c.* 43. 59. 60, *quater.* 66*);* Suðsexum 1 *(c.* 42*);* aetsv(w)inapa(e)ð(a)e 1. 2*a (c.* 46*).*

þ: Aeþildryþe 1 *(c.* 22*; de c.* 19 *cf. l.* 7*);* A(e)þelred. 1 *(c.* 40. 45. 48*).* 2*a (c.* 48*:* Aeþel*);* Aeþelƿalch *cf. l.* 4*;* Ẹcfriþus 1 *(c.* 60*),*

ita tamen, ut codices minime sibi constent, atque has litteras ab archetypo auctoris aeque atque a Beda abfuisse crediderim[1]*, neque eas in textum recepi, scribens* v, d *aut more recentiore* w, th, *etsi in apparatu litteras illas omnes adnotavi.*

Nomen ipsius sancti Vilfridus *aut* Wilfridus *in* 1, Wilfrithus *in* 2*a semper fere scriptum est (*Wilfrið. *paucis locis* 1, *cf. l.* 11*;* Wilfrid. *c.* 42. 60. *etiam* 2*a), congruoque modo illic potissimum* Aldfridus *et* Ecgfridus, *hic* Alfrithus *et* Ecgfrithus *leguntur.*

Quod ad res orthographicas attinet, pauca praemittenda sunt. Litteras -ae *finales vulgato more semper retinui, cum in utroque libro* -ae, -ę, -e *absque ulla ratione alibi aliter scripta occurrant neque genuina lectio ab arbitrio librariorum discerni possit, itemque rationem scribendi posteriorem* michi, nichil, sompnus *reieci, scribens* mihi, nihil, somnus. *Neque librario* 1 *adeo fidem habendam esse duxi, ut passim* ę *pro* e *acceperim, sed sustuli haec, quae* 1 *inprimis in priore parte Vitae exhibet:*

civitatęm, ducęm, facięm, finęm, matręm, patręm, potestataem, quęm, ręgionęm;

adiuvantę *(bis),* comitę *et* comitae, cordę, discędentę, ducę, facię, fratrę, mentę, morę, mortalitatę, nominę *(bis),* praesentę, pugnantę, sanctimonialę, sedę, sędę, sospitę, suadentę, temporę, urbę, vocę; sinę;

salutantaes; mę, tę; ipsę, istę *(bis)*; eccę; necęssę, omnę; ibiquę, iterumquę, pacificequę, quoquę, unaquequę, usquę;

bęnignę, coactę, gloriosę, honorificę *(bis),* iniustę, kanonicae, malignissimę, pacificę, perfectę, vǫluntarię *(bis)*, valdę; deindę; dę, ę;

audirę, venirę, vęnissę, habundarę, proicerę, ęssę *(saepius),* ęsset, ęssęt;

habęo; sędębat, vidębo; consuęrat, vixęro; dicitę, nolitę; pergęntem, rennuaens, vidęns;

baeatissimo, bęnędictam, benędictione; cęlantes, cęllae, cętera; dęi, dęo; ęi *(saepius),* ęum, ęo; ęcclęsia *et* ęcclęsiasticus *(saepius),* ędoctus, ęlectioni, elęgantem, ęligęre, ęlęvatam, ępiscopus, ępiscopatus, archiępiscopus *(bis),* aepulantes, ęrat, ęt, etęrnam, ęxilio, ęxterminatis; gęrebat, gęste; hęredem; idęoque; męntis; nęc, necęssę, nęcessaria; olęo; pęcuniae, postręmo, puęrum; quaeas; ręgendam, revaelationem, ręvertens; sęręna, sęrvus; tętigit; vęniens;

beatię, disciplinaę, futuraę, Galilęaę, haęc, idolatriaę, meaę, Romanaę,

cum talia in 2*a rarissime inveniantur, scilicet* Agathonę, civitatę, estatę, prolationę, tristę, contentiosę, copiosę, iniustę, kanonicę, magnificę, strictę, voluntarię, sęcundum, acciperę, cęlare, concędisset, inirę, nęc, saltęm.

1) *De litteris* ƿ *et* ð *inde a fine saeculi septimi,* þ *inde ab octavo paulatim propagatis cf. Wolfg. Keller, 'Angelsächsische Palaeographie' I (Palaestra XLIII,* 1*),* 1906, *p.* 12 *sq.* 42 *sqq.*

Praepositionum formas non assimilatas praeferendas duxi, e. gr.

c. 24. adscribimus] asscrib. 2*a*,
c. 53. adfirmabant] affirm. 1,
c. 28. inritans] irritans 2*a*,
c. 56. inlucescente] illuc. 1,
c. 54. subfragante] suffr. 1.

Cum hic illic in utroque libro, saepe in uno vel altero accussare, excussare *scripta inveniantur, haec ratio scribendi ex archetypo repetenda esse mihi videtur, ita ut in ambobus verbis derivatisque litteram* s *duplicem receperim, ubicumque etiam in uno codice sive* 1 *sive* 2*a lectio talis occurrerat. Neque minus simili ratione ductus locis eiusmodi* apellare *scripsi, cf.*

c. 24. apellavit] *ita* 1. 2*a;*
c. 3. apellare] *ita* 1*;* appellare 2*a;*
c. 29. apellatur] apllatur *(!)* 1*;* apellatus 2*a;*
ib. apellans] *ita* 1*;* appellans 2*a;*
c. 47. apello] *ita* 1*;* appello 2*a.*

Ubique igitur etiam in orthographicis spectandum erat, ut, ubi codices non consenserint, aliis locis collatis, quantum e libris saeculi XI. fieri potest, lectio primigenia erueretur, atque in nominibus propriis restituendis aliorum quoque fontium aequalium, velut Bedae, cuius quattuor codices saeculo VIII. exarati supersunt, chartarumve, rationem habui[1].

Libros 1 *et* 2*a partim K. Hampe v. c., partim ego ipse ita contulimus, ut ille potissimum capita ad regnum Francorum et Italiam spectantia comparaverit, ego partem maiorem Britannicorum; exemplar* 1* *B. Krusch v. c.,* 2*a** *ego inspeximus.*

Iohannes Lelandus antiquarius († 1552), De rebus Britannicis Collectanea, tomus tertius, p. 169—170 *(ed. Thomas Hearnius, vol. IV, Oxonii* 1715, *et iterum* 1774, *p.* 109 *sq.)*[2] *'ex libro de vita S. Wilfridi' excerpta perpauca (c.* 17. 19. 22. 40. 58. 60. 62—66*) exscripsit, codice deperdito usus, qui uno loco (c.* 17*) cum libro a Petro Blesensi (cf. infra p.* 191, 32*) adhibito aliquatenus conveniebat, atque p.* 261 *(l. l. p.* 154*) codicis Glastoniensis meminit, e quo illa fortasse excerpserat.*

Iohannes Usserius (James Ussher) archiepiscopus Ardmachanus Vitae non nisi locos nonnullos e codice 1 *attulit, et e c.* 5. 10. 12. 14. *in libro: 'A Discourse of the Religion Anciently professed by the Irish and Brittish', Londinii* 1631, *p.* 102. 104—106 *('The Whole Works of the most rev. James Ussher' ed. Elrington IV, Dublinii c. a.* 1850, *p.* 344 *sq.* 347 *sqq.)*[3], *et postea e c.* 6. *et* 10. *in opere: Britannicarum ecclesiarum antiquitates, Dublinii* 1639, *p.* 78. 922. 931 *(editio secunda, Londini* 1687, *p.* 42. 478. 482*).*

Iohannes Mabillon, Acta sanctorum ordinis S. Benedicti, saeculum quartum, pars I, Lutetiae Parisiorum 1677, *p.* 676—722, *princeps Vitam Wilfridi publici iuris fecit, editam ex apographo* 1* *per Thomam Gale confecto, quem Eduardus Bernardus professor Oxoniensis ad Vitam pro Mabillonio describendam moverat. Capita in* 1 *desiderata variasque lectiones postea e codice* 2*b a Bernardo transmissa a.* 1680. *in altera parte saeculi eiusdem p.* 550—553. *supplevit. Deinde ipse*

Thomas Gale, Historiae Britannicae, Saxonicae, Anglo-Danicae scriptores XV[4], *Oxoniae* 1691, *p.* 51—90, *Vitam, quam ex libro* 1 *descriptam Mabillonio edendam de-*

1) *E libris, qui mihi usui fuerunt, commemoraverim Rud. Müller, 'Untersuchungen über die Namen des nordhumbrischen Liber Vitae' (Palaestra IX), Berolini* 1901. 2) *Eadem excerpta Lelandi antea ediderunt Dodsworth et Dugdale (v. infra p.* 192, 6*) I,* 172. 3) *P.* 102 *(*345*) etiam codicis* 2*a aut* 2*b meminit (cf. supra p.* 184, *n.* 2*).* 4) *In aliis exemplaribus 'scriptores XX' legitur, cum 'Historiae Anglicanae scriptores quinque' a.* 1687. *editi pro volumine II.*

derat, 'ad codicem ms. Sarisburiensem (2b) emaculatam et auctam', ut dicit, iteravit neque vero textum decessoris mutavit nisi paucissimis locis, ita ut maculas paene nullas semoverit (cf. supra p. 185).

Martinus Bouquet, 'Recueil des historiens des Gaules et de la France' III, Parisiis 1741, p. 600—602, particulas quasdam e Mabillonio deprompsit.

I. A. Giles, Vita quorundam Anglo-Saxonum, 'Original Lives of Anglo-Saxons' ('published for the Caxton Society'), Londinii 1854, p. 198—277, inspecto codice Cottoniano (1), textum Galianam iteravit.

Iacobus Raine, 'The Priory of Hexham' I ('Publications of the Surtees Society' XLIV), Dunelmi 1864, in appendice p. IV—V. capita 22. et 23. ad ecclesiam Hagustaldensem spectantia e codice 1 edidit.

N. E. S. A. Hamilton, Willelmi Malmesbiriensis monachi de gestis pontificum Anglorum libri (Rerum Britannicarum medii aevi scriptores LII), Londinii 1870, p. 222—226, capita 29—32. integra e codice 1 exscripta epitomae Willelmi adiecit.

A. W. Haddan et W. Stubbs, 'Councils and Ecclesiastical Documents relating to Great Britain and Ireland' III, Oxonii 1871, p. 106—108. 113. 136—140. 164—165. 169—172. 219. 251—254. 256—266, partes Vitae praestantiores ad ius ecclesiasticum pertinentes, cum codice 2a collatas, ediderunt.

Iacobus Raine, 'The Historians of the Church of York' I (Rerum Britannicarum medii aevi scriptores LXXI, 1), Londinii 1879, p. 1—103, libris 1. 2a haud ita accurate adhibitis, novam editionem Vitae instituit, codici 2a nimia auctoritate attributa. Ex qua editione

I. T. Fowler, 'Memorials of the Church of SS. Peter and Wilfrid, Ripon' I ('Publications of the Surtees Society' LXXIV), Dunelmi 1882, p. 4—5. 7—11. 14—19. 21—26, particulas ad res Hripenses spectantes excerpsit. Denique

Walter de Gray Birch, Cartularium Saxonicum I, Londinii 1885, p. 72—73. 103. 159—161, petitionem Wilfridi (c. 30) epistulasque Theodori archiepiscopi (c. 43) et Iohannis papae (c. 54) codice 1 usus recudendas curavit.

Quae post saeculum VIII. de Wilfrido litteris mandata sunt, omnia fere e Stephano Bedaque fluxerunt neque ad res gestas episcopi indagandas aut instituta aevi illius cognoscenda faciunt. Paucis igitur verbis Vitae posteriores commemorandae sunt[1].

1) Saeculo X. medio Hripensi coenobio vastato[2] desolatoque, Odo archiepiscopus Cantuariensis (942—959)[3] reliquias quae videbantur Wilfridi ab hominibus quibusdam inde translatas excepit atque in sede sua metropolitana collocavit[4]. Quamquam postea Eboracenses contendebant, non Wilfridi illius clarissimi corpus Cantuariam translatum esse, sed Wilfridi alterius pontificis Eboracensis (a. 721—732, † 744/5)[5], translatio Odoni occa-

adnumerati sint, atque numeris paginarum turbatis Vita Wilfridi p. 40. 41. 45. 46. 55—90 (re vera 51—90) occupat. 1) Quae Vita Wilfridi saec. XII. in catalogis bibliothecarum Dunelmensis ecclesiae et monasterii cuiusdam Anglici commemorata sit (G. Becker, Catalogi bibliothecarum antiqui, 1885, p. 216. 244; R. Pauli, 'N. Arch.' II, 433), ne conici quidem potest. 2) Cf. Ann. Saxon. 'D' a. 948 (ed. Thorpe, 'Anglo-Saxon Chronicle' I, 213; Earle et Plummer, 'Two of the Saxon Chronicles parallel' I, 1892, p. 112). 3) De Odone cf. Th. Wright, Biographia Britannica literaria I, 1842, p. 428 sqq.; W. Hunt, 'Diction. of Nat. Biogr.' XLI, 1895, p. 421 sqq. 4) Cf. epist. Odonis (Raine I, 106); V. Wilfridi auct. Eadmero c. 57 (ib. p. 224); Eadmerus, De reliquiis Audoeni (ib. p. XLV, n. 1); Willelmi Malmesb. Gesta pontif. Anglorum I, 15 (ed. Hamilton p. 22). 5) Oswaldus archiepiscopus Eboracensis (972—992) corpus Wilfridi I. Hripi invenisse dicitur; v. V. Oswaldi auct. anonymo c. 5 (Raine I, 462) et Raine I, p. XLIII sqq. Etiam in libello, qui de sanctis Angliae saeculo XI. ineunte compositus est (ed. F. Liebermann,

sionem dedit, ut res gestas sancti, 'excerptis de libro vitae eius flosculis', carmine celebrandas curaret, cui 'Odo Dorobernicarum opilio ovillarum' ipse epistulam satis turgidam atque Graecis verbis abundantem praefixit (inc.: Orthodoxae fidei famulitio ancillatis*). Vitae ipsius (inc.:* Inscius egregios aegris conatibus actus*) auctor nomen suum in opere non prodidit, unde postea Eadmerus, epistula praevia permotus, etiam carmen Odoni attribuit*[1]*, neque vero recte, cum poeta archiepiscopum in epilogo ut fautorem allocutus sit (v.* 1393*):* Nunc, oleate, mihi faveas, industrius Odo, *atque Willelmus Malmesbiriensis tradidit,* **Fridegodum** *quendam munus iniunctum executum esse*[2]*, eundem sine dubio, qui Eadmero teste 'in divinis ac saecularibus disciplinis quosque sui temporis sapientes praecellere putabatur' atque magister fuisse dicitur Oswaldi archiepiscopi Eboracensis (*972—992*)*[3]*. Opusculum 'breviloquium' vitae Wilfridi audit omninoque e Stephano haustum est, rebus novis minime additis; constat vero e versibus* 1400 *fere heroicis, non semel difficilibus intellectu, cum Fridegodus verbis rarissimis Graecanicisque adeo indulserit, ut iam Willelmus Malmesbiriensis iure Plautinum illud adhibuerit*[4]*: 'Haec quidem praeter Sibillam leget nemo'. Vitam*[5] **Mabillonius** *l. l. III,* 1, 1672, *p.* 171—196. *e codice optimo Corbeiensi (nunc Petropolitano O. XIV.* 1, *saec. X)*[6] *eruit, qui in fine mutilus est, ita ut versus ibi deficientes e codice Cottoniano (Claudius A. I, saec. XI)*[7] *suppleverit, ib. IV,* 1, 1677, *p.* 722—726[8]. *Epistulam Odonis*[9] *Henricus* **Wharton**, *Anglia sacra II, Londinii* 1691, *p.* 50, *publici iuris fecit. Et hanc et carmen iteravit* **Migne**, *Patrologia Latina CXXXIII, Parisiis* 1853, *col.* 945—946. *et* 981—1012. *Denique* **Raine** *l. l. I,* 105—159, *adhibito etiam codice Parisiensi (n.* 8431, *saec. XI), novam editionem instituit neque vero, textus Corbeiensis minus iusto ratione habita, in verbis auctoris genuinis restituendis adeo profecisse videtur*[10].

2) **Eadmerus** *monachus Cantuariensis litteris clarissimus*[11], *amicus Anselmi archiepiscopi, saeculo XII. surgente res gestas Wilfridi denuo enarrandas suscepit,*

'Die Heiligen Englands', 1889, *p.* 9*), 'sancte Wilferð biscop' in coenobio Hripensi requiescere dicitur. Cf. Willelm. Malm. l. l. III,* 111 *(Hamilton p.* 245*):* Quocirca lis inextricabilis inter Cantuarienses et Eboracenses versatur, quia dicant Cantuarienses se Wilfridum seniorem habere, contra Eboracenses contendant hunc iuniorem ab archiepiscopo Odone Cantiam translatum. 1) *V. Wilfridi auctore Eadmero, prol. et c.* 57 *(Raine I,* 162. 225. 226*). Eadmerus etiam in V. Oswaldi c.* 25 *(ib. II,* 31*) Odonem auctorem laudavit atque ex epistula eius opusculo Fridegodiano praefixa locum excerptum attulit.* 2) *Gesta pontif. Angl. I,* 15 *(p.* 22*).* 3) *V. Oswaldi auctore Eadmero c.* 4 *(Raine II,* 5*).* 4) *L. l. Versum Plauti ex Hieronymi adversus Iovinianum libro I,* 1 *(Migne XXIII,* 211*) deprompsit.* 5) *Versus nonnullos a.* 1631. *e codice Cottoniano citaverat Usserius, 'A Discourse of the Religion' etc. p.* 103. 106 *sq. ('Works' IV,* 346. 349 *sq.). Iohannes Bale, Index Britanniae scriptorum (ed. R. L. Poole et M. Bateson,* 1902, *p.* 483*) initia et prologi et carminis Fridegodi (absque nomine auctoris) attulit, additis verbis: 'Ex officina Ioannis Cocke'.* 6) *Cf. Gillert, 'N. Arch.' V,* 610. 7) *Nescio, an idem sit atque codex ecclesiae Christi Cantuariensis citatus in catalogo c. a.* 1170. *composito (James l. l. p.* 11, *n.* 186/7*):* Vita sancti Wilfridi *(auctore Eadmero, ut videtur, iam Cantabrigiensis; cf. infra p.* 191, 18. 36*).* Alia versifice *(cf. James p.* 525*); cf. catalogum posteriorem (a.* 1284—1331*) n.* 257. 273 *(l. l. p.* 46. 48*). Etiam coenobii S. Augustini ibidem siti saeculo XV. exeunte* Vita sancti Wilfridi metrice *fuit (ib. p.* 239, *n.* 448*). Codicis Glastoniensis meminit Lelandus, Collectanea III,* 261 *(ed. Hearnius IV,* 154*).* 8) *Bouquet l. l. III,* 602—604, *versus e Mabillonio excerptos iteravit.* 9) *Epistula seorsum exscripta legitur in codicibus saec. XVI. Londiniensibus Harleiano n.* 310, *fol.* 88, *et Lambethano n.* 159, *fol.* 74'. 10) *Particulae excerptae leguntur apud Fowler l. l. I,* 5. 12 *sq.* 26. 41. 320 *sq.* 11) *De Eadmero cf. F. Liebermann, 'Ungedruckte Anglo-Normannische Geschichtsquellen',* 1879, *p.* 284 *sqq.; Pauli, SS. XIII,* 97 *sqq.; Perry, 'Dict. of. Nat. Biogr.' XVI,* 1888, *p.* 309 *sq.*

quippe quae 'in diversis auctoribus sparsae' essent componendaeque esse viderentur. Auctores laudavit Bedam et Odonem[1], cui opus Fridegodi attribuit, atque ut ex illo particulas haud exiguas ad verbum fere descripsit, ita versus alterius et illaesi et discerpti passim apud Eadmerum leguntur. Neque minus opere Stephani usus est[2], quamquam eum non citavit; cuius narrationem plerumque satis libere retractavit, ita tamen, ut minime loci desint, quibus verba praedecessoris integra inveniantur[3]. Ipse nihil novi addidit nisi fabulam quandam de nece Ecgfridi regis a Pictis occisi Wilfrido revelata animaque illius in inferna rapta (c. 43), ultro confessus (c. 57) se haec nusquam legisse neque vero fidem negandam esse eis, quae ita sese habuisse 'tot talesque viri' confirmarent. Vitam Wilfridi emensus, translationem ab Odone institutam pluribus verbis enarravit, epistula eius usus, ultimoque loco elevationis Cantuariae sub Lanfranco archiepiscopo (1070—89) et depositionis paulo post factae mentionem fecit. Opus (prologus incipit: Britannia, quam Angli victis, Vita: Anno igitur incarnationis verbi Dei) a Mabillonio l. l. III, 1, 1672, p. 196—228, e codice Cottoniano (Caligula A. VIII, saec. XII)[4] editum iteraverunt et Godefredus Henschenius, Acta sanctorum Aprilis III, Antverpiae 1675, p. 293—312[5], et Migne l. l. CLIX, 1854, col. 713—752[6]; denique nuper Raine l. l. I, 161—226, Vitam integram iterum edidit[7].

3) Vitam ab Eadmero compositam in codice Cantabrigiensi Collegii Corporis Christi n. 371 (saec. XII)[8] sermo subsequitur, in die festo Wilfridi habitus, cui 'breviloquium vitae eiusdem patris' inscriptum est (inc.: Spero, fratres carissimi, sanctitatem vestram non latere). Opusculum ex Eadmero pendet atque ipsi a Raine v. c. coniectura nescio an recta attributum est; rebus ab illo narratis pauca miracula Cantuariae gesta accesserunt. Edidit Raine l. l. I, 227—237.

4) Willelmus monachus Malmesbiriensis clarissimus, inter Gesta pontificum Anglorum a. 1125. ad finem perducta res Eboracenses enarraturus, in libro tertio (§ 100—109) vitam Wilfridi descripsit eo consilio, ut narrationem Bedae suppleret[9], iis 'quae Stephanus presbyter de Wilfrido magno verborum agmine egit' in compendium redactis[10]. Unde prior pars libri tertii quasi pro 'breviario' Stephani accipi potest, prelo seorsum mandata in quarta editione Laurentii Surii, De probatis sanctorum vitis (X), October, Coloniae Agrippinae 1618, p. 179—185. Historia Wilfridi in editione novissima Willelmi auctore Hamiltonio[11] paginas 211—244. occupat[12].

5) Etiam Petrus Blesensis[13] (c. 1135 — c. 1210), archidiaconus Bathoniensis

1) V. Wilfridi, prol. et c. 57 (Raine p. 162. 225 sq.). 2) De qua re haud recte dubitavit F. Liebermann l. l. p. 293; cf. Obser l. l. p. 12. 3) Cf. e. gr. Stephanum c. 13. et Eadmerum c. 13 (p. 175), illum c. 24. cum hoc c. 26/7 (p. 187/8). Raine sententias e Stephano depromptas ex parte tantum agnovit. 4) Praeterea commemorantur codices Cantabrigiensis Collegii Corporis Christi n. 371, saec. XII; codex olim (a. 1849) Edinburgensis Davidis Laing, iam Cantabrigiensis bibliothecae Universitatis Add. n. 3096, saec. XIII, fol. 45'—78, quem ipse inspexi; Londiniensis Arundelianus n. 91, saec. XII. 5) Parvi momenti ea sunt, quae de nominibus locorum in Vita Wilfridi occurrentibus ad hanc editionem conscripta sunt in libro: 'Mémoires de la Société française de numismatique et d'archéologie, Section de géographie historique, Vies des saints', Parisiis 1870, p. 60—84. 6) Particulae apud Bouquet III, 604—605, extantes e Mabillonio excerptae sunt. 7) Fowler l. l. I, 5 sq. 7 sq. 11. 16. 20 sq. 36—39, narrationes ad Hripum spectantes excerpsit. 8) De quo cf. M. Rule, Eadmeri Historia novorum in Anglia, 1884, p. LXXVIII sqq. 9) Ed. Hamilton p. 210. 238. 10) Willelmus etiam I, 1 (p. 6 sq.), Vitam Wilfridi citavit. 11) Cf. supra p. 189. 12) Codex a Willelmo adhibitus hic illic cum libro 1 conveniebat neque vero idem erat atque ipse Cottonianus, id quod coniecit Hamilton (l. l. p. 222, n. 2); cf. lectiones varias c. 29—31. 51. 54. adscriptas. 13) Cf. 'Histoire littéraire de la France' XV, 1820,

et Londiniensis, Vitam Wilfridi composuit et Galfrido archiepiscopo Eboracensi (1191—1212) dedicavit[1], quae adhuc inedita latet. Petrus opere Stephani usus est, velut e fragmento (cf. infra p. 212) efficitur, quod inter Iohannis Lelandi antiquarii († 1552)[2] de rebus Britannicis Collectanea III, p. 171 (ed. Th. Hearnius IV, Oxonii 1715, et iterum 1774, p. 110—111) extat, inde erutum a Rogero Dodsworth et Guilielmo Dugdale, Monasticon Anglicanum I, Londinii 1655. et iterum 1682, p. 172.

6) Quae Beda de Wilfrido tradidit, ea saeculo XII. ex parte seorsum descripta codicibus et Gemeticensibus[3] (Beda V, 19. III, 25. 26 in.) et Austriacis (ib. V, 19)[4] quasi Vita Wilfridi inserta sunt.

7) Opusculum Eadmeri et 'breviloquium' inde haustum verbo tenus in Vita abbreviata exscripta sunt, quae in codice Romesiensi, hodie musei Britannici Lansdowniano n. 436 (saec. XIV), servata est (inc.: Anno ab incarnacione verbi Dei). Auctor etiam Bedam V, 19. adhibuit et laudavit (c. 10) atque gesta a. 666—669 (c. 3) ultimaque verba de annis vitae et episcopatus et de translatione ab Odone facta e Willelmo Malmesbiriensi (Hamilton p. 216. 244) deprompsit. Edidit Raine l. l. I, 477—485.

8) Alia Vita Wilfridi inter 'Nova legenda Angliae' invenitur, quae a Iohanne Tynemuthano parte priore saeculi XIV. compilata sunt atque vulgo Iohanni Capgravio (1393—1464) attribuuntur[5], eaque ex Eadmero et Beda pendet, paucis verbis de concilio Romano a. 679 (Raine p. 498) potius e Willelmo (l. l. p. 228) quam ex ipso Stephano (c. 30) insertis (inc.: Regnante autem in Cancia rege Edbaldo). E libro a. 1516. Londinii impresso (fol. 300—306') eam, duobus codicibus collatis, deprompsit Raine l. l. p. 486—509; denuo recensuit Carolus Horstman, Nova legenda Anglie II, Oxonii 1901, p. 425—444.

9) Denique lectiones ad Psalterium Riponense[6] pertinentes, quas ex parte Fowler l. l. I, 6—7. 26—30. 49. edidit, e Stephano et Beda et Eadmero (c. 8. 11. 12. 17) fluxerunt, contemplationibus nonnullis et relatione elevationis ab Oswaldo archiepiscopo factae[7] additis. Conscriptae sunt post translationem a Waltero archiepiscopo Eboracensi in ecclesia Riponensi factam, in qua enarranda charta indulgentiarum ab eodem a. 1224. data (ib. p. 50) adhibita est[8].

W. Levison.

p. 341 sqq.; Wright l. l. II, 1846, p. 366 sqq.; Kingsford, 'Dict. of Nat. Biogr.' XLV, 1896, p. 46 sqq. 1) Cf. Lelandum l. l. et Chronicon metricum ecclesiae Eboracensis (saec. XV) v. 367 sqq. (Raine II, 480) de Galfrido:

Huic Petrus rhetoricus Blesensis honoris
Transumpsit historiam Wilfrid senioris.

2) Initium Vitae (inc. Exquisitissima deliberatione consilii) 'ex bibliotheca Ioannis Lelandi' attulit Iohannes Bale l. l. p. 319. Lelandus opus 'in sacro vestiario Ripoduni' (i. e Ripon) invenerat (Hearnius l. l. p. 110). 3) Nunc Rotomagensibus n. 1398 (U. 155) et 1399 (U. 2), qui incipiunt: De statu vitae; cf. 'Catalogue général des mss. des bibl. publ. de France, Départ.' (8°) I, 1886, p. 381. 384; A. Poncelet, Analecta Bolland. XXIII, 154. 217. 4) Cf. Analecta Bolland. XVII, 61; initium (inc.: Anno, quo Britanniam reliquerat) edidit Raine l. l. I, p. LI, n. 1. 5) Cf. B. Krusch, Ionae Vitae sanctorum p. 138 sq. 6) De codice eius cf. Fowler, 'Acts of Chapter of SS. Peter and Wilfrid, Ripon' ('Publications of the Surtees Society' LXIV), 1875, p. 382 sq. 7) Cf. supra p. 189, n. 5. 8) Lectiones Breviarii Eboracensis (ed. Lawley II, 'Publications of the Surtees Society' LXXV, 1882, col. 259 sq. 615 sqq.), quantum lectiones Hripenses publici iuris factae sunt, ex his pendent, nonnullis omissis paucisque e Beda (V, 19) additis, atque reliqua, nisi admodum fallor, item non ex ipsis Eadmero (c. 1. 27) et Beda (V, 19) hausta sunt, sed intercedentibus lectionibus Hripensibus iis, quae nondum editae sunt. Denique lectiones, quas Lawley l. l. col. 257, n. 1, e parte librorum subiunxit, nihil sunt nisi epitome textus plenioris (col. 615—618), de quo modo egi.

IN[a] NOMINE DOMINI NOSTRI CHRISTI IESU INCIPIT DE HUMILI EXCUSSATIONE STEPHANI[b] PRESBITERI SCRIBENTIS DE VITA SANCTI WILFRIDI[c] DEO DIGNI EPISCOPI.

Praeceptorum[1] vestrorum magnitudine, o venerabiles[d] domini Acca episcopus[2] et Tatberchtus[e] abbas[3], et[f] totius familiae ambitu[g] superatus, utinam ut tam effectu parere valeam quam voto. Est enim et hoc opus arduum et meae intellegentiae et eloquentiae facultas exigua; quae tamen, etsi ministerium minime expleret iniunctum, certe debitum oboedientiae exsolvit obsequium. Maximum enim indicium erga vos meae reverentiae est, imperiis[h] vestris amplius me inpendere voluisse quam possim. Quod si dignum aliquid vestrae electioni confecero[i], id erit profecto divini muneris, quia nec dubitatur ipsorum fide perficiendum[k], quorum est adhortatione susceptum. Quis namque[l] non intellegat vestris orationibus praesumptum esse, quod etiam per me creditis inplendum? Etenim ingens mihi lucrum est atque utilitas hoc ipsum, quod beatae memoriae Wilfridi[m] episcopi recordor. Est siquidem perfecta via ad virtutem illum scire, quis fuerit. Ideo, ut breviter dicam, omnia[n], quae de eo sermo referentium[o] iactavit, credite et minima vos estimate de maximis audisse, quia non ambigo nec eos potuisse omnia cognoscere. Obsecro itaque eos qui lecturi sunt, ut fidem dictis ad hibeant, relinquentes antiqui hostis millenos invidiae stimulos et recolentes, quod eloquentia pertonabat. Semper enim in propatulo fortitudo emulos habet,

feriuntque summos fulgora montes[4].

Neque enim me quicquam audaci temeritate, nisi quod conpertum et probatum a fidelibus sit, scripsisse arbitrentur; alioquin tacere quam falsa dicere maluissem[p]. Coeptum orationibus vestris nos iter carpamus.

V. Cudbercti, prol. — Hieron., Quaest. in Gen., prol. — V. Cudbercti, prol.

EXPLICIT[q] PRAEPHATIO STEPHANI PRESBITERI.

(1)[a]. Incipit de nativitate sancti[b] Wilfridi et prodigio.

Igitur[c] beati Wilfridi pontificis, Deo adiuvante et sanctis meritis eius, vitam ib.

Prol. Cap. 1. 1. 2*a*.

Prol. a) *ita* (*sed* excusatione) 2*a*; De humili excussationi scribentis *praescr.* 1. b) Stephi 2*a*. c) *ita scripsi;* Wilfrithi 2*a*. d) venerabilis 1. e) Tatbrehtus 2*a*. f) totiusque *pro* et t. 2*a*. g) arbitrio 2*a*. h) imperis (v. *om.*) a. 2*a*. i) *ita* 1. 2*a*. k) perficien::dum 2*a*. l) Quisnam erit qui non int. 2*a*. m) Wilfrith. *semper* 2*a*. n) omnia 2*a*. o) reverentium 2*a*. p) malluissem *pr. m.* 1. q) *ita* 2*a*; Explicit — Incipit *om.* 1.

Cap. 1. a) *numeros in* 1. 2*a desideratos addidi cum Rainio.* b) et prod. s. Wilfrithi episcopi 2*a*. c) (I *om.*)gitur 2*a*.

1) *Praefatio ad verbum fere e V. Cudbercti auctore anonymo (ed. Stevenson, Bedae Opera historica minora,* 1841, *p.* 259*; contuli codicem S. Audomari n.* 715, *vol. I, saec. XII, olim S. Bertini, fol.* 164*) descripta est; qui ipse prologum ex epistula Victorii ad Hilarum missa (MG. Auct. antiqu. IX,* 677*) et V. Antonii (Migne LXXIII,* 125*) et V. Martini Sulpiciana c.* 1 *(ed. Halm p.* 111*) compilaverat, ita ut sententiae trium auctorum paene integrae in Vitam Wilfridi transierint.* 2) *Hagustaldensis (*710—731*), successor Wilfridi. Anno* 731. *de sede expulsus, a.* 737. *aut* 740. *vita functus est. De eo cf. Bedam V,* 20*; Plummer II,* 329 *sq.* 3) *Tatberchtus abbas Hripensis coenobii fuit, Wilfridi propinquus, qui eum sibi ipsi successurum monasterio praeposuit (infra c.* 62*). 'Tatbercht presbyter' inter abbates in Libro vitae ecclesiae Dunelmensis commemoratur (H. Sweet, 'The Oldest English Texts',* 1885, *p.* 155, 59*; E. M. Thompson, 'Catalogue of ancient manuscripts in the British Museum' II,* 1884, *p.* 82*). Obiit Nonis Iuniis (ib. tab.* 24*; Quentin l. l. p.* 124*).* 4) *Versus est Horatii (Carm. II,* 10, 11*), una cum verbis praecedentibus descriptus ex Hieronymi libro Hebraicarum quaestionum in Genesim, prol. (Opera ed. Vallarsius III*[2], 301*; Migne XXIII,* 935*).*

(Rom. 8, 29. 30.) scribere exordiar, quem Dominus secundum egregii doctoris sententiam[a] *praescivit et praedestinavit et vocavit, iustificavit et glorificavit.* De utero enim matris suae valde religiosae ita eum sanctificatum a Deo prodigium demonstravit, sicut (Ierem. 1, 5.) Hieremias audivit a Domino dicente: *Priusquam te formarem in utero, novi te, et antequam exires de vulva, sanctificavi*[b] *te prophetamque in gentibus posui te.* Nam cum (634/35.) mater eius dolore parturientis fatigata in domo sua iaceret et mulieres circa se mansissent, viderunt viri foris stantes domum illam extimplo quasi ardentem et flammam usque ad caelum elevatam[1]. Omnes undique concito cursu pavide[c] advenerunt, flammam minuere aquis hominesque de incendio eripere cupientes. Quibus mulieres de domo obviaverunt[d], dicentes: 'Sustinete, stabiliter expectantes; ecce! (cf. Exod. 14, 13.) modo infans huic natus est mundo[2]'. Illi vero stupefacti, videntes magnalia (cf. ib. 3, 2.) Dei, sicut Moyses in rubo vidit flammam sonantem nihilque consumentem, agnoverunt. Nos autem, fratres, frequenter legimus, Spiritum sanctum in igne apparuisse, quia (Hebr. 12, 29.) *Deus ignis est, consumens* peccatores et inluminans iustos. Quod lumen (cf. Matth. 5, 15.) non sub modio, sed super[e] candelabrum Dominus poni iussit, et hoc per beatum Wilfridum[f] episcopum omnibus pene Brittanniae ecclesiis palam effulsit, sicut (cf. Gen. 41, 13.) praesagi[g] futurorum prodiderunt et rei eventus postmodum probavit[h].

(2). De eo, quod in pueritia Deum elegerit.

Cum[a] ergo puerilis aetatis esset, parentibus oboediens, omnibus carus, pulcher aspectu, bonae indolis, mitis, modestus, stabilis, nihil inane cupiens[b] more puerorum, sed secundum apostolum Iacobum (Iac. 1, 19.) *velox ad audiendum, tardus ad loquendum,* omnibus in domum patris sui venientibus humiliter aut regalibus sociis[3] aut servis eorum semper edocte ministravit, ut[c] secundum prophetam omnes Dei docibiles (cf. Ioh. 6, 45.) essent[d]. (647/48.) Postremo tamen quarto decimo anno in corde suo cogitabat paterna rura deserere, dona[e] celestia quaerere. Privigna[4] enim sibi, matre sua mortua, molesta[f] et inmitis[g] erat[h]; tamen arma et equos vestimentaque sibi et pueris[i] eius adeptus est, in quibus ante[k] regalibus conspectibus[l] apte stare posset. Cumque benedixisset eum pater eius, sicut Isaac[m] Iacob et Iacob filios suos, ut crescerent in (cf. Gen. c. 28, 3; c. 49.) multa milia populorum, pergens itinere suo, usque dum inveniret reginam[n] regis

Capp. 1. 2. 1. 2*a*.

Cap. 1. a) verba et *pro* sent. 2*a*. b) sanctificav t 2*a*. c) pavidi 2*a*. d) obviarunt 2*a*. e) supra 2*a*. f) *ita* 1; pontificem nostrum *pro* W. ep. *fortasse recte* 2*a*; *cf. p.* 207, 36. 208, 26. 215, 31. 217, 28, 33. 227, 42. 228, 37. 229, 35, 40. 231, 36. g) praesagia 2*a*. h) Explicit primum miraculum. Incipit *add.* 2*a*.

Cap. 2. a) (C *om.*)um 2*a*, *itemque deinceps ibi litterae capitum initiales non suppletae sunt.* b) m. p. c. 2*a*. c) *om.* 2*a*. d) sunt 2*a*. e) iura 2*a*. *b*. f) molestia 2*a*. g) inmittis 2*a*. h) e:rat 1. i) pueros 2*a*. k) *ita* 2*a*. *b*; *om* 1. l) consp. *om.* 2*a*; apte consp. 2*b*. m) Issaac *pr. m.* 1. n) regina 2*a*.

1) *De simili miraculo cf. e. gr. V. Columbae auct. Adamnano III,* 2 *(ed. Fowler,* 1894, *p.* 130 *sq.).* 2) *Eadmerus c.* 1 *(Raine p.* 163*) Wilfridum a.* 634. *natum esse statuit idque recte, cum episcopus, qui die* 24. *Aprilis a.* 710. *annum* 76. *agens vita functus est, a.* 634/35. *natus sit oporteat. Item Florentius Wigorn., Chronicon a.* 634 *(ed. Thorpe I,* 17*):* Sanctus, *inquit,* Wilfridus nascitur. 3) *I. q. Anglosax. 'gesith', postea 'thegn'; cf. W. Stubbs, 'Constitutional history of England' I*[6], 166 *sqq.; H. M. Chadwick, 'Studies on Anglo-Saxon Institutions',* 1905, *p.* 308 *sqq.; L. M. Larson, 'The king's household in England before the Norman conquest' ('Bulletin of the University of Wisconsin n.* 100, *History Series' I,* 2*), Madison* 1904, *p.* 82 *sqq.; H. Brunner, 'Deutsche Rechtsgeschichte' I*[2], 188. 4) *I. e. noverca.*

Oswiu[a] nomine Eanfled[1], et per nobiles viros, quibus ante in domo patris sui ministrabat[b], laudatus praesentatusque est reginae. Statim, Deo adiuvante, *invenit* Esth. 2, 9. *gratiam in conspectu illius;* erat enim decorus aspectu et acutissimi ingenii, et concedit[c] ei quod petierat, ut sub suo[d] consilio et munimine Deo serviret. Tunc quidam nobilis eo tempore ex sodalibus[2] regis valde sibi amabilis et fidelis nomine Cudda, proponens[e] secularia desideria contempnere propter infirmitatem paralisin, coenobialemque vitam sub regulari disciplina in Lindisfarne[f, 3] insula arripere maluit[4]. Cui regina supradicta puerum nuper ad se venientem diligenter commendavit, ut sibi ministraret et Deo serviret. Iam enim ille secundum praeceptum reginae, accepta diligenti ministratione, domino suo[5] et omnibus senioribus in monasterio quasi filius et coetaneis quasi frater statim in amore factus est, pro eo quod omnem regularem vitam cum[g] intimo cordis amore in humilitate et obedientia adinplere nitebatur et omnem psalmorum seriem memorialiter[h] et aliquantos libros didicit. Adhuc enim laicus capite[6], corde vero a vitiis circumcisus, Deo serviebat et partem cum Samuhele[i] Heli sacerdoti ministrante benedictionis cf. 1. Reg. 3, 1. accipere meruit.

(3). De eo, quod amaverit sancti Petri apostolorum[a] principis limina videre.

Deinde post circulum annorum, suggerente Spiritu sancto, apellare et videre sedem apostoli Petri et apostolorum[b] principis, adhuc inattritam[c] viam genti nostrae temptare in cor adolescentis[d] supradicti ascendit[e], ab ea omnem nodum maculae solvendum sibi credens et beatitudinem benedictionis accipiendam[7]. Hunc talem sensum domino suo[5] enotuit[8]; qui statim, ut erat sapiens, suggestum a Deo esse cognoscens, consensum[f] dedit filio carissimo omnis boni caput accipere. Tunc

Capp. 2. 3. 1. 2*a*.

Cap. 2. a) Oswin 1. b) que *add.* 1. c) concessit 2*a*. d) illius 2*a*. e) *ita* 2*a*. *b*; pnomen 1. f) *ita* 2*a*; Lindisfarna :: (ins. *om.*) 1. g) *pr. m. superscr.* 2*a*. h) memoraliter 2*a*. i) Samuele 2*a*.

Cap. 3. a) apostoli (principis *om.*) 1. b) apostorum 2*a*; *v. infra p.* 198, 4. c) inactritam 2*a*. d) adholesc. 2*a*. e) et *add.* 2*a*. f) consensus 1, *corr.*

1) *Oswiu rex Berniciorum, deinde totius Northumbriae (642—671) Eanfledam, filiam Aedwini regis eiusdem regni († 633), in matrimonium duxit (Beda III, 15), quae a.* 626. *nata 'prima de gente Nordanhymbrorum' a Paulino episcopo baptizata erat (ib. II, 9). De qua cf. etiam Historiam Britonum c.* 57. 63 *(ed. Mommsen, Auct. antiqu. XIII,* 203. 206*).* 2) *Cf. supra p.* 194, *n.* 3. 3) *Hodie Holy Island (Northumberland). Annis* 635—651. *Aidan episcopus Lindisfarnensis erat (cf. Plummer l. l. II,* 136*).* 4) *Cudberctus episcopus Lindisfarnensis a.* 687. *in sarcophago sepeliri voluit, quod 'Cudda venerabilis abbas' ei donaverat; cf. V. Cudbercti auct. Beda c.* 37 *(ed. Stevenson l. l. p.* 118*).* Cudda *secundo loco inter 'nomina abbatum' in Libro vitae eccl. Dunelm. legitur (Sweet l. l. p.* 156, 78*; Thompson l. l. p.* 83*).* 5) *Scilicet Cuddae; item infra l.* 23, *ubi Wells l. l. p.* 536. *de Finano episcopo Lindisfarnensi (*651—661*) cogitavit.* 6) Necdum quidem adtonsus *Beda V,* 19. 7) *Beda V,* 19, *alias peregrinandi rationes iuveni attribuit:* In quo videlicet monasterio cum aliquot annos Deo serviret, animadvertit paulatim adulescens animi sagacis, minime perfectam esse virtutis viam, quae tradebatur a Scottis, proposuitque animo venire Romam et, qui ad sedem apostolicam ritus ecclesiastici sive monasteriales servarentur, videre. *Ubi Beda fortasse consilia Wilfridi posteriora in priorem aetatem transtulit (cf. Wells l. l. p.* 536*); sed cf. etiam infra c.* 4: ut visitem sedem apostolicam et ęcclesiasticae disciplinae regulas didicerim. 8) *I. e. innotuit.*

autem cum[a] consilio patris sui ac[b] Eanfledae[c] reginae ad suum proprium propinquum[1] Erconberhtum[d] regem Cantuariorum per nuntios diligenter commendatus[e] et honorifice emissus est, ut tamdiu esset cum eo, usque dum fideles socios itineris[f] ad apostolicam sedem tendentes inveniret[2]. Rex vero venientem servum Dei ad se videns, iuxta consuetudinem suam in orationibus et ieiuniis, in lectione et vigiliis semper occupatum, mirifice diligebat. Psalmos namque, quos prius secundum Hieronymi[g] emendationem legerat, more Romanorum iuxta quintam editionem memorialiter[h] transmetuit[i, 3]. (cf. Num. 28, 14.) Anni vertente quoque die[4], rex secundum petitionem reginae languenti taedio ducem nobilem et admirabilis[k] ingenii quendam nomine Biscop Baducing[5] inveniens ad sedem apostolicam properantem[6], ut in suo comitatu esset, adquisivit. Pergens[l] igitur servus Dei cum benedictione parentum suorum ad peregrinationem sicut Iacob, (cf. Gen. 28,1.) benedictioque[m] ei[n] peregrinanti demum in bonum contigit. Omnibus affabilis, mente sagax[o], corpore strenuus, pedibus velox, habilis[p] ad omne opus bonum, tristia ora numquam contraxit[q]; alacer et

Cap. 3. 1. 2*a*.

Cap. 3. a) *ita* 2*a*; eum consilio 1; cum consensu 2*b*. b) *om.* 2*a* (*folio incunte*). *b*. c) Eonfledae regine 1; Eanflęd (Eanfled 2*b apud Mab.*; Eanfleda *Gale*) regina 2*a*. *b*. d) Erconber(h *pr. m. superscr.*)tum 2*a*. e) *ita* 1; commendatum (emend. 2*a*) hon. emisit, ut 2*a*. *b*. f) itineres 2*a*, *corr.* g) Hieronimi 2*a*. h) memoraliter 2*a*. *b*; *cf. supra p.* 195, *n.* h. i) *ita* 2*a*. *b*; transmutavit 1. k) admirabiles 2*a*, *corr.* l) Perrexit 1. m) *ita scripsi*; benedictio quae 2*a*. *b*; (benedictio *om.*)que 1. n) ei (p. *om.*) d. 2*a*; ei d. p. 2*b*; eis peregrīn d. 1. o) sagaci 2*a*. p) stabilis 2*a*. q) *om.* 2*a*.

1) *Id est Eanfledae reginae, cuius avunculi filius erat Earconberctus* (640—664). *Certe Eanfledae mater erat Aedilberga, filia Aedilbercti* (*regis Cantuariorum* † 616), *soror Eadbaldi* (*ib. a.* 616—640, *patris Earconbercti*): *qui proinde Eanfledae avunculus erat. Ita fere Mabillon.* 2) *Beda V*, 19, *addit:* Quo tempore ibi gradum archiepiscopatus Honorius — — servabat. *Qui cum a.* 653 (*Sept.* 30) *obierit* (*Beda III*, 20), *Wilfridus antea in Cantiam venisse videtur, siquidem Bedae credere fas est neque is in ea re coniecturae indulsit.* 3) *I. e., nisi fallor, transmessuit, ab initio usque ad finem transcendens cum fructu legit. Hieronymus a.* 383. *Psalterium 'vetus' Romae secundum vulgatum textum LXX interpretum 'cursim' correxit, quam emendationem Damasus papa in liturgiam Romanam recepit* (*'Psalterium Romanum'*). *Postea autem Bethlehem positus a.* 392, *cum Hexapla Origenis cognovisset, psalmos iuxta ea iterum emendavit; qui textus hodie vulgatus primo in Gallia adhibitus esse dicitur, unde 'Psalterium Gallicanum' audit* (*cf. e. gr. Westcott apud Smith, 'Dictionary of the Bible' III*, 1863, *p.* 1698 *sqq.*; *H. Ehrensberger, 'Psalterium vetus und die Psalterien des hl. Hieronymus', Tauberbischofsheim* 1887, *p. III sq.*; *G. Hoberg, 'Die Psalmen der Vulgata'* ², 1906, *p. XX sq.*). *Wilfridus igitur primo hanc alteram editionem Hieronymi legerat, pro qua, apud Cantuarios commoratus, priorem emendationem* (*Psalterium Romanum*) *didicit. Neque vero adhuc patet, qua de causa Stephanus eam editionem 'quintam' vocaverit. G. H. Forbes* (*apud Raine I, p.* 5, *n.* 3) *coniecit, 'quin(t)am' idem esse atque κοινὴν* (*vulgatam*) *male transcriptum. Nescio, an potius cogitare liceat de confusione quadam intercedente nomineque ad Graecam interpretationem pertinente,* cuius auctor non apparet et ob hoc sine nomine interpretis q u i n t a e d i t i o nuncupatur (*Augustinus, De civit. Dei XVIII*, 43), *quae in Hexapla recepta est* (*cf. Fr. Field, Origenis Hexaplorum quae supersunt I*, 1875, *p. XLIII sq.*). 4) *Germ. 'Über Jahr und Tag'. B. Kr.* 5) Biscop cognomento Benedictus *Beda V*, 19. *De Benedicto, qui a.* 674. *Wiremuthense monasterium condidit, cf. V. Ceolfridi c.* 5 *sqq.* (*Plummer I*, 389 *sqq.*) *et Historiam abbatum auct. Beda* (*ib. p.* 364 *sqq.*). Baducing *filium Baducae significat;* Baduca *nomen ter in Libro vitae eccl. Dunelm. occurrit* (*Sweet l. l. p.* 159, 217; *p.* 160, 228; *p.* 163, 353). 6) *Beda, Historia abbatum Wiremuthensium c.* 2 (*Plummer I*, 365): Dimissa ergo patria, Romam adiit; beatorum apostolorum, quorum desiderio semper ardere consuerat, etiam loca corporum corporaliter visere atque adorare curavit.

gaudens navigio secunde* Lugduno[a] Galliae[1] civitatem pervenit ibique cum suis sociis aliquod spatium mansit, discedente[b] ab eo austerae mentis duce[2], sicut a Paulo Barnabas propter Iohannem recessit, qui cognominabatur Marcus[c]. cf. Act. 15, 37–39.

(4). De eo, quod Dalfinus episcopus sanctum Wilfridum benigne acceperat[3].

Benedictus Deus, qui servos suos defendit et protegit et per bonorum auxilia adiuvabit! Nam in[a] supradicta civitate sanctae memoriae Dalfinus archiepiscopus erat[4], qui super servum Dei mitissimum[b] Wilfridum posuit oculos suos in bonum cf. Am. 9, 4. et benigne[c] cum sociis suis[d] hospitio susceperat, videns in facie serena, quod benedicta[e] mente gerebat. Ideoque omnia illis necessaria, quasi proprii sui essent, habundare fecit et sibi illum in adoptivum filium elegere[f] voluit, dicens ad eum: 'Si manseris mecum fiducialiter, dabo tibi bonam partem Galliarum ad regendam in saeculum virginemque filiam fratris mei[g. 5] in uxorem et te ipsum adoptivum filium habebo[h] et tu me patrem, in omnibus fideliter adiuvantem'. Et respondens sanctus Vilfridus servus Dei sapienter, sicut erat edoctus, dixit: 'Sunt vota mea Domino, quae reddam, relinquens ut Abraham[i] cognationem et domum patris mei, cf. Gen. 12, 1. ut visitem sedem apostolicam et ęcclesiasticae disciplinae regulas didicerim in augmentum gentis nostrae ad serviendum Deo, desiderans a Deo recipere[k], quod diligentibus se promisit, dicens: *Qui reliquerit patrem aut matrem* et reliqua[l], Matth. 19, 29. *centuplum accipiet et vitam eternam possidebit.* Iam enim vita comite, Deo adiuvante, cf. Gen. 18, 10. si vixero, iterum revertens videbo faciem tuam'. Haec et alia audiens sanctus episcopus, veraciter servum Dei esse et a Spiritu sancto inbutum intellexit; praeparans sibi necessaria, in pace Christi secundum voluntatem eius cum ducibus et opibus[m] ad sedem apostolicam emisit.

*) id est prospere *pr. m. superscr.* 1.

Capp. 3. 4. 1. 2*a*.

Cap. 3. a) *ita* 1; Lugdunam Gallie (*corr. e* Galliam) 2*a*; Lugdunae (*'sic passim'*) 2*b*. b) descendente 2*a*. c) Marcis 2*a*.

Cap. 4. a) *om.* 2*a*. b) missimum 2*a*. c) benegne 2*a*, *corr.* d) suis *om.* 2*a*; cum sociis suis *om.* 2*b*. e) *ita* 2*a*. *b*; bęnędictam mentem 1. f) *corr.* eligere 2*a*; ęligęre 1. g) *om.* 2*a*. h) habęo 1. i) Habraham 2*a*. k) accipere 2*a*. l) relinqua 2*a*. m) operibus 2*a*.

1) *De nominibus coniunctis 'Lugduno Galliae' (hodie Lyon) cf. ea quae dixi 'N. Arch.' XXVII,* 348. 2) *Beda V,* 19: Benedictus coeptum iter naviter Romam usque conplevit. 3) *Sic infra* hospitio susceperat *pro* suscepit. *Idiotismus Anglis scriptoribus familiaris. Mabillon.* 4) *Dalfinus inter pontifices Lugdunenses nullus recensetur (cf. catalogum saec. IX, ed. Duchesne, 'Fastes épiscopaux de l'ancienne Gaule' II,* 157 *sq.), cum eo ipso tempore Aunemundus episcopus occurrat, cuius nomen sub privilegiis et Chlodovei II. regis a.* 654 *(Pertz, Dipl. Merov. p.* 20*; Havet, 'Oeuvres' I,* 239*; Ph. Lauer et Ch. Samaran, 'Les diplômes originaux des Mérovingiens',* 1908, *p.* 7. *et tab.* 6*bis) et Emmonis episcopi Senonensis a.* 660 *(Pardessus II, p.* 110. 114*) legitur et de quo nuper pluribus egit A. Coville, 'L'évêque Aunemundus et son testament' (seorsum editum e 'Revue d'histoire de Lyon'), Lugduni* 1902. *Unde et medio aevo et recenti alii episcopum binominem fuisse voluerunt, alii Dalfini nomen ad fratrem eius rettulerunt (AA. SS. Sept. VII,* 744. 746*; Pardessus II, p.* 101*; cf. Coville l. l. p.* 12. 17 *sqq.* 40. 42*); sed testes vetustiores nomen fratris ignorant, atque Dalfinum cognomen Aunemundi fuisse similius veri esse recte iudicavit A. Coville l. l. p.* 21. 5) *Fratrem Aunemundi 'praefecturam Lugduni, quod est caput Galliae vel aliarum civitatum' gessisse biographus episcopi (AA. SS. Sept. VII,* 744*) rettulit.*

(5). De eo, quod ad sanctum Petrum apostolum benedicte pervenit.

Servus igitur Dei Wilfridus ad sedem olim optatam apostoli Petri et principis apostolorum gaudens et gratulans cum sociis suis prospere pervenit. Sicut
cf. Gal. 2,1.2. doctor gentium excellentissimus pergens Hierosolimam ad discipulos Domini, ne forte in vacuum curreret[a] aut cucurrisset, ita et iste humillimus gentis nostrae
Matth. 12,42. igniculus, excitante Deo, *a finibus terrae audire sapientiam* praesulum mundi Romam venit et in oratorio sancto Andreae[b] apostolo dedicato[1] ante altare, supra cuius summitatem quattuor euangelia posita erant, humiliter[c] genu flectens, adiuravit in nomine domini Dei apostolum[d], pro quo passus est, ut pro sua intercessione Dominus ei legendi ingenium et docendi in gentibus eloquentiam euangeliorum concedisset; et sic factum est, ut multorum testimonio conprobatur. Nam per multos menses loca sanctorum omni die ad orationem circumiens, invenit doctorem sibi amicum, per Deum et apostolum fidelem factum, nomine Bonifatium[e] archidiaconem[f], unum ex consiliariis sapientissimum[2]. A quo quattuor euangelia Christi perfecte didicit et paschalem rationem, quam scismatici Brittanniae et Hiberniae non cognoverunt, et alias multas ęcclesiasticae disciplinae regulas Bonifacius[g] archidiaconus quasi proprio[h] filio suo diligenter dictavit[i]. Nam postremo praesentavit eum papae beatae memoriae[3] et omnem causam itineris adolescentuli servi Dei mirabiliter ostendit; qui ponens manum suam benedictam super

Cap. 5. 1. 2*a*.

Cap. 5. a) *ita* 2*a*; curreret aut *om.* 1; currerem aut cucurrissem *Gal.* 2, 2. b) Andreae *rad. corr.* Andre 1. c) humiter 2*a*. d) apostolorum 2*a*. e) Bonifaci'um 2*a*. f) *ita* 2*a* *(cf. p.* 199, 18*)*; archidiaconum 1. g) *ita hoc loco* 1. 2*a*. h) propria 2*a*. i) Et *add.* 2*a*.

1) *Plerique de monasterio S. Andreae in Sclivo Scauri ('San Gregorio al Monte Celio') cogitaverunt, quod Gregorius I. adhuc laicus in domo propria constituit (cf. e. gr. P. Kehr, Italia pontificia I,* 103 *sq.); sed nescio, an L. Duchesne, 'Vaticana' ('Mélanges d'archéologie et d'histoire' XXII,* 1902, *p.* 394 *sq.) rectius verba Stephani rettulerit ad oratorium S. Andreae rotundum in parte meridiana ecclesiae S. Petri Vaticanae situm, cuius locum iam sacristia occupat (de quo cf. etiam de Rossi, Inscriptiones christianae urbis Romae II,* 1, *p.* 224 *sq.; Duchesne, Liber Pontificalis I,* 265, *n.* 16*; G. Rohault de Fleury, 'Saint-André au Vatican', 'Nuovo bullettino di archeologia cristiana' II,* 1896, *p.* 41—51*).* 2) *Dubito, an propter distantia tempora liceat eum pro eodem habere atque 'Bonifatium consiliarium apostolicae sedis', quem Iustinianus II. imperator post concilium Trullanum (a.* 692*) Constantinopolim abduci iussit (Liber pontific. c.* 86, *ed. Mommsen p.* 212*); qui antea, Benedicto II. papa (*684—685*) iubente, per quadraginta dies Macarium patriarcham Antiochenum haereticum Romae exulantem ad rectam fidem accipiendam monuerat (Acta concilii Nicaeni II. a.* 787, *Mansi XII,* 1035*: Βονιφάτιον τὸν κονσιλιάριον αὐτοῦ). Fortasse Stephanus hoc loco ei munus titulumque attribuit, quae postea demum nactus est. De consiliariis pontificum Romanorum cf. Duchesne, 'Le Liber Pontificalis' I,* 378, *n.* 23*; W. Sickel, 'Alberich II. und der Kirchenstaat' ('Mittheilungen des Instituts für Oesterreichische Geschichtsforschung' XXIII,* 1902, *p.* 53*); E. Mayer, 'Italienische Verfassungsgeschichte' II,* 1909, *p.* 26. 3) *Sunt, qui de Eugenio I. papa (*654—657*) cogitaverint, qui, vivo Martino decessore (†* 655*) a.* 653. *in exilium abducto, a.* 654. *(Aug.* 10*) consecratus est, ita ut Wilfridus fortasse sede vacante Romam pervenisset neque ad papam introduci potuisset nisi 'postremo'. Sed haec admodum dubia sunt, praesertim cum Wilfridus non ante a.* 657. *Lugdunum redierit, ubi 'per tres annos' usque ad necem Aunemundi mansit (c.* 6*).*

caput eius, cum oratione benedixit eum. Ille vero servus Dei cum reliquiarum[a] sanctarum quas illic invenit auxilio[b] in pace Christi profecturus, iterum ad patrem suum archiepiscopum Lugduno[c] Galliae civitatis commode pervenit.

(6). De eo, quod a Dalfino episcopo tonsurae Petri apostoli formam accepit[a] et[b] de martirio eiusdem Dalfini.

Invento igitur Dalfino archiepiscopo sospite et sano[c], gratulabundus filius[d] ad patrem ingreditur et per ordinem servus Dei Wilfridus beatitudinem ei itineris[e] sui omnem narravit; et episcopus gratias agebat Deo, quod filium suum incolumem pergentem et[f] iterum revertentem[g] Dominus custodivit. Nam[h] per tres annos simul cum eo mansit et a doctoribus valde eruditis multa didicit; et[i] amor magis ac magis crescebat inter eos. Etenim[k] servus Dei Vilfridus desiderio concupiscens tonsurae[l] Petri apostoli formulam, in modum coronae spineae capud Christi cingentis[1], a sancto Dalfino archiepiscopo libenter suscepit. Manus suas[m] sanctas super caput eius ponens, cogitabat in corde suo illum habere post se heredem, si sic Deus voluisset, aliquid[n] enim[o] melius genti nostrae Deo providente. Nam illo tempore malivola regina nomine Baldhild[p, 2] ęcclesiam Domini[q] persecuta est; sicut impiissima[r] regina Gezabel[s, 3], quae prophetas Dei occidit, ita ista, exceptis sacerdotibus et[t] diaconibus, novem episcopos occidere iussit[4], ex quibus unus est iste Dalfinus episcopus, quem duces malignissime ad se venire iusserunt. Ille vero intrepida mente, sciens, quid esset sibi futurum, ad agonis locum pervenit simulque cum eo sanctus Vilfridus servus Dei, episcopo tamen prohibente. Qui[u] gaudens dixit: 'Nihil[v] melius est nobis, quam pater et filius simul mori et esse cum Christo'; iam enim[w] sanctus episcopus martyrio coronatus est[5]. At vero cum sanctus Vil-

V. Cudbercti c. 12. — cf. 3. Reg. 18, 4. — cf. Phil. 1, 23.

Capp. 5. 6. 1. 2*a*.

Cap. 5. a) reliquarum 2*a*. b) auxilo 2*a*, *corr.* c) Lugdunae 2*a*.

Cap. 6. a) acceperit 2*a* (*non* 2*b*). b) *ita* 2*a*. *b* (*ubi* eiusdem *deest*); et — Dalfini *om.* 1. c) sana 2*a*, *corr.* d) *ita* 2*a*. *b*; *om.* 1. e) iteris 2*a*. f) ac 2*b* (*non* 2*a*). g) reverentem 2*a*. h) et *add.* 2*a*. i) *om.* 2*a*. k) Nam 2*a*. l) tonsue 2*a*, *corr.* m) *om.* 2*a*. n) aliquod 2*a*. o) autem 2*a*. p) *ita* 2*a cum Beda V*, 19; Balcthild 2*b*; Balthild *Fridegodus* (*cod. Corbeiensis*); Baltildi reginae *Willelm. Malm.*; Brunechild 1 *cum codicibus nonnullis Bedae* (*Plummer I*, 325). q) Dei 2*a*. r) olim pessima *pro* imp. 2*a*. *b*; *cf. infra p.* 218, 10. s) Ięzabel 1; *cf. ib.* t) ac 2*a*. u) *om.* 2*a*. v) Nil 2*a*. w) autem 2*a*.

1) *I. e. tonsuram quae dicitur Romanam, cui tonsura Britonum Scottorumque opponebatur, quae 'in frontis quidem superficie coronae speciem praeferre' videbatur (Beda V,* 21*), sed per occipitium, corona decurtata, capillos intonsos exhibebat; cf. e. gr. Gougaud l. l. p.* 195 *sqq.* 2) *Balthildis, mortuo Chlodoveo II. marito, a.* 657. *cum Chlothario III. filio puero regnum susceperat; cf. Krusch, SS. R. Merov. II,* 475 *sq.* 3) *Ionas, V. Columbani I,* 18, *Brunichildem cum Iezabele comparaverat, nomenque Brunichildis pro Balthilde librarius codicis Cottoniani* (1) *substituit, sine dubio, quod mores supra descripti a regina abhorrere videbantur, quae pro sancta colebatur.* 4) *De qua re alias nihil constat; at mors Sigobrandi episcopi Parisiensis occasionem dedit, ut regina in monasterium pelleretur. Quem tamen Franci 'contra eius voluntatem interfecerunt' (V. Balthildis c.* 10*); cf. Krusch, SS. R. Merov. II,* 476. 5) *Leidradus archiepiscopus Carolo M. de monasterio puellarum S. Petri Lugdunensi rettulit, 'ubi corpus sancti Aunemundi martyris humatum est, quod ipse sanctus martyr et episcopus instituit' (MG. Epist. IV,* 543*). Biographus Aunemundi (cf. Coville l. l.; v. supra p.* 197, *n.* 5*), cuius auctoritas haud ita certa est, narrat, episcopum ab adversariis invidis apud Chlotharium III. infidelitatis accusatum esse, ita ut 'rex vel Baldechildis regina' in villa Maroialo prope urbem*

fridus spoliatus et paratus ad palmam martyrii intrepidus staret, duces interrogaverunt, dicentes: 'Quis est iste iuvenis formosus, qui se praeparat ad mortem?' Dictumque est illis: 'Transmarinus de Anglorum[a] gente ex Brittannia[b]'. Iterumque dixerunt: 'Parcite illi et nolite[c] tangere eum[1]!' Ecce! iam sanctus Vilfridus noster nunc[d] confessor factus est, sicut Iohannes apostolus et euangelista in dolio oleo fervente inlesus sedebat[2] et venenum mortiferum[e] bibebat, et nihil ei nocuit[3];
Matth. 20,22. de quo et Iacobo apostolo fratre eius Iesus dixit: *Vos potestis calicem bibere, quem ego bibiturus sum,* et cetera.

(7). De eo, quod invitatus est ab Alchfrido[a].

Tunc eo tempore sanctus Wilfridus confessor, patre suo episcopo honorifice sepulto, cum multiplici benedictione et reliquiarum sanctarum auxilio navem
cf. Exod. 14, 21. ascendens, flante vento secundum desiderium nautarum[b], ad regionem suam prospere in portum salutis[4] pervenerunt. Audiens autem Alchfridus[c], qui cum Osviu[d]

Capp. 6. 7. 1. 2*a*.

Cap. 6. a) Angtorum 2*a*. b) Britannia 2*a*. c) nollite 2*a*. d) *om.* 2*a*. e) mortyferum 1.

Cap. 7. a) *ita scripsi cum Beda;* Aluchfrido 1; Alhfritho (rege *add.* 2*a*) 2*a. b.* b) natarum 1, *corr.* c) *ita scripsi cum Beda;* Alchfrithus 2*a. b*; Ealhfridus 1. d) *ita hoc loco* 1 *et passim Beda;* Osuuiu 2*a*.

*Aurelianensem sita fratrem eius capite privari iussissent atque tres duces ad episcopum petendum misissent; Aunemundum autem, quem Waldebertus abbas Luxoviensis (*629 — 670*) erhortatus esset, a persecutoribus abductum in Cabillonensi territorio noctu occulte gladio interfectum esse Lugdunique in basilica sancti Petri sepulturam invenisse (AA. SS. Sept. VII,* 744 *sqq.). Quae cum narratione Stephani haud parum conveniunt. Aunemundus a.* 660. *inter vivos erat, quo privilegio Emmonis episcopi Senonensis die* 26. *Augusti dato consensit (Pardessus II, p.* 110*), quod absque rationibus idoneis pro spurio habuerunt; sed non multo post occubuit, cum a.* 664. *et Genesius successor, Balthildis reginae amicus, chartae Berthefridi episcopi Ambianensis subscripserit (ed. Krusch, 'N. Arch.' XXXI,* 371*) et Wilfridus post res gestas complures episcopus electus sit. Lugduni Aunemundus die* 28. *Septembris colebatur (cf. H. Quentin, 'Les martyrologes historiques du moyen âge',* 1908*, p.* 205. 232*; AA. SS. Sept. VII,* 720 *sq.), atque quod Mabillonio teste (Annales I,* 444*) in vetere Martyrologio Anglicano, olim bibliothecae Altaëmpensis Romae, deinde Ottobonianae legebatur:* VI. Idus Ianuarii sancti Delfini episcopi, *in eo auctor clarissimus erravit; nam in codice (hodie Vaticano Ottoboniano n.* 163*, saec. XIV, fol.* 4*; cf. H. Ehrensberger, Libri liturgici bibliothecae apostolicae Vaticanae,* 1897*, p.* 185*), quem inspexi, non Delfini nomen conspicitur, sed* Deposicio sancti Wlfrini episcopi, *i. e. Vulfsini episcopi Sciréburnensis (de quo cf. Hardy, 'Descriptive catalogue of materials' I,* 2*, p.* 582 *sq.; AA. SS. Ian. I,* 547*).* 1) *Haec Eadmerus (Vita Wilfridi c.* 7*) ita interpretatus est:* Ne tantum flagitium flagitiis suis gladiatores adicerent, Christi miseratio sanctique viri peregrinatio interdixit, quaeque tunc temporis magno terrori quam plurimis erat, sua scilicet Anglorum natio interdixit. 2) *Mirac. Iohannis auctore Abdia c.* 2 *(I. A. Fabricius, Codex apocryphus Novi Testamenti II*², 1719*, p.* 534*):* Ad cuius responsionem motus proconsul, iussit eum velut rebellem in dolio ferventis olei mergi. Qui statim ut coniectus in aeneo est, veluti athleta unctus, non adustus de vase exiit. *Cf. R. A. Lipsius, 'Die apokryphen Apostelgeschichten' I,* 1883*, p.* 419 *sqq.* 3) *Abdias c.* 20 *(p.* 575*):* Respondit apostolus: 'Venenum si dederis mihi bibere, invocato nomine Domini mei, nocere non poterit', *et q. s.; cf. Lipsius l. l. p.* 428 *sq.* 4) *Cf. infra p.* 208, *n.* 3.

patre suo regnabat[1], talem servum Dei cum suis sociis de apostolica sede venisse[a] et verum pascha praedicantem et sancti Petri apostoli ęcclesiae disciplinam[b] multiplicem didicisse, quam maxime rex diligebat, suadente sibi fideli amico Coenvalcho[c] Occidentalium Saxonum rege[2], et ideo ad se venire iussit. Veniens ergo sanctus Wilfridus ad regem invitantem se[d], pacifice salutavit eum, dicens: 'Iesus Christus, filius Dei, praecepit discipulis[e] suis et principi eorum Petro apostolo: *Domum in quamcumque intraveritis, dicite: Pax huic domui.* Huius pacis fundamenta (Matth. 10,12.) primum inter corpus et animam in nobis ponere debemus, ut doctor gentium praedicavit, dicens: *Pax Christi exultet[f] in cordibus vestris:* deinde inter nos et proximos (Col. 3, 15.) pacem habere Iesus Christus praecepit, dicens: *Habete sal in vobis et pacem habete inter vos*'. (Marc. 9, 49.) Postquam autem finivit[g] praedicationis verba, humiliter rex prosternens se ante pedes, suscepit[h] verba servi Dei electi et petivit ab eo benedictionem; videbatur enim ei, quasi angelus Dei loqueretur. Deinde benedixit eum, et mutuo loqui coeperunt, interrogans[i] eum prudenter, sicut erat sapiens[k], de disciplina diversa Romanae ęcclesiae constitutionis[l]. Ille vero, ut erat edoctus, sermone perspicuo scienter in omnibus respondit. Postea rex adiuravit eum per Dominum et per sanctum Petrum apostolum, ut esset cum eo, ut[m] sibi et omni populo, organo spiritali[n] se canente, verbum Dei praedicaret. Ille vero intellegens amorem regis in eum, consensit ei esse cum eo. Tunc enim[o] mirifice anima utriusque in alterum conglutinata est, sicut animam David et Ionathae in[p] alterutrum conpaginatam (cf. 1. Reg. 18, 1.) legimus.

(8). De eo, quod dedit ei Alchfridus[a] coenubium[b] in Hrypis[c].

Deinde postquam de die in diem inter eos augebatur[d] amor, Alchfridus[e] dedit primum sancto Vilfrido confessori terram X tributariorum aet-Stanforda[f. 3] et post paululum coenobium in Hrypis[g. 4] cum terra XXX mansionum[5] pro animae suae

Capp. 7. 8. 1. 2*a*.

Cap. 7. a) sede de venisse 2*a*. b) disciplinem: 2*a*, *corr.* c) Coęnualcho 1; Coenouualcho 2*a*. d) et *add.* 2*a*. e) discipulus 2*a*, *corr.* f) exultat 1. g) finit 1. h) susc. verba *om.* 2*a*. i) Interrogavit 2*a*. k) *bis scr.* 2*a*. l) ęccl. et institut. 2*a*. *b*. m) et 1. n) de *add.* 2*a*. o) autem 2*a*. p) inter altrutrum (*corr. ex* altrutum) 2*a*.

Cap. 8. a) *ita scripsi;* Aluchfridus 1; Alhfrithus 2*a*. b) *ita* 2*a*. c) rhrypis 1, *corr.*; Hripis 2*a*. d) amor aug. 1. e) Alhfridus 1; Alchfrithus 2*a*; *item p.* 202, *l.* 7. f) ae(t *pr. m. superscr.*)stanf. 1; et stanf. 2*a*; Stanford *Beda V*, 19. g) Ripis 1.

1) *Alchfridus c. a.* 660. *sub Oswiu patre (cf. supra p.* 195, *n.* 1*) regionem Deirorum rexisse videtur; cf. Plummer II,* 120. 189. 2) *De Coinwalch rege (c. a.* 642—672*) cf. inprimis Bedae Hist. eccl. III,* 7. *IV,* 12; *Hist. abbatum c.* 4 *(Plummer I,* 140 *sq.* 227. 367*).* 3) *De Stamford Bridge loco ad Derwent fluvio in comitatu Eboracensi sito plerique cogitaverunt, etsi J. Raine (ad hunc locum Vitae p.* 12, *n.* 3*) Stainforth vicos eiusdem comitatus aut alterum inter Doncaster et Thorne aut alterum prope Giggleswick et Settle situm praetulit, reprobata opinione Iohannis Wessington prioris Dunelmensis (saec. XV), qui de cella S. Leonardi cognomine, hodie Stamford oppido in comitatu Lincolniensi prope Peterborough extra fines Northumbricos sito, cogitavit (apud J. Raine, 'The Priory of Hexham' I,* 1864, *p.* 14, *n.).* 4) *Hodie Ripon ad Ure fl. (com. York). Monachi ritus Scottici eiecti sunt, priusquam Wilfridus coenobio praefectus est (cf. supra p.* 166*), id quod Stephanus praetermisit.* 5) Monasterium XXX familiarum in loco qui vocatur in Hrypum *scripsit etiam Beda V,* 19, *e Stephano, cum III,* 25, *mentione Stanfordi omissa atque utraque donatione coniuncta,* monasterium XL familiarum *vocaverit.*

remedio concessit ei, et abbas ordinatus est. Iam enim[a], sicut ei saeculi huius lata ianua per Dominum aperiebatur et per sanctum Petrum apostolum, ita large crescebat ei porta aperta elimosynis[b] pro Domino in pauperes[c], pupillos ac viduas omnique languore infirmitatis conligatos, ostendens perspicue, quid animo gerebat in paupertate. Ecce! iam, fratres, videte et ammiramini, quam magnum bonum (cf. Matth. 13, 46.) Deus regi concedit[d], qui invenit bonam margaritam et statim sine mora conparavit eam. Non solum autem Alchfridus rex sanctum Vilfridum abbatem diligebat, sed omnis populus, nobiles et ignobiles, eum habebant quasi prophetam Dei, ut erat.

(9). De eo, quod ab Aegilberhto[a] episcopo presbiter ordinatus est.

In illis autem diebus veniens Aegilberchtus[b] episcopus transmarinus[1] ad regem Osviu[c] et ad[d] Alchfridum[e], filium eius, visitavit eos, indicavitque ei Alchfridus[f] rex de sancto Vilfrido abbate ab apostolica sede venienti[g], sicut illi nuntiatum est ab his, qui eum bene[h] noverant, dicens[i], virum esse humilem et quietum, in (cf. 1. Tim. 3, 2. 3. Tit. 1, 8. 2. Tim. 2, 24.) ieiuniis et orationibus occupatum, benignum, sobrium, modestum, misericordem, plenum auctoritatis et[k] gratiae Dei, pudicum, prudentem, non vinolentum[l], docibilem et bene docentem, sermone puro et aperto[m]. 'Ideoque rogo te, ut inponas[n] super eum presbiterii gradum, et sit[o] mihi comes individuus'. Episcopus autem respondit ei prophetico spiritu: 'Talis[p] utique debet episcopus fieri', et eum secundum praeceptum regis in Hrypis[q] presbiterum ordinavit. Sicut enim[r] David (cf. 1. Reg. 16, 12. 13.) puer electus a Domino est et, per Samuhelem[s] unctus, dona[t] prophetiae[u] accipere post multas temptationes[v] meruit, ita sanctus Vilfridus presbiter post multas benedictiones[w] sanctorum Dei[x] tam multiplices donationes coram Deo et hominibus, quam enumerare nullus potest[y], Deo concedente et in angustiis suis[z, 2] custodiente, accepit.

(10). De conflictu[a] Vilfridi presbiteri contra Colmanum[b] episcopum de[c] ratione paschae.

664. Quodam[3] tempore in diebus Colmani[d] Eboracae civitatis episcopi metropolitani[e, 4], regnantibus Osviu[f] et Alchfrido[g] filio eius, abbates et presbiteri omnesque

Capp. 8—10. 1. 2*a*.

Cap. 8. a) autem 2*a*. b) elimoysinis 1; elemosinarum 2*a*. *b*. c) pa::peres *pr. m.* 2*a*. d) concessit 1.

Cap. 9. a) ægilb:erhto, *ras.* e 1. b) ægilber(h *pr. m. superscr.*)tus 1; Aegelberchtus 2*a*. *b*; Aegilbertus *Gale;* Agilberctus *Beda III*, 25. c) Osuuiu 2*a*. d) *om.* 1. e) Alhfridum 1; Alchfrithum 2*a*. f) Alhfrid 1; Alchfrithus 2*a*. g) veniente 2*a*. h) *om.* 2*a*. i) dicentes verum esse 2*a*. k) *om.* 2*a*. l) vi nolenteum 2*a*, *corr.* m) aperta 2*a*. n) inpones 2*a*. o) sic 2*a*. p) alis utique decet 2*a*. q) *ita scripsi* (*cf. p.* 201, *l.* 22. 25); Rypis 1; (H *superscr.*)ripis 2*a*. r) autem 2*a*. s) Samuelem 2*a*. t) do dona 2*a*. u) propheticae 2*a*. *b*. v) tribulationes, ita meruit et sanctus 1. w) be:nedict. 1. x) et *add.* 1. y) postest 2*a*. z) *ita* 2*a*. *b*; *om.* 1.

Cap. 10. a) sancti *add.* 2*a*. b) *ita* 2*a cum Beda*; Colmannum 1. c) *ita* 2*a*. *b*; de rat. p. *om.* 1. d) Colmanni 1. e) metropo ni 2*a*. f) Ospiu 2*a*. g) Alhfrido 1; Alchfritho 2*a*.

1) *De Agilbercto homine Gallo, qui antea episcopus Saxonum Occidentalium fuerat, postea Parisiensis, cf. infra p.* 206, *n.* 3. 2) *Cf. V. Cudbercti c.* 9 (*l. l. p.* 263): per emissionem angeli, qui saepe in **angustiis suis** (*cf.* 2. *Reg.* 22, 46) adiuvit eum. 3) *De colloquio Streanaeshalchensi, de quo Stephanus c.* 10. *egit, fusius rettulit Beda, Hist. eccl. III*, 25, *de cuius narratione cf. supra p.* 166, *n.* 10. 4) *Colmano episcopo Northumbriae* (661—664) *ritus Scottici ultimo* (*de quo cf. Bedam III*,

ęcclesiasticae disciplinae gradus simul in unum convenientes[a] in coenubio[b], quod[c] 664.
Streaneshalgh dicitur[1], praesente sanctimoniale matre piissima Hilde[2], praesentibus quoque regibus et duobus Colmano[d] et Aegilberhto[e] episcopis, de paschali ratione conquirebant, quid esset rectissimum, utrum more Bryttonum[f] et Scottorum omnisque aquilonalis partis a XIIII.[g] luna, dominica die veniente, usque[h] ad XXII.[3] pascha agendum, an melius sit ratione sedis apostolicae a XV. luna[h] usque[i] XXI.[k] paschalem[l] dominicam cęlebrandam. Tempus datum est Colmano[m] episcopo primum, ut dignum erat, audientibus cunctis, reddere rationem. Ille autem intrepida mente respondens dixit: 'Patres nostri et antecessores eorum, manifeste Spiritu sancto inspirati, ut erat Columcille[n, 4], XIIII. luna die[o] dominica pascha celebrandum sancxerunt, exemplum tenentes Iohannis apostoli et euangelistae, *qui* Ioh. 21, 20.
supra pectus Domini in cena recubuit et amator Domini dicebatur. Ille XIIII. luna pascha cęlebravit, et nos, sicut discipuli eius Policarpus et alii[5], ea fiducia cęlebramus nec hoc audemus pro patribus nostris nec[p] volumus mutare. Nostrae partis

Cap. 10. 1. 2*a*.

Cap. 10. a) conveniente 2*a*. b) *ita* 2*a*. c) quae Str(e *in litura*)aneshel 1; quod Streuneshalgh 2*a*; Strean(a)eshalch, Strenaeshalc *Beda III,* 24. 25. *IV,* 21 (23). 24 (26). d) Colmanno 1. e) Aegelberhto 1. f) Britonum 2*a*. g) XIIII. *(sic)* 1. h) usque — luna *om.* 2*a*; usque in vicesima (vigesima *Gale*) prima paschalem diem dominicam celebrandam *ad hunc locum Mabillonius et Gale e* 2*b*, *sed nescio, an eadem lacuna atque in* 2*a adfuerit et de confusione quadam cum proxima enuntiati parte intercedente agatur, potius editoribus quam librario codicis attribuenda; at cf. n.* k. i) in *add.* 2*a*. k) vicesima prima 2*a*; XXII. 2*b (Mab.)*. l) paschalē dn̄icā celebranda *in primo paginae versu olim teste Usserio habuit etiam* 1, *ubi iam lineolae una cum margine abscisae sunt;* diem *post* pasch. *add.* 2*a (cf. n.* h*)*. m) *corr. e* Colmanno 2*a*, *et ita* 1. n) Columcillae 2*a*. o) *bis scr., sed delet.* 1. p) neque 2*a*.

25. 26. *IV, 4) Eboraca civitas minime pro sede metropolitana adscribenda erat. Neque enim ad id tempus episcopi Eboracenses fuere nisi Paulinus, qui a.* 627. *ibi sedem episcopatus statuerat (ib. II,* 14*), sed Aedwino rege a.* 633. *interfecto in Cantiam se recepit, atque successores Scottici Aidanus, Finanus, Colmanus* (635 — 664*) sedem episcopatus in insula Lindisfarnensi collocarunt (ib. III,* 3. 25*), more patrio cum monasterio coniunctam. Neque magis de episcopo 'metropolitano' loqui licebat, cum unus Paulinus pallium accepisset (ib. II,* 17*), quo expulso consilium Gregorii M. irritum factum erat statuentis, ut duo pontifices metropolitani Londiniensis (Cantuariensis) et Eboracensis duodenis episcopis praeessent (ib. I,* 29*), neque usque ad Ecgberctum Eboracensem a.* 735. *pallio ornatum archiepiscopi in Britannia erant nisi Cantuarienses.*

1) *Hodie Whitby (com. York).* 2) *Hilda abbatissa a.* 657— 680. *Streanaeshalch coenobio praefuit (cf. Bedam IV,* 21 *[23]), quae 'cum suis in parte Scottorum' erat (ib. III,* 25*).* 3) *Numerus errore aut Stephani aut librariorum corruptus est, cum Scottos pascha a luna XIV. ad XX. (neque ad XXII) celebrasse constet.* 4) *I. e. Columba abbas Hiensis clarissimus, cuius Vitam Adamnanus composuit (cf. Bedae Hist. eccl. III,* 4*).* 5) *Eusebii Hist. eccl. interprete Rufino V,* 24 *(ed. Mommsen, 'Die Griechischen Christlichen Schriftsteller der ersten drei Jahrhunderte' IX,* 1903, *p.* 491*):* Nos ergo, inquit *(Polycrates)*, intemeratum paschae colimus diem, neque addentes neque auferentes aliquid. Etenim magna quaedam luminaria apud Asiam dormierunt, — — in quibus est — — Iohannes, qui supra pectus Domini recubuit, — — Polycarpus quoque apud Smyrnam et episcopus et martyr. — — Isti ergo omnes diem paschae in quarta decima die mensis observaverunt; *Pseudo-Anatolii liber de ratione paschali c.* 7 *(ed. B. Krusch, 'Studien zur christlich-mittelalterlichen Chronologie',* 1880, *p.* 321*):* Quorum exemplum sequentes usque hodie omnes Asiae episcopi, quippe qui et ipsi ab auctore inrepraehensibile, Iohanne scilicet euangelista et pectoris Domini accubitore, — — regulam susciperant, indubitanter omnibus annis, quando XIIII. luna adfuisset, — — pascha caelebraverunt.

664. detuli sententiam[a], vos vestram dicite'. Inperatum est ab Aegilberchto[b] episcopo transmarino et Agathone[c] presbitero suo[d, 1] sancto Vilfrido presbitero[e] et abbati suaviloqua eloquentia in sua lingua[2] Romanae ęcclesiae et apostolicae sedis dare rationem. Ipse vero humiliter, ut erat, dicens[f] respondit: 'Hanc questionem[g] olim[h] in Nicea Bithyniae civitate patres nostri sanctissimi et sapientissimi CCCXVIII[i] congregati in unum mirifice investigaverunt et statuerunt inter alia iudicia XVIIII. anno circulum lunae in se revertentem, qui numquam ostendit, quod[k] in XIIII. luna pascha faciendum sit[l, 3]. Haec ratio disciplinae apostolicae sedis est et pene totius mundi, et sic dixerunt patres nostri post multa iudicia: "Homo, qui unum ex his condempnaverit, anathema sit". Tunc Osviu[m] rex, tacente sancto Vilfrido presbitero, subridens interrogavit omnes, dicens: 'Enuntiate mihi, utrum maior est Columcillę[n] an Petrus apostolus in regno caelorum?' Omnis synodus una voce et con-
Matth. 16, 18. 19. sensu respondit: 'Hoc Dominus diiudicavit, qui dixit: *Tu es Petrus, et super[o] hanc petram edificabo ęcclesiam meam, et portae inferi non praevalebunt adversus eam[o]. Tibique[p] dabo claves regni celorum, et quodcumque[q] ligaveris super terram, erit ligatum et in celis, et quodcumque solveris[r] super terram, erit solutum et in celis*[4]'. Iterum rex sapienter dixit: 'Ille est hostiarius et clavicularius, contra quem conluctationem controversiae[s] et iudiciorum eius in vita mea non facio nec facientibus consentio'. Colmanus[t] vero episcopus audiens, quid esset faciendum, dum[u] tonsuram et paschae rationem propter timorem patriae suae contempsit, ut secederet[v] et alio[w] meliori sedem suam occupandam relinqueret, et sic fecit[5].

Cap. 10. 1. 2*a*.

Cap. 10. a) sentiam 1, *corr.*; sententia 2*a*. b) Aegelberto 1. c) papa *add.* 1. d) *ita scripsi*; suoque 2*a*; *om.* 1. e) *om.* 1. f) resp. dicens 2*a*. g) questionum *pr. m.* 2*a*. h) :olim (*ras.* h) in N(i *superscr.*)cea Bithiniae 1; olim iam in 2*a*. i) CCCti XVIIII 1; trecenti decem et octo 2*a*. k) quod in *om.* 2*a*. l) faciendum. Sit haec (*infra om.* est) *interpungit* 2*a*. m) Osuuiu 2*a*. n) Colum(h *m. al. superscr.*)cillę 1. o) cetera *pro* super — adversus eam 1. p) *ita* 1; Et tibi 2*a cum Vulg.* q) quem: cumque usque erit solutus et in caelo, *reliquis omissis*, 1. r) *ita Vulg.*; *om.* 2*a*. s) contraversiae *(sic)* non facio nec facientibus cons. et iudiciis eius in v. mea in nullo contradicam. Colm. 2*a*. t) Colmannus 1. u) dum *om. Mab., sed mihi potius* tractavit (tractaturus *Beda III*, 26) *ante* quid esset fac. *excidisse videtur. B. Kr.* v) secrederet *corr.* recederet 1. w) alii 1.

1) *Beda III*, 25: Veneruntque illo — — episcopi, Colman cum clericis suis de Scottia, Agilberctus cum Agathone et Vilfrido presbyteris. 2) *Ib.*: Respondit Agilberctus: 'Loquatur, obsecro, vice mea discipulus meus Vilfrid presbyter, quia — — ille melius ac manifestius ipsa lingua Anglorum quam ego per interpretem potest explanare, quae sentimus'. 3) *Cyclum* 19 *annorum minime ad Nicaenum concilium referendum esse, iam inter omnes constat; cf. e. gr. B. Krusch, 'Die Einführung des griechischen Paschalritus im Abendlande' ('N. Arch.' IX*, 1884, *p.* 106 *sq.*); *Jos. Schmid, 'Die Osterfestfrage auf dem ersten allgemeinen Konzil' ('Theologische Studien der Leo-Gesellschaft' XIII), Vindobonae* 1905, *p.* 92 *sqq. Stephanus pendet e Dionysii epistula ad Petronium cyclo paschali praefixa (Io. Guil. Iani Opuscula, ed. Klotz*, 1769, *p.* 145 *sq.*; *Migne LXVII*, 485): sequentes per omnia venerabilium trecentorum et octodecim pontificum, qui apud Nicaeam civitatem Bithyniae contra vesaniam Arii convenerunt, etiam rei huius absolutam veramque sententiam; qui quartas decimas lunas paschalis observantiae per novemdecim annorum redeuntem semper in se circulum stabiles immotasque fixerunt; *e posteris cf. e. gr. Aldhelmi epist. ad Geruntium (MG. Epist. III*, 233). 4) *Eodem argumento Aldhelmus l. l. (p.* 234) *usus est.* 5) *Cf. Bedam III*, 26. *IV*, 4, *et Annales supra p.* 166, *n.* 12, *allatos.*

(11). De electione Vilfridi in episcopatum.

Reges deinde consilium cum sapientibus suae gentis[1] post spatium inierunt, 664. quem elegerent[a] in sedem vacantem, qui voluisset sedis apostolicae disciplinam sibi facere et alios docere et esset dignus moribus et Deo acceptabilis et hominibus amabilis. Responderunt omnes uno consensu: 'Neminem habemus meliorem et digniorem nostrae gentis quam Vilfridum presbiterum et abbatem, quem[b] in omnibus rebus sapientem cognovimus[c] et talem esse, qualem Paulus apostolus[d] ad Titum scribens docuit: *Oportet episcopum sine crimine esse, ut Dei dispensatorem: non* Tit. 1, 7—9. *superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non litigiosum, non turpe* cf. 1. Tim. 3, 3. *lucrum sectantem, sed hospitalem, benignum, sobrium, iustum, sanctum, continentem amplectentemque eum*[e], *qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut potens sit exhortari ad doctrinam et contradicentes revincere.* Haec omnia secundum apostoli iudicium iste habet, et ideo eum eligimus in perfecta aetate ad legem Dei docendam'. Erat enim[f] ita homo ille electus, sicut Iohannes praecursor Domini[2] et Ezechiel propheta[3], XXX annorum aetatis[4]. Tunc quoque consenserunt reges et omnis populus huic electioni, et sancto Vilfrido presbitero omnis conventus in nomine Domini accipere gradum episcopalem praecepit. Ille autem primo abnuens, non esse se dignum excussavit[g]; postremo[h] tamen oboediens[i] factus est, noluit[k] benedictionem Dei effugere[5]. Qualem ergo illi tunc eum intellexerunt, talem adhuc[l] et nos viventes novimus. Fuit[6] enim sermo eius purus et apertus, plenus gravitatis V. Cudbercti c. 30. et honestatis, plenus suavitatis et gratiae[m], tractans de mysterio[n] legis, de doctrina fidei, de virtute continentiae, de disciplina iustitiae, unumquemque diversa ammonens exhortatione secundum morum qualitatem, videlicet ut praenosceret, quid, cui, quando vel quomodo proferret[o]. Prae ceteris[p] speciale officium erat, ut ieiuniis et orationibus et vigiliis incumberet, scripturas legens, — memoriam enim[q] miram in libris habuit, — percurrens canones, exempla sanctorum imitatus, cum fratribus pacem inplens, tenens quoque humilitatem[r] et illam supereminentem omnibus donis caritatem, sine qua omnis virtus nihil est, curam pauperum gerens, esurientes pascens, nudos vestiens, peregrinos suscipiens, captivos redimens, viduas ac pupillos tuens, ut mercedem vitae eternae inter choros angelorum cum domino nostro Iesu Christo accipere meretur[s].

Cap. 11. 1. 2*a*.

Cap. 11. a) *corr.* eligerent 2*a*, *et ita* 1. b) quia 2*a*. c) agnovimus 2*a*. d) apos̄ 1. e) *ita* 2*a cum Vulg. et V. Cudbercti c.* 30 *(cod. S. Audomari n.* 715*)*; eam quam sec. Deum est doctr., fid. in sermone 1. f) autem 2. g) *ita* 1. h) postrem 2. i) *corr. ex* obbędiens 1. k) que *add.* 2*a. b.* l) et nos adhuc 2*a*. m) grae, *ras.* ae 1. n) ministerio *V. Cudbercti.* o) propherret 2*a*. p) ei *add.* 2*a*. q) *ita* 1 *cum V. Cudbercti;* autem 2*a*. r) humilitate 2*a*. s) *ita* 1; mereatur 2*a cum textu vulgato Vitae Cudbercti;* mereretur *eiusdem cod. S. Audomari.*

1) *Anglis 'witenagemot'.* 2) *Cf. Lucae evang. c.* 1, 36, 56, *cum c.* 3, 23. 3) *Cf. Ezech.* 1, 1: Et factum est in trigesimo anno. 4) Cum esset annorum circiter XXX, *Beda V,* 19. *Wilfridus, cum a.* 634/35. *natus esse videatur (cf. supra p.* 194, *n.* 2*), a.* 664/65. *episcopus factus est, id quod anno* 664. *contigisse Beda V,* 24. *statuit; quocum epitaphium convenit (ib. V,* 19*), ubi Wilfridus (†* 710, *April.* 24*) vita functus esse dicitur, 'quindecies ternos postquam egit episcopus annos'. Stephanus, episcopatum 'per XLVI annos' gestum referens (c.* 65*), de annis inchoatis cogitasse videtur. Initium autem episcopatus exeunti anno* 664. *attribuendum est, quo Beda teste et synodus Streanaeshalchensis et obitus Tudae episcopi praecesserant.* 5) *Wilfridus minime ipsi Colmano successit, id quod Stephanus innuere videtur; sed illo in patriam regresso, primo Tuda 'pontificatum Nordanhymbrorum' accepit, qui eodem anno pestilentia ingruente vita functus est, 'permodico tempore ecclesiam regens' (Beda III,* 26. 27*).* 6) *Sequentia e V. Cudbercti auctore anonymo c.* 30 *(ed. Stevenson l. l. p.* 276*) deprompta sunt, in cuius codice S. Audomari n.* 715 *(v. supra p.* 193, *n.* 1*) etiam verba Pauli supra l.* 8—12. *allata eodem modo exhibentur.*

(12). De eo, quod in Gallia ordinatus sit.

664. Locutus est autem sanctus Vilfridus electus, dicens: 'O domini[a] venerabiles reges, omnibus modis nobis necessarium est provide considerare, quomodo cum electione vestra sine accusatione catholicorum virorum ad gradum episcopalem cum Dei adiutorio venire valeam. Sunt enim[b] hic in Brytannia[c] multi episcopi, quorum nullum meum est accussare[d], quamvis veraciter sciam, quod aut[e] quattuordecimani[f,1] sunt, ut Brytones[g] et Scotti, [aut[h]] ab illis sint ordinati[2], quos nec apostolica sedes in communionem recipit[i] neque eos qui scismaticis consentiunt. Et ideo in mea humilitate a vobis posco, ut me mittatis cum vestro praesidio trans mare ad Galliarum regionem, ubi catholici episcopi multi habentur, ut sine controversia apostolicae sedis, licet indignus, gradum episcopalem merear accipere'. Tale iam consilium bene regibus conplacuit, praeparantes ei navem et auxilia hominum et pecuniae multitudinem, ita ut valde honorifice ad Galliae regionem perveniret[k]. Ibique statim conventio magna facta est non minus quam duodecim episcoporum catholicorum, e quibus unus erat Aegilberchtus[l] episcopus[3]. Qui

Cap. 12. 1. 2*a*.

Cap. 12. a) dimini 2*a*. b) autem 2*a*. c) Bytannia *(sic)* 1; Britannia 2*a*. d) *ita* 1. e) *ita* 1; *om.* 2*a. b*; haud *interpretatus est Mabillon*; *cf. n.* h. f) *ita scripsi;* quattuordecim anni 1. 2*a. b*; quartadecimani *Gale*. g) Brittones 2*a*. h) *ita Gale;* aut *om.* 1. 2*a*. i) *ita* 2*a. b*; recepit 1. k) pervenire 1; pervenerit 2*a*. l) Ęgilberhtus 2*a*.

1) *Britones Scottosque minime quartodecimanos fuisse, i. e. pascha semper luna XIV. celebrasse, diei dominici ratione non habita, et Beda ingenue professus est (Hist. eccl. III, 4. 17), et ipse Stephanus supra c. 10. per Colmanum episcopum dicentem confirmavit, Columcille aliosque Scottorum maiores* 'XIIII. luna *die dominica* pascha celebrandum' *sanxisse, ita ut aut more non usitato quattuordecimanos eos vocaverit, qui diem festum a. XIV. luna ad XX (non XV—XXI) celebrarent, aut adversarios minus ingenue aggressus sit; cf. c.* 14: qui quattuordecimanam partem contra apostolicae sedis regulam sibi elegerunt; *c.* 15: peccatum ordinandi a quattuordecimanis in sedem alterius plene intellegens. *Neque communio cum sede Romana intermissa est.* 2) *Cf. Bedam III,* 28: Non enim erat tunc ullus, excepto illo Vine *(episcopo Occidentalium Saxonum)*, in tota Brittania canonice ordinatus episcopus. *Neque minus Bonifatius episcopus Orientalium Anglorum (652—669) excipiendus erat (cf. ib. c. 20), sed numerus trium pontificum ad consecrationem iustam necessarius defuisse videtur (cf. Bright p. 241), cum episcopos Scotticos pro canonice ordinatis non haberent (cf. Loofs p. 76); cf. Poenitentiale Theodori II, 9 (Haddan et Stubbs III, 197):* Qui ordinati sunt a Scottorum vel Britonum episcopis, qui in pascha vel tonsura catholici non sunt, adunati aecclesiae non sunt, sed iterum a catholico episcopo manus impositione confirmentur. 3) *Cf. Bedam III,* 28: Interea rex Alchfrid misit Vilfridum presbyterum ad regem Galliarum, qui eum sibi suisque consecrari faceret episcopum. At ille misit eum ordinandum ad Agilberectum, — — qui, relicta Brittania, Parisiacae civitatis factus erat episcopus; et consecratus est magno cum honore ab ipso, convenientibus plurimis episcopis in vico regio, qui vocatur in Conpendio *(Compiègne); cf. ib. V,* 19. *Agilberctus episcopus, 'natione quidem Gallus', postquam non parvum temporis spatium in Hibernia degit, c. a. 650. sedem episcopalem Occidentalium Saxonum acceperat; provincia autem a rege in duas dioeceses divisa, offensus cesserat, atque aliquantisper in Northumbria moratus, ubi Wilfridum presbyterum ordinavit (cf. supra c. 9), 'rediit in Galliam et, accepto episcopatu Parisiacae civitatis, ibidem senex ac plenus dierum obiit'. (Beda III, 7; cf. c. 25). Neque vero iam a. 664. sedi Parisiacae praeerat, ut Beda voluit, sed etiam a. 667. Importunus praedecessor privilegio Drauscii episcopi*

omnes[a] eum propter fidem suam indicatam gratanter et honorifice coram omni populo publice ordinaverunt et in sella aurea sedentem more eorum sursum elevaverunt, portantes manibus soli episcopi intra[b] oratorium, nullo alio attingente, hymnosque[c] et cantica in choro canentes. Post[d] spatium namque temporis ad sedem episcopalem Eboracae civitatis[1] hunc emiserunt et praeceperunt ei in nomine Domini in catholica fide permanere, sicut[e] Paulus apostolus Timotheo filio suo custodire propositum suum praecepit, quod per manus inpositione[f] eius accepit. cf. 1. Tim. 6, 20. 2. Tim. 1, 6.

(13). Quomodo Dominus pontificem nostrum de mare et de manu paganorum cum suis liberavit.

Navigantibus quoque eis de Gallia Brytannicum[a] mare[b] cum beatae memoriae Vilfrido episcopo, canentibus clericis et psallentibus laudem Dei pro celeumate[2] in choro, in medio mari validissima tempestas exorta est, et venti contrarii, sicut discipulis Iesu in[c] mare Galileae[d], erant. Flante namque vento euroaustro dure, albescentia undarum culmina in regionem[e] Australium Saxonum[3], quam non noverant, proiecerunt eos. Mare quoque navem et homines relinquens, terras fugiens, litora[f] detegens, in abyssi matricem recessit. Gentiles autem cum ingenti exercitu venientes, navem[g] arripere, praedam sibi pecuniae dividere, captivos[h] subiugatos deducere resistentesque gladio occidere[i] incunctanter proposuerunt. Quibus sanctus praesul[k] noster copiosam pecuniam promittens, animas redimere cupiens[l], leniter pacificeque loquebatur. Illi vero feroces et indurato corde cum Pharaone populum Dei dimittere nolentes et dicentes superbe, sua esse omnia quasi propria, quae mare ad terras proiecit[4], stans quoque princeps sacerdotum idolatriae coram paganis in tumulo excelso, sicut Balaam, maledicere populum Dei et suis magicis artibus manus eorum alligare nitebatur. Tunc vero unus[m] ex sodalibus pontificis nostri[n] lapidem ab omni populo Dei benedicto[o] more Davitico de funda emittens, fronti[p] perforatae usque ad cerebrum magi exprobrantis inlisit; quem, retrorsum exanimato cadavere cadente, sicut Goliad in arenosis locis mors incerta praevenit. Ad bellum ergo se praeparantes pagani, aciem frustra in populum Dei direxerunt. Dominus enim pro paucis pugnavit; sicut iam Gedeon Domini iussu cum CCC[q] viris bellatoribus Madianitum CXX milia uno impetu occidit, ita et isti sodales

cf. Matth. 14, 24. — cf. Exod. 10, 20. — cf. Num. 22, 41. 23, 14, 28. — cf. 1. Reg. 17, 49. — cf. Iudic. 7, 7. 8, 10.

Capp. 12. 13. 1. 2*a*.

Cap. 12. a) *om.* 1. b) inter oratoria 1. c) hymnos canticaque 2*a*. d) Sicque p. sp. (n. *om.*) t. 2*a*. e) apostolus *add., sed eras.* 1. f) *ita* 1. 2*a*.

Cap. 13. a) Britann. 2*a*. b) matre 2*a*. c) *om.* 2*a*. d) Galilęaę 1; Gallieae 2*a*. e) regione 2*a*. f) litoraque det. et in 2*a*. g) navim 2*a*. h) captivos : : subiug. 1. i) occideri 2*a*. k) pontifex 2*a*; *cf. p.* 208, *l.* 1. l) cupuens 2*a*. m) unos 1, *corr.* n) nostris 2*a*. o) *ita* 1. 2*a*. p) fronte perforatu 2*a*. q) CCC^{tis} 1; CCC^{ta} viros bellatorum 2*a*.

Suessionensis subscripsit (Pardessus II, p. 141*); anno autem* 668. *ille successerat, quo tempore Theodorus archiepiscopus Cantuariensis 'ad Agilberctum Parisiorum episcopum' divertit (Beda IV,* 1*). Anno* 673. Aggilpertus acsi peccator episcopus *chartae Chrothildis subscripsit (Pardessus II, p.* 150*; Tardif, 'Monuments historiques',* 1866, *p.* 16*), et fortasse idem fuit atque Aglibertus, quem Ebroinus c. a.* 680. *cum Reolo episcopo Remensi Laudunum ad Martinum ducem misit (Contin. Fredeg. c.* 3, *SS. R. Merov. II,* 170*).* 1) *Cf. supra p.* 202, *n.* 4. 2) *I. e. acclamatio vel cantus ad adhortandos remiges usitatus.* 3) Quae post Cantuarios ad austrum et ad occidentem usque ad Occidentales Saxones pertingit, *Beda IV,* 13. *Hodie Sussex.* 4) *Nobis 'strandrecht'.*

sancti praesulis[a] nostri bene armati, viriles animo[b], pauci numero — erant enim cf. Deut. 34,7. CXX viri in numero Moysaicae[c] aetatis, — inito consilio et pacto, ut nullus ab alio in fugam terga verteret, sed aut mortem cum laude aut vitam cum triumpho, quod Deo utrumque facile est, habere mererentur[d]. Igitur sanctus Vilfridus episcopus cum clero suo, flexis poplitibus genuum[1] et iterum elevatis manibus ad cf. Exod. 17, 12, 10. caelum, Domini auxilium perpetravit[e]. Sicut enim Moyses, Hur et Aaron sustentantibus manus[f] eius, Iesu Nave cum populo Dei adversum Amalech pugnante, frequenter Domini protectionem inplorans triumphavit, ita et hic isti pauci christiani feroces et indomatos[g] paganos tribus vicibus in fugam versos strage non modica obruerunt, V tantum viris, quod mirum dictum[h] est[2], ex sua parte occisis, orante sacerdote magno ad dominum Deum suum, qui statim iussit ante horam plenam, priusquam consuerat, mare venire. Praeparantibus autem paganis cum rege veniente totis viribus ad quartum proelium, tunc mare redundans fluctibus cf. Ps. 138,17. tota litora inplevit, elevataque[i] cymba, processit in[k] altum: gloriose autem a Deo cf. Exod. 14, 21. honorificati[l], gratias ei agentes[m], vento flante ab affrico, prospere in portum Sandvic[n.3] salutis[o] pervenerunt.

(14). De eo, quod interim ordinatus est Ceadda in sedem suam[a].

Quodam igitur tempore, adhuc sancto Vilfrido episcopo trans mare non veniente, Osviu rex, male suadente invidia, hostis antiqui instinctu alium praearripere inordinate sedem suam edoctus consensit ab his, qui quattuordecimanam[b.4] partem contra apostolicae sedis regulam sibi elegerunt; ordinantes servum Dei religiosissimum et admirabilem doctorem, de Hibernia insula venientem, nomine Ceadda[c.5], adhuc eo ignorante, in sedem episcopalem Eboracae[d] civitatis indocte contra kanones constituerunt[6]. Veniente vero sancto Vilfrido episcopo, res, ut erat male

Capp. 13. 14. 1. 2*a*.

Cap. 13. a) pontificis 2*a*. b) :::: (*ras., ut videtur,* aimo) animo 1. c) Mosaicae 2*a*. d) merentur 2*a*. e) auxilium vel imperpetravit 1 (*in exemplari sine dubio legebatur* perpetravit *with* vel im *written above*). f) manibus 2*a*. g) indomitos 2*a*. h) dictu 2*a*; *cf. p.* 215, 4. i) elevataque cimba 1; elevata nave cymba 2*a*. k) inlatum 1, *corr.* l) honorificata 1, *corr.* m) agen::tes 1. n) Sonduic 1; Sanduuicę 2*a*; Sandwic *Willelmus Malmesbir.* o) atque suaviter *pro* salutis 1; *cf. p.* 200, 13. 252, 15.

Cap. 14. a) eius 1. b) *ita scripsi (cf. p.* 206, 6. 210, 1*)*; XIIII manam 1; quartamdecimam 2*a*. *b*. c) Caeodda 1. d) Euroice 1 *(cf. e. gr.* Evrvicscire *'Domesday Book')*.

1) *Cf. Aldhelmi epist. ad. Acircium (Opera ed. Giles p.* 327*)*: flexis genuum poplitibus. 2) *Cf. V. Cudbercti c.* 43. 46 *(l. l. p.* 282. 284*)*: quod dictu mirum est. 3) *Hodie Sandwich oppidum in Cantia inter Dover et Ramsgate situm, iam a litore maris remotum, sed olim portus clarissimus. Cf. V. Cudbercti c.* 16 *(p.* 268*)*: prospere portum salutis tenuerunt. 4) *Cf. supra p.* 206, *n.* 1. 5) *De Ceadda tum abbate Laestingaeu monasterii (Lastingham in comitatu Eboracensi) cf. Bedam III,* 23. 24. 28. *IV,* 2. 3. 6) *Beda III,* 28, *teste Ceadda a Wini episcopo Occidentalium Saxonum consecratus est,* adsumptis in societatem ordinationis duobus de Brettonum gente episcopis, qui dominicum paschae diem — — secus *(= contra)* morem canonicum a XIIII. usque ad XX. lunam celebrant; non enim erat tunc ullus, excepto illo Vine, in tota Brittania canonice ordinatus episcopus *(cf. supra p.* 206, *n.* 2*)*. *Ceadda, si narratione Bedae nitendum est, non loco Wilfridi episcopus factus videtur esse, sed ut Alchfridus filius Oswiu regis cum consensu patris Wilfridum 'sibi suisque' episcopum consecrandum curasse dicitur, ita Oswiu, 'imitatus industriam filii', Ceaddam, ita ut hic non pro Wilfrido, sed una cum eo munere pontificali in amplo regno fungeretur; cf. supra p.* 167 *sq. Stephanus fortasse eo in errorem inductus est, quod Wilfridus postea (a.* 669—678*) re vera, Eboraci sedens, episcopatu totius regni functus est.*

acta, non latuit. Revertens quippe ad sedem coenubialem[a] abbatis, humiliter in Hripis III annis resedit, nisi quod frequenter a Vulfario[b] rege Merciorum[1] ad officia[c] diversa episcopalia in regione sua cum vera dilectione invitatus est. (666—669.) Suscitavit enim Dominus sibi regem hunc mitissimum, qui inter alia bona in diversis locis multa spatia terrarum pro animae suae remedio episcopo nostro[d] concessit, in quibus mox monasteria servorum Dei constituit[2]. Ecgberhtus[e] quoque rex Cantuariorum[f, 3] religiosus pontificem nostrum ad se accersivit, et illic presbiteros multos, ex quibus unus erat Putta, qui postea episcopatum[4] accepit, et non paucos diacones[g] ordinavit. Deusdedit enim episcopus post Honorium[h] archiepiscopum diem[i] obiit[5]. Ideo autem venerabiliter vivens, omnibus carus, episcopalia officia per plura[k] spatia agens, cum cantatoribus[l] Aedde[6] et Aeonan[m] et cementariis[7] omnisque pene artis institutoribus[n] regionem suam rediens, cum regula[o] Benedicti[8] instituta ęcclesiarum Dei[p] bene melioravit[q]. Tunc ergo in illis regionibus sancto episcopo, sicut Paulo apostolo, magnum hostium fidei, Deo adiuvante, (cf. 1 Cor. 16, 9. Act. 14, 26.) apertum est.

(15). De eo, quod iterum in sedem suam constitutus est.

Postquam ergo, tribus annis transactis, Theodorus[a] archiepiscopus[9] de regione (669.) Cantuaria veniens ad regem Derorum[b] et Bernicorum[c, 10], statuta iudicia apostolicae sedis, unde emissus[d] venerat, secum deportans, primoque ingressu regionis illius rem contra kanones male gestam a veris testibus audivit, quod praedonis more episcopus alterius episcopi sedem praeeripere ausus sit[11], indigneque[e] ferens, Ceadda[f] episcopum de sede aliena iussit deponi[12]. Ille vero servus Dei verus et mitissimus[g],

Capp. 14. 15. 1. 2*a*.

Cap. 14. a) *ita* 2*a*. b) : uulfario, *ras.* f 1. c) offica 2*a*, *corr.* d) *om.* 1. e) Ecberhtus 1. f) Cantuuariorum 2*a*. g) *ita* 2*a* (*cf. p.* 199, 18); diaconos 1. h) bonorum archieps 1. i) diem obiit *om.* 2*a*. k) p(lura *in litura maiore*) 1. l) cantoribus 2*a*. m) Eonan (*casus obliquus*) 2*a* (*cf. c.* 15. Ceaddan, *c.* 64. Accan); Aeona 1. n) institoribus 2*a*. *b*. o) sancti *add.* 2*a*. *b*. p) *versu exeunte om.* 1. q) meliorabat 2*a*. *b*.

Cap. 15. a) The|dorus 1. b) *ita* 1 *cum Beda III*, 6. 14. 23. 24. *IV*, 12; Deyrorum 2*b*; Degrorum 2*a*; Deirorum (*ita Beda alibi*) *Gale*; *cf. p.* 215, 15. c) *ita* 1; Berniciorum 2*a*. *b*; *cf. p.* 215, 15. d) missus 2*a*, *corr.* e) in|indigneque 2*a*. f) *ita Mabillon*; Caedda 1; Ceaddam 2*a*. g) mittiss. 2*a*.

1) *A.* 658—675. 2) *E numero monasteriorum fortasse Undalum fuit* (*cf. infra c.* 64). 3) *A.* 664—673. 4) *Scilicet episcopatum Hrofensem, hodie Rochester; cf. Bedam IV*, 2. 5. 12. 5) *Deusdedit archiepiscopus Cantuariensis, successor Honorii* (*a.* 627—653), *a.* 664 (*Iul.* 14) *obiit, cumque Wighardus successor electus Romae vita defungeretur, archiepiscopus Cantuariensis a.* 664—669. *non aderat, donec Theodorus a.* 669 (*Mai.* 27) *advenit.* 6) *Beda IV*, 2: Primusque, excepto Iacobo, — — cantandi magister Nordanhymbrorum ecclesiis Aeddi cognomento Stephanus fuit, invitatus de Cantia a reverentissimo viro Vilfrido. *Quem eundem fuisse putant atque biographum Wilfridi; cf. supra p.* 179 *sq. De arte cantandi a Wilfrido introducta cf. c.* 47 (*p.* 242, 21). 7) *Similiter Benedictus abbas, conditor coenobii Wiremuthensis, a.* 675. Gallias petens, cementarios, qui lapideam sibi aecclesiam iuxta Romanorum — — morem facerent, postulavit, accepit, adtulit (*Beda, Hist. abbatum c.* 5, *ed. Plummer p.* 368; *cf. V. Ceolfridi c.* 7, *ib. p.* 390). 8) *Cf. c.* 47 (*p.* 242, 23). 9) *Cantuariensis* (*a.* 669—690). 10) *Oswiu. Alchfridi filii non iam mentio fit* (*cf. supra p.* 167 *sq.*). 11) *Beda teste* (*IV*, 2) *Theodorus Ceaddam arguit 'non fuisse rite consecratum'* (*cf. supra p.* 208, *n.* 6). *Cf. supra p.* 169. 12) *Aliter idem* (*ib.*): At ille (*Theodorus*) — — dixit non

tunc peccatum ordinandi[a] a quattuordecimanis[b, 1] in sedem alterius plene intellegens, paenitentia humili secundum iudicium[c] episcoporum confessus, emendavit et cum consensu eius in propriam sedem Eboracae[d] civitatis sanctum Vilfridum episcopum constituit. Tunc sanctus pontifex noster secundum praeceptum Domini
cf. 1. Thess. 5, 15. non malum pro malo, sed bonum, ut David Sauli[e], pro malo reddens, qui dixit:
1. Reg. 24, 7. *Non mittam manum*[f] *meam in christum Domini*, sciebat sub Vulfario[g] rege Merciorum, fidelissimo amico suo[2], locum donatum sibi on-Liccitfelda[h, 3] et ad episcopalem sedem aut sibimet ipsi aut alio, cuicumque voluisset dare, paratum, ideoque pacifice inito consilio cum[i] vero servo Dei Ceaddan, in omnibus rebus episcopis oboediens[k], per omnes gradus ęcclesiasticos ad sedem praedictam plene eum ordinaverunt et, honorifice rege suscipiente eum, in locum[l] praedictum constituerunt[4], ibique benedicte in vita sua multa bona perficiens, tempore oportuno in[m] viam patrum exiit[n, 5], expectans diem Domini in iudicio venturo, ut credimus, sibi mitissimum, sicut dignum est.

(16). De renovatione[a] basilicae in Eboraca[b] civitate.

Igitur supradicto rege[6] regnante, beatae memoriae Vilfrido[c] episcopo metropolitano[7] Eboracae civitatis constituto, basilicae oratorii Dei, in ea civitate a sancto Paulino episcopo in diebus olim Eadwini christianissimi regis primo fundatae et dedicatae Deo[8], officia semiruta lapidea eminebant. Nam culmina antiquata tecti distillantia fenestraeque apertae, avibus nidificantibus intro et foras volitantibus, et parietes incultae[d] omni spurcitia imbrium et avium horribiles manebant. Videns
Dan. 7, 15. itaque haec omnia sanctus pontifex noster, secundum Danielem prophetam[e] hor-
cf. Matth. 21, 13. ruit[f] spiritus eius in eo, quod domum[g] Dei et orationis quasi speluncam latronum factam agnovit, et mox iuxta voluntatem Dei emendare excogitavit. Primum cul-

Cap. 15. 1 *(ad l. 9).* 2*a. b (a l. 9).* *Cap.* 16. 2*a. b.*

Cap. 15. a) ordiandi 1, *corr.* b) XIIII manis 1; XIIII(clm)annis 2*a.* c) *om.* 2*a.* d) Euboriae 1. e) Saulo 2*a.* f) mittam meam *(sic)* meam in 2*a.* g) Vulfărio 1; Vulfa:rio, *ras.* p 2*a.* h) anliccitfelda 1; onlicitfelda 2*a. b*; Lyccidfelth *Beda IV*, 3. i) cum vero — *c.* 18 *(p.* 213, 19*)* mater coram *desunt, duobus foliis amissis,* 1; *haec e* 2*b Mabillonius supplevit (cf. supra p.* 188, 41*).* k) *ita* 2*a. b.* l) locom 2*a, corr.* m) *om.* 2*b.* n) *ita scripsi;* exigit: 2*a*; exegit 2*b.*

Cap. 16. a) renovatone 2*a.* b) *ita scripsi;* Euroica *hoc loco* 2*a. b.* c) *ita, etiam deficiente* 1, *scripsi, et sic deinceps;* Wilfrith. *semper* 2*a. b*; Wilfrid. *Gale.* d) inculti 2*b (non Gale).* e) *ita scripsi (cf. infra p.* 211, *l.* 3*);* proph. *hoc loco om. et* prophetas *post* orationis *add.* 2*a. b*; proph. Dan. *Gale.* f) horuit sps *(sic)* 2*a.* g) domus 2*a.*

eum episcopatum dimittere debere, sed ipse ordinationem eius denuo catholica ratione consummavit. 1) *Cf. supra p.* 208, *n.* 6, *et p.* 206, *n.* 1. 2) *Cf. supra c.* 14 *(p.* 209*).* 3) *Hodie Lichfield civitas haud ita magna in Stafford comitatu sita.* 4) *Scilicet episcopum Merciorum; cf. Bedam IV,* 3, *cuius narratio satis cum Stephano discrepat; cf. supra p.* 169. 5) *Cf. V. Cudbercti c.* 42 *(l. l. p.* 281*):* abiit in viam patrum. *Ceadda die* 2. *Martii a.* 672. *obiit (Beda IV,* 3*).* 6) *Oswiu, qui die* 15. *Februarii a.* 671. *decessit (cf. Plummer II,* 211*).* 7) *Cf. supra p.* 202, *n.* 4. 8) *Beda II,* 14, *de Aedwino rege Northumbriae (*617—633*) a.* 627 *(April.* 12*) a Paulino baptizato:* Mox autem, ut baptisma consecutus est, curavit, docente eodem Paulino, maiorem ipso in loco et augustiorem de lapide fabricare basilicam, in cuius medio ipsum, quod prius fecerat, oratorium *(ligneum)* includeretur. — — Sed priusquam altitudo parietis esset consummata, rex ipse, impia nece occisus, opus idem successori Osvaldo (634—642) perficiendum reliquit. *Cf. ib. c.* 20: Adlatum est autem caput Aedvini regis Eburacum et inlatum postea in ecclesiam beati apostoli Petri, quam ipse coepit, sed successor eius Osvald perfecit.

mina corrupta tecti renovans, artificiose plumbo puro detegens[a, 1], per fenestras in-
troitum avium et imbrium vitro prohibuit, per quod tamen intro lumen radiabat[b].
Parietes quoque lavans, secundum prophetam super nivem dealbavit. Iam enim Ps. 50, 9.
non solum domum Dei et altare in varia suppellectili vasorum intus ornavit[c], verum
etiam, deforis multa territoria[d] pro Deo adeptus, terrenis opibus paupertatem
auferens, copiose ditavit. Tunc sententia Dei de Samuhele[e] et omnibus sanctis
in eo implebatur: *Qui*, inquit, *me honorificat, honorificabo eum;* erat enim Deo et 1. Reg. 2, 30.
omni populo carus et honorabilis.

(17). De aedificatione basilicae in Hrypis[a] et dedicatione eius.

Crescebat ergo cum[b] seculari sumptu, Deo donante, pontifici nostro, amico
sponsi aeternalis, magis ac magis ardentissimus amor sponsae virgineae[c], uni viro cf. 2. Cor. 11, 2.
desponsatae, de matre omnium[d] bonorum caritate[e] progenitae; quam disciplinae
moribus quasi floribus virtutum, castam et pudicam, continentem et modestam,
circumamictam varietate, subiectam pulchre adornavit secundum prophetam: *Omnis* cf. Ps. 44, 15. Ib. 44, 14.
gloria filiae regis ab intus. Sicut enim Moyses tabernaculum saeculare manu factum cf Exod. 25, 9. 26, 1. 36, 8.
ad exemplar in monte monstratum[f] a Deo ad concitandam Israhelitico[g] populo cul-
turae Dei fidem distinctis variis coloribus edificavit, ita vero beatissimus Vilfridus epi-
scopus thalamum veri sponsi et[h] sponsae in conspectu populorum, corde credentium
et fide confitentium, auro et argento purpuraque varia mirifice decoravit. Nam in
Hrypis[i] basilicam[k] polito lapide a fundamentis in terra[2] usque ad summum edi-
ficatam, variis columnis et porticibus[l] suffultam, in altum erexit et consumavit[l*].

Iam postea, perfecta domu, ad diem dicationis eius, invitatis regibus christia- 671—678.
nissimis[m] et[n] piissimis Ecgfrido[o, 3] et Aelwino[4], duobus fratribus, cum abbatibus prae-
fectisque[5] et subregulis[6], totiusque[o*] dignitatis personae simul in unum convene-
runt; consecrantes secundum sapientissimum Salomonem domum, Domino in hono- cf. 3. Reg. c. 8.
rem sancti Petri apostolorum principis dicatam precesque in ea populorum suffra-
gantem, altare[p] quoque cum bassibus[q] suis Domino dedicantes purpuraque auro cf. 1. Esd. 3, 3.
texta induentes populique communicantes, omnia kanonice compleverunt.

Stans itaque sanctus Vilfridus episcopus ante altare, conversus ad populum, cf. 3. Reg. 8, 22.
coram regibus enumerans regiones, quas ante reges pro animabus suis et tunc in
illa die cum consensu et subscriptione episcoporum et omnium principum[r] illi de-

Capp. 16. 17. *2a. b.*

Cap. 16. a) tegens *Gale.* b) radiebat *2a.* c) oravit *2a.* d) titoria *2a.* e) Samuele *2b.*
Cap. 17. a) *ita Gale;* Hripis *2a. b.* b) cu *2a.* c) virginę *2a.* d) omium *2a.* e) *ita scripsi;* caritatis *2a*; *om. 2b.* f) est *add. 2a.* g) Israelit. *2b.* h) sponsi et *bis scr. 2a.* i) Hripis *2b.* k) bassilicam *2a.* l) portifibus *2a.* l*) *ita 2a.* m) christianissim'is *2a.* n) et piiss. *om. 2b.* o) *ita 2b*; Ęcgfriðo *2a.* o*) que *abundat (cf. SS. rer. Merov. II, p.* 570 *sq., et infra p.* 213, 30*).* p) adlatere *2a.* q) basibus *2b.* r) principium *2a*; qui *add. 2a. b.*

1) *Pro contegere, operire; cf. Du Cange ed. Favre III, p.* 85. 2) *Crypta Hripensis adhuc superest; cf. J. T. Micklethwaite, 'The Archaeological Journal' XXXIX,* 1882, *p.* 347 *sqq. LIII,* 1896, *p.* 304. 344 *sqq.; H. Leclercq apud F. Cabrol, 'Dictionnaire d'archéologie chrétienne et de liturgie' II,* 1216; *cf. infra p.* 217, *n.* 1. 3) *Rege Nordanhumbrorum (*671—685*), Oswiu regis successore et filio.* 4) *Aelfwini, frater Ecgfridi regis, etiam a Beda IV,* 20 (22) *'rex' vocatus est, ita ut eum sub fratre Deiram rexisse coniecerint (cf. Plummer II,* 120. 243*). Anno* 679. *proelio occisus est; cf. infra c.* 24 *(p.* 219*). Commemoratur etiam in Historia Britonum c.* 57 *(Auct. ant. XIII,* 202: Aelfgvin*) et in Libro vitae eccl. Dunelm. (Sweet p.* 154, 1; *Thompson p.* 81: Aelfvini*).* 5) *Anglis 'gerefa'; cf. e. gr. H. M. Chadwick, 'Studies on Anglo-Saxon institutions',* 1905, *p.* 228. 251. 259 *sq.* 370 *sqq.; Larson l. l. p.* 104 *sqq.* 6) *Anglis 'ealdorman'; cf. Chadwick l. l. p.* 284 *sqq.*

derunt, lucide enuntiavit necnon et ea loca sancta[1] in diversis[a] regionibus, quae clerus Bryttonum[b], aciem gladii hostilis manu gentis nostrae fugiens, deseruit. Erat quippe Deo placabile donum, quod religiosi reges tam multas terras Deo ad serviendum pontifici nostro conscripserunt, et haec sunt nomina regionum: iuxta Rippel[c, *, 2] et in Gaedyne[d, 3] et in regione Dunutinga[e, 4] et in Caetlęvum[f, 5] in ceterisque locis. Deinde, consummato sermone, magnum convivium trium dierum et noctium reges, cum omni populo letificantes, magnanimes in hostes, humiles cum servis Dei inierunt. Addens quoque sanctus pontifex noster inter alia bona ad decorem domus Dei inauditum ante seculis nostris quoddam miraculum. Nam quattuor euvangelia[g, 6] de auro purissimo in membranis depurpuratis[7], coloratis, pro animae suae remedio[h] scribere iussit[8] necnon et bibliothecam[9] librorum eorum,

*) flu(men), id est Hacmundernes[2], *addunt excerpta Lelandi (ed. Hearnius l. l. IV, p.* 109*).*

Cap. 17. 2*a. b.*

Cap. 17. a) diversas 2*a*, *corr.* b) Brittonum 2*b*; Bryttannum 2*a.* c) Ribel *Leland.* d) Geding (dene) *Leland.* e) *ita Leland cum* 2*a. b*; Dunitinga *Gale.* f) Caëtlevum 2*b*; Aetlevum *Leland.* g) euuanglęia *(sic)* 2*a.* h) *om.* 2*b.*

1) *Aedes sacras significari recte statuit H. Leclercq l. l. col.* 1162, *cum alii aliter haec verba interpretati sint.* 2) *Ribble fluvius, quem J. Raine attulit, Lancashire comitatu diviso, infra Preston mare influit, atque Agemundrenesse regio (ita* 'Domesday Book' *I,* 1783, *fol.* 301[b], *postea* 'Amounderness hundred'; *cf. e. gr. Guil. Camden, Britannia,* 1607, *p.* 616*), cuius nomen codex Lelandianus (cf. n.* *) *addebat, in septemtriones versus inter Ribble et Cocker fluvios sita erat (com. Lancashire). E codice Lelandiano simili pendet Petrus Blesensis (cf. supra p.* 192*), in Vita Wilfridi (Leland, Collectanea ed. Hearnius l. l. IV, p.* 110*) verba Stephani ita reddens:* Magnates, qui aderant in consecratione, terras plurimas in dotem ecclesiae contulerunt, scilicet Rible et Hasmundesham et Marchesiae et in regione Duninga. *Agemundrenesse regionem et terram in meridiem versus inter Ribble et Mersey flumina sitam significari, coniecit Raine; sed nescio, an nomen* Marchesiae *quocumque modo ex* in Gaedyne *corruptum sit.* 3) *Gaedyne potius pro Gilling (prope Richmond in comitatu Eboracensi, at Bedae, ut credunt,* Getlingum*) quam pro Gedling (com. Nottingham) accipiendum esse iudicavit J. Raine, quod utrumque reiecerim, neque scio, an de Caton vico ad Lune fluvium prope Lancaster sito (com. Lancashire) agi possit, eodem, nisi fallor, qui Catun vocatus ad Agemundrenesse regionem (cf. n.* 2*) saeculo XI. pertinebat* ('Domesday Book' *I, fol.* 301[b]*).* 4) *Dunnington vicus a civitate Eboracensi in orientem versus situs potius convenire videtur quam vallis Duddon fluvii (com. Cumberland), quam Raine praetulit.* 5) *De Cartmel (com. Lancashire) Raine cogitavit, vix recte.* 6) Pluresque libros Novi ac Veteris Testamenti *addit Petrus Blesensis (l. l.).* 7) *I. q. conchyliatus.* 8) *Cf. epitaphium Wilfridi (Beda V,* 19; *supra p.* 170*). W. Wattenbach b. m. evangelium clarissimum collectionis Hamiltonianae Wilfridi fuisse demonstrare conatus est* ('N. Arch.' *VIII,* 343 *sqq.;* 'Berliner Sitzungsberichte' 1889, *vol. I,* 151 *sqq.), sed postea et ipse de ea re dubitavit* ('Schriftwesen'[3] *p.* 135*) et S. Berger pro certo statuit, codicem aevo Carolino attribuendum esse* ('Histoire de la Vulgate', 1893, *p.* 36 *sq.* 259 *sqq.* 397 *sq.), id quod etiam E. M. Thompson* ('Handbook of Greek and Latin Palaeography[2]', 1894, *p.* 41*) et L. Traube* ('Vorlesungen und Abhandlungen' *I,* 1909, *p.* 119; *cf. p.* 208 *sq.) indicaverunt. Inter codices evangeliorum saec. XVI. in. ad ecclesiam cathedralem Eboracensem pertinentes commemorantur (Raine,* 'Historians of the Church of York' *III,* 1894, *p.* 387*):* Duo textus sancti Wilfridi, ornati cum argento et auro, quorum unus continet imaginem crucifixi, Mariae et Iohannis in inferiori parte et imaginem sanctae trinitatis et duorum angelorum in superiore parte de ebore, et alius continet imaginem crucifixi in parte inferiore et salvatoris sive maiestatis eius cum Petro et Paulo in parte superiore. 9) *I. e. capsam; cf. Wattenbach,* 'Schriftwesen im Mittelalter'[3], 1896, *p.* 135. 405.

omnem de auro purissimo et gemmis pretiosissimis fabrefactam, conpaginare inclusores gemmarum praecepit; quae omnia et alia nonnulla in testimonium beatae memoriae eius in ęcclesia nostra usque hodie reconduntur, ubi reliquiae[a] illius requiescunt, et sine intermissione[1] cotidie in orationibus nominis eius recordantur.

(18). De eo, quod infantem resuscitavit.

Mirabilis est Deus[a] *in sanctis suis* et clarificatus in virtutibus eorum! [Ps. 67, 36.] Olim iam in veteri lege[2] servos Dei varias virtutes per Deum fecisse legimus; sicut Helias et Heliseus servi Dei[b] suscitaverunt, [cf. 3. Reg. c. 17; 4. Reg. c. 4.] ita et apostoli Christi, magistri exemplum sequentes, secundum promissum eius omnes varios languores in nomine eius depulerunt, [cf. Matth. 10, 1.] et nunc eodem modo a subsecutoribus[3] illorum, ex[c] quibus unus est sanctus pontifex noster, ad Dei gloriam infirmitate prostrati sanantur. Nam quadam die sancto Vilfrido episcopo[d] equitanti[e] et pergenti ad varia officia[f] episcopatus sui, baptizandi[g] utique et cum manus inpositione confirmandi populos; inter quos quaedam mulier in villa quae dicitur on-Tiddanufri[h] inventa est, amaro animo susurrans, merore et onere fatigata. Habens enim infantem primogenitum suum mortuum sub sinu, pannis involutum, latitantem[i], cuius cadaveris mortui faciem inter alios ad confirmandum[k] episcopo revolvit, volens sic posse[l] vivificare. Ille vero sanctus episcopus noster statim, ut vere mortuum esse intellexit, aliquantulum tamen[m] moratus, quid de eo esset agendum. At illa mater coram facie[n] agnoscentis cecidit in terram, flens amare; adiuravit eum audaciter[o], ut in nomine domini Dei sui cum sua sanctitate filium suum suscitaret et baptizaret, de oreque[p] leonis liberaret. [cf. 1. Mach. 2, 60.] His et aliis verbis magis ac magis non cessavit adiurare per omnes sanctitates episcopi[q]; genu flectans[r] et pedes eius amplectens, deosculavit[s] lacrimisque amarissimis inrigavit, dicens: 'O sanctissime, noli fidem orbatae mulieris extinguere, sed *credulitatem meam adiuva;* [Marc. 9, 23.] suscita eum et baptiza. Tibi enim et Deo vivit: in virtute Christi ne dubites!' Tunc ille sanctus vir[t], indubitata Christi virtute, et fidem eius secundum Syrofenissam[u] mulierem audiens, [cf. ib. 7, 26.] oratione facta, manum ponens super cadaver mortui[v], statim respiravit et spiritum vitae recepit. Resuscitatum itaque et baptizatum matri infantem reddidit, praecipiensque[w] ei in nomine Domini, ut sibi filium suum in septima[x] annorum aetate Deo ad serviendum redderet. Quod mulier malivola[y], suadente[z] marito, videns elegantem puerum, contempsit, fugiens de[a] terra sua. Quem praefectus episcopi[4] nomine Hocca latentem[b] sub alis[c] Bryttonum[d] quaesitum invenit et coacte abstraxit, ad episcopumque contulit. Erat autem puer cognomine Eodwald[e] et agnomine Filius-

Cap. 17. 2*a. b.* *Cap.* 18. 1 *(a l.* 19*).* 2*a. b (ad l.* 19. *adhibitus).*

Cap. 17. a) recliquae 2*a, corr.*

Cap. 18. a) Dominus 2*b.* b) *ita* 2*a. b*; mortuos *supplet Gale.* c) *ita* 2*b (cf. p.* 199, 18*)*; *om.* 2*a.* d) *om.* 2*b.* e) equitati *(sic)* 2*a*; equitante et pergente 2*b.* f) epit' *(?) add., sed eras.* 2*a.* g) batizandi 2*a.* h) *ita distinxi;* ontidd. 2*a. b;* villam Tiddanefre *Willelmus Malmesb.* i) *om.* 2*b.* k) confirmandam 2*a.* l) passe 2*a.* m) tamem 2*a.* n) *in* facie *redit* 1. o) audacter 2*a.* p) que *postea suppl.* 1. q) epoꝝ *(= episcoporum)* 2*a.* r) flectens 1; *cf. p.* 230, 30. 261, 15. s) deosculabatur 1. t) pontifex 2*a.* u) Syrophenissam 2*a.* v) et *add.* 2*a.* w) que *om.* 1. x) septimo 1. y) malivolo 2*a.* z) sue dentę 1, *corr.* a) dextera *pro* de terra 1. b) lactentem 1, *corr.* c) *ita Mabillon;* aliis 1. 2*a.* d) Brytonum 2*a.* e) Eodpald 1; Eadwald *Gale;* Adelwaldus *Willelmus Malmesb.;* Eodw. et agn. *om.* 2*a.*

1) *Cf. V. Cudbercti c.* 36 *(l. l. p.* 279*):* sine intermissione orabat pro eo. 2) *Ib. c.* 14 *(p.* 267*):* in veteri lege legimus. 3) *I. e. successoribus.* 4) *Qui possessiones episcopii administrabat; cf. Larson l. l. p.* 107.

Episcopi, vivens in Dei servitio in Hrypis[a], usque dum in mortalitate magna[1] diem obiit. O[b] quam magna et mirabilis misericordia Dei! qui per famulum suum venerandae mentionis infantulum defunctum et non baptizatum ideo in hanc vitam revocavit, ut baptizatus vitae perenni viveret futurae beatitudinis[b].

(19). De victoria regis in feroces Pictos.

In diebus autem illis Ecgfridus[a] rex religiosus[b] cum beatissima regina Aethildrythe[c. 2], cuius corpus vivens ante inpollutum[d] post mortem incorruptum manens adhuc demonstrat[3], simul in unum Vilfrido[e] episcopo in omnibus oboedientes facti, pax et gaudium in populis et anni frugiferi victoriaeque in hostes, Deo ad-
cf. 2. Par. c. 24. iuvante, subsecutae[f] sunt. Sicut enim iuvenis[g] Ioas[h] rex Iuda, Ioiada[i] sacerdote magno vivente adhuc, Deo placuit et in hostes triumphavit, mortuo vero sacerdote, Deo displicuit[k] et regnum minuit, ita, Ecgfrido[l] rege in concordia pontificis nostri vivente, secundum testimonium[m] multorum regnum undique per victorias triumphales augebatur; concordia vero inter eos sopita[n] et regina supradicta ab eo separata[o] et Deo dedicata[p. 4], triumphum[q. 5] in diebus regis desinit. Nam in primis
671/75. annis eius tenero adhuc regno populi bestiales Pictorum feroci animo subiectionem Saxonum[6] despiciebant et iugum servitutis proicere a se minabant[r]; congregantes undique de utribus et folliculis aquilonis innumeros[s] gentes, quasi formicarum greges in aestate de tumulis verrentes[t] aggerem contra domum[u] cadentem minuebant[v]. Nam, quo audito, rex Ecgfridus[w], humilis in populis suis, magnanimus in hostes, statim equitatui[x. 7] exercito[y] praeparato, tarda[z] molimina nesciens[8], sicut Iudas Ma-

Capp. 18. 19. 1. 2*a*.

Cap. 18. a) Hripis 2*a*. b) O quam — *l.* 4. beatitudinis *om.* 2*a*.

Cap. 19. a) Ecfrithus 2*a*. b) reliosus *pr. m.* 1. c) *ita scripsi;* Æðeldrida *corr.* Æðeldriþa 1; Aethilthrythę 2*a*; Aedilthryde, Aedilthryda *Beda; cf. infra p.* 216, 24. d) inpullutum 2*a*. e) Vilfrydo *hoc loco* 1. f) subse(cutae *om.*) 2*a*. g) iuvenus 2*a*. h) Iosias 2*a. b*. i) Ioada 2*a*. k) displicavit 2*a*. l) *ita Gale;* Ecfrido 1; Ecfritho 2*a*. m) mult. testim. 2*a*. n) *ita* 2*a. b*; posita 1. o) separa *(sic)* 2*a*. p) dicata 2*a*. q) *ita* 1. 2*a*; triumphare *coniecit Mab., scripsit Gale.* r) *ita* 1. 2*a*. s) *ita* 1 *(cf. SS. rer. Merov. IV, p.* 805*)*; innumeras 2*a*. t) ferventes 1. u) *ita editores;* dm̄ 1. 2*a*. v) muniebant 1. w) *ita Gale*; Ecfridus 1; Ecgfrithus 2*a*. x) *ita* 1. 2*a*. y) exercitu 2*a*. z) Tarde 1.

1) *'Id est in peste', Mabillonius adnotavit, atque Raine de pestilentia a.* 664. *magna (Beda III,* 27*) cogitavit neque vero recte, cum obitus viri non nisi compluribus annis post a.* 669 *(cf. supra c.* 15*) contigisse possit. Pestilentiae etiam decenniis proximis Northumbriam haud semel vastaverunt; cf. Plummer II,* 195. 2) *De Aedilthryda (posteris Etheldreda), filia Annae regis Orientalium Anglorum, uxore Ecgfridi, deinde abbatissa Eliensi (†* 679*), cf. Bedam IV,* 17. 18 *(*19. 20*) et auctores recentiores (cf. Bibl. hag. Lat. n.* 2634—40*). Cf. supra p.* 170 *sq.* Eðilðryth *inter 'nomina reginarum et abbatissarum' in Libro vitae eccl. Dunelm. (Sweet p.* 154, 32*; Thompson p.* 82*) legitur.* 3) *Translatio, qua corpus eius detectum est, a.* 695. *contigisse videtur (cf. Plummer II,* 239*); cf. Bedam l. l. c.* 17 (19): Cumque corpus sacrae virginis ac sponsae Christi aperto sepulchro esset prolatum in lucem, ita incorruptum inventum est, acsi eodem die fuisset defuncta sive humo condita, sicut et praefatus antistes Vilfrid et multi alii, qui novere, testantur, *et q. s.* 4) *Circa a.* 672*; cf. Plummer II,* 234 *sq.* 5) Triumphum *pro* triumphus *Aethicus, Cosmogr. c.* 62 *(ed. Wuttke p.* 42, 11*). Forcellini.* 6) *Oswiu rex* (642—671), *pater Ecgfridi, maximam partem Pictorum subiecerat eosque tributarios fecerat (Beda II,* 5. *III,* 24. *IV,* 3*).* 7) *I. e.* equitatus *(de genetivo decl.* 4. *in* -ui *desinente cf. SS. R. Merov. I,* 941. *IV,* 802. *V,* 813*)* exercitu praeparato. *Stephanus hoc loco primam mentionem equitatus alicuius momenti certam exhibet, quae apud Anglos occurrit, monente J. H. Clapham, 'The horsing of the Danes' ('The English histo-*

chabeus in Deum confidens, parva manu[a] populi Dei contra inhormem[b, 1] et supra invisibilem hostem cum Beornhaeth[c] audaci subregulo[2] invasit stragemque inmensam populi subruit, duo flumina cadaveribus mortuorum replentes[d], ita, quod mirum dictum[e] est[3], ut, supra siccis pedibus ambulantes, fugientium turbam occidentes persequebantur; et in servitutem redacti, populi usque ad diem occisionis regis[4] subiecti[f] iugo captivitatis iacebant. cf. 2. Mach. 8, 18.

(20). De victoria[a] adversum regem Merciorum.

Deinde post hanc victoriam rex Ecgfridus[b] cum supradicto[c] servo Dei iustus et sanctus regensque populos et validus sicut David in contritione hostium, humilis tamen in conspectu Dei apparens et colla tumentium[d] populorum et ferocium regum, audacior[e] a Deo factus, confringens, semper in omnibus Deo gratias agebat. Nam Vulfharius[f] rex Merciorum[5], superbo animo et insatiabili corde[g] omnes australes populos adversus regem[h] nostrum concitans, non tam ad debellandum[i] 671/75. quam ad redigendum sub tributo servili animo, non regente Deo, proponebat[k]. Ecgfridus[l] vero rex Derorum[m] et Bernicorum, animo rigido, mente fideli, consilio senum patriam custodire, ęcclesias Dei defendere, episcopo docente, in Deum confisus, sicut Barac[n] et Debora[o], cum parili manu hostem superbum invadens, Deo cf. Iudic. c. 4. adiuvante, cum parvo exercitu prostravit et, occisis innumeris, regem fugavit regnumque eius sub tributo distribuit[6], et eo postea quacumque ex causa moriente[7], plenius aliquod spatium pacifice imperavit.

(21). De[a] bonitate pontificis nostri.

Sicut ergo Ecgfrido[b] rege religioso[c] regnum ad aquilonem[d] et austrum per triumphos augebatur, ita beatae memoriae Vilfrido episcopo ad austrum super Saxones et ad aquilonem super Bryttones[d] et Scottos[e, 8] Pictosque regnum ęcclesiarum multiplicabatur, omnibusque[g] gentibus carus et amabilis ęcclesiastica officia

Capp. 19—21. 1. 2*a*.

Cap. 19. a) magnu 2*a*. b) *ita* 1; inormem 2*a*; enormem *Gale*. c) *ita scripsi;* Beornheth 2*a*; Beornhith 2*b*; Bernhaeth 1; Berneth *Leland*; Bernego *Will. Malmesb.* d) replente 1. e) *ita hoc loco* 1. 2*a*. f) subi. iugo capt. (*corr. e* captivitatibus) 1; captitatis *(sic)* iugo (*corr. e* iurgo) subi. 2*a*.

Cap. 20. a) victor(ia, *ut videtur, eras.*) 2*a*; victo 1. b) *ita Gale*; Ecfridus 1; Ecgfrithus 2*a*. c) pontifice *pro* suprad. servo 2*a*. d) *ita* 2*a*. *b*; tum Merciorum 1. e) audaciar 2*a*, *corr*. f) Vulfarius 1. g) animo 2*a*. h) regnum 2*a*. i) bellandum 2*a*. k) *ita editores;* p̄pon. 1. 2*a*. l) *ita Mabillon;* Ecgfrithus 2*a*; Ecfrdus *(sic)* 1. m) Deirorum *Gale*. n) Barach 2*a*. o) *ita Gale;* Dęborra 1; Dabora 2*a*.

Cap. 21. a) *praescr. om.* 2*a*. b) *ita Gale*; Ecfrido 1; Ecgfritho 2*a*. c) religiosissimo 2*a*; *cf. p.* 214, 6. d) aquilonum 2*a*, *corr*. e) Brittoues *(sic)* 2*a*. f) Scotthos 1. g) que *om.* 2*a*.

rical review' XXV, 1910, *p.* 290*); cf. H. M. Chadwick, 'The origin of the English nation',* 1907, *p.* 159, *n.* 1. 8) *Cf. V. Cudbercti c.* 36 *(p.* 279*):* ut Spiritus sanctus nescit tarda molimina. 1) *I. e. enormem.* 2) *Cf. supra p.* 211, *n.* 6. Beornhaeth *inter 'nomina regum vel ducum' in Libro vitae eccl. Dunelm. (Sweet p.* 154, 3; *Thompson p.* 81*) commemoratur.* Berctred dux regius Nordanhymbrorum a Pictis interfectus *a.* 698 *(Beda V,* 24*) testibus Annalibus Tigernachi (ed. C. O'Conor, Rerum Hibernicarum scriptores II,* 1825, *p.* 219*; ed. Wh. Stokes, 'Revue Celtique' XVII,* 1896, *p.* 216*)* filius Bernith *fuit, eiusdem, ut videtur, atque Beornhaeth, id quod coniecit W. F. Skene, 'Celtic Scotland' I²,* 1886, *p.* 261, *n.* 55. 3) *Cf. supra p.* 208, *n.* 2. 4) *Cf. infra c.* 44 *(p.* 238*).* 5) *Cf. supra p.* 209 *sq.* 6) *Beda (IV,* 12*) teste, a.* 678. Eadhaed in provinciam Lindisfarorum *(hodie Lindsey, pars comitatus Lincolniensis septemtrionalis),* quam nuperrime rex Ecgfrid, superato in bello et fugato Vulfhere, obtinuerat, ordinatur episcopus. 7) *Wulfheri a.* 675. *defunctus est (Beda V,* 24*).* 8) *Scottorum*

diligenter persolvebat[a]. In omnibus locis presbiteros et diaconos[b] sibi adiuvantes habundanter ordinavit, inter saecularesque[c] undas fluctuantes moderate navem[d] ęcclesiae gubernat. Sicut enim eum unda convivii non demersit, ita et abstinentia[e] in superbiam non proiecit, quia in conviviis[f] tam abstinenter vivebat, ut numquam solus, quamvis parvissima fiala[g] esset, potu consumpsisset, aut pro calore solis in aestate sitienti aut pro frigore hiemis fatigato, ut multorum testimonio conprobatur. In vigiliis et orationibus, in lectione et ieiuniis quis similis ei inveniebatur[h]? Corpus quoque ab utero matris suae integrum[i], sicut coram fidelibus testatus est, sine pollutione[k] custodivit, quod in aqua[l] benedicta et sanctificata nocturnis horis indesinenter estate et hieme consuetudinarie lavavit, usque dum papa apostolicae[m] sedis beatae memoriae Iohannes[1] pro aetate sua huius laboris resolutionem habere praecepit. Ideo namque pene omnes abbates et abbatissae coenobiorum, aut sub suo nomine secum substantias custodientes aut post obitum suum heredem illum habere optantes, voto voverunt[n. 2]; principes quoque saeculares, viri nobiles, filios suos ad erudiendum sibi dederunt, ut aut Deo servirent[o], si eligerent, aut adultos, si maluissent, regi armatos commendaret. Haec autem omnia facem[p] invidiae et odii in pectoribus multorum, flante diabolo, accenderunt[q]. Sanctus tamen pontifex
2. Cor. 6, 7. noster secundum egregium doctorem[r] *arma a dextris et a sinistris* in prosperis et[s] adversis equali lance patienter portabat, dans semper tam spiritalibus[t] quam saecularibus dona et munera tam large, ut nullus ei equalis inveniebatur.

(22). De edificatione[a] domus Dei in Hagustaldesae[b].

cf. Ps. 72, 28. Adherebat igitur secundum psalmistam indesinenter Domino, ponens in eum[c] spem suam reddensque Domino vota[d] sua dulcissima, qui ei omnia concedit. Nam in Hagustaldaesae[e. 3], adepta regione[f] et[g] commutata[4] a regina sancta Aethildrythe[h] Deo dedicata[i], domum Domino in honorem beati[k] Andreae apostoli fabre-
672? 8. factam[l] fundavit[5]: cuius profunditatem in terra cum domibus mirifice[m] politis

Capp. 21. 22. 1. 2*a*.

Cap. 21. a) ·ɩ *(= et?) add.* 1. b) diacones 2*a*. c) *ita* 2*a*. *b*; spicular. 1. d) nouęm 1. e) abstinentiae 2*a*. f) convivis 1. g) filia esset, potum censum sisset 2*a*. h) inveniatur 1. i) intregrum 2*a*. k) pullutione 2*a*. l) custodivit *iteratum, sed eras.* 1. m) Ioh. beate mem. et apostolice sedis 2*a*. n) noverunt 2*a*. o) servientem 2*a*. p) *ita Mabillon;* faciem 1; a facie 2*a*. q) accederunt 2*a*. r) praedicatorem 1; *cf. p.* 194, 1. 229, 27. s) in *add.* 2*a*. t) spiritali 1.

Cap. 22. a) edificatone 2*a*, *corr.* b) (H *superscr.*)agustaldensae. 1; Hęgustaldes ei 2*a*. c) eo 2*a*. d) *ita* 2*a*. *b*; (vota *om.*) suo 1. e) *ita* 1; Ęgustaldesę 2*a*; Aegustaldesae 2*b*. f) regionē 2*a*. g) *ita* 2*a*; et comm. *om.* 1. h) æþildryþe 1 *et Lelandus*; Aethelthrithę 2*a*. i) dedicatae 1; dicata 2*a*. k) sancti 2*a*. l) fabrefactum 2*a*. m) mire 2*a*.

aeque atque Pictorum (cf. supra p. 214, *n.* 6*) partem Oswiu rex subiecerat (Beda II,* 5*); post necem Ecgfridi (cf. infra c.* 44*) libertatem sibi recuperaverunt (Beda IV,* 24 *[26]).* 1) *Iohannes VI (*701—705*), apud quem Wilfridus a.* 704. *commoratus est; cf. infra c.* 50—55. 2) *Haec Willelmus Malmesbiriensis, Gesta pontificum III,* 100 *(ed. Hamilton p.* 219*) ita clarius reddidit:* Ideoque abbates et abbatissae vel viventes rerum suarum dominum vel morientes heredem instituebant. 3) *Hodie Hexham ad Tyne fl. (com. Northumberland). De casibus loci cf. J. Raine, 'The Priory of Hexham' I ('Publications of the Surtees Society' XLIV), Dunelmi* 1864. 4) *Ita etiam (Vita Wilfridi usus) Willelmus l. l. III,* 117 *(p.* 255*) de loco:* Fisco regio famulabatur, quando eum beatae memoriae Wilfridus a beatissima Ethelbrida regina pro aliis possessionibus commutavit. 5) *Richardus prior in libello de statu*

lapidibus fundatam[1] et super terram multiplicem domum columnis variis et porticibus multis suffultam minacique[a, 2] longitudine et altitudine murorum ornatam et variis liniarum[b] anfractibus[c] viarum, aliquando sursum, aliquando deorsum per cocleas[d] circumductam, non est meae parvitatis hoc sermone explicare, quod sanctus ipse[e] praesul animarum, a spiritu Dei doctus, opere[f] facere excogitavit, neque[g] ullam[h] domum aliam citra Alpes montes talem aedificatam audivimus. Porro beatae memoriae[3] adhuc vivens gratia[i] Dei Acca episcopus[4], quae[k] magnalia ornamenta huius multiplicis domus de auro et argento lapidibusque pretiosis et quomodo altaria purpura et serico induta decoravit[5], quis ad explanandum sufficere potest? Redeamus ad proposita.

(23). De sanato puero semivivo.

Cum[a] aedificantes namque cementarii murorum huius[b] domus altitudines[c], quidam iuvenis ex servis Dei, de pinna inhormae[d, 6] proceritatis elapsus ad terram, deorsum cadens[e] in pavimentum[f] lapideum, elisus cecidit; confracta sunt crura et brachia, omnibusque[g] membris desolutis, ultima spiramina trahens iacebat. Quem[h] cito cementarii secundum praeceptum sancti[i] pontificis, lacrimantis in oratione, in feretro foras portabant, mortuum putantes; statimque, facto signo, tota familia simul in unum conveniens, et stans homo[k] Dei in medio fratrum, dixit: 'Petamus[l] omnes unanimiter Deum plena fide, ut animam huius pueri in corpus emittat, et vivat, sicut Paulo apostolo concedit[m]'. Orantes ergo Deum, ut ne in- cf. Act. 20,10.
lusor[7] omnis boni[n] in hoc aedificio[o] gaudium victoriae haberet, et flectentes genua cf. 3. Reg. 17,21.
secundum Heliam et Heliseum, oratione facta a sancto episcopo nostro et bene- 4. Reg. 4, 34.
dictione, spiritum vitae recepit, et alligantes medici pannibus[p, 8] ossa confracta, de die in diem melioratus, adhuc[q] vivit, nomenque eius est Bodhelm[r, 9], gratias agens Deo.

Capp. 22. 23. 1. 2*a*.

Cap. 22. a) minacieque 2*a*; mirabilique 1; minaci altit. mur. *Will. Malm.* b) *ita* 1. 2*a* (*ubi* lin. variis). c) ac fractibus 2*a*. d) :cocleas 2*a*. e) pontifex noster *pro* ipse pr. anim. 2*a*. f) opera 2*a*. g) enim *add.* 2*a*. h) ullum 1, *corr.*; ullaam 2*a*, *corr.* i) grae 1. k) q; 1; quę 2*a*; qui *editores*.

Cap. 23. a) Dum 2*a*. b) huis 1, *corr.* c) altitudinis 2*a*. d) inhormę 2*a*; inhorme 1. e) :cadens, *ras.* c 1. f) pavimentu 2*a*. g) omnibusque in m. desolutus 2*a*. h) Que 2*a*. i) pont. sancti 2*a*. k) pontifex noster *pro* h. Dei 2*a*. l) Petemus 2*a*. m) concessit 2*a*. n) bonis 1. o) aedificatio 2*a*. p) panibus 2*a*. q) *ita* 2*a. b*; mel. est et multo tempore vixit, nomenque (eius *om.*) 1. r) Bothelm 2*a. b*.

et pontificibus Hagustaldensis ecclesiae I, prol. et c. 1. 3. 7. 19 *(Raine l. l. p.* 3. 9 *sq.* 23. 42*) initia ecclesiae circa a.* 674. *posuit.* 1) *Crypta ecclesiae Hagustaldensis (aeque atque Hripensis) adhuc superest; cf. Micklethwaite l. l.; G. Baldwin Brown, 'The arts in early England (II), Ecclesiastical architecture', Londinii* 1903, *p.* 264 *sqq., qui etiam p.* 317. *et* 323 *sqq. de ecclesia Hexhamensi egit.* 2) *Pendet ex minis, pinnis murorum. B. Kr.* 3) *Verba* beatae memoriae *Stephanus etiam c.* 56. *et* 64. *de Acca episcopo vivo adhibuit. Exempla huius usus, quamquam artis criticae haud ita peritus, congessit G. D. Hoffmann, 'Beobachtungen aus denen Deutschen Staats-Geschichten und Rechten' III,* 1762, *p.* 67 *sqq.; cf. Th. Sickel, 'Beiträge zur Diplomatik' IV ('Sitzungsberichte der Wiener Akademie, phil.-hist. Classe' XLVII,* 1864, *p.* 607*).* 4) *Cf. supra p.* 193, *n.* 2. 5) *Cf. Bedam V,* 20. 6) *I. e. enormis.* 7) *Scilicet diabolus. Mabillon.* 8) *I. e. pannis.* 9) *Idem fortasse atque monachus, cuius meminit Beda, Hist. eccl. III,* 2: Quidam de fratribus eiusdem Hagustaldensis ecclesiae nomine Bothelm, qui nunc usque superest *(a.* 731*)*, ante paucos annos, dum incautius forte noctu in glacie incederet, repente con-

(24). De invidia[a] excitata contra pontificem nostrum et de sede[b] sua expulso[c].

cf. 1. Petr. 5, 8. Insidiator quasi leo rugiens[d] secundum Petrum apostolum circumiit ovile Dei[e], querens introitum die noctuque, vigilans semper, primum militem fortissimum vincere concupiscens, ut timidi facilius[f] superentur; consueta arma arripiens, vasa fragilia muliebria quesivit, per quae[g] totum mundum maculavit frequenter. Nam regis Ecgfridi[h] regina nomine Iurminburg[i, 1], suadente diabolo, invidia tunc temporis torquebatur. Nam de lupa post occisionem regis[2] agna Dei et perfecta abbatissa materque familias obtima commutata[k] est. Iam iamque[l] de faretra sua cf. 3. Reg. 18, 4. venenatas sagittas[3] venifica[m] in cor regis, quasi[n] impiissima[o] Gezabel[p] prophetas Dei occidens et Heliam persequens, per auditum verborum emisit, enumerans ei eloquenter sancti Vilfridi episcopi omnem gloriam eius secularem et divitias necnon coenobiorum multitudinem et edificiorum magnitudinem innumerumque exercitum sodalium regalibus vestimentis et armis ornatum. Talibus itaque iaculis cor regis vulneratum, ambo callide querentes sanctum caput ęcclesiarum[q] in suum interitum contempnere donaque[r] regum pro Deo a se audaciter fraudare, ad auxi- 678. lium suae vesaniae archiepiscopum Theodorum cum muneribus, quae excecant cf. Num. c. 22. etiam sapientium oculos, quasi Balac[s] Balaam contra Dei voluntatem invitaverunt. Veniente vero archiepiscopo ad eos, quid[t] mente agerent in contemptu eius, patentes[4], et sine aliquo[u] culpandi piaculo inique dampnare, quod absit, consensit. Nam tres episcopos aliunde inventos et non de subiectis illius[v] parrochiae in absentia pontificis nostri[w] in sua propria loca episcopatus sui noviter inordinate[5] solus ordinavit[6]. Quo audito, sanctus pontifex noster regem[x] et archi-

Cap. 24. 1. 2*a*.

Cap. 24. a) Dein:: vidia, *ras.* de 2*a*. b) se(de *om.*) 1. c) expuso 2*a*, *corr.* d) ruiens 2*a*. e) Dii 2*a*, *corr.* f) facile 2*a*. g) quae 1. h) *ita Gale;* Ecfridi 1; Ecfrithi 2*a*. i) *ita scripsi cum Libro vitae Dunelm.;* Irminburh 1; uırmenburg (*i. e.* Virm. *aut* Iurm.) 2*a*; Virmemburg 2*b*; Ermenburg. *Fridegodus, Eadmerus, Willelm. Malm.* k) commotata 2*a*. l) *rad. corr. e* namque 1. m) venenifica 2*a*. n) q̃ with a above 1. o) impissima 1. p) Iezabel 1. q) ęcclesiae 2*a*. r) danaque 2*a*. s) Balah 2*a*. t) qui dm te ag. 2*a*. u) aliqua 2*a*. v) illi's 2*a*. w) nr̄ 2*a*. x) regi 2*a*.

ruens, brachium contrivit ac gravissima fracturae ipsius coepit molestia fatigari. *Sequitur narratio sanationis ad virtutem Oswaldi regis relatae.* 1) *Iurminburg, altera uxor Ecgfridi, inter Eanfled matrem regis et Aelfled eius sororem in Libro vitae ecclesiae Dunelmensis commemoratur (Sweet l. l. p.* 154, 18*; Thompson l. l. p.* 81*). Soror eius Centwini regi Westsaxonum (c. a.* 680*) nupsit (infra c.* 40*). Anno* 685*, quo tempore Ecgfridus fines Pictorum vastabat, regina in Luel civitate (Carlisle) eventum rei expectabat; cf. V. Cudbercti auct. anonymo c.* 37 *(Bedae Opera histor. min. ed. Stevenson p.* 279*) et auct. Beda c.* 27, 45 *(ib. p.* 101*).* 2) *Ecgfridus rex a.* 685. *a Pictis devictus et occisus est; cf. infra c.* 44. 3) *Cf. Horatii Carm. I,* 22, 3: venenatis gravida sagittis, Fusce, pharetra. 4) *I. e. patefacientes.* 5) *Cf. infra c.* 30 *(p.* 225*):* licet canonica eorum non sit promotio, — — absque consensu cuiuslibet episcopi. 6) *Scilicet Bosam episcopum Eboracensem, Eatam Lindisfarnensem et Hagustaldensem, Eadhaedum Lindissi provinciae (Lincoln), qui a.* 678. *ordinati sunt; cf. Bedam IV,* 12. *V,* 24. *Neque vero iure eos 'aliunde inventos et non de subiectis illius parrochiae' Stephanus vocavit; nam Bosa sub Hilda abbatissa monachus Streanaeshalchensis fuerat (Beda IV,* 21 *[23]), Eata discipulus Aidani episcopi et abbas Mailrosensis et Lindisfarnensis coenobii (ib. III,* 26. *IV,* 25 *[27]); denique Eadhaedus presbyter a.* 664. *Ceaddam episcopum Eboracensem consecrandum in Cantiam et Westsaxoniam (ib. III,* 28*) comitatus erat, ita ut a dioecesi Nordanhumbrana alieni non fuerint.*

episcopum[a] adiit, interrogans, quid causae esset[b], ut sine aliquo delicti[c] peccato 678. suis substantiis a regibus pro Deo donatis praedonum more defrauderent[d]. Illi responderunt famosum verbum pontifici nostro[e] coram omni populo, dicentes: 'Nullam criminis culpam in aliquo nocendi tibi adscribimus, sed tamen statuta de te iudicia non mutamus'. Ille vero episcopus noster tali iudicio fraudabili non[f] contentus, cum consilio coepiscoporum suorum[1] iudicium apostolicae sedis magis elegit, sicut Paulus apostolus, sine causa dampnatus a Iudeis, Cesarem apellavit. cf. Act. 25,11. Deinde autem sanctus pontifex, conversus a tribunali regali, adulatoribus cum risu gaudentibus dixit: 'Hoc anniversario[g] die, qui nunc ridetis in meam pro[h] invidia condempnationem, tunc in vestra[i] confusione amare flebitis'. Et sic secundum prophetiam sancti evenit. Nam eo die anniversario Aelfwini[k] regis occisi 679. cadaver in Eboracam[l] delatum est[2]; omnes populi amare lacrimantes vestimenta et capitis comam lacerabant, et frater eius[m] superstes usque ad mortem sine victoria regnabat.

(25). Quomodo Winfridus[a] spoliatus sit.

Beatae memoriae Wilfridus episcopus praeparans cum suis sodalibus et clero 678. naves adscendere, multa milia monachorum suorum sub manu episcoporum noviter ordinatorum relinquens, merentes et flentes Dominumque[b] indesinenter deprecantes, ut suum iter in voluntatem eius dirigeret. Inimici vero nostri[c] praesulis malorum suorum memores, putantes in austrum ad Quoentavic[d, 3] navigantem, ea[e] via rectissima ad sedem apostolicam pergentem, praemiserunt[f] nuntios suos cum muneribus ad Theodericum regem Francorum[4] et[g] ad Efyrvine impium ducem[5], ut aut exilio maiori dampnarent aut, occisis sociis, omni substantia sua spoliarent. Dominus enim[h] de manu inimicorum, quasi de manu Herodis, liberavit eum. cf. Act. 12,11. Nam eo[i] tempore sanctus Winfridus[k] episcopus, de Lyccitfelda[l] expulsus[6], ea via pergens venit in manus supradictorum inimicorum, quasi in fauces[m] leonis; captus statim[n] et omni pecunia spoliatus, multisque ex sociis suis occisis, misere[o] ad ex-

Capp. 24. 25. 1. 2*a*.

Cap. 24. a) archiepiscopus 1. b) essed 1. c) *pr. m. corr. e* delicta 2*a*. d) defraudarent 1. e) n̄o 1. f) *om.* 2*a*. g) anivers. 2*a*; *item infra.* h) providia cond. 2*a*. i) vestram confusionem 2*a*. k) Elfpini 1. l) Euroicam 1. m) *om.* 2*a*.

Cap. 25. a) *ita scripsi*; Wilfridus sp. 1; Wilfri episcopus sp. 2*a*. b) Deumque 2*a*. c) pr. n. 2*a*. d) Quuoenta uuic 2*a*. e) et 1; *cf. l.* 25. f) premisserunt 2*a*. g) *ita scripsi*; et ad Efruinum 1; et eade fyruuine 2*a*; et ad Eadefyrvvine 2*b*; *cf. c.* 27. 33. h) *om.* 2*a*. i) *om.* 2*a*. k) *ita Fridegodus et Eadmerus*; Winfrithus 2*a*. *b*; Wilfridus *rad. corr.* Vulfridus 1. l) Licitfelda 2*a*. m) fau : ces 2*a*. n) est *add.* 2*a*. o) miseri 2*a*.

1) *Qui hi fuerint, latet; in fragmento Spelmaniano (cf. p.* 172, *n.* 10*) dissensio* inter sanctissimum Theodorum archiepiscopum et caeteros eiusdem provinciae praesules *exorta commemoratur (Haddan et Stubbs III,* 132*).* 2) *Beda V,* 24: Anno 679. Aelfvini occisus; *ib. IV,* 19 (21): Anno regni Ecgfridi nono, conserto gravi proelio inter ipsum et Aedilredum regem Merciorum iuxta fluvium Treanta, occisus est Aelfvini, frater regis Ecgfridi. *Cf. supra p.* 211, *n.* 4. 3) *Hodie Étaples (dép. Pas-de-Calais, arr. Montreuil) ad Canche fl.; cf. Otto Fengler, 'Quentowic' ('Hansische Geschichtsblätter' XIII,* 1907, *p.* 91—107*).* 4) *Theodericum III (*673—690/1*).* 5) *I. e. Ebroinum maiorem domus.* 6) *Winfridum episcopum Merciorum (Lichfield, com. Stafford), Ceaddae successorem (Beda IV,* 3*; cf. supra c.* 15*), Theodorus archiepiscopus Cantuariensis, 'per meritum cuiusdam inoboedientiae' offensus, deposuit; qui postea in Barvensi monasterio vita functus est (Beda IV,* 6*); cf. Plummer l. l. II,* 215.

678. tremo[a] sanctum episcopum nudum dereliquerunt[b]. Putabant enim, ut non erat, illum esse sanctum Wilfridum episcopum, errore[c] bono unius syllabae seducti.

(26). Quomodo in Freis navigio pervenit.

Nam e contrario sanctus pontifex noster, secundum desiderium eius flante zefiro[a] vento ab occidente temperanter[b], versis navium rostris ad orientem, usque dum in Freis prospere cum omnibus pervenit[1], ibique gentilium copiis inventis, ab Aldgislo[c] rege eorum honorifice susceptus[d] est. Tunc statim sanctus pontifex noster cum licentia regis verbum Dei gentilibus[e] cotidie praedicavit, enuntians eis verum Deum patrem omnipotentem et Iesum Christum, filium eius unicum, et Spiritum sanctum sibi coaeternum, et baptismum unum in remissionem peccatorum et vitam aeternam post mortem in resurrectione manifeste docuit. Et doctrinam[f] eius[g] secundum paganos bene adiuvavit[h]; erat enim in adventu eorum eo tempore solito amplius in piscatione et in omnibus frugifer annus[i], ad Domini gloriam reputantes, quem sanctus vir Dei praedicavit. Deinde eo anno, accepta praedicatione, omnes principes, exceptis paucis, et multa[k] milia vulgi in nomine Domini
cf. 1. Cor. 3, 10. baptizavit[l] et primum ibi secundum apostolum[m] fundamentum fidei posuit, quod adhuc superaedificat filius eius, in Hripis nutritus[2], gratia Dei Wilbrordus episcopus, multo labore desudans, cuius merces manet[n] in eternum.

cf. Matth. 27, 9.

(27). De eo, quod pretium adpretiati rex rennuit.

Eodem quoque tempore Efyrvine[a] dux Theoderici regis Francorum misit nuntios suos cum litteris ad Aldgislum[b] regem Freis[c], salutans eum verbis pacificis promittensque ei[d] sub iureiurando modium[e] plenum solidorum aureorum[f] dare, pretium utique sceleste[g], si Wilfridum episcopum aut vivum deductum aut caput eius occisi sibi emisisset[h]. Statimque rex, praesentibus nobis et nuntiis coram populo suo in palatio epulantibus omnibusque[i] audientibus, legi[k] litteras iussit; post lectam[l] vero cartam, accipiens inter manus suas, cunctis videntibus discerpens dissipavit et in ignem coram se ardentem proiecit[m], dicens portitoribus: 'Enuntiate domino vestro hoc modo me dicentem: Sic rerum creator regnum et vitam in Deo suo periurantis pactumque initum[n] non custodientis scindens destruat et consumens in favillam[o] devellat!' Deinde autem nuntii cum confusione a rege, non consentiente piaculo, ad dominum[p] suum, unde venerunt, redierunt.

Capp. 25—27. 1. 2*a*.

Cap. 25. a) exstremum 2*a*. b) dereliquerint 1, *corr*. c) erore 2*a*.

Cap. 26. a) *ita* 2*a*. *b*; *om*. 1. b) teperantur *(sic)* 2*a*. c) *ita* 2*a*. *b et Eadmerus cum Bedae cod. Namurc. (Hist. eccl. V,* 19, *ed. Plummer I,* 326*)*; Aldgiso 1; *cf. l.* 21. d) est susc. 2*a*. e) *ita* 2*a*. *b*; gentibus 1. f) doctrina 1. g) omnem *pro* eius 2*a*. h) adiuvabit *pr. m. corr.* adiuvabat 2*a*. i) *rad. corr.* annis 1. k) mula 2*a*. l) baptizabat 2*a*. m) apostolorum 2*a*. n) *om*. 2*a*.

Cap. 27. a) *ita scripsi*: Eferuuine 2*a*. *b*; Efyruinus 1; Efruinus *Fridegod.*; *cf. c.* 25. 33. b) *ita* 2*a*. *b*; Aldgelsum 1; Adalgisum *Fridegod.*; Aldgislo *Eadm.* c) *ita* 1; Fresis 2*a*. *b*; *cf. l.* 3. 6. d) eis 2*a*. e) modum 2*a*. f) & ureorum 2*a*. g) celeste 2*a*. h) emisit 2*a*. i) omibus *(sic)* 2*a*. k) *om*. 2*a*. l) lectionem 2*a*. m) proicit 2*a*. n) que *add., sed del.* 2*a*. o) vavillam 2*a*. p) dm 2*a*.

1) Flante Favonio pulsus est Fresiam *Beda V,* 19, *ita ut Wilfridus contrariis ventis invitus ad Frisones ductus esse videatur; sed nescio, an Beda verba Stephani male interpretatus sit, quo solo in hac re enarranda nisus esse videtur.* 2) *Cf. V. Willibrordi auct. Alcvino I,* 3: Et statim ablactatum infantulum tradidit eum pater Hrypensis ecclesiae fratribus relegiosis studiis et sacris litteris erudiendum.

(28). Quomodo Daegberht[a] et Berhthere[b] reges duo susceperunt eum.

Postquam Deo amabilis pontifex noster in Freis[c] hiemaverat, populum multum Domino lucratus, verno tempore adveniente, coeptum iter, Deo adiuvante, ad sedem[d] 679.
apostolicam cum comitatibus[e] carpebat, veniens ad Francorum regem nomine Daegberht[1], qui eum cum honore mansuetissime pro meritis eius anteactis in eum suscepit. Nam supradictus rex in iuventute[f] sua ab inimicis regnantibus in exilium perditionis pulsus, navigando ad Hiberniam insulam, Deo adiuvante[g], pervenit[2]. Post annorum circulum amici et propinqui[h] eius, viventem et in perfecta aetate florentem a navigantibus audientes, miserunt nuntios suos ad beatum Vilfridum episcopum, petentes, ut[i] eum de Scottia[k] et Hibernia ad se invitasset et sibi ad regem emisisset[l]. Et sic sanctus pontifex noster perfecit[m], suscipiens eum de Hibernia venientem, per omnia[n] ditatum et viribus sociorum elevatum magnifice ad suam regionem emisit[o]. Et nunc rex beneficiorum eius memoratus[3], diligenter poposcens, ut in suo regno episcopatum maximum ad civitatem Streithbyrg[p. 4] pertinentem susciperet; et eum nolentem accipere cum muneribus et donis magnis et cum Deodato episcopo suo[5] duce ad apostolicam sedem emisit.

Cap. 28. 1. 2*a*.

Cap. 28. a) Daegbereht 1. b) Berehtere 1. c) *ita* 1; Fresis 2*a*. *b*; *cf. c.* 26. 27. d) edem 2*a*. e) comitantibus 2*a*. f) iuentute 2*a*. g) iuvante 1; *cf. l.* 4. h) proximi 2*a*. i) *om.* 2*a*. k) Scottica 2*a*. l) emisset 2*a*. m) perficit 2*a*. n) arma 2*a*. o) *ita coniecit Mabillon*; emisisset 1; emississet 2*a*; *cf. l.* 17. p) Streitburg 1.

1) *Dagobertum II. regem Austrasiorum (*656—661*? et* 676—679*). De quo cf. E. J. Tardif, 'Les chartes mérovingiennes de l'abbaye de Noirmoutier'*, 1899, *p.* 33 *sqq.; B. Krusch, SS. R. Merov. V*, 90; *cf. supra p.* 170. 2) *Cf. Lib. hist. Franc. c.* 43: Defuncto Sighiberto rege, Grimoaldus *(maior domus)* filium eius parvolum nomine Daygobertum totundit Didonemque Pectavensem urbis episcopum in Scocia peregrinandum eum direxit. 3) *I. e. reminiscens.* 4) *Hodie Strassburg. Obierat fortasse Chrodobaldus episcopus (SS. XIII*, 322; *cf. P. Wentzcke, 'Regesten der Bischöfe von Strassburg' I*, 2, 1908, *p.* 219, *n.* 27*), cuius signum* (signum Chroabaldi episcopi) *inter a.* 662. *et* 675. *privilegio Numeriani (cf. n.* 5*) subscriptum est. Nam* signum Grotcharii *ibidem additum, cum nomen episcopi desit, laici cuiusdam videtur esse neque Chrotharii episcopi Stratoburgensis, decessoris Chrodobaldi, id quod statuerunt (e. gr. Wentzcke l. l. n.* 26*).* 5) *Tullensi; nam praesente 'Deodato Tullensi' episcopo et a.* 679 *(Octobri) Romae de rebus Anglicis in synodo actum est (Haddan et Stubbs III*, 131*), et Adeodati Leucorum episcopi nomen sub epistula synodi Romanae a.* 680. *ad Constantinum imperatorem ab Agathone papa missa legitur (Mansi XI*, 305; *Jaffé I*², *n.* 2110*): Αδεόδατος ἐν ὀνόματι τοῦ Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς ἁγίας ἐκκλησίας Λεύκων, λεγάτος τῆς σεβασμίας συνόδου τῆς ἐν Γαλλίᾳ τῇ ἐπαρχίᾳ, post quem loco proximo Wilfridus subscripsit. Deodatus inter episcopos Tullenses ab auctore Gestorum c.* 17 *(SS. VIII*, 635; *cf. XIII*, 308*) praetermissus est; sedit autem post Eborinum, cui Numerianus episcopus Treverensis vivo Childerico II. rege (*662—675*) privilegium inscripsit, quod Galileae coenobio concessit (Pardessus II, p.* 147 *sq.; cf. A. Goerz, 'Mittelrheinische Regesten' I, n.* 94; *Ch. Pfister, 'Les légendes de saint Dié et de saint Hidulphe', 'Annales de l'Est' III*, 1889, *p.* 379—395*), petente Deodato quodam episcopo, a quo idem monasterium in terra regia conditum erat, postea de nomine ipsius vocatum (hodie Saint-Dié, dép. Vosges). Nescio autem, an conditor coenobii idem fuerit atque episcopus, qui Eborino in sede Tullensi successit; nam quae alias de eo referuntur in Vitis Hildulfi (AA. SS. Iulii III*, 221—238*) et ipsius Deodati (AA. SS. Iunii III*, 872 —883; *cf. prologum ed. L'Hôte, Analecta Bollandiana VI*, 1887, *p.* 151—160*) et in Chro-*

679. Pergentes itaque sancti episcopi, viam Domino dirigente, pervenerunt ad cf. Isai. 66, 2. Berhtherum regem[1] Campaniae, virum humilem et quietum[a] et trementem ser- cf. Deut. 10, 19. mones Dei[2]; qui peregrinos secundum praeceptum Domini benigne suscipiens, sancto pontifici nostro enuntiavit, dicens: 'De Bryttannia[b] inimici tui nuntios ad me mittentes, suis sermonibus salutantes[c] me et dona mihi maxima promittentes, si te subterfugientem, ut dixerunt, episcopum[d] angarizarem[3] et ad apostolicam sedem tendentem retinerem. Quibus tam nefariam rem rennuens, dixi[e]: "Fui aliquando in diebus[f] iuventutis meae exul de patria expulsus[g], sub pagano quodam rege Hunorum degens[4], qui iniit mecum fedus in deo suo idolo, ut numquam me inimicis meis prodisset[h. 5] vel[i] dedisset. Et post spatium temporis venerunt ad regem paganum sermone inimicorum[k] meorum nuntii, promittentes sibi dare sub iureiurando solidorum aureorum modium plenum, si me illis[l] ad internicionem dedisset; quibus non consentiens dixit: "'Sine dubio dii vitam meam succidant, si hoc piaculum facio[m], inritans pactum deorum meorum[6]'". Ego vero[n] quanto magis, cf. Marc. 8, 36. qui Deum verum scio, animam meam pro totius mundi lucro in perditionem[o] non dabo'. Tunc itaque sanctum pontificem nostrum et suos socios cum honore et ducibus, sicut eum Dominus ubique in peregrinatione protegens magnificavit, ad apostolicam sedem olim optatam in gratiarum actione[p] emisit.

(29). Quomodo beatissimus[a] Agatho apostolicae sedis papa[b] cum sancto[c] synodo[d] pontifici[e] nostri[f] scripta reciperit[e].

Perveniente igitur Deo amabili Vilfrido episcopo prospere cum omnibus ad sedem praedictam, causa[g] adventus eius praelata urbe[h] enotuit, quia[i] eo tempore

Capp. 28. 29. 1. 2*a*.

Cap. 28. a) equitum 2*a*. b) Brittannia 2*a*. c) salutates 2*a*. d) ep̄i 2*a*. e) dixi 2*a*. f) *ita* 2*a*. *b*; die 1. g) pulsus 2*a*. h) *ita* 1. 2*a*. i) aut 2*a*. k) inimicor 2*a*. l) ullis 2*a*. m) faecio 2*a*, *corr*. n) *om*. 2*a*. o) perdictionem 2*a*. p) em. actione 2*a*.

Cap. 29. a) beatissa 1; beatissimo 2*a*. b) papae 1. c) sancta 2*a*. d) sinodi 2*a*; syū 1. e) *ita* 1. 2*a*. f) nostro scrīt r. 1. g) causam 2*a*. h) ubi 2*a*. *b*. i) quod 2*a*. *b*.

nico Ebersheimensi c. 7—10 *(SS. XXIII,* 434—437*) et in Richeri Gestis Senoniensis ecclesiae I,* 4—9 *(ib. XXV,* 259—262*), ea plus minus fabulosa sunt, atque quod Deodatum a.* 679 *(Iun.* 19*) obiisse biographus* § 20 *(l. l. p.* 879*) voluit, ut Vita eius paulo ante a.* 1049. *composita ceterum nullius auctoritatis est, ita ne illa quidem temporis nota in teste eiusmodi obstare videtur, ne Deodatum annum* 679. *superasse atque proximo anno synodo Romanae interfuisse credamus contra opinionem Christiani Pfisteri (l. l. p.* 575 *sq.), qui in reliquis egregie de eo disseruit (ib. p.* 377—407. 536—588*). Cf. etiam L. Jérome, 'L'abbaye de Moyenmoutier' I, Parisiis* 1902, *p.* 38 *sqq.* 90 *sqq.* 1) *Quem* ducem *vocant et Eadmerus c.* 31 *(Raine p.* 192*) et Willelmus Malmesbiriensis (Hamilton p.* 222*), quippe qui de Campania, nisi fallor, Francogallica ('Champagne') cogitaverint. Valesius autem Campaniae nomine Italiam superiorem significari recte interpretatus est, dictam 'a planitie camporum, arvorum videlicet atque pratorum, longe lateque diffusa', ad regnum Langobardorum pertinentem, quibus tunc Perctarit rex* (672—688) *praeerat.* 2) *Cf. Pauli Hist. Langob. V,* 33: Erat autem vir pius, fide catholicus, iustitiae tenax pauperumque largissimus nutritor; *ib. c.* 37: Fuit — — mitis per omnia et suavis. 3) *I. e. compellere. Cangius.* 4) *Perctarit a.* 662, *Godeperto fratre a Grimoaldo interfecto, 'fugam arripuit atque ad regem Avarum cacanum pervenit' (Paulus IV,* 51*).* 5) *I. e. prodidisset.* 6) *Paulus V,* 2*: Qui (Grimoaldus)* postquam conperit, Perctarit profugum Scithiam appetisse et aput cacanum demorari, eidem cacano Avarum regi per legatos mandavit, ut, si Perctarit in suo

Coenvald[a] religiosus monachus a sancto Theodoro archiepiscopo cum suis litteris emissus Romam venit, et beatissimum Agathonem sedis apostolicae papam[1] rerum dissensio[b] non latuit. Tunc vero congregantibus[2] sanctissimis episcopis et presbiteris plus quam L[3] in basilicam salvatoris domini nostri Iesu Christi, quae apellatur[c] Constantiniana[4], Agatho autem sanctissimus[d] ac ter beatissimus episcopus sanctae catholicae atque apostolicae ecclesiae urbis Romae[5] consedentibus dixit: 679, Oct. Synodalia, Haddan-Stubbs p. 131.

'Non credo latere vestram sanctam fraternitatem, quam ob rem ad hunc venerabilem conventum eam asscriberim[e]. Cognoscere[f] quippe vestram cupio reverentiam mecumque tractare, qualis in ecclesiis Brittanniae insulae, per Dei gratiam ubi fidelium multitudo concrevit[g], nuper est[h] exorta dissensio, quae[6] ad nos tam per relationem exinde huc venientium quam per scriptorum seriem perlata est'.

Andreas reverentissimus episcopus Ostiensis[7] et Iohannes[i] episcopus Portuensis dixerunt: 'Omnium quidem ecclesiarum ordinatio in vestrae apostolicae auctoritatis pendet arbitrio, qui vicem beati Petri apostoli principis geritis, cui claves ligandi atque[k] solvendi conditor ac redemptor omnium Christus dominus contulit[8]. Verum erga[9] quod nobis est iniunctum ab apostolica vestra censura, ante hos dies, cf. Matth. 16, 19.

Cap. 29. 1. 2*a*.

Cap. 29. a) Cenouuald 2*a. b.* b) dissentio 1. c) apellatus 2*a*; apllatur *(sic)* 1. d) sanctissimis 1, *corr.* e) *ita* 2*a*; ascriberim 1; arcisciveram *Spelman.* f) cognos(c *pr. m. superscr.*)ere 2*a.* g) congrevit 2*a*; concrebuit *Sp.* h) *ita* 2*a et Willelm. Malm.; om.* 1. i) Iohannis 2*a*, *corr.* k) lig. solvendique 2*a*.

regno detineret, cum Langobardis et secum pacem, quam hactenus habuerat, deinceps habere non possit. Haec Avarum rex audiens, adscito Perctarit, dixit ei, ut in quam partem vellet pergeret, ne propter eum Avares cum Langobardis inimicitias contraherent.

1) *Sedit a.* 678 *(Iun.* 27*)* — 681 *(Ian.* 10*).* 2) *Sequentia ad verbum fere ex actis synodi exscripta esse patet. Extat fragmentum actionis synodi Octobri mense a.* 679. *habitae, a Spelmano servatum (Haddan et Stubbs III,* 131 *sqq.), in quo de rebus Anglicis agitur neque vero Wilfridi mentio fit, quod tamen ad eandem synodum pertinere pro certo habeo; initium ex parte cum verbis a Stephano traditis satis accurate convenit, quantum ea typis minoribus imprimenda curavi. De quo fragmento interpolato cf. supra p.* 172, *n.* 10. *Acta concilii hic illic contracta e Vita Wilfridi Willelmus Malmesbiriensis in Gesta pontificum Anglorum transtulit (ed. Hamilton p.* 222 *sqq.).* 3) *In fragmento citato* 17 *episcopi et* 35 *presbyteri enumerantur; inter episcopos unum nomen excidisse videtur atque scribendum* Georgio [Triocalitano, Iuliano] Catinense *ex litteris synodalibus a.* 680. *Roma Constantinopolim missis, quibus etiam reliqui episcopi praeter alios plurimos subscripserunt (Mansi XI,* 285 *sqq.; Jaffé I², n.* 2110*), sine dubio iam anno* 679. *exeunte ob concilium contra Monotheletas colligendum congregati.* 4) *De basilica Constantiniana Lateranensi cf. e. gr. Duchesne, Liber pontificalis I,* 191*; P. Kehr, Italia pontificia I,* 1906, *p.* 22 *sqq.* 5) *De hoc titulo cf. e. gr. Librum diurnum* 1, 12. 84. 85 *(ed. Sickel p.* 3. 93. 103*).* 6) *Cf. fragmentum Spelmanianum (Haddan et Stubbs III,* 132*):* consideratis omnibus atque tractatis, quaeque ex diversorum venientium relatione cognovimus, quaeque ex scriptorum diversis vocibus huc ad apostolicam sedem directorum colligi potuerunt. 7) *Andreas episcopus Ostiensis a.* 680. *cum Iohanne Portuensi litteris synodalibus Romae subscripsit (Mansi XI,* 297. 301*) et a.* 682. *cum eodem et Placentino episcopo Velliternensi Leonem II. papam ordinavit (Lib. pontif. c.* 82, *ed. Mommsen p.* 202*). Iohannes a.* 680/1. *etiam concilio Constantinopolitano interfuit (cf. ib. c.* 81, *p.* 193. 198*; Acta concilii, Mansi XI,* 209 *sqq.) et post synodum Trullanam a.* 692. *Roma Constantinopolim abductus est (Lib. pontif. c.* 86, *p.* 212*).* 8) *Cf. Librum diurnum* 83 *(p.* 90*):*

679, Oct. *atque inexplebiles dissensiones exaggerat, nec valebit a quodam*[a] *pacifice ullatenus, de quo contenditur, dispensari. Confido enim, quod omnem devotae oboedientiae obsequelam statutis apostolicis exhibebo*[b], *ad cuius aequitatem omnibus*[c] *abiectus*[d] *cum tota mentis confidentia properavi*[e].

(31). De responsione Agathonis papae[a].

Agatho sanctissimus ac ter beatissimus episcopus sanctae catholicae atque apostolicae ęcclesiae urbis Romae dixit: 'Non mediocriter audientibus satisfacit petitionis series, quam Vilfridus Deo amabilis episcopus obtulit, in hoc, quod, cum se indigne de episcopali sede eiectum agnoscat[b], non contumaciter obstitit ambientibus nec cui vim repellere[c] saeculariter maluit[d], sed humiliter sentiens, auctoris nostri beati Petri apostoli principis canonicum expetivit[e] subsidium; supplici praestolatione, quae super eo censenda sunt, prompte[f] suscepturum pollicitur[g] nec ambigit de prolatione sententiae, sed quae terminantur amplectitur, integra fide suscepturum se perhibens, quod nostro ore auctor noster beatus Petrus[h] apostolus, cuius ministerio fungimur, praeviderit[i] statuendum'.

(32). De responsione synodus[a].

Universa synodus, quae una cum sanctissimo atque ter beatissimo Agathone apostolico papa convenit, regulariter inter cetera[1] diffiniens[b] dixit: 'Statuimus atque decernimus, ut Deo amabilis Wilfridus episcopus episcopatum, quem nuper habuerat, recipiat, salva diffinitione[c] superius ordinata[2]; et quos cum consensu concilii[d] ibidem congregandi elegerit sibi adiutores episcopos[e], cum quibus debeat pacifice conversari, secundum regulam superius[2] constitutam a sanctissimo archiepiscopo promoti ordinentur episcopi[f], expulsis procul dubio eis, qui in[g] eius absentia[h] in

Capp. 30—32. 1. 2*a*.

Cap. 30. a) quoquam 2*a*. b) exibeo 2*a*. c) omibus 2*a*. d) abiectis 2*a*. e) preparavit 2*a*.

Cap. 31. a) *om.* 1. b) agnoscet 2*a*. c) *malim* rependere *B. Kr.* d) malluit 1. e) expedivit 2*a*. f) se *add.* 2*a*, *post* susc. *add. Will.* g) pollicetur 2*a*. h) Petris 2*a*. i) *ita* 1. *Will.*; stat. previd. 2*a*.

Cap. 32. a) *ita* 2*a*; sinodis 1; *cf. c.* 33. 34. b) defin. 1. c) defin. 1. d) consilii 1. e) epos 2*a*. f) *ita* 2*a*. *Will.*; episcopis 1. g) *ita* 1. *Will.*; (in *om.*) eis abs. 2*a*. h) absentiá 1.

1) *Unde apparet, Stephanum acta synodi ex parte tantum recepisse, utque ipse Wilfridiana descripsit, ita in fragmento supra commemorato, rebus Wilfridianis praetermissis, alia exhibentur, quae ad ordinem universae ecclesiae Britannicae stabiliendum pertinent.* 2) *Definitio antea non refertur, neque recte Fowler, 'Memorials of the Church of Ripon' I, p. 15, n. 4, interpretatus est: ut Wilfridus sedi Romanae subiectus esset ('that he should be subject to Rome'); nam promissio a Wilfrido facta (c. 30) et ab Agathone relata (c. 31) minime eadem est atque 'definitio', quae inter 'cetera' a Stephano omissa extiterit oportet, ita ut verba* salva diffinitione superius ordinata *et* secundum regulam superius constitutam *incaute neglegenterque ab eo servata esse putanda sint, atque nescio an de 'definitionis sententia' agatur, quae in fragmento Spelmaniano legitur (Haddan et Stubbs III, 133):* definimus atque statuimus, ut unumquodque regnum in Britannia insula constitutum habeat secundum moderaminis mensuram provinciarum episcopos ita statutos, ut simul omnes cum archiepiscopo duodecim ecclesiarum praesules numerentur; quos archiepiscopus, qui pro tempore ab hac apostolica sede pallii honore decoratur, provehat atque sacerdotali gradu eos canonice ordinet, ipsiusque tantum sint ordinationi subiecti, hac dispositione interposita, ut nullus audeat de episcopis in alterius praesulis iura semet ipsum immergere, sed illibata sua iura unumquemque servare et in ammonendos et convertendos populos studere.

episcopatum inormiter[a] missi sunt. Si quis proinde contra horum statutorum 679, Oct. synodalium decreta ausu temerario obsistere temptaverit vel non oboedienter susciperit[b] vel post quodlibet temporis spatium, quiqui sint vel fuerint, infringere ea in totum vel in partes[c] temptaverit, ex auctoritate beati Petri apostolorum principis eum hac[d] sanctione percellendum[e] censemus: ut, siquidem episcopus est, qui hanc piam dispositionem temerare temptaverit, sit ab episcopale[f] ordine destitutus et aeterni anathematis reus; similiter, si presbiter aut diaconus fuerint vel inferioris gradus ęcclesiae; si vero clericus, monachus[g] vel laicus cuiusvelibet dicionis vel rex, extraneus efficiatur a salvatoris corpore et sanguine domini nostri[h] Iesu Christi nec terribilem eius adventum dignus appareat conspicere. Si quis vero haec, quae a nobis statuta vel difinita[i] sunt, cum sincera devotione et perfecta satisfactione susceperit, tenuerit[k], perficerit[l], ad[m] perficiendum concursum praebuerit, videat *bona Domini in regione vivorum* consorsque[n] dextrae partis existat[o], Ps. 26, 13. cf. Matth. 25, 33. aeternam beatitudinem possideat[p] et illam beatificam vocem mereatur audire cum omnibus sanctis, qui divino conspectui placuerunt et[q] aeternam gloriam possederunt, audiens et ipse pro oboedientia, quam[r] Deus prae[s] omnibus sacrificiis diligit, cf. 1. Reg. 15, 22. ab ipso iudice omnium[t], domino[u] nostro Iesu Christo: *Venite*[v]*, benedicti Patris mei,* Matth. 25, 34. *percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi'*.

(33). De reditu[a] pontificis nostri.

Transactis itaque ibi multis diebus[1], secundum apostolicum imperium et totius 680. sanctae synodus[b] iussu[c] patriam remeare, iudicia apostolicae sedis scripta secum portare et sancto archiepiscopo Theodoro et regi Ecgfrido[d] ostendere Deo amabili Wilfrido episcopo praeceperunt. Ille vero sanctus pontifex noster indubitata fide praeceptis apostolicae sedis, sicut promiserat, in omnibus[e] humiliter oboediens, circumiens loca sanctorum ad orationem per plures dies et reliquiarum[f] sanctarum ab electis viris plurimum ad consolationem ęcclesiarum Brittaniae adeptus, nomina singulorum scribens, quae cuiusque sancti essent reliquiae[g], multaque alia bona, quae nunc longum est enumerare[2], ad ornamentum domus Dei more suo lucratus, cum apostolicae sedis et universa sanctae[h] synodus benedictione, cum omnibus laetus et gaudens ad regionem suam redire et ad patriam pervenire, Deo adiuvante, incipiebat.

Pergente ergo sancto praesule[i] nostro ab apostolica sede cum triumphali iudicio per Campaniam[3] et montana transcendenti[k], in regionem Francorum pervenit, ibique nuper amico suo fideli Daegberhto[l] rege per dolum ducum et con-

Capp. 32. 33. 1. 2*a*.

Cap. 32. a) *ita* 1. 2*a*; enorm. *Will.* b) susceperit 1. c) partem 2*a*. d) ac 2*a*. e) procell. 1. f) episcopali 2*a*. g) monacus 2*a*. h) n̅r̅ 2*a*. i) diffin. 2*a*. k) tenuere 2*a*. l) perfecerit 1. m) ad p. c. pr. *om.* 1. n) consorque 2*a*. o) existar 2*a*. p) possidebat 2*a*, *corr.* q) et aet. gl. poss. *om.* 2*a*. r) qu̅o 2*a* s) pro 1. t) omium 2*a*. u) deo 2*a*. v) Veniente 2*a*.

Cap. 33. a) redditu 1. b) sinodus 2*a*; synodis 1; *cf. c.* 32. 34. *et infra l.* 29. c) iussum 2*a*. d) *ita Gale;* Ecfrido 1; Ecgfritho 2*a*. e) omibus 2*a*. f) reliquarum 2*a*, *corr.* g) relliquiae 2*a*. h) sancte synodis *corr.* sancte synodus 1; sancta synodus 2*a*; *cf. c.* 32. 34. *et supra l.* 21. i) pontifice 2*a*. k) transcendens 2*a*. l) *ita supra c.* 28; Deegberhto 1; Dęgberthto 2*a*.

1) *Wilfridus die* 27. *Martii a.* 680. *Romae concilio* 125 *episcoporum contra Monotheletas habito interfuit (infra c.* 53*) litterisque synodalibus inde Constantinopolim missis subscripsit (Mansi XI,* 305*).* 2) *Cf. Rufini Hist. eccl. XI,* 23 *(ed. Mommsen l. l. p.* 1028*):* multa alia — — quae nunc longum est enumerare per singula. 3) *Cf. supra p.* 222, *n.* 1.

680. sensu[a] episcoporum — quod absit! — insidiose occiso[1]. Ex quibus unus cum ingenti exercitu obviavit, cogitans impie in corde suo, nisi Deus restitisset ei, sodales suos omnes spoliatos[b] aut in servitutem redigere aut vendere sub corona seu rebellantes occidere atque sanctum pastorem[c] nostrum ancxiatum[d] in custodia usque[e] ad Yfirvini[f] ducis iudicium reservare. Interrogavitque eum episcopus[g], dicens, qua fiducia tam temerarie[h] per Francorum regionem pergisset[i]: 'Qui dignus es morte, quia[k] nobis regem subsidio tuo factum[l] exilio emisisti, dissipatorem[m] urbium, consilia seniorum despiciens, populos ut Roboam filius Salomonis tributo humilians, (cf. 3. Reg. c. 12.) ęcclesias Dei cum praesulibus contempnens; quorum malorum poenas luens occisus, cadaver eius humatum iacet'. Sanctus vero pontifex noster humiliter respondit[n] episcopo: 'Veritatem dico in Christo Iesu et per sanctum Petrum apostolum non mentior, quia[o] talem virum exulantem et in peregrinatione degentem secundum praeceptum Dei populo Israhelitico[p], qui accola fuit in terra aliena, (cf. Act. 7, 6.) auxiliatus enutrivi et exaltavi[q] in bonum et non in malum vestrum, ut aedificator urbium, consolator[r] civium, consiliator senum, defensor ęcclesiarum[s] Dei in nomine Domini secundum promissum[t] eius esset. O rectissime episcope, quid aliud habuisti facere, si exul de genere nostro et[u] semine regio ad sanctitatem tuam perveniret, quam quod ego in Domino feci?' Respondit episcopus: *'Dominus custodiat introitum tuum*[v]' (Ps. 120, 8.) et reliqua, et: 'Vae mihi peccatori, da indulgentiam, quia[w] secundum Iudam patriarcham video te multo iustiorem me esse. (cf. Gen. 38, 26.) Sit Dominus vobiscum[x], et sanctus Petrus apostolus[y] in auxilio vestro'.

(34). De eo, quod rex contempsit iudicia apostolicae sedis.

680. Deinde longa[a] spatia terrarum peragrans, Dei adiutorio in navigio maris magnitudinem superans, inlesus cum omnibus evasit ad regionem propriam, in subditorum suorum tedio languentium et ad Deum cum lacrimis clamantium gaudium[b] maximum vita comite veniens, (cf. Gen. 18, 10.) vexillum victoriae ferens, hoc est apostolicae sedis iudicium secum deportans, pacifice salutans regem adiit, regique humiliter scripta apostolicae sedis iudicia cum totius synodus[c] consensu et subscriptione ostendens, cum bullis[d] et sigillis signatis reddidit, deinde omnibus principibus ibidem habitantibus necnon servis Dei, in locum synodalem accersitis ad audienda salutifera consilia, ab apostolica sede causa pacis ecclesiarum transmissa. Postquam vero quaedam difficilia sibi et suae voluntati contraria lecta audierunt, contumaciter quidam ex eis respuerunt, insuper — quod execrabilius est — diffamaverunt[e] in animarum[f] suarum[g] perniciem, ut pretio dicerent[h] redempta esse scripta, quae ad salutem observantium ab apostolica sede destinata sunt. Tum vero iussione regis

Capp. 33. 34. 1. 2*a*.

Cap. 33. a) consensum 2*a*. b) spoliatur os *(sic)* 2*a*. c) pontificem 2*a*. d) *ita* 1. e) atque 2*a*. f) Yverwini 2*a*. g) *om.* 2*a*. h) tenere 2*a*. i) *ita* 2*a*; pergeret 1. k) quod 2*a*. l) de *add.* 2*a*. m) dissipator 2*a*. n) respon *versu exeunte* 2*a*. o) quod 2*a*. p) Isrlitico 1. q) exultavi 2*a*, *corr.* r) consulator 2*a*. s) Dei ęccles. 2*a*. t) eius pr. 2*a*. u) ex 2*a*. v) *om.* 1. w) quod 2*a*. x) vobicum 2*a*. y) apostoli 2*a*.

Cap. 34. a) *ita* 2*a*. *b*; longe 1. b) max. g. 2*a*. c) sinodus 2*a*. d) bulis 1. e) defam. 1. f) amarum 2*a*. g) suam 1. h) (dic. *om.*) redemta esset 2*a*.

1) *Dagobertus die* 23. *Decembris colebatur (cf. SS. R. Merov. II, p.* 521. *et p.* 519, *n.* 1*), quo die a.* 679. *interfectus esse videtur; cf. Krusch, 'Historische Zeitschrift' LXIII,* 1889, *p.* 110*; Tardif l. l. p.* 55.

et eius consiliatoribus[a] cum consensu episcoporum, qui eius episcopatum tenebant, in custodiam ducere et novem menses sine ullo honore custodire censuerunt. Iam 680/1.
iamque rex, ut diximus, scriptis apostolicae sedis apertis et recitatis, quod dictu horribile est, Petri apostoli et apostolorum[b] principis, qui habet a Deo solvendi cf. Matth. 16,19.
ligandique potestatem, cum adolatoribus[c] suis iratus iudicia contempnens, et sanctum[d] famulum[e] Dei spoliatum seorsum in custodia in suo[f] solo vestimento custodire et omnes subiectos eius dispersos per conpeta[g] viarum nullumque ad se ex amicis eius adire per salutem suam iurans austere praecepit. Regina vero eius olim suprafacta[h] chrismarium[1] hominis Dei sanctis reliquiis[i] repletum, quod me enarrantem horruit, de se absolutum[2], aut[k] in thalamo suo manens aut in curru pergens, iuxta se pependit; quod reginae, sicut Philisteis, fugato populo Israhelitico[l] arcamque cf. 1. Reg. c. 5.
Dei captantes[m], sancta sanctorum per civitates suas reducentes, omnino in malum accidit.

(35). De hortatione sociorum.

Locutusque est Deo amabilis Wilfridus episcopus sociis suis, dicens: 'Habete in mente[a] et fratribus meis dicite dies antiquos, quomodo legimus in veteri lege[3] patriarchas[b] Deo amabiles et Israel primogenitum eius per CCCC[c] annos et amplius *de gente in gentem*[d] *et de regno ad populum alterum*, expectantes[e] repromis- Ps. 104, 13.
sionem[f] et non desperantes, *pertransierunt*[g], necnon Moyses et Aaron et omnes prophetas Dei varias[h] ab hominibus persecutiones, sperantes in Domino, perpessi sunt. Legimus quoque in novo Testamento pastorem magnum ovium et totius ęcclesiae caput Iesum Christum a Iudaeis[i] crucifixum et discipulos suos dispersos et postea per totum mundum cum suis subsecutoribus[4] in variis temptationibus coronatos, non obliviscentes *consolationis, quae nobis tamquam filiis loquitur, dicens: Fili mi,* Hebr. 12, 5. 6.
noli neglegere[k] *disciplinam Domini neque fatigeris, dum ab eo argueris, quem enim diligit*[l] *Dominus castigat, flagellat autem omnem filium quem recipit. Ideo* enim, fratres Ib. v. 1.
et adiutores mei in Christo, secundum egregium doctorem *nos tantam habentes inpositam nubem testium, per patientiam*[m] *curramus ad propositum nobis certamen*'.

(36). De domo inluminata a[a] Deo.

Finito igitur sermone consolationis, duces regis tenentes iustum[b] doctorem disciplinae Dei et ducentes[c] quasi *ovem ad occisionem,* qui *non aperuit os suum,* ad Isai. 53, 7.
praefectum nomine Osfrid[d], qui praeerat in Broninis[e] urbi[f] regis[5], ante eum sta-

Capp. 34—36. 1. 2*a*.

Cap. 34. a) consiliatorum 2*a*. b) aptm 1. c) adutatoribus 2*a*. d) sanctam 2*a*, *corr.* e) pontificem nostrum *pro* f. Dei 2*a*. f) solo suo 2*a*. g) *ita* 1. 2*a*. h) *ita* 2*a* (*cf. Krusch, Ionas p.* 124); suprafata 1; *cf. p.* 249, 28. i) reliquis 2*a*, *corr.* k) *om.* 1. l) Isrtitico 1. m) et *add.* 2*a*.

Cap. 35. a) mense 2*a*. b) patriarchis 2*a*, *corr.* c) quadrigentos 2*a*. d) gente 2*a*. e) expeccantes 2*a*, *corr.* f) repromisionem *pr. m.* 1. g) *ita* 1. 2*a*. h) *om.* 2*a*. h) Iudeis 2*a*. k) neglere 1 (*corr.*). 2*a*. l) Dom. dil. 2*a*. m) pati|tiam 1.

Cap. 36. a) *pr. m. superscr.* 1. b) sanctum pontificem nostrum *pro* iustum doct. disc. Dei 2*a*. c) d:ucentes, *ras.* i 1. d) Osfrith 2*a*; Osferd *Fridegodus.* e) *ita* 1. 2*a* (*neque* Bromnis, *quod Raine exhibet*). f) *ita* 2*a*. *b*; urb 1.

1) *Cf. V. Aridii Lemovic. c.* 55 (*SS. R. Merov. III,* 606): chrismarium, quem vir beatissimus Aridius gestare consueverat et reliquias habere sanctorum; *ib. c.* 45 (*ib. p.* 598): capsulam, quam cum sacris reliquiis collo suo adpensam portabat. 2) *Abstractum. Mabillon.* 3) *Cf. p.* 213, *n.* 2. 4) *Ib. n.* 3. 5) *Comparaverunt nomen loci* Brunanburh, *ubi a.* 937. *Aethelstan rex proelio clarissimo adversarios vicit; sed situs loci non constat (cf. Plummer, 'Two*

tuerunt, praecipientes ei sermone regis, ut pontificem nostrum[a] in[b] absconditis locis,
tetra caligine obscuratis[c], nullo amicorum sciente, diligenter custodiret, eum[d], qui
tunc ob maxima fidei merita lumen Brittanniae dici potuit. Comes[1] autem supradictus[e]
regi fidelis, iussu eius urgente, in latebrosis locis, ubi raro[f] sol per diem inluxit,
et lampas in honorem noctu non accenditur[g], cum custodibus servabat. Custodes
vero iugiter psalmodiam sancti hominis Dei audientes et videntes in obscura[h] nocte
domum intus lucentem quasi per diem, omnibus sanctitatem eius narrantes, timorem[i]
stupefacti incutierunt[k]. O lumen aeternum, Christe, qui numquam deseris confi-
Ioh. 1, 9. tentes te, sed qui *lux vera* crederis et *inluminans*[l] *omnem hominem venientem in hunc*
cf. Ierem. 1, 5. *mundum!* Qui in[m] primordio nativitatis futuri famuli tui horam[n], qua de vulva
matris egrediebatur, igneo splendore consignabas[2], nunc in antro[o] nimiae obscuri-
tatis oranti lucem angelicae visitationis adhibere dignatus es, sicut Petro apostolo
Act. 12, 7. tuo, ab Herode impio rege catenato in carcere, *angelus Domini adstitit et lumen re-
fulsit in habitaculo;* sit tibi gloria et gratiarum actio! In ipso[p] ergo[q] temporis
spatio, quo eum detentum in custodia sine aliquo honore rex habuit, episcopatum
ex parte, quem prius possidebat, et dona alia non mediocriter[r] promittebat[s], si
iussionibus et censuris eius inquiescere[t] voluisset et statuta kanonica, quae ab
apostolica sede missa sunt, elegeret[u] denegare vera[v] esse. Ille ad haec humiliter
et tamen cum fiducia apostolicae auctoritatis respondit, prius se capite truncandum
esse quam id umquam[w] confitere[x] velle. Ecce! bona voluntas, quae Deum novit,
inmutari non potest.

(37). De sanata muliere.

Manente itaque sancto pontifice nostro patienter[a] in custodia carceris, sic
cf. Apoc. 1, 9. Dei virtutibus declaratus est, sicut Iohannes apostolus et euangelista, in Pathmos
insula a Caesare religatus[b], vidit magnalia Dei. Nam eo tempore, ut diximus,
ancxiato sancto pontifice nostro, mulier praefecti huius urbis extimplo[b] alligata
languore, totis membris desolutis[c, 3] rigida, frigido corpore, clausis oculis spumanti-
que[d] ore ultima spiramina vitae de pectore insensata trahebat. Vir vero eius
videns statim morientem mulierem, festinanter cucurrit ad sanctum pontificem
cf. Matth. 8, 5. nostrum, sicut centurio ad Dominum; genu flectans[e] et peccata sua deplorans et
regis in eum commissa confitens, adiuravit eum in nomine Domini, ut sibi non
merenti et mulieri morienti subveniret. Sanctus autem pontifex noster inmemor

Capp. 36. 37. 1. 2*a*.

Cap. 36. a) sanctum 2*a*. b) *ita* 2*a* *(cf. l. 4)*; in absc. *om.* 1. c) obscratis *(sic)* n. am. scientie 2*a*. d) eum, qui tunc (*corr. e* tunt) — dici potuit *ante l.* 1. in absconditis *collocat* 2*a*. e) supra dictis 2*a*. f) rato 2*a*. g) accenditurtur 2*a*. h) obscuro 1. i) timore 1. k) *ita* 1. 2*a*. l) *corr.* inluminas 2*a*. m) ħ *(= nisi)* 1. n) hora 2*a*. o) anthro 1. p) ipse 2*a*, *corr.* q) *om.* 2*a*. r) mediociter 2*a*. s) promitebat *pr. m.* 1. t) adquiescere 2*a*. u) *ita* 2*a*; eligeret 1. v) esse vera 2*a*. w) numquam 1, *corr.* x) confiteri 2*a*.

Cap. 37. a) patiente 2*a*. b) *ita* 1. 2*a*. c) dissolutis 2*a*; *cf. supra p.* 217, 15. d) spumanteque 2*a*. e) flectens 2*a*; *cf. p.* 213, 23. 261, 15.

of the Saxon Chronicles parallel' II, 1899, *p.* 140 *sq.). Attulerunt cum alia tum Brunswark vel Burnswark (Birrenswark) collem prope Ecclefechan in Scotia meridiana (com. Dumfries) situm.*
1) *Supra p.* 229, *l.* 32. praefectus *vocatur. De titulis* comitis atque praefecti *etiam in chartis hic illic coniunctis cf. H. M. Chadwick, 'Studies on Anglo-Saxon institutions',* 1905, *p.* 344. 2) *Cf. supra c.* 1 *(p.* 194*).* 3) *Et haec verba et aliae particulae narrationis etiam supra in c.* 23. *leguntur.*

malorum, sicut Ioseph[a] ductus de carcere, miserantem[1] adiit[b], stans super eam, cf. Gen. 41, 14. aqua benedicta faciem aspergens, et oratione facta, Dei auxilium deplorans, os cf. Luc. 4, 39. eius guttatim aqua benedicta madefactum inrigavit; deinde autem eructuante[c] et longa spiramina[d] trahente, apertis oculis sensum vitae et intellegentiae[e] recepit, et post paululum calefactis membris, capite elevato, lingua movente[f], loquebatur, gratias agens Domino[g]: sicut socrus Petri[h] sanata sancto pontifice[i] nostro honorifice ministrabat[2], cf. Matth. 8, 15. et adhuc vivens[k] illa, nunc sancta[l] monialis materfamilias[3] nomine Aebbę[m, 4], cum lacrimis hoc narrare consuevit.

(38). De eo, quod vincula de se cadebant.

Praefectus namque suprafatus sanctum praesulem nostrum in honore habere propter timorem regis diutius non morari ausus est, et propter sanctitatem eius Dei iram timens, in nullam contumeliam ponere maluit[a], mittens[b] nuntios ad regem, dicens: 'Adiuro te per vitam meam et salutem tuam, ut ne me cogas hunc sanctum episcopum[c] et innocentem in perditionem meam diutius punire, quia magis eligo mori quam eum innoxium flagellare'. Quo audito, rex iratus iussit duci in urbem suam Dynbaer[d, 5] ad praefectum nomine Tydlin quasi ferociorem, praecipiensque ei, ut hunc talem virum et tantum pontificem, in conpedibus et manicis alligatum, seorsum ab hominibus separatum custodiret. Ille vero, praecepto regis coactus, vincula ferrea fabros facere iussit, qui sine causa[6] opus diligenter in[e] membra sancti confessoris nostri metientes[f] facere inchoabant[g], Deo enim resistente[h]. Nam semper aut coangusta[7] et ancxiata vincula circumamplectere membra[i] non poterant aut tam dilata et laxata, ut de[k] pedibus euangelizantis[l] et de manibus baptizantis resoluta cadebant[m]; et ideo timidi facti, sine vinculis hominem Dei, semper psallentem et Deo gratias agentem, — secundum apostolum ad Hebreos[n] cf. Hebr. 10, 32—34. dicentem magnum certamen sustinens passionum, in obprobriis spectaculum factus et rapinam omnium[o] bonorum suorum suscipiens, et his a contribulis[p] suis inlatis, — usque ad tempus a Deo difinitum[q] inviti seorsum custodiebant.

(39). De regina flagellata et sanata.

Nam interim rex cum regina sua per civitates et castellas[a] vicosque cotidie gaudentes et epulantes in pompa saeculari circumeuntes, quodam[b] tempore ad coenobium, quod Colodaesburg[8] dicitur, pervenerunt, cui praesidebat[c] sanctissima

Capp. 37—39. 1. 2*a*.

Cap. 37. a) (Ioseph *om.*) doctus 2*a*. b) addiit 2*a*. c) oscitante 2*a. b*. d) *ita* 2*a (cf. supra p.* 217, 15. 230, 28*)*; suspiria 1. e) intellegente 2*a*, *corr.* f) monte *corr.* monente 1. g) Deo 2*a*. h) Petri — ministrabat *om.* 2*a*. i) *ita* 1. k) uvens 2*a*, *corr.* l) sanctimon. 2*a*. m) Ębbe 2*a*.

Cap. 38. a) malluit 1. b) nuntios misit 2*a*. c) pontificem 2*a*. d) *ita* 2*a. b*; Dyunbaer 1; Dymber *Eadmerus*; Tinber *nomen praefecto attribuit Willelmus Malm.* e) *om.* 2*a*. f) mentientes 2*a*. g) incho:abant, *ras.* h 1. h) re:sist., *ras., ut videtur,* s 1. i) membre 2*a*, *corr.* k) *om.* 2*a*. l) euuangelizant'i: 2*a*. m) caderent 1. n) Ebreos 2*a*. o) omium 2*a*. p) contribulibus 2*a. b*. q) divinitum 2*a*.

Cap. 39. a) castella vicosq(; *in litura maiore*) 1. b) temp. qu. 2*a*. c) p̄sideat 1, *corr.*

1) *I. e. miserandam.* 2) *Cf. V. Cudbercti c.* 32 *(p.* 277*)*: Ipsa itaque arripiens statim sensum intellectus, gratias agens benedixit Deum, — — iam iamque surgens, ut socrus Petri sanata ministravit eis; *ib. c.* 36 *(p.* 279*)*: Et adhuc vivens Domino gratias agebat. 3) *I. e. abbatissa; cf. p.* 218, 9. 4) *Eam ab Aebbe abbatissa Coludensi infra (c.* 39*) commemorata distinguendam esse, recte monuit Mabillon.* 5) *Hodie Dunbar oppidum Scotiae ab Edinburgh ad mare in orientem versus situm (com. Haddington).* 6) *I. e. frustra.* 7) *I. e. nimium angusta et coartata.* 8) *Apud Bedam*

materfamilias[1] nomine Aebbae[a], soror Osviu[b] regis sapientissima[2]. Illic enim regina ea[c] nocte arrepta a[d] demone, sicut uxor Pilati[3] multis flagellis fatigata, vix diem vivens expectavit. Crastina[e] vero die inlucescente, mox sapientissima materfamilias veniens ad reginam, contractis membris simul in unum stricte alligatam et sine dubio morientem videns, regem adiit regique memorat lacrimabili voce, unde hoc miserabile malum secundum suam intellegentiam ei evenisset, dicens audaciter[f]: 'Ego scio et vere scio, quod Deo amabilem Wilfridum episcopum sine alicuius[g] sceleris piaculo de sede episcopatus abiecisti, et exilio[h] expulsus[i], sedem apostolicam adiit, et inde reversurum cum scriptis apostolicae sedis, quae habet
cf. Matth. 16, 19. cum[k] sancto Petro[l] apostolo potestatem ligandi et solvendi, insipienter contemp-nens spoliasti eum, et mala malis addens, in carcerem sanctum conclusisti. Et nunc, fili mi, secundum consilium matris tuae fac, disrumpe vincula eius et sanctas
cf. 1. Reg. c. 5. reliquias, quas regina de collo spoliati abstraxit et in perniciem[m] sui, sicut arca Dei, per civitates ducens, per fidelem nuntium emitte ei, et si nolueris, quod optimum est, illum in episcopatu[n] habere, dimittere[o] eum liberum, et[p] de regno tuo cum suis, quocumque voluerit, abscedat. Tunc secundum meam[q] fidem vita vives, et regina non morietur; sin vero hoc rennueris, Deo teste non eritis inpuniti'.
681. Iam enim rex oboediens matri castissimae factus est et sanctissimum sacerdotem nostrum[r] resolutum cum sanctis[s] reliquiis et suis sociis congregatis a se libere discedere concessit, et regina sanabatur.

(40). De eo, quod Berhtwald[a] suscepit eum[b].

Proficiscente ergo Deo amabili Wilfrido episcopo cum suis sodalibus, patria rura deserens, australia regna in exilio quaerens, Dominus, qui sanctis suis in

Capp. 39. 40. 1. 2*a*.

Cap. 39. a) Ebbę 2*a*. b) *ita scripsi (cum de Oswini rege Deirorum, a.* 644—651, *vix agi possit, de quo cf. Bedam III,* 14. 24. *V,* 24, *et Bibl. hagiogr. Lat. II, n.* 6381--85*)*; Osvini 1; *om.* 2*a*. c) illa 2*a*. d) *om.* 2*a*. e) Grastina *(sic)* die vero 2*a*. f) audacter 2*a*. g) alicuis 1, *corr.* h) et in exilium 2*a*. i) expulsis 1, *corr.* k) quicumque *pro* cum 2*a*. l) pero 2*a*. m) pernicem 1, *corr.* n) episcopatu 1, *corr.* o) dimitte 1. p) ut 1. q) in eam 1. r) :::|nr̄m (*ras.* nr̄m?) 1. s) cum suis rel. et cum suis 2*a*.

Cap. 40. a) *ita scripsi (cf. infra p.* 233, *l.* 1. 10); Birhtuuald. 2*a*; Beorhtuald 1; Berhtwaldus *Fridegodus.* b) sanctum episcopum *pro* eum 2*a*.

(cf. infra n. 2*) Coludi Urbs, hodie Coldingham vicus Scotiae inter Dunbar (cf. supra p.* 231, *n.* 5*) et Berwick prope mare situs (com. Berwick).* 1) *Cf. supra p.* 231, *n.* 3. 2) *Aebbae abbatissae Coludensis,* quae erat amita regis Ecgfridi, *meminit Beda, Hist. eccl. IV,* 17. 23 (19. 25), *et in Vita Cudbercti prosaica c.* 10, 16 *(Stevenson, Bedae Opera historica minora p.* 68; *cf. Vitam eiusdem auctore anonymo c.* 13, *ib. p.* 266, *unde Beda partim pendet), ubi* soror uterina regis Osviu *vocatur (cf. Plummer II,* 236*).* Aebbę *quaedam inter 'nomina reginarum et abbatissarum' in Libro vitae eccl. Dunelm. (Sweet p.* 154, 23; *Thompson p.* 82*) commemoratur. Vita Ebbae saec. XII. a Reginaldo Dunelmensi composita (cf. Th. D. Hardy, 'Descriptive catalogue of materials' etc. I,* 1, *p.* 288 *sq.), cuius epitome edita est (Horstman, Nova Legenda Anglie I,* 1901, *p.* 303—307; *AA. SS. Augusti V,* 196—198*), exigui momenti est.* 3) *Cf. Gesta Pilati [Evang. Nicodemi] c.* 2, 1 *(ed. C. de Tischendorf, Evangelia apocrypha*[2], 1876, *p.* 343*):* Haec autem eo cogitante, ut surgeret et abiret, misit ad illum uxor sua, dicens: 'Nihil tibi et homini isti *(Christo)* iusto; multa enim passa sum propter eum in hac nocte'.

temptationibus adest, perfectum virum nobili genere et nomine Berhtwald[a], filium fratris Aedilredi[b] regis Merciorum[1], mitissimo[c] animo in obviam emisit, et statim ut vidit tam honorabiles homines et causas peregrinationis[d], sancto doctore nostro revelante, audivit, adiurans in nomine Domini manere secum et partem territorii sui ad habitandum in eo servos Dei cum omni diligentia poposcit. Sanctus vero praevius[e, 2] noster, gratias agens Deo, quod aliquod solacium requiei dedisset[f], statim in eo territorio[g] pro Deo donato monasteriolum fundavit, quod adhuc usque hodie monachi eius possident. Deinde, vigilante antiqui hostis invidia, Aedilredus[h] rex et regina sua[3], soror Ecgfridi[i] regis, audientes hominem Dei de patria expulsum et illic manentem et modicum quiescentem, perfecto viro Berhtwaldo[k] in sua salute interdicunt, ut sub eo unius diei spatium esset, pro adolatione Ecfridi[l] regis[4]. Deinde cum odio pontifex noster expulsus, manentibus tamen illic monachis[m] suis, regem Westsexna[n, 5] adiit nomine[o] Centwini[p, 6], per parvumque spatium pro subsequa persecutione ibi manebat. Nam illic regina, soror Irminburge[q] reginae[7], odio oderat eum, uti propter amicitiam regum supradictorum trium dehinc fugatus abscessit.

(41). Quomodo in Selaesiae[a] paganos convertit ad Deum.

Quid igitur magis moror in verbis[8]? Relaxata custodia, de propria provincia 681–686.
expulsus erat, ita ut nec in aliena regione ultra vel citra mare, ubi potestas Ecgfridi[b] praevaluit, requiem habere permiserit[c]; sed sine intermissione persecutionem, quam in eum exercuit, in unaquaque regione, in qua disponebat manere, iugiter commovere non cessavit. Tunc[d] vero gentis nostrae quaedam provincia

Capp. 40. 41. 1. 2*a*.

Cap. 40. a) Berhtpald 1; Bergtuuald 2*a*; Berthwald *Leland;* Berthwaldus *Frideg.* b) *ita scripsi (cf. l. 8);* Edilredi *Frideg.;* Æþelredi 1; Ęthelredi 2*a*; frater Ethelredi *Leland.* c) mitissime 2*a*. d) peregrinationes 1, *corr.* e) *ita* 1. 2*a*. f) et *add.* 2*a*. g) titorio (*i. e.* teritorio) 2*a*. h) Edilredus *hoc loco* 1; Aethelredus 2*a*. i) *ita Gale*; Ecfridi 1: Ecgfrithi 2*a*. k) Berhtpaldo 1; Berehtuualdo 2*a*. l) *ita* 1; Ecfrithi *hoc loco* 2*a*. m) manachis *(sic)* 2*a*. n) pestsexna 1; Occidentalium Saxonum 2*a*. o) nomi:ne 2*a*. p) Centuuine 2*a*. q) Irmenburge 1.

Cap. 41. a) se(laesiae *om.*) 2*a*. b) *ita scripsi;* Ecfridi 1; Ecgfrithi 2*a*. c) permiserat 2*a*, *corr.* d) Tum 2*a*.

1) *Aedilredus rex Wulferi fratri (cf. supra c.* 14. 15. 20*) a.* 675. *successit, a.* 704. *monachus factus.* 2) *I. e. praesul.* 3) *Osthryd vocata, filia Oswiu regis, a.* 697. *a proceribus interfecta; cf. Bedam III,* 11. *IV,* 19 (21). *V,* 24. 4) *Aedilredus et Ecgfridus post proelium a.* 679. *ad Trent fluvium factum, quo Aelfwini huius frater occisus est (cf. supra p.* 219, *n.* 2*), intercedente Theodoro archiepiscopo, pacem fecerant;* cuius foedera pacis multo exinde tempore inter eosdem reges eorumque regna durarunt *(Beda IV,* 19 *[21]).* 5) *I. e. Saxonum Occidentalium.* 6) *Beda IV,* 12, *teste post obitum Coinwalchi regis Occidentalium Saxonum (c. a.* 642—672*; cf. supra c.* 7*)* acceperunt subreguli regnum gentis et divisum inter se tenuerunt annis circiter X, *donec,* devictis atque amotis subregulis, Caedvalla suscepit imperium *(cf. infra c.* 42*), id quod fortasse cum narratione Stephani ita conciliare licet, ut inter subregulos Centwini potentissimum fuisse statuas (cf. Plummer II,* 221*), quem a.* 676. *regnare coepisse, a.* 682. *Bretones fugasse in Annalibus Saxonicis legitur (ed. Plummer, 'Two of the Saxon Chronicles parallel' I,* 1892, *p.* 38 *sq.), ut posteriores mittam. Eum ante obitum monachum factum esse, Aldhelmus testatur (De basilica a Bugge aedificata, Opera ed. Giles p.* 115*).* 7) *Cf. supra c.* 24. 8) *Cf. V. Cudberchti c.* 45 *(p.* 283*):* Quid magis moror verbis?

gentilis usque ad illud tempus perseverans vixit, quae pro rupium multitudine et silvarum densitate aliis provinciis inexpugnabilis restitit, et ad illos paganos in[a] [cf. Gen. 24, 40.] Suthsexun[1], Deo dirigente viam et humano auxilio cessante[2], sanctus episcopus noster confugit. Invento itaque[b] rege eorum, cuius nomen erat Ęthelwalch[c, 3], totius exilii sui austeritatem per[d] ordinem enarravit[e]. Cui statim rex sub foedere pacis talem amicitiam promisit, ut nullus inimicorum eius aut minaci hostis gladio belligerantis sibi terrorem incuteret aut munerum[f] et donorum magnitudine pactum initum foederis secum inritaret[4]. Sanctus vero homo Dei, gavisus[g] in verbis consolationis, gratias agens Deo, primum regi et[h] reginae[5] verbum Dei et regni eius [cf. 1. Petr. 2, 2.] beatitudinem et magnitudinem leniter suadens, quasi lac sine dolo dedisset, praedicare coepit; deinde postea[i] cum consensu regis, Deo concedente[k], et exortatione sancti pontificis nostri gentes, quibus ante praedicatum non erat, et numquam verbum Dei audierunt, congregatae sunt. Stans itaque sanctus Wilfridus episcopus noster in medio gentilium, secundum exemplum[l] domini nostri Iesu Christi et [Matth. 3, 2.] praecursoris eius dixit: *Paenitentiam agite, adpropinquabit enim regnum caelorum,* et: [Act. 2, 38. cf. Matth. 28, 19.] *Baptizetur unusquisque vestrum in nomine Dei Patris et Filii et Spiritus sancti,* et cetera. Quae[m] plures menses, longo ambitu verborum ab exordio mundi omnipotentis Dei facturam in contemptum idolatriae eleganter enumerans usque ad diem iudicii, ubi poena[n] aeterna peccatoribus et electis Dei vita perpetua praeparabitur, suaviloqua eloquentia omnia mirabiliter per ordinem praedicavit praedicator euangeli- [cf. Esth. 2, 9.] cus. Tunc quippe sanctus pontifex noster, a Deo missus, invenit gratiam[o] in con- [cf. 1. Cor. 16, 9. Act. 14, 26.] spectu regis[6], et ostium magnum fidei secundum apostolum apertum est ei[7], et paganorum utriusque sexus, quidam voluntarie, alii vero coacti regis imperio, ido- [cf. ib. 2, 41.] latriam[p] deserentes, Deum omnipotentem confitentes, sicut per beatum Petrum[q] apostolum, in una die multa milia baptizati sunt[8]. Rex namque mitis et pius per Dominum[r] factus, villam suam propriam, in qua manebat, ad episcopalem sedem cum territoriis[s] postea additis LXXXVII[t] mansionum[9] in Soelaesiae[u, 10] sancto novo[v] euangelistae[w] et baptistae, qui sibi suisque cunctis vitae perpetuae viam

Cap. 41. 1. 2*a*.

Cap. 41. a) *ita* 1; (in *om.*) Australios *(sic)* Saxones 2*a*. b) iitaque 2*a*, *corr.* c) Ęþelpalch 2*a*; Eþelpalhc 1; Aedilvalch *Beda*; Aedilwalch *Fridegodus*. d) ꝑ 1. e) enaravit 1, *corr.* f) numerum 1. g) gavius 2*a*, *corr.* h) *om.* 2*a*. i) (postea *versu exeunte om.*) cum consens *(sic)* 2*a*. k) condente 2*a*. l) exemlplum *(sic)* 2*a*. m) per *versu ineunte postea add.* 1. n) aet. pęna 2*a*. o) grā 2*a*. p) idolatria 1. q) perum 2*a*, *corr.* r) Deum 2*a*. s) titoriis 2*a*. t) octuaginta VII 2*a*. u) Seolesiae 2*a*; Selaeseu *Beda*. v) nono 1; que *add.* 2*a*. w) euuange : : : : : lista et baptista 2*a*.

1) Provinciam Australium Saxonum, *Beda IV*, 13, *hodie Sussex. Cf. supra c.* 13. 2) *Cf. Rufini Hist. eccl. II*, 5, 5 *(ed. Mommsen l. l. p.* 119*)*: ubi humanum cessat auxilium. 3) *Beda, l. l.*: Erat autem rex gentis ipsius Aedilvalch, non multo ante baptizatus in provincia Merciorum, praesente ac suggerente rege Vulfhere, *et q. s. Postea a Caedwalla (cf. c.* 42*) occisus est (Beda IV,* 13 *[15]).* 4) *I. e. irritum faceret.* 5) *Beda l. l. c.* 13: Porro regina nomine Eabae in sua, id est Hvicciorum, provincia fuerat baptizata. Erat autem filia Eanfridi, fratris Aenheri, qui ambo cum suo populo christiani fuere. 6) *Rex ipse iam antea baptizatus erat; cf. n.* 3. 7) *Ita supra c.* 14 *(p.* 209, 14*).* 8) *Cf. Bedam l. l. c.* 13. 9) Familiarum *Beda l. l.* 10) Quod dicitur Latine insula vituli marini, *addit Beda. Locus hodie Selsey audit, in meridiem versus a Chichester civitate ad mare situs (com. Sussex). De monasterio cf. Bedam IV,* 13. 14. *V,* 18. *Charta, qua Caedwalla rex a.* 683. *Wilfrido* ad construendum monasterium in loco qui vocatur Seolesige *possessiones concessisse dicitur (Kemble l. l. V, n.* 992*; Birch I, n.* 64*), spuria est.*

aperuit, concedit, ibique, fratribus suis congregatis, coenobium ad requiem fundavit, quod usque hodie subiecti eius possident.

(42). De Ceadvala[a] rege facto[b].

In diebus quoque illis per pontificem nostrum populus ęcclesiae Dei copiose de die in diem crescens et nominis eius gloria magnifice clarescens, venit quidam exul nobili genere de desertis Ciltine[c. 1] et Ondred[2] nomine Cedvala[d. 3]. Sancti parentis nostri amicitiam diligenter poposcens[e], ut ei esset in doctrina et auxilio pater fidelis et ille ei filius oboediens, voto vovens promisit; quo pacto inito, teste Deo veraciter conpleverunt. Nam sanctus antestis[f] Christi in nonnullis auxiliis[g] et adiumentis sepe ancxiatum[h] exulem adiuvavit[4] et confirmavit, usque dum corroboratus, spernens inimicos, regnum adeptus[i] est. Quippe, regnante Cedvala[k], 686.
occisis et superatis inimicis eius[5], totam Westsexna[6] regionis monarchiam tenens, statim sanctum Wilfridum[l] episcopum nostrum, gentilem[m] populum in Suthsexum[n. 7] bene ad Deum convertentem et nomen Domini per se magnifice glorificantem, patrem suum venerabilem et super omnes carissimum ad se venire humiliter accersivit[o]. Iam iamque sancto ac venerabili patre nostro veniente, rex Cedvalla[p] in omni[q] regno suo excelsum consiliarium mox illum conposuit, sicut Pharao[r] rex Aegypti[s] Ioseph de carcere educto secundum prophetam dicentem: *Constituit*[t] *eum*[u] Ps. 104, 21.

Capp. 41. 42. 1. 2*a*.

Cap. 42. a) Ceaduualla 2*a*. b) fato 1. c) Ciltena *Frideg.* d) (C *superscr.*)edpalla 2*a*; Caedvalla *Beda.* e) poposscens 1. f) antistes 1. g) axiliis (*corr.* auxiliis) et iumentis 2*a*. h) *ita* 1. i) *om.* 2*a*. k) *ita* 1 (*sed* occisis *corr. ex* ocisis *et infra* pestsexna); Caeduualla (occ. et s. inim. e., totam *om.*) occidentalium Saxonum reg. monachiam (*sic*) 2*a*. l) *ita hoc loco etiam* 2*a*. m) gentilē: 1. n) Suðsexum bene a (*sic*) Deum 1. o) accessivit *corr.* accerssivit 2*a*. p) *ita hoc loco* 1; Caeduualla 2*a*; *item p.* 236, *l.* 1. q) noni 2*a*. r) *versu exeunte om.* 2*a*. s) Egypti 2*a*. t) costituit 2*a*. u) *pr. m. superscr.* 1.

1) *Hodie 'Chiltern hills', qui colles a parte septemtrionali Tamesis fluvii per Oxfordshire et Buckinghamshire comitatus extenduntur.* 2) *Postea Andred silva, hodie 'the Weald', quae per Cantiam occidentalem et partem septemtrionalem Sussexiae tendit atque iam in Annalibus Saxonicis a.* 477. 755. 892/3 (*ed. Plummer l. l. I,* 14. 46. 84) *commemoratur; cf. e. gr. Chronicon Fani S. Neoti partim inde haustum (ed. W. H. Stevenson, 'Asser's Life of king Alfred',* 1904, *p.* 140): Anno 892. magnus paganorum exercitus venit — — in ostium Limene fluminis (*de quo fluvio iam non extante cf. Plummer l. l. II,* 106; *Lympne locus prope Hythe in Cantia situs est*), et ibi non longe a flumine in loco qui dicitur Apuldran (*Appledore in Cantia*) fecerunt castellum firmissimum. Quod Limene flumen currit de silva magna, quae vocata est Andreadesweald, quae silva habet spatium in longitudine ab oriente in occidentem milliaria CXX et eo amplius et in latitudine XXX. 3) *De Caedwalla iuvene* de regio genere Gevissorum (*i. e. Westsaxonum*) *exorto, qui exul provinciam Australium Saxonum per aliquod tempus oppressit, deinde a.* 686. *regno patrio potitus etiam Vectam insulam expugnavit, denique a.* 688. *regnum propter Deum resignavit, a.* 689. *Romae et baptizatus et mortuus, postquam c.* 30 *annos vixit, cf. Bedam IV.* 12. 13 (15). 14 (16). *V,* 7. 24; *Annales Saxon. a.* 685—688 (*ed. Plummer l. l. p.* 38 *sqq.*); *versus Aldhelmi de basilica a Bugge aedificata (l. l. p.* 115 *sq.*); *Pauli Hist. Langob. VI,* 15. 4) *Haec Willelmus Malmesbiriensis, Gesta pontificum III,* 102 (*p.* 233) *ita reddidit:* quem frequenter ad se consilii causa venientem sanctus prompte refecit, prebens ei et suis tum equitaturas tum pecunias. 5) *Scilicet Aedilwalcho (cf. c.* 41) *et Bercthuno regibus Australium Saxonum et subregulis quibusdam Saxonum Occidentalium; cf. Bedam IV,* 12. 13 (15). 6) *Cf. p.* 233, *n.* 5. 7) *Ib. p.* 234, *n.* 1.

Ps. 104,21 sq. *dominum domus suae* usque *prudentiam doceret*[a]. Tunc vero rex Cedvalla triumphalis, sancto pontifici nostro per Deum elevato et, innumeris terrarum partibus[1] et muneribus donorum secundum desiderium animae suae pro Deo donatis[b], magnifice patre suo honorificato, regnum suum, aut[c] acie gladii victor aut foedere indulgentor[d] pacis, inlesum audaci[e] animo tuebatur.

(43). De pace pontificis nostri et Theodori[a] archiepiscopi.

Eodem quoque tempore Theodorus[b] gratia Dei archiepiscopus, auctoritatem apostolicae sedis, a qua missus est, metu agitante, honorificans, cum beato[c] Wilfrido episcopo nostro, diu exule spoliato, vere amicitiam inire diutius moratus non distulit. Nam cum Theodorus archiepiscopus in senecta uberi frequenti infirmitate anxiatus[d] est, ad Lundoniam[e] civitatem Wilfridum et Erconvaldum[f, 2] sanctos episcopos ad se invitavit. Venientibus autem[g] illis archiepiscopus sapienter totius vitae suae cursum cum[h] confessione coram Domino pure revelavit, dicens: 'Et hoc maxime scrupulum me premit, quod in te, sanctissime episcope, commisi, consentiens regibus, sine causa peccati propriis substantiis spoliantibus te et, merentibus subiectis tuis, in longum exilium exterminantes — heu pro dolor! — omnis mali, et nunc[i] confiteor Domino et[k] sancto Petro apostolo. Et vos, coepiscopi[l] mei[m], testes estote, ut[n] cunctos amicos meos regales et principes eorum ubique ad amicitiam tuam pro[o] remissione peccati mei per omnem modum volentes nolentesque constringens adtraho. Scio enim post hunc annum adpropinquantem vitae meae terminum secundum Domini revelationem[3], et ideo adiuro[p] te per Deum et sanctum Petrum mihi consentire, ut in sedem meam archiepiscopalem superstitem et here-

Capp. 42. 43. 1. 2*a*.

Cap. 42. a) doc&ret 2*a*, *corr.* b) donatus 2*a*, *corr.* c) ut *add.* 1. d) *ita* 2*a*; indultor 1. e) auda : : ci 2*a*.

Cap. 43. a) Theori 1, *corr.* b) Thedorus *pr. m.* 1. c) Wilfritho beato 2*a*. d) auxiliatus 1. e) Londoniam *Gale.* f) Erconuualdum 2*a*; Ercenuoldum 1. g) *om.* 2*a*. h) *superscr.* 2*a*. i) nun 1, *corr.* k) *om.* 2*a*. l) episcopi 1. m) me *versu exeunte* 2*a*. n) et 2*a*. o) promissione 1. p) te adiuro 2*a*.

1) *Beda IV*, 14 (16): Postquam ergo Caedvalla regno potitus est Gevissorum, cepit et insulam Vectam *(hodie Wight)*, — — voto se obligans, quamvis necdum regeneratus, ut ferunt, in Christo, quia, si cepisset insulam, quartam partem eius simul et praedae Domino daret. Quod ita solvit, ut hanc Vilfrido episcopo, qui tunc forte de gente sua superveniens aderat, utendam pro Domino offerret. Est autem mensura eiusdem insulae iuxta aestimationem Anglorum mille ducentarum familiarum; unde data est episcopo possessio terrae CCC familiarum. 2) *De Earconwaldo episcopo Orientalium Saxonum Londiniensi (a. c.* 675 — *c.* 693*) v. Bedam IV,* 6. 11 *(cf. Bibl. hagiogr. Lat. I, n.* 2600/2*). Paulo ante obitum* Ercuwaldus episcopus *donationi Oedilredi Hedilburgae abbatissae concessae subscripsit (Kemble I, n.* 35*; Birch I, n.* 81*); privilegium ipsius Berecingense (ib. n.* 38. *et* 87*) spurium est. Ini rex Westsaxonum* (688 — 725) *in prologo legum (ed. F. Liebermann, 'Die Gesetze der Angelsachsen' I,* 1903, *p.* 88*) eius ut episcopi sui meminit; denique in epistula Sigebaldi Bonifatio a.* 732/45. *missa (Epist. Bonifatii n.* 36, *MG. Epist. III,* 287*) defunctus commemoratur.* 3) *Cf. Bedam V,* 8*: (a.* 690*)* Theodorus beatae memoriae archiepiscopus, senex et plenus dierum, id est annorum LXXXVIII, defunctus est; quem se numerum annorum fuisse habiturum ipse, iam dudum somni revelatione edoctus, suis praedicere solebat.

dem vivens te constituam[a], quia veraciter in omni sapientia et in iudiciis Romanorum eruditissimum te vestrae gentis agnovi'. Tunc sanctus Wilfridus episcopus dixit: 'Det tibi Dominus et sanctus Petrus apostolus[b] remissionem omnis controversiae in me commissae, et ero pro tua confessione orans pro te amicus in perpetuum. Et modo primum mitte nuntios cum litteris ubique ad amicos tuos, ut nostram reconciliationem in Domino et me olim innoxium expoliatum agnoscant et mihi per[c] tuam adiurationem in Domino secundumque praeceptum apostolicae sedis partem aliquam substantiae meae restituant[d], et postea, Deo volente, quis dignus sit sedem episcopalem post te[e] accipere[f], cum consensu tuo in maiori concilio[g] consiliemur[h]'.

Deinde archiepiscopus post pactum verae pacis initum ad Aldfridum[i] regem Aquilonalium[1] misit litteras, per quas adiuravit eum, ut propter timorem Domini praeceptisque[k] apostolicae sedis praesulum et pro redemptione animae Ecfridi[l] regis, qui prius[m] episcopum nostrum, privatis[n] omnibus, de patria innocentem exterminavit, reconciliare[o] sub foedere pacis ad multorum salutem cum eo dignatus sit. Non solum[p] autem hunc regem archiepiscopus ad concordiam excitavit, sed sibi ubique amicos, quasi prius inimicos, facere diligenter excogitavit. Nam ad Aelfledam[q] sanctam virginem et abbatissam[2] suas[r] litteras emittens, in quibus commendans secundum auctoritatem apostolicae sedis, ut pacem cum sancto Wilfrido episcopo sine dubio iniret; necnon Ęthilredum[s] regem Merciorum[t, 3] adiurans in sua et Christi caritate, secundum quod prius in mente habebat, suscipere[u] eum his sequentibus dictis praecepit.

Gloriosissimo et excellentissimo Ęthilredo[v] regi Merciorum[w] Theodorus gratia Dei archiepiscopus in Domino perhennem salutem. Cognoscat itaque, fili mi[x] dilectissime, tua miranda[y] sanctitas, pacem me in Christo habere cum venerando episcopo Vilfrido[z]. Et idcirco te, carissime, paterna dilectione ammoneo et in Christi caritate tibi praecipio, ut eius sanctae devotioni[a], quantum vires adiuvant, praestante Deo, patrocinium, sicut

Cap. 43. 1. 2*a*.

Cap. 43. a) constituem 2*a*. b) *ita* 2*a* (*cf. supra p.* 236, *l.* 17); *om.* 1. c) mihi perpetuam adiur. 2*a*. d) restuant 1, *corr.* e) poste 1, *corr.* f) accipre 2*a*. g) consilio 2*a*, *corr.* h) conciliemur 1. i) *ita scripsi;* Alfridum 1; Aldfrithum 2*a*; Aldfrid. *Beda;* Altfrith *Liber vitae Dunelm.* (*Sweet p.* 154, 8). k) *ita* 1. 2*a*. l) Ecfrithi 2*a*. m) primus 2*a*. n) *ita* 1. 2*a*. o) reconciliari 2*a*. p) sulum 2*a*, *corr.* q) Ęlfłędam 2*a*. r) sumas 1. s) Eðilredum 1; Aethelredum 2*a*. t) Mirciorum 2*a*. u) suscip (*sic*) eum. Hiis 2*a*. v) Eðilredo 1; Ęðelredo 2*a*. w) Myrciorum Theodoris 2*a*. x) *om.* 2*a et Will. Malm.* y) mirando 1, *corr.* z) Vilfriðo *hoc loco* 1. a) devotione 2*a*.

1) *I. e. Nordanhumbrorum. Aldfridus rex* (*a.* 685—705) *Ecgfrido a.* 685. *a Pictis interfecto* (*cf. infra c.* 44) *successit.* 2) *Erat filia Oswiu regis, abbatissa coenobii Streanaeshalchensis* († 713); *cf. Vitam I. Gregorii M. c.* 18 (*ed. Fr. A. Gasquet, 'A Life of Pope St. Gregory the Great'*, 1904, *p.* 21; *P. Ewald, 'Historische Aufsätze dem Andenken an G. Waitz gewidmet'*, 1886, *p.* 52); *V. Cudbercti auct. anonymo c.* 28. 39 (*ed. Stevenson l. l. p.* 274. 280; *cf. Vitam eius auct. Beda c.* 23. 24., *ib. p.* 93 *sqq.*); *Bedae Hist. eccl. III,* 24. *IV,* 24 (26); *Annales Lauresham., Nazar., Mosell. a.* 713 (*SS. I,* 24 *sq. XVI,* 494). *Litterae eius commendaticiae Adolanae abbatissae Palatiolensi inscriptae inter epistulas Bonifatii n.* 8 (*MG. Epist. III,* 248) *leguntur. Nomen eius* Aelfled *quarto loco inter 'nomina reginarum et abbatissarum' in Libro vitae eccl. Dunelm.* (*Sweet p.* 154, 18; *Thompson p.* 81) *commemoratur. Cf. H. Hahn, 'Bonifaz und Lul' p.* 76 *sqq.* 3) *De quo cf. supra c.* 40 (*p.* 233).

semper[a] *fecisti, quamdiu vivas, inpendas, quia longo*[b] *tempore, propriis orbatus substantiis, inter paganos in Domino multum laboravit. Et idcirco ego Theodorus humilis episcopus decrepita aetate hoc tuae beatitudini*[c] *suggero, quia apostolica hoc, velut scis*[d],
cf. Luc. 21, 19. *commendat auctoritas, et vir ille supra nominatus sanctissimus in patientia sua, sicut*
cf. Matth. 11, 29. *dicit scriptura, possedit animam suam, et iniuriarum sibi iniuste inrogatarum, humilis et*
Gen. 47, 29. *mitis caput suum Dominum salvatorem sequens*[e], *medicinam expectans. Et* si inveni gratiam in conspectu tuo, *licet tibi pro longinquitate itineris durum esse videatur, oculi*
ib. 27, 4. *mei faciem tuam iocundam videant,* et benedicat[f] tibi anima mea, antequam moriar. *Age ergo, fili*[g] *mi, taliter de illo suprafato viro sanctissimo, sicut te deprecatus sum, quia, si patri tuo non longe de hoc saeculo recessuro oboedieris, multum tibi proficerit*[h] *ad salutem. Vale*[i] *in pace, vive in Christo, dege in Domino, Dominus sit tecum.*

Quid plura dicam? Postquam Ęthilredus[k] rex propter auctoritatem beatissimorum pontificum, Agathonis[1] scilicet et Benedicti[2] Sergiique, percipientium[l] dignitatem apostolicae sedis, kanonicę[m] libenter pontificem nostrum suscipiens, multa monasteria et regiones proprię[n] iuris[o] reddens habensque illum in summo honore dignitatis, usque ad finem vitae fidelis amicus[p] indesinenter perseveravit[3].

(44). Quomodo Aldfridus[a] rex suscepit pontificem nostrum.

Factum est itaque, postquam, vergentibus annorum multorum circulis, sancto rectore nostro aliquando honorifice in exilio degente, et tunc[b] monachis suis per diversa loca totius Brittanniae exterminatis et sub alienis[c] dominis merentes ex-
cf. Rom. 8, 23. pectantesque a Domino redemptionem[d], ut postremo audierunt miserrimae cladis
685. ruinam, Ecgfrido[e] Ultra-Umbrensium[f] rege occiso[g] et cum omni optimo exercitus sui agmine a gente Pictorum obpresso[h. 4]. Post eum Aldfridus[i] rex sapientissimus[k. 5]
686/7. regnavit, qui sanctum Wilfridum episcopum nostrum de exilio[l] secundo anno regni sui[6] venerabiliter secundum praeceptum archiepiscopi ad se invitavit; et pri-

Capp. 43. 44. 1. 2*a*.

Cap. 43. a) simper *pr. m.* 1. b) long:o, *ras.* i *(?)* 1. c) beatitudine 1, *corr.*; beatitudinis 2*a*. d) *ita Will. Malm.*; sanctis (scīs) 1. 2*a*. e) et *add.* 1. f) benedicant tib *(sic)* 2*a*. g) fili mi *bis scr.* 1. h) proficeret 2*a*; profitiet *Will.* i) Vade in p., vive cum Chr. 2*a*. k) Eðilredus 11; Ętheredus 2*a*. l) *ita editores*; p̄cipientium 1. 2*a*. m) *ita* 2*a* (*add.* et); kanonicae 1. n) *ita* 1. 2*a*. o) sedis *coni. B. Kr.* (*cf. p.* 239, 3: propriam sedem). p) amcus *(sic)* 1; amicos 2*a*, *corr.*

Cap. 44. a) *ita scripsi (cf. l.* 23. *et p.* 239, *l.* 16*)*; Alfr(i *superscr.*)dus 1; Alhfrithus 2*a*. b) tamen 1; *cf. p.* 252, 21. 255, 19. c) alienas 1, *corr.* d) redemptorem 2*a*. e) Ecfrido 1; Ecgfritho 2*a*. f) ultra umbrentium (*corr.* umbrensium) 1; ultra humbr. 2*a*. g) occisio 2*a*. h) et *add.* 2*a*. i) *ita* 1; Aldfrithus 2*a*; Alhfrithus 2*b*. k) sapientimus 1, *corr.* l) de xilio *(sic)* 2*a*.

1) *Cf. supra c.* 32. 2) *Epistulae Benedicti II. 'electi' (cf. infra c.* 46. 51. 53*), qui, Leone II. die* 3. *Iulii a.* 683. *defuncto, non nisi die* 26. *Iunii a.* 684. *consecratus est* (*†* 685)*; ita ut litterae eius huic intervallo attribuendae sint, et Sergii I. (a.* 687—701*) pro Wilfrido datae perierunt (cf. Jaffé, Reg. I*[2], *n.* 2126. 2131*). Epistulam Sergii non nisi anno* 687. *exeunte (Dec.* 15*) consecrati ad exilium eius posterius neque ad prius spectasse consentaneum est.* 3) *Cf. infra c.* 45. 57. 4) *A.* 685 *(Mai.* 20*). Cf. Bedam IV,* 24 (26). *V,* 24*; V. Cudbercti auct. anonymo c.* 28. 37 *(ed. Stevenson p.* 274. 279*; cf. Vitam eius auct. Beda c.* 24. 27, *ib. p.* 96. 101*).* 5) Vir in scripturis doctissimus *Beda, Hist. eccl. IV,* 24 (26)*;* viro undecumque doctissimo *ib. V,* 12. *Cf. eiusdem V. Cudbercti c.* 24 *(p.* 97 *sq.); Alcvin., De sanctis Euboric. eccl. v.* 843 *sqq. (MG. Poetae I,* 188*); Plummer II,* 263 *sq.* 6) *I. e. a.* 686/7. *Wilfridum a.* 686. *restitutum esse Florentius Wigorniensis (ed. Thorpe I,* 39*) et interpolatores Bedae (ed. Plummer I,* 355, *n.* 9*) tradiderunt.*

mum coenubium[a] cum possessionibus adherentibus in Hagustaldesae[b] indulgens, et post intervallum temporis[1] secundum beatissimi[c] Agathonis apostolicae sedis praesule[d] et sancti[e] synodus iudicio[d] propriam sedem episcopalem in Eboraca[f] civitate et monasterium in Hrypis[g] cum reditibus suis reddidit, expulsis[h] de ea[d] alienis episcopis[2]. Quod tantum V annis in gaudio subiectorum suorum, de exilio 686/7—691/2.
sicut Iohannes apostolus[i] et euangelista Effesum[k] rediens[3], secure possedit.

(45). De suscitata[a] inimicitia inter eos.

Nam antiquae inimicitiae suasores, quasi de sopore somni excitati, mare huius saeculi in gaudio serenum, procella flante[b] turbinis de invidiae folliculo[c], ad triste naufragium moventes, et facem dissensionis[d] extinctam resuscitavere. Quippe inter regem sapientissimum et sanctum virum praedictum aliquando pax et securitas et pene omnis boni gaudium habundavit; aliquando vero aliquod spatium, olla fervente nequitiae, plures deterioravit, et sic iterum in concordia[e] atque iterum in discordia alternatim[f] per multos annos in tali vicissitudine viventes manebant, usque dum postremo, maxima flamma inimicitiae exardescente, de regione Ultra-Umbrensium[g] sanctus homo Dei a[h] rege Aldfrido[i] expulsus recessit. 691/92.
Nam prima causa est dissensionis eorum de antiqua origine descendens, quia ęcclesia[k], quae sancto Petro apostolo dedicata est[4], territoriis[l] et possessionibus suis iniuste privatur. Secunda[m] est, ut monasterium supradictum, quod in privilegium nobis donabatur, in episcopalem sedem transmutatur[n] et libertatem relinquere, quam[o] sanctus Agatho[5] et quinque[p] reges censuerunt fixe ac firmiter possidere. Tertia deinde[q] est, ut iussionibus et decretis Theodori archiepiscopi ab apostolica sede misso[r] oboedire[s] oportere cogebat, non illa significans kanonica statuta, quae in principio episcopatus sui apud[t] nos degens aut in novissimis[u] temporibus vitae

Capp. 44. 45. 1. 2*a*.

Cap. 44. a) *ita* 2*a*. b) (H *superscr.*)agust. 1; Hagustaldesię 2*a*. c) Ag. beat. 2*a*. d) *ita* 1. 2*a*. e) *ita* 1; sancta synod; 2*a*. f) Euroica 1. g) Hripis 2*a*. h) expulsus 1, *corr.* i) aplis 1. k) Ephesum r., s. posedit 2*a*.

Cap. 45. a) suscitato 1. b) flavente 2*a*. c) follicula 2*a*. d) dissensiones 2*a*. e) corcordia 2*a*, *corr.* f) aliter|natim 1. g) ultra humbr. 2*a*. h) Dei agere A. 2*a*. i) *ita Mabillon*; Aldfriðo 1; Aldfritho 2*a*. k) ęcla 1; ęcclesiam 2*a*. l) trroris *(sic)* 2*a*. m) causa *add.* 2*a*. n) trans mutat' 2*a*. o) quod 2*a*. p) quique *(sic)* 1; V 2*a*. q) causa *add.* 2*a*. r) *ita* 1. 2*a*. s) op. cog. oboed. 2*a*. t) caput *pro* apud nos 2*a*. u) novissimo 2*a*.

1) *Eata episcopus Hagustaldensis paulo ante defunctus erat; cuius ecclesiam Wilfridus rexisse videtur, dum Iohannes ei (a. 687?) praelatus est. Cf. Plummer II,* 273 *sq.; supra p.* 175. 2) *Bosa episcopo Eboracensi et Eadhaedo Hripensi.* 3) *Cf. e. gr. Hieronymum, De viris inlustribus c.* 9 *(ed. Richardson, 'Texte und Untersuchungen zur Geschichte der altchristl. Literatur' XIV,* 1, 1896, *p.* 13*)*: persecutionem movente Domitiano, in Patmos insulam relegatus scripsit Apocalypsin. — — Interfecto autem Domitiano, — — redit Ephesum; *Mirac. Iohannis auct. Abdia c.* 2 *(ed. Fabricius l. l. p.* 535*)*: *(proconsul)* in exilium eum relegavit in insulam quae dicitur Patmos. — — Post mortem autem Domitiani — — Ephesum rediit. 4) *Ecclesia et Eboracensis et Hripensis Petro dedicatae erant, atque Willelmus Malmesb. III,* 104 *(p.* 235*) de hac cogitavit:* rex Alfrithus monasterium Ripense possessionibus propriis mutilans, *idque recte; cf. infra c.* 47 *(p.* 242, 4*) et c.* 48 *(p.* 243, 14*)*: destruendo monachorum vitam, quae ad ęcclesiam beati Petri apostoli dedicata est. 5) *Privilegium Agathonis Hripense et Hagustaldense (Jaffé I², n.* 2112*) periit; cf. infra c.* 47. 51 *(p.* 242, 5. 245, 33*)*.

suae constituit, quando omnes ęcclesias nostras ad kanonicam pacem unanimiter[a] convocavit, sed magis ea decreta, quae mediis temporibus suis, quando discordia
691 2. inter nos in Brittannia[b] exorta fuerat, statuit. Ideo sanctus pontifex noster haec rennuens, ad amicum fidelem Ęthelredum[c] regem Merciorum[1] accessit, eumque cum magno honore propter reverentiam apostolicae sedis suscepit, et in multa reverentia episcopatus eius, quem[d] reverentissimus Sexvulfus episcopus vita obeunte ante regebat[2], sub protectione Dei[e] et illius degens mansit[3].

(46). De concilio aet-Svinapaethe[a. 4].

c. a. 703. Igitur Aldfrido[b] rege cum[c] sancto archiepiscopo Berhtwaldo[d. 5] et totius poene[e] Brittanniae episcopis congregata[f] synodo in campo, qui dicitur Ouestraefelda[g. 6], deinde legatis ad praesentiam sancti Wilfridi episcopi missis[h], rogantes humiliter, ut eorum obtutibus dignaretur praesentari, promittentes per nuntios suos statuta kanonica de antiqua fraude[i] rationem se reddituros[k], si ad illorum conventum venire non negaret. Quid[l] plura dicam? Postquam vero in locum[m], ubi synodalis disputatio debuerat esse, conveniret[n], deinde non ita contigit, sicut ei[o] promissum fuerat; sed multae et magnae altercationum quaestiones ab eis exortae[p] emerserunt, maxime ab illis pontificibus ęcclesiarum, — cum voluntate tamen Aldfridi[q] regis et consensu quorundam abbatum id fecisse non dubium habetur, — qui pacem ęcclesiarum[r], avaritia instigante, nullatenus habere concupierunt, et multa falsa obicientes, quae nulla ratione veritatis conprobare potuerunt, insuper secundum statuta et iussiones Theodori archiepiscopi esse censendum[7] sanctum pontificem nostrum confirmaverunt[s]. Ille vero intellegens[t], quid essent argumentati, humiliter respondit, dicens, praeceptis[u] illorum consentire eorumque decretis secundum

Capp. 46. 46. 1. 2*a*.

Cap. 45. a) uninimiter 1, *corr.* b) Bryttania 2*a*. c) Ęðelredum 2*a*; Eþelredum 1. d) *ita editores;* quam 1. 2*a*. e) *versu exeunte om.* 2*a*.

Cap. 46. a) Aetsvinapaeðae 1; Aedsvvinapaðe *corr.* Aetsvvinapaðe 2*a*; Aedsvvina-pathe 2*b*. b) Aldfritho 2*a*. *b*. c) *superscr.* 1. d) Berhtpaldo 2*a*. e) *ita* 1. 2*a*. f) congegata 1, *corr.* g) Ouestręfelda 2*a*; Onestraefelda 1; Eastrefeld *Eadmerus; cf. infra c.* 60. h) missi: 2*a*, *corr.* i) frade *(sic)* 2*a*. k) redditurus 1, *corr.* l) Qui 1. m) loco 2*a*, *corr.* n) convenit 2*a*. o) (ei *om.*) pr. (*corr. e* pmissum) 2*a*. p) exorcae 2*a*. q) Aldfriði *hoc loco* 1. 2*a*. r) ecctam Dei avar. 2*a*. s) confimav. 2*a*, *corr.* t) intellegent 2*a*, *corr.* u) (pr. ill. cons. *om.*) eiusque decr. 2*a*.

1) *Cf. c.* 43 *(p.* 238*).* 2) *Sexvulfum abbatem Medeshamstedensem, deinde episcopum Middilanglorum et Merciorum (inde ab a. c.* 675*) non post a.* 692. *obiisse, e gestis Wilfridi intellegitur, etsi obitus eius in Annalibus Saxonicis (ed. Plummer l. l. I,* 40*) anno demum* 705. *haud recte adscriptus est. De quo cf. Bedam IV,* 6. 12. 3) *Beda IV,* 21 (23)*: (Oftforus c. a.* 692*)* iubente Aedilredo rege, per Vilfridum beatae memoriae antistitem, qui tunc temporis Mediterraneorum Anglorum episcopatum gerebat, ordinatus est *(episcopus Hwicciorum). Pauca, quae de rebus Wilfridi per proximum decennium gestis comperta sunt, supra p.* 175 *sq. composui.* 4) *I. e. sine dubio Anglis 'at the swines' path', velut J. Raine interpretatus est (neque recte idem de Edwinstowe vico prope Ollerton a Nottingham oppido in septemtriones versus sito cogitavit). Locus concilii infra l.* 10. Ouestraefelda *vocatur, p.* 256, 5. Eostręfeld, *atque duobus milibus ab Austerfield (v. n.* 6*) remota inter meridiem et occidentem 'Swinnow Wood', inter meridiem et orientem 'Swinecar Road' loca sita esse, monuit J. T. Fowler, 'Memorials of Ripon' I (l. l.), p.* 18, *n.* 2. 5) *Archiepiscopo Cantuariensi (a.* 692—731*).* 6) Oustrefeld *'Domesday Book' I, fol.* 307[b], *hodie, indicante J. Raine, Austerfield vicus prope Bawtry (com. Nottingham) ad fines comitatus Eboracensis situs (com. York, 'West Riding', par. Blyth).* 7) *I. e. iudicandum.*

kanonum normam censuit in omnibus libenter se velle oboedire. Deinde multis c. a. 703. et duris sermonibus eorum pertinaciam obstinationis, quam per XX et duos annos contra apostolicam auctoritatem non timuerunt contentiose resistendo exercere[a], increpavit[b] et interrogavit eos, qua fronte auderent statutis apostolicis, ab Agathone sancto et Benedicto electo et beato Sergio[1] sanctissimis papis ad Brittanniam pro salute animarum directis, praeponere aut[c] eligere decreta Theodori archiepiscopi[d], quae in discordia, ut diximus[2], constituit[e].

(47). Quomodo[a] ei insidiae patefactae sint.

Interea, dum nullus modus locutionis decenter ab illis ordinatus inventus est, unus ex ministris regis[b. 3] pontifici nostro valde devotus, quem ille a primaevo vagientis aetatuli[c] incunabulo enutrivit, ex tentorio regis latenter erupit[d], simulans alterius effigiem, cohortibus[e] se circumadstantium inmiscens quasi ignotus, usque dum[f] ad pontificem nostrum perveniebat, pandensque ei causam iudicii illorum, revelabat indicando, dicens: 'Hac omnino fraude te moliuntur decipere, ut primitus per scriptionem[g] propriae manus confirmes eorum tantummodo iudicium[4], quodcumque constituentes diffinient[h], subcumbere, ut, postquam isto alligatus fueris districtionis vinculo, de cetero in posterum permutare nullatenus queas. Ista siquidem erit illorum iudicii apertio, ut, quicquid in Ultra-Umbrensium[i] aliquando terra[k] possidere visus fuisti vel in episcopatu vel in monasteriis vel in qualibet re, cuncta dimittas; et si quid in Merciorum[l] regno subsequutus[m] eras sub Ęthelredo[n] rege, omnia reddendo archiepiscopo coacte relinquas[o]: ipso donandum[p], cui vult; et ad postremum temet ipsum dampnando[q], de tuo[r] te sanctitatis honore cum subscriptione degraderis'. Haec dicens[s], subito[t] subterfugiens discessit.

Tunc sanctus vir summae virtutis et constantiae, ista audiens, cognito deceptionis argumento, cautior de subscriptione sepius replicata effectus est. Reddere vero responsa instanter quaerebant et aliquando minitantes arguebant eum, qui nollet mature confiteri subire arbitrium, cito se sententiam dampnationis subiacere sciret. Quibus respondens, ait: 'Primum[u] archiepiscopi iudicium audiens, illum consonantem statutis sanctorum patrum regulis, toto mentis annisu subiacere amplector'. Ad ultimum vero, dum[v] diutius, multis agnoscentibus, causam celare non poterant, primo dixerunt, sanctum famulum[w] Dei omnibus facultatibus spoliare taliter velle, ut nec in Ultra-Umbrensium[x] regno nec in Merciorum[y] minimam quidem unius domunculi[z] portiunculam haberet. Huius autem iudicii inclementia, ab archiepiscopo et rege diffinita, et ipsos iam inimicos horruit, dicentibus[z],

Capp. 46. 47. 1. 2*a*.

Cap. 46. a) excere 1, *corr.* b) increpabat 2*a*. c) au 1. d) episcopi 2*a*. e) constuit 2*a*.

Cap. 47. a) *ita praescr.* 2*a et Fridegodus; praescr. om., capite hoc loco non distincto, sed post l.* 9. inventus est *praescr.* De verna hoc dicitur *(est glossa enuntiati sequentis) et caput distinguit* 1. b) *om.* 2*a*. c) *ita* 1. 2*a* (*ubi* incunabulis). d) eripuit s. alt. effigie 2*a*. e) coort. 1, *corr.*; chohort. 2*a*. f) *om.* 2*a*. g) scriptioni 1. h) definient::, *ras.* es 1; *cf. l.* 34. i) ultra humbr. 2*a*. k) terram 2*a*. l) Myrciorum 2*a*. m) *corr. e* subsiquutus 1; subsecutus 2*a*. n) Ęðelredo 2*a*; Eðelredo 1. o) relinqu::as, *ras.* er (?) 1. p) donando 2*a*. q) donando 1. r) tua te sanctitate h. 2*a*. s) diens 1, *corr.* t) *om.* 2*a*. u) Primus 2*a*. v) *superscr.* 1; *om.* 2*a*. w) pontificem nostrum *pro* fam. Dei 2*a*. x) ultra humbr. 2*a*. y) Mirciorum 2*a*. z) *ita* 1. 2*a*.

1) *Cf. supra p.* 238, *n.* 2. 2) *Supra p.* 240, *l.* 2. 3) *Anglis 'cyninges thegn'; cf. Larson l. l. p.* 93 *sqq.; Chadwick, 'Studies' p.* 84 *sq.* 308 *sqq.* 315 *sqq.* 333 *sqq.* 4) *I. e.* iudicio — succumbere *(infra l.* 27. *et p.* 247, 18: sententiam, iudicium subiacere*)*.

c. a. 703. impium esse, tam famosum virum in circuitu nationibus absque ullo capitali crimine omnibus[a] bonis suis privare. Novissimum vero aliquid humanius pertractantes, censuerunt, ut monasterium tantummodo, quod construxit in Hrypis[b] et dudum cum omnibus ad eum pertinentibus sancto Petro donans commendaverit, — perceptumque privilegium a sancto Agathone papa abbati[c] familiaeque ibidem conversatae[d] detulit[1], — redderent in possessionem, ea tamen interposita dictione[e], ut propria manus conscriptione firmiter contestaret, quod illic quietus consederet, septa monasterii absque licentia regis non transmearet nec aliquid sacerdotalis officii attingeret, sed[f] suum de semet ipso, quod dictu horribile est, gradum honoris abiecerit, sub testimonio confirmationis plurimum cogentes conpulerunt.

Quo audito, sanctus Wilfridus episcopus noster constanter et intrepide[g] voce elevata locutus est, dicens: 'Qua ex causa me conpellitis, ut tam lugubre[h] calamitatis miseriae in memet ipsum gladium dirae interfectionis, hoc est subscriptionem[i] propriae dampnationis, convertam[k]? Nonne sine aliquo reatu suspicionis offendiculum faciam cunctis audientibus nominis mei divulgationem, qua[l] episcopi vocabulo, quamvis indignus, per XL prope annos[2] nuncupabar[m]? Necnon et ego primus post obitum primorum procerum, a sancto Gregorio directorum, Scotticae virulenta plantationis germina eradicarem[n], ad verumque pascha[o, 3] et ad tonsuram in modum coronae, quae ante ea posteriora[p, 4] capitis parte e summo abrasa[q] vertice[5], secundum apostolicae sedis rationem totam Ultra-Umbrensium[r] gentem permutando converterem; aut quomodo iuxta ritum primitivae ęcclesiae asono[s, 6] vocis modulamine, binis adstantibus choris, persultare responsoriis antifonisque[t] reciprocis instruerem[7], vel quomodo vitam monachorum secundum regulam[u] Benedicti patris, quam nullus prior ibi invexit, constitueram[v, 8]? Et nunc contra me quomodo subitam dampnationis ipse[w] protulero extra conscientiam alicuius facinoris sententiam? Sed[x] de hac noviter orta questione, qua[y] meum sanctitatis habitum violare estis conati, fiduçialiter sedem apello apostolicam; vestrum autem quisquis deponere[z] meum dignitatis gradum praesumit, a me hodie invitatus mecum pergat illuc ad iudicium. Debent[a] etenim diligenter scire viri Romani sapientes, pro qua culpa vos me degradere[b] cupientes[c], priusquam vobis solis ad ista consentiam'. Haec audientes[d] archiepiscopus et rex dixerunt: 'Modo utique culpabilis factus, a nobis notatus dampnetur, quia magis illorum quam nostrum elegit iudicium'. Et hoc promittendo rex addebat archiepiscopo: 'Faciam enim, si iubes, absque hesita-

Cap. 47. 1. 2*a*.

Cap. 47. a) omibus (bonis *om.*) 2*a*. b) Hryppis (1); Hripis 2*a*. c) apbati 1, *corr.* d) conversante 2*a*; conversanti 2*b*. e) dicione 1. f) ut *superscr.* 1. g) intrepida 2*a*. h) *ita* 1 (*ubi* miserie); lugebre cal. miserię 2*a*. i) subscriptione 2*a*. k) conversatam 1. l) quod 2*a*. m) nuncpabar (*sic*) 1. n) eradicare 2*a*. o) pasca 1, *corr.* p) *ita* 1. 2*a*. q) abirasa *pr. m.* 1; abrassa 2*a*. r) ultra humbr. 2*a*. s) *ita* (*i. e.* assono) 1. 2*a*. t) antiphon. 2*a*. u) *ita* 2*a* (*cf. p.* 209, 12); sancti *add.* 1. v) constueram 2*a*. w) ipsi 2*a*. x) cum *add.* 2*a*. y) quā 2*a*. z) dō ponere 2*a*. a) Deb(ent *superscr.*) 1. b) *ita* 1. 2*a*. c) vultis, prius q vobis 2*a*. d) audien *versu exeunte* 2*a*.

1) *Cf. supra p.* 239, *n.* 5. 2) *Hinc patet, istum conventum habitum esse anno* 703, *qui Wilfridi episcopatus annus quadragesimus erat. Mabillon. Cf. supra p.* 176, *n.* 5. 3) *Cf. supra c.* 10. 4) *I. e. posteriore.* 5) *Cf. p.* 199, *n.* 1. *Anno* 664. *etiam de tonsura Scottica certabatur; cf. supra c.* 10 (*p.* 204, 19) *et Bedam III,* 26: qui pascha catholicum et tonsuram coronae (nam et de hoc quaestio non minima erat) recipere nolebant. 6) *I. q. consono.* 7) *Cf. supra c.* 14 (*p.* 209, 11) *de cantoribus in Northumbriam adductis.* 8) *Cf. ib. c.* 14 (*p.* 209, 12).

tionis mora, ut, vi opprimentis[a] exercitus mei coactus, hac vice nostrum subire (c. a. 703.) iudicium paratum se fateatur'. Conciliales[1] autem ceteri dicebant episcopi: 'Recordari oportet, quod in nostram promissionis[b] fidem huc usque perrexit, aliter non praesumens; pariter prospero itinere in pace revertamur ad domos[c] nostras'.

(48). De[a] reditu eius ad Aethelredum regem.

Post has igitur sermocinationes[b] solvitur inutile concilium ex utraque parte, et[c] unusquisque domi revertens secessit; et ita, Deo protegente, servus suus, liberatus de manibus inimicorum, ad fidelissimum regem Aethelredum[d] rediebat[e] indemnis. Noster autem sanctus pontifex pergens devenit ad Edilredum[f] regem, denuntians ei cunctam durae locutionis infestationem, quae a praesulibus contra illius praeceptum inlata est. Tunc interrogans quoque regem, quomodo vel qualiter decrevisset de possessione terrarum propriarumque[g] facultatum, quae ab ipso donata sunt ei; rex vero respondit: 'Maiorem non addo perturbationem destruendo monachorum vitam, quae ad ęcclesiam beati Petri apostoli dedicata est[2]; sed in eodem permanente statu, vita comite[h] reservabo, quae[i] a me, Domino favente, (cf. Gen. 18, 10.) conservata est, usque quo prius tecum nuntios proprios vel scripta proprietatis ad Romam permisero[k] interrogare de his imminentibus causis, quomodo recta desiderans salvus inveniar'. Hac responsione percepta, congaudentes divisi, unusquisque ad propria remeabat.

(49). De excommunicatione nostra.

Inimici vero, qui hereditatem sancti pontificis nostri sibi usurpabant, annuntiantes, nos[a] esse a sorte fidelium segregatos et eos, qui nobiscum participarent, et[b] in tantum communionem nostram exsecraverunt, ut, si quispiam abbatum vel presbiterorum[c] nostrorum, a fideli de plebe[d] rogatus, refectionem[3] suam ante se positam signo crucis Dei benediceret, foras proiciendam et effundendam quasi idolothitum (cf. 1. Cor. 8, 7.) iudicabant et vasa, de quibus nostri[e] vescebantur, lavari prius quasi sorde polluta[f] iubebant, antequam ab aliis contingerentur.

(50). De navigio eius pergentique[a] Romam.

Haec miserabilis et lamentabilis ingruens calamitas a nobis comperta, ad Dominum incessabiliter die noctuque clamantes, in ieiunio et fletu cum omnibus subiectis nostris congregationibus fundentes precem[b] orationis offerebamus, quousque parati cum sancto pontifice nostro navem ascenderunt et, vehiculo navis transportati, ad litora australia, Domino praeviante, pervenerunt. Tunc vero pedestri gressu[4] super terram simul gradientes, sanctis auxiliantibus apostolis, salvo

Capp. 47—50. 1. 2*a*.

Cap. 47. a) opprimetis 2*a*. b) promissiones 1, *corr.* c) dn̄m nrm 2*a*.

Cap. 48. a) *ita* 1 (*ubi* redditu *et* Aeþelredum); Qualiter ad Æþel *(sic)* regem reversus est 2*a*. b) sermocinationis 2*a*, *corr.* c) *folio exeunte om.* 2*a*. d) æðelr. 1; Ęðelr. 2*a*. e) *ita* 1. 2*a*. f) *ita hoc loco* 1; Ethere(d *superscr.*)um 2*a*. g) que *om.* 2*a*. h) cōmite 2*a*. i) quo 2*a*. k) *ita (i. e. direxero)* 1. 2*a*; praemisero *Mabillon*.

Cap. 49. a) nōs (*i. e.* nostros) 2*a*. b) *om.* 1. c) p̄(s *superscr.*)biterorum 1; p̄sbitūm 2*a*. d) ple *(sic)* rog. refect. (*corr. e* defect.) 2*a*. e) *om.* 2*a*. f) poll. iudebant *(sic)* 1; pulluta iub. anteq 2*a*.

Cap. 50. a) pergenti 2*a*; persentique 1. b) prece 2*a*.

1) *Sunt ii qui concilio intererant.* 2) *Cf. supra p.* 239, *n.* 4. *De praediis in regno Aedilredi Wilfrido monachisque Hripensibus concessis agi videtur.* 3) *I. e. cena, prandium. Cangius.* 4) *Iter pedestre pro mortificatione habebant; cf. Gougaud l. l. p.* 163.

spatioso itinere[1] ad apostolicam venientes sedem, praesentati adstiterunt[a], progeniculantes[2] flexis poplitibus, obnixe obsecrantes postolabant[b], ut hoc illorum legationis indiculum, quamvis rusticitate magis conscriptum quam urbanitatis facundia caraxatum[c, 3] appareat, pro sua consuetudinaria pietatis clementia non dedignanter susciperent[d]. 'Scire enim', dicebant, 'vestram dignitatem hoc volumus, ut neminem per invidiam accussandum[e] advenimus; sed tantum[f], ut, si quis in vestro beatissimo concilio contra nos[g] aliunde veniens aliquam[h] proferre ausus sit accusationis[i] obiectionem, in quantum, vestra adiuvante clementia, valuerimus, aut excusare, si falsa, aut confiteri, si vera, parati sumus. Clementia ergo conditoris nostri et beatorum apostolorum principis protecti, ad hanc gloriosissimam sedem quasi ad matris gremium confugimus sufferendo, quicquid vestra beatissima imperabit[k] auctoritas[l]'.

704. Deinde itaque a beatissimo apostolico papa Iohanne[4] sanctus pontifex noster Wilfridus episcopus cum reverentissimis presbiteris et omni clero venerabili benigna pietate susceptus, glorificae sedis responsa expectantes, per aliquod[m] dies requiescentes, mansione voluntaria praeparata manserunt. Interim quoque legati a sancto archiepiscopo Berchtvaldo[n] cum suis scriptis[o] accusationis[p] ad apostolicam sedem directi, supplices petentes sibi praebendi a gloriosissima[q] sede auditum legationis suae, qua fungebantur, simul pervenerunt. Tunc vero beatissimus apostolicus Iohannes papa cum coepiscopis[r] suis undique congregatis et omni venerabili clero ad synodalem locum veniens, praesentato Deo amabili Wilfrido episcopo[s] cum fratribus suis venerabilibus, primum petitionis[t] suae kartula coram omni conventu relegebatur, hoc modo continentem[u].

(51). De cartula petitionis suae.

Domino[5] *apostolico terque beatissimo universali papae Iohanni Wilfridus supplex*[a] *et humilis servus servorum Dei episcopus. Cognoscat sanctitas vestra, istas esse causas, pro quibus hanc sedem apostolicam vestramque beatissimam praesentiam de ultima terrarum parte iam vice tercia adiuvandus*[b] *adveni: primo, quia unitas apostolicorum virorum individua semper esse solet, ut, quaeque*[c] *a praedecessore vestro beatissimo Agathone papa iustissimis atque clementissimis iudiciis decreta sunt, vestra pia auctoritas, quia multis non dubium est ad salutem proficere, confirmet et corroboret*[d]*; et ut pietas vestra intellegere*[e] *dignetur, quia in omnibus vestrae beatitudinis*[f] *iussionibus humiles et supplices*

Capp. 50. 51. 1. 2*a*.

Cap. 50. a) adstiter *(sic)* 2*a*. b) *ita* 1. c) karax. 2*a*. d) susciperent 2*a*. e) *ita* 2*a*. f) tam̄ 2*a*. g) *om*. 1. h) aliquando 1; *cf. p.* 245, 5. i) accsationis *(sic)* 1. k) inperaverit 2*a*. l) auctoritatis 2*a*, *corr*. m) aliquot 2*a*. n) *ita hoc loco* 1; Berhwaldo 2*a*. o) scriptoris 2*a*, *corr*. p) accusationes 2*a*. q) gloriosisima 1. r) episcopis 1. s) episc̄ 1. t) petitiones 2*a*, *corr*. u) *ita* 1. 2*a*.

Cap. 51. a) suplex *Willelm. Malm.*; simplex 1. 2*a*; *cf. l.* 32. *et p.* 245, 20. 246, 29. 247, 1. b) adiuvandas 1, *corr*. c) utque quae a 1. d) coroboret 2*a*, *corr*. e) *corr*. intelligere 1, *et ita* 2*a*. f) beatitudininis 2*a*.

1) *Inter socios itineris Acca fuit (cf. infra c.* 56, *p.* 251*), qui,* cum Romam vadens apud sanctissimum Fresonum gentis archiepiscopum Vilbrordum cum suo antistite Vilfrido moraretur, *crebro Wilbrordum de miraculis Oswaldi regis narrantem audivit (Beda III,* 13*); Wilfridus igitur eadem qua a.* 678. *via Romam profectus est.* 2) *I. e. genibus advolvi. Cf. p.* 208, *n.* 1. 3) *I. e. exaratum, scriptum (Graece χαράσσειν).* 4) *Iohannes VI. a.* 701—705. *sedit.* 5) *Chartulam petitionis, nonnullis resectis et contractis, Willelmus Malmesb. iteravit (ed. Hamilton p.* 236 *sq.).*

subire parati sumus. Perturbationibus enim nuper in Brittannia[a] *ortis ex parte eorum,* 704.
qui contra decreta supradicti beatissimi Agathonis papae illiusque successorum venerabilium patrum sibimet episcopatum et monasteria terrasque cum omnibus meis facultatibus usurpabant, conpulsus, hanc sacrosanctam apostolicam sedem appellavi, contestans eos per omnipotentem[b] *Deum et beatum Petrum principem apostolorum, ut, si quis aliquam*[c] *contra me accusationem haberet, ad vestram mecum praesentiam iudicandus conveniret, sicut beati praedecessoris vestri Sergii papae scripta decernebant*[d, 1]*. Et ideo petitionum parvitatis meae paginam vestrae gloriosissimae praesentiae*[e] *pro instanti vobis notissima necessitate offerendam curavi, et cum quibus vestrae solitae clementiae et*[f] *benignitatis aures pulsare haec continens praesumo, ut omnia rectitudinis pietatisque, quae a beatissimis antecessoribus vestris dominis apostolicis sancto Agathone et electo Benedicto*[1] *et beato Sergio unanimiter erga meam parvitatem decreta sunt, vos largiflua pietatis benevolentia confirmare dignemini. Et vestram inflexibilem auctoritatem ex intima cordis intentione non solum ego, sed et omnes qui mecum advenerunt fratres obsecrantes, humiliter postulamus, ut, si quilibet accussatores*[g] *contra nos aliunde venerint*[h]*, per vestram iussionem in medium producti, exponant accusationis causas; et si vel minimam quidem confirmare potuerint, libenter vestri arbitrii aequitatem sustinere parati sumus. Si autem mendacia*[i] *tantummodo vestrae beatissimae auctoritati, falsis commendata kartulis, adferre ausi sint, detur nobis licentia, prout vestrae sanctitati placuerit, ipsas accussationes*[k] *expurgare. Necnon supplex et humilis vestram sanctitatem deprecor, ut eadem*[l] *auctoritatis instantia Ęthelredo*[m] *regi Merciorum de vitae nostrae solatio imperare dignemini, qua*[n] *praedecessores vestri beatissimi apostolici sanctus Agatho, Benedictus et Sergius demandabant, hoc est, ut ipsa monasteria cum terris*[o] *ad ea pertinentibus, quae mihi ab ipso rege Ęthelredo*[m] *eiusque fratre Vulfario*[p] *vel aliis quibuslibet pro redemptione animarum suarum perdonata*[2] *sunt, nemo per invidiam vel nefandam cupiditatem auferre et invadere contra vestra statuta atque illius supradicti regis voluntatem praesumat. Et adhuc sumopere*[q] *vestram almitatem obnixis precibus humiliter deposco, ut omnia, quae antedecessor*[r] *vester sepe*[s] *memoratus et*[t] *beatissimus Agatho in hac apostolica sede cum universa synodo decreverat, ipsum regem Aldfridum*[u] *Aquilonensium*[3] *adimplere tranquillissimis*[v] *monitis obsecretis*[w]*. Quod si forte hoc illi durum videatur pro mea causa esse, Eboracae*[x] *civitatis episcopatus cum ceteris quam plurimis monasteriis*[y] *in*[z] *vestro pendeat arbitrio, cui rectissimum gubernare censeatis. Tantum ipsa duo monasteria, quod primum dicitur Hrypis*[a]*, et alterum, quod Hagustaldesae*[b] *vocatur, quae a sancto Agathone papa huic*[c] *apostolicae sedis sub uno privilegio asscripta sunt, per vestrae petitionis auxilium cum omnibus terris atque possessionibus, ad ea pertinentibus, nobis restituantur. Et post has petitiones hoc addam, quod iuxta statuta kanonum debitam venerationem cum fraterna caritate archiepiscopo Berhtvaldo*[d] *dignanter semper exhibebo*[e]*, et sic me libenter facturum promitto, tantummodo si ipse praedecessorum*[f] *vestrorum, bea-*

Cap. 51. 1. 2*a*.

Cap. 51. a) Brittania 1. b) omipot. 2*a*. c) aliq̄ 2*a*. d) *ita* 1. *Will.;* cernebant 2*a*. e) p̄sentę 2*a*. f) cl. benignas 1. g) *ita* 1. 2*a*. h) *ita* 1; venerunt 2*a*; accusator advenerit *Will.* i) mendatu *pr. m. corr.* mendatia 2*a*. k) *ita* 2*a*. l) eandem a. instantiam 2*a*. m) Ęðelredo 2*a*; Eðelredo 1. n) qua:: 1. o) *ita* 2*a*. *b*; ceteris 1. p) Wilfario 2*a*. q) *ita* 1. 2*a*. r) antęcessor 2*a* (*cf. p.* 246, 14). s) sep 2*a*. t) *om.* 2*a*. u) Alfrithum 2*a*. *Will.* v) tranquillissimus 2*a*. w) obsecrantis 2*a*. x) Eboraice 1. y) monasterii 1. z) ĩt *add.* 2*a*. a) Hripis 2*a*. b) *ita* 1; Agustaldesei 2*a*; Hagustaldeie *Will.* c) *ita* 1. 2*a*. d) Berhtpaldo 2*a*. e) exibeo 2*a*. f) p̄deoessor 2*a*.

1) *Cf. supra p.* 238, *n.* 2. 2) *I. q. concedere. Cangius.* 3) *I. e. Nordanhumbrorum.*

704. *tissimi Agathonis eiusque successorum, fundatissima erga meam parvitatem adimpleat decreta.*

(52). De eo, quod Iohannes[a] papa praedecessorum scripta recensenda dixit.

Postquam nostrae petitionis series recitata est et diligenter a gloriosissimis auscultata[b], ad habitaculaque nostra redire licentiam dederunt, introductis quoque ad praesentiam eorum honorabilem a sancto Berhtvaldo[c] archiepiscopo cum scriptis suis viris directis ad[d] apostolicam sedem. Quorum multiplices et magnas accussationes[e] contra hominem Dei Wilfridum episcopum audientes, uniuscuiusque capituli examinationem ambobus praesentibus, hoc est accussatoribus[f] et excussantibus, stabiliter audire in futuro tempore per ordinem promiserunt et[g] iam ipsos domum redire iusserunt. Tunc beatissimus Iohannes[h] apostolicae sedis papa coepiscopis suis in synodali loco sedentibus dixit:

'O sancta[i] synodus, nostrum est primum sanctissimorum antedecessorum nostrorum percurrere kanones et examinare scripta, de hac eadem inimicitia fraudis ex utraque parte olim ad hanc apostolicam sedem directa, et diligenter considerare, quid ter beatissimus Agatho in his causis censuerit, et post eum electus Benedictus necnon et praedecessor meus sanctissimus Sergius memorialiter[k] retinere, quid de hac eadem re regibus et sancto archiepiscopo faciendum sit ab apostolica sede, decreverunt. Deinde facilius ex utraque parte, in praesentia fraternitatis nostrae in invicem certantibus, Deo adiuvante et sancto Petro principe apostolorum, veritatis[l] lumen, extincto[m] mendacio excaecato[n], agnoscere valeamus[o] et secundum normam sanctissimorum primorum praedecessorum kanonice censeamus'. Et hoc tale consilium beatissimi Iohannis universo[p] synodo conplacuit, et sic fecerunt.

(53)[a]. Itaque quadam die beatissimus Iohannes apostolicae sedis praesul et reverentissimi coepiscopi[b] eius, in sanctum concilium congregati, iusserunt utriusque partis[c], accusatorum et defensorum[d], electos viros sancto conventui praesentari, et mox ita factum est. Nam sanctus Wilfridus episcopus et venerabiles presbiteri et diacones eius praesentati sunt, humiles et supplices honorabiles facies salutantes, promittentes se cum intimo cordis affectu illius apostolicae sedis decreta suscipere et adimplere; necnon et sancti archiepiscopi nuntii, secundum praeceptum[e] sanctissimorum venientes, adstiterunt. Quibus datum est tempus loquendi, ut unum quodcumque kapitulum accussationis[f] eligerent, primum adversum nos dicerent, postea ad alia ordinantes in conflictu accederent[g]. Qui responderunt, dicentes: 'Hoc est primum capitulum nostrae accusationis, quod iste praesens Vilfridus episcopus iudicia sancti archiepiscopi Berhtwaldi Cantuariorum ęcclesiae et totius Brittanniae, ab hac apostolica sede emisso[h], statuta coram synodo[1] contumaciter rennuens contempsit. Nos nostrae partis sententiam detulimus[2]; vos vestram defensionem dicite'.

Stans itaque sanctus Wilfridus episcopus noster, honorabili[i] senio convectus,

Capp. 51—53. 1. 2*a*.

Cap. 52. a) Iohannis 1. b) ascult. 2*a*. c) Berthuualdo 2*a*. d) *om.* 1. e) *ita* 1. 2*a*. f) accusat. et excusant. 1; accussationibus (et *om.*) excussationibus 2*a*. g) iam *om.* 2*a*; etiam 1. h) Ihs 1. i) *in ras.* 2*a*. k) memoraliter 2*a*. l) *bis scr.* 2*a*. m) extinto 2*a*. n) et cecato 2*a*. o) veleamus 2*a*. p) *ita* 1. 2*a*.

Cap. 53. a) *titulus, spatio relicto, desideratur* 1. 2*a*. b) (co *pr. m. superscr.*)episcopi 1; episcopi 2*a*; *cf. supra l.* 12. *et p.* 244, 20. c) *om.* 2*a*. d) defensatorum 2*a*. e) p̄ceptorum 2*a*. f) *ita* 2*a*. g) acederent 1. h) *ita* 1. 2*a*. i) honorabiles *corr.* honorabilis 2*a*.

1) *Agitur de synodo c. a.* 703. *habita 'in campo qui dicitur Ouestraefelda' (supra c.* 46. 47*)*. 2) *Cf. supra c.* 10 *(p.* 203, 14. 204, 1*)*.

cum fratribus suis venerabilibus in conspectu totius congregationis, dixit: 'Humilis 704. et supplex excellentissimam sanctitatem vestram deprecor, ut meae parvitatis dignemini veritatem huius rei gestae a me audire. Eram enim in concilio sedens cum abbatibus meis ac presbiteribus[a] necnon et diaconibus; unum ex numero episcoporum illic congregatorum miserunt ad me, interrogantem[b] sermonibus regis nec minus et archiepiscopi[1], si ipsius solummodo archiepiscopi iudicium consentire voluissem[c], et quicquid ille iudicando decrevisset, an paratus fuissem adimplere omnibus votis an non. Ad istum[d] ita sciscitanti respondebam: "Quae est illius iudicii sententia, scire prius oportet, quam confiteamur, utrum pati ea valeamus[e] exsequendo an aliter". Ille autem se nescire[f] adfirmabat nec alio modo archiepiscopum[g] velle revelando cuiquam nostrorum[h] patefacere iudicii exsolutionem[2] dicebat, antequam propriae[i] manus subscriptione coram praesenti concilio fatentes confirmaremus, ut eius unicum per[k] omnia iudicium elegentes tenere nec ab eo ad dexteram neque ad sinistram declinantes deviaremus[3]. "Istius tam angustam[l] cf. Deut. 17, 11. districtionis[4] coartationem", dicebam, "numquam antea a quoquam hominum coactam audivi, ut omnino iuramentis[m] nodo adstrictus fateretur decreta conposita, quamvis inpossibilia, persolvere, priusquam sciret vim decreti". Attamen ibi coram senatu spopondi, quatinus in cunctis archiepiscopi iudicium[n], in quibus consonans invenitur statutis sanctorum patrum regulis et canonicis difinitionibus[o] et non discrepans prorsus in ulla re a sancto[p] Agathonis synodo ceterorumque orthodoxorum eius[q] successorum[r] repperiatur, toto mentis conatu subiacere parati inveniemur'.

Hanc excussationem[s] sanctus pontifex noster reddidit et silendo quievit. Tunc sancta synodus[t] respondit: 'Wilfridus Deo amabilis episcopus kanonice defensionis suae protectionem exposuit'. Tunc[u] inter se graecizantes et subridentes, nos autem[v] celantes, multa[w] loqui ceperunt et postremo dicentes accussatoribus[x]: 'Non ignoratis[y], karissimi fratres, habemus ex praecepto kanonum nostrorum[5]: *Quotienscumque clericis ab accussatoribus[z] multa crimina obiciuntur et unum ex ipsis, de quo prius egerit[a], probare non potuerit[a], ad cetera iam non[b] admittantur.* Sed tamen propter honorem sancti archiepiscopi, ab huius apostolicae sedis monarchia[c] directo[d], et pro huius beatissimi Wilfridi episcopi reverentia, diu fraude spoliato[e], ut asserunt, Deo et sancto Petro principe apostolorum revelante et aperiente, per multos dies vel menses omnia kapitula plene eventilantes, finem rei inponere desiderantes non fastidiose curabimus'.

Post haec verba, pontifici nostro cum fratribus suis[f] triumphali gaudio incepto, a sancto[g] synodo licentia data[h], ad aliarum dierum conflictum praeparantes, ad mansiones suas redierunt. Alii vero e contrario, primo ingressu conflictionis confusi, domum suam adierunt, et nebulae mendaciorum, flante vento sapientiae, dispersae, soleque[i] veritatis per Dei adiutorium et sanctum Petrum inlucescente,

Cap. 53. 1. 2*a*.

Cap. 53. a) *ita* 1; presbiteris 2*a*. b) interrogante 2*a*. c) voluisem 2*a*. d) *ita* 1. 2*a*. e) *rad. corr.* valemus 1. f) nescirer 2*a*. g) archiepiscopi 1. h) nostrum est p. 2*a*. i) proprie 1; propria 2*a*. k) p 1. l) augustam 2*a*. m) *ita* 1. 2*a*. n) *ita* 1. 2*a*. o) diffin. 2*a*. p) *ita* 1. 2*a*. q) ei 1. r) sus:cessorum, *ras.* s 1. s) *ita* 2*a*. t) synodos 1, *corr.* u) Tum 1. v) āt 1; *om.* 2*a*. w) multe 1. x) *ita* 2*a*. y) *corr. ex* ignorantes 1. z) *ita* 2*a*. a) egerint — valuerint *Coll. Dion.* b) *om.* 2*a*. c) monachia 2*a*, *corr.* d) *ita* 1. 2*a* *(cf. supra p.* 246, 37*)*. e) *ita* 1. 2*a*. f) *om.* 2*a*. g) *ita* 1. 2*a*. h) (data — con *om.*)flictum 2*a*. i) so *bis scr.* 2*a*.

1) *Aldfridi et Berctwaldi.* 2) *I. e. definitionem.* 3) *Haec supra c.* 47. *pluribus verbis enarrata sunt.* 4) *I. e. iudicium, severitas. Cangius s. v. distringere.* 5) *Statuta concilii Africani a.* 419. *habiti in Collectionem Dionysianam recepta c.* 130 *(Voelli et Justelli Bibliotheca iuris canonici veteris I,* 1661, *p.* 170*; Mansi IV,* 437, *c.* 3*)*.

per plura spatia dierum et mensium ab omni piaculo scelere degradandi pure perfecteque excusatus, probabilis[1] sanctus pontifex noster apparuit. Nam per IIII menses et[a] LXX conciliabula sanctissimae sedis de fornace ignis examinandi, apostolica potestate hoc modo auxiliante, purificatus, ut breviter[b] dicam, evasit[b*]: quia[2]
680, Mart. 27. in sancto pascha[c], tercia die[3], ter beatissimi[d] Agathonis synodus adversum pravitates[e] hereticorum[4] cum centum XXV orthodoxis episcopis constituta, ex quibus unusquisque[f] pro sua provincia et civitate veram fidem confessus et subscriptione sua confirmavit[5]. Haec coram omni populo more Romanorum clara voce legebatur, in qua scriptura inventum est inter cetera: *Wilfridus Deo amabilis episcopus*[g] *Eboracae*[h] *civitatis*[i], *apostolicam sedem de sua causa appellantem*[k] *et ab hac potestate de certis incertisque rebus absolutum et cum aliis CXXV coepiscopis in sinodo in iudicii sede constitutum et pro omni aquilonali parte Brittanniae et Hiberniae insulis*[l], *quae ab Anglorum*[m] *et Brittonum necnon Scottorum*[n], *Pictorum gentibus colebantur*[o], *veram et catholicam fidem*[p] *confessus est*[q] *et cum subscriptione sua corroboravit*[6]. Itaque, quo audito, omnes cives Romani sapientes stupefacti sunt.

Tunc Bonifatius[r] et Siszentius[s, 7] et alii nonnulli, qui eum in diebus beatae memoriae Agathonis agnoscentes viderunt, dicebant, istum esse praesentem Deo amabilem Wilfridum episcopum, quem beatissimus Agatho purificatum de accusationibus[t], apostolica auctoritate absolutum, olim ad propria remisit, et iterum nuncve — pro dolor! — infestatorum insidiae exorbitare de propria sede fecerunt. 'Qui per XL et eo amplius annos[8] episcopatus officia fungebatur, et tam honora-

Cap. 53. 1. 2*a*.

Cap. 53. a) et *redundare monuerunt Benedictini apud Cangium s. v. 'conciliabulum'; sed potius iterum* per *subaudiendum est.* b) br. *post* evasit *habet* 1. b*) recitatumque *uncinis saepta addit Mabillonius, et sane tale quid subaudiendum est (cf. l. 8).* c) pasca 2*a*. d) beatissi 1. e) pravitantes 2*a*. f) unusquique 2*a*, *corr.* g) epis 1. h) *ita Beda V*, 19; Eboratae 2*a*, *corr.*; Euroicae 1. i) civiter 1. k) *ita* 1. 2*a*; appellans — absolutus — constitutus *Beda.* l) *ita* 1 *cum Beda*; que *add.* 2*a*. m) Angtorum 2*a*. n) et *add. Beda.* o) incoluntur *fortasse rectius Beda.* p) conf. fidem 2*a*. q) *ita* 1 *cum Beda; om.* 2*a*; *at cf. supra l.* 7. r) Bonifacius 2*a*. s) *ita* 1; Sizentius 2*a*; Sirentius 2*b*; Sisinnius *coniecit Mabillon, habet Gale.* t) accusatoribus 2*a*.

1) *I. q. rectus, bonus, approbatus. Cangius.* 2) *Coniunctio* quia, *sicut apud Gregorium Turon. (cf. M. Bonnet, 'Le Latin de Grégoire de Tours' p. 665) et alibi orationem directam introducit more Graeco, ita hoc loco verba actorum synodalium distinguere mihi videtur, quamvis minus accurate reddita. B. Krusch.* 3) *Dies dominicus paschae a.* 680. *die* 25. *Martii fuit.* 4) Adversus eos, qui unam in Domino salvatore voluntatem atque operationem dogmatizabant, *Beda V*, 19. 5) *Concilium* 125 *episcoporum ab Agathone Romae contra Monotheletas habitum est, cuius legati ad concilium sextum oecumenicum* (680/81) *Constantinopolim missi sunt. Dies a solo Stephano traditus est, nam acta desiderantur; sed inter acta concilii Constantinopolitani extant et litterae Agathonis papae (Mansi XI,* 233 *sqq.; Jaffé I*², *n.* 2109*) et epistula synodica (Mansi XI,* 285 *sqq.; Jaffé I*², *n.* 2110*) ad Constantinum imperatorem missae. Epistulae nomine synodi ab Agathone scriptae confessio fidei inest, additis subscriptionibus Agathonis et episcoporum. Cf. Hefele, 'Conciliengeschichte' III*², *p.* 253 *sqq.* 6) *Inter subscriptiones epistulae synodalis citatae (cf. n.* 5*) legitur (Mansi XI,* 305; *cf. col.* 774*): Οὐιλφρίδος ἐλάχιστος ἐπίσκοπος τῆς ἁγίας ἐκκλησίας Εὐροαϊκῆς (ita scripsi; Εὐνοσηκῆς,* Eboracenae, Eunosicae *lectiones variae) νήσου τῆς Βρεττανίας, λεγάτος τῆς σεβασμίας συνόδου τῆς ἐν Βρεττανίᾳ καθεστώσης, ταύτῃ τῇ ἀναφορᾷ τῇ συνοδικῶς παρ' ἡμῶν γενομένῃ συναινῶν ὑπέγραψα, neque vero Wilfridum legatum vocare licebat.* 7) Bonifatius consiliarius apostolici papae *(cf. supra p.* 198, *n.* 2*)* et alii perplures *Beda V*, 19. *Bonifatius inter presbyteros, qui mense Octobri a.* 679. *synodo interfuerunt, primo loco commemoratur (Haddan et Stubbs III,* 131*); pro Siszentio Mabillonius coniecit legendum esse Sisinnium, quod nomen quinquies inter eosdem invenitur.* 8) *Itaque*

bilem senem cum fratribus venerabilibus accussatores[a] falsidici et cum pseudogravis[b] audaci temeritate et, ut ita dicam, unus diaconus et alii omnes sine aliquo ęcclesiasticae dignitatis gradu in conventu apostolicae sedis excellentissimam personam ausi[c] sunt accussare[d]. Et ideo digni sunt poenas luere, in ima carceris angustia usque ad finem mortis macerati'. Et tunc viri Romani verum eos dixisse adfirmabant. 704.

Dixit[e] autem beatissimus Iohannes apostolicae sedis papa: 'Beatus Wilfridus Deo amabilis episcopus, in quo nullam criminis per tot conciliabula nostra examinando tam diligenter abiectionem[f] invenimus, beati Petri apostoli et apostolorum principis auctoritate, qui habet potestatem solvendi ligandique ab occultis delictis, exsolutum sciat, et quod beatus Agatho et electus Benedictus sanctusque Sergius apostolicae[g] sedis praesules de eo censuerunt, nostrae quoque parvitatis humilitas cum[h] totius synodi consensu regibus et archiepiscopo[i] scripta iudicia, per manum beati Wilfridi episcopi ad eos emissa, adfirmare decrevit, hoc modo dicens:

(54)[a]. *Dominis*[1] *eminentissimis*[b] *Aethilredo*[c] *regi Merciorum et Alfrido regi Derorum et Bernicorum*[d] *Iohannes*[e] *papa. De vestrae*[f] *quidem eximiae religionis accessibus*[2], *gratia Dei cooperante*[g], *gaudemus, fervorem fidei cernentes*[h] *in vobis, quam ex praedicatione principis apostolorum, Deo vestras animas inluminante, percepistis et efficaciter retinetis: ut*[i, 3] *gaudium nostrum melior accessus amplificet! Illud vero animos nostros afficit, et consacerdotum ac totius ęcclesiae contristavit auditus*[k] *inextricabilis quorundam dissensio, quod et ad correctionem oportet, Domino*[l] *annuente, perducere, ut non contemptores pontificalium decretorum, sed ut oboedientiae filii ante Deum omnium iudicem conprobemini*[m] *esse custodes. Dudum*[n] *enim sub apostolicae memoriae praedecessore nostro Agathone pontifice, dum Wilfridus episcopus ad hanc sedem apostolicam veniens appellasset, praesentibus eius contrariis, qui a Theodoro venerandae memoriae archiepiscopo sanctae Cantuariorum ęcclesiae ex hac apostolica sede mandato et Hildae*[o] *religiosae memoriae abbatissae*[4] *ad eum accussandum*[p] *huc prius advenerant, etiam hic episcopi de diversis provinciis cum suprafacto*[q] *sancto pontifice congregati, quae a partibus dicebantur, regulariter quesierunt et sententialiter decreverunt, eandemque sententiam successores eius sancti pontifices praedecessores nostri secuti sunt. Nec hoc venerandae memoriae Theodorus praesul, qui ab hac apostolica sede directus est, contravenisse recognoscitur neque accusationem aliquam postmodum ad hanc sedem apostolicam demandavit, magis autem, ut ex eius dictis apparuit, et decretis pontificalibus obsecutus est. Succurrendum est itaque*

Capp. 53. 54. 1. 2*a*.

Cap. 53. a) *ita* 1 *(pr. m.)*. 2*a*. b) *ita* 1; pseudographis 2*a*. c) auxi 2*a*. d) *ita* 1. e) Dixi 2*a*. f) *ita* 1. 2*a*; obiect. *editores*. g) apostolice (sedis *om.*) pr. 1. h) cunctocius 2*a*. i) *ita scripsi;* archiepiscopi 2*a*; archiepiscopis 1; *fortasse suspensione* archiepis̈ *vel* archiepī *scriptum erat (cf. supra p.* 186*)*; *cf. infra p.* 251, 5.

Cap. 54. a) *titulus desideratur* 1. 2*a*. b) *ita* 1. *Will.;* excellentissimis 2*a; cf. p.* 250, 34. c) Aeðilredo 1; Aethelredo 2; Ethelredo *Will.* d) *ita* 1 (*cf. supra p.* 209, 18. 215, 15); Berniciorum 2*a*; Bernitiorum *Will.* e) Iohanes 2*a*, *corr.* f) ventre 1. g) *ita* 2*a*. *Will.;* operante 1. h) cem̄tes 1. i) *ita* 1; et 2*a*; et utinam *Will.* k) auditis 2*a*. l) Deo 2*a*. m) *ita Mab.;* conprobemus 1. 2*a*. n) *ita* 1. *Will.*; Dum 2*a*. o) *ita* 1; Hylde 2*a*; ab Hilda *Will.* p) *ita* 2*a*. q) suprafato 1; *cf. p.* 229, 8.

anno 704. *hoc iter Romanum Wilfridi attribuendum est, proximo ante mortem Iohannis VI. papae, qui mense Ianuario a.* 705. *obiit.* 1) *Jaffé, Reg. I*², *n.* 2142. *Litteras Iohannis 'abbreviatas' Willelmus iteravit (ed. Hamilton p.* 240 *sq.).* 2) *I. e. accessionibus.* 3) Ut *est adverbium optandi pro 'utinam'. Forcellini ed. de Vit VI, p.* 435. 4) *Streanaeshalch coenobii* (657—680); *cf. supra c.* 10 *(p.* 203*).*

704. *cum Dei praesidio, nec*[a] *perseveret in uno loco dissensio, dum in*[a*] *ceteris consacerdotum ac plebium unanimitas maneat. Et haec de praeteritis memoravimus. De praesentibus quoque innotescere inclitae vestrae christianitati praevidimus, quod hi*[b], *qui de eadem insula*[c] *Brittannia huc advenerunt et accussationes*[d] *contra Wilfridum episcopum detulerunt*[e], *ille superveniens cum fratribus suis, in accussatores*[f] *eius quod accussaverunt*[g] *retorserunt. Quorum conflictus apud conventum reverentissimorum episcoporum et sacerdotum, qui hic ad praesens inventi sunt, per dies aliquos fieri procuravimus; apud quos omnia, quaeque in scriptis vel anterioribus vel modernis partes detulerunt vel hic inveniri*[h] *potuerunt vel a partibus verbialiter dicta sunt, subtiliter inquisita ad cognitionem*[i] *nostram perducta sunt, dum nec ipsae principales personae, de quibus contentio omnis exorta est, praesentes affuerint, quos necesse est, ut contentio omnis finem accipiat, advenire et consedere*[k]. *Et idcirco commonemus Berhtwaldum praesulem sanctae Cantuariorum ęcclesiae, quem auctoritate principis apostolorum archiepiscopum ibidem confirmavimus, reverentissimum fratrem nostrum, ut synodum convocet una cum Wilfrido episcopo, et concilio regulariter celebrato, Bosam atque Iohannem*[1] *episcopos in synodum faciat advenire vocesque partium audiat et consideret, quid sibi invicem partes valeant approbare. Et siquidem, eo subfragante, apud synodum hoc regulariter determinare valuerit, gratum nobis et partibus expedit; sin aliter acciderit*[l], *eos synodaliter moneat et commonitionibus suis, et quaeque prodesse*[m] *suis partibus unaquaeque considerat, ad hanc sedem apostolicam simul occurrant, ut in ampliori concilio flagitetur, ac*[n] *decidetur, quod actenus non valuit terminari, atque per gratiam sancti Spiritus, qui cum discordia venerant, revertantur in pace. Scire autem debet, quicumque de iis*[o] *advenire distulerit vel, quod est exsecrandum, venire contempserit, se ipsum deiectioni*[p] *submittat, et hinc abiciendus nec ibidem ab ullo praesulum sive fidelium recipiendus. Qui enim suo inoboediens existit auctori, non poterit inter ministros eius atque discipulos recenseri*[q]. *Vestra proinde christiana et regalis sublimitas pro Dei timore et christianae fidei reverentia et pace, quam dominus Iesus Christus suis dedit discipulis, subventum*[2] *faciat atque concursum, ut haec, quae a Deo aspirante*[r] *perspeximus, ad effectum perveniant, ut pro huiusmodi religioso annisu merces vobis adscribatur in caelis, quatinus et in hoc seculo, Christo protegente, regnetis incolomes et aeterni regni eius beatum consortium habeatis*[s]. *Ideo recordemini, o filii carissimi, quid de hac eadem re beatissimus Agatho ceterique post eum consona voce nobiscum praesules Romanae ęcclesiae apostolica auctoritate sancxerunt*[t]. *Quicumque enim cuiuslibet personae audaci temeritate contempserit, non erit a Deo inpunitus neque sine dampno celitus alligatus evadit. Incolomem eminentiam vestram gratia superna custodiat'.*

(55). Qualiter[a] iussus patriam redire sanctas reliquias secum portavit.

Transactis[b] itaque ibi multis mensibus, poene[c] cotidie in conflictu diligenter examinatus, postremo tamen in victoria omnino excusabilis apparuit. Iam[d] vero

Capp. 54. 55. 1. 2*a*.

Cap. 54. a) ne *recte Mab.* a*) *om.* 1. b) hii 2*a*. c) insusa 2*a*. d) *ita* 2*a*. e) et *add.* 2*a*. f) *ita* 2*a*. g) accusav. 1; excussav. 2*a*. h) invenire 2*a*. i) cognonitionem 1. k) consideret 2*a*. l) accederit 2*a*. m) prodesse s. p. un. *om.* 2*a*. n) ad 1. o) eis 2*a*. p) deiectione 2*a*, *corr.* q) recesserit 2*a*. r) *ita* 1. *Will.*; inspirante 2*a*. s) habetis 1. t) *ita* 2*a*.

Cap. 55. a) *ita* 2*a*. *b*; *praescr. om.* 1. b) Trans itaque ibi m. m. actis 2*a*; *cf. p.* 227, 20. c) *ita* 2*a*. d) Ibi 2*a*.

1) *Bosa episcopus post Wilfridum a.* 678—686/7. *iterumque a.* 691/2—706 *(?) Eboracensi ecclesiae praeerat; Iohannes a.* 687—706 *(?) Hagustaldensis, a.* 706 *(?)*—721. *Eboraensis episcopus erat.* 2) *I. e. subventionem.*

sancto pontifici[a] nostro[b] volenti ad sedem apostolicam manere et[c] sua senectute 704. sibi mundum crucifigere vitamque ibi finire, apostolicus antestis[d] et universa cf. Gal. 6, 14. sancta[e] synodus humiliter oboedientiam suam olim promittenti singulariter praecipientes, illum apostolica auctoritate de certis incertisque causis post longam afflictionem pure absolutum patriam remeare iudiciaque[f] conscripta regibus et archiepiscopo[g] portare et merorem[h] subditorum[i] sedare gaudiumque amicorum renovare in nomine Domini iusserunt. Ille autem sanctus pontifex noster sciens oboedire[k], cum sociis loca sanctorum circumiens moreque suo ab electis viris sanctas reliquias nominatim congregans aliaque indumenta purpureaque[l] et serica ad ornamenta ęcclesiarum lucratus, cum benedictione sanctorum patriam remeavit, pergens per plana et aspera camporum et montium longo itinere, usque dum Galliarum regionem pervenit.

(56). De[a] patronis nostri egrotatione et Michaęlis adventu.

Deinde igitur, iter agentibus, sanctus pontifex noster maximo languore infirmitatis correptus, equo primitus vehitur; postremo tamen inter manus merentium et lacrimantium ad Deumque clamantium in feretro portatus, ad Meldum civitatem[b, 1] vix vivus deducitur, nihil de morte eius dubitantes. Quippe qui nihil alicuius cibi aut liquoris quattuor diebus et quattuor noctibus degustavit, sed in excessu iacens spiritus, tantum halitus et calida membra vivum[c] demonstrabant. Quinta demum die, mane inlucescente, ecce! angelus Domini in veste candida sancto pontifici nostro apparuit, dicens: 'Ego sum Michael summi Dei nuntius, qui misit me ad te indicare, quod tibi adduntur anni vitae pro intercessione sanctae Mariae genetricis Dei semperque virginis et pro subditorum tuorum lacrimis, ad aures Domini pervenientibus; et hoc tibi erit signum, quod ab hac die in dies melio- cf. 4. Reg. 20, 9. ratus sanaberis[d] et ad patriam tuam pervenies[e], tibique substantiarum tuarum carissima quaeque[f] redduntur, et in pace vitam consummabis. Paratus quoque esto, quia[g] post quattuor annorum spatium iterum visitabo te. Iam enim memento, quod in honore sancti Petri et Andreae apostolis[h] domos edificasti[2], sanctae vero Mariae semper virgini intercedenti pro te nullam fecisti. Habes hoc emendare et in honorem eius domum dedicare[3]'. Et post haec verba angelus Domini[i] assumptus, ab oculis eius discessit. Sanctus itaque pontifex noster, quasi de somno excitatus cf. Ier. 31, 26. surgens, inter choros canentium et flentium resedit, dicens: 'Ubi est Acca presbiter noster?' Qui statim cum gaudio[k] invocatus[l] advenit, gratias agens Domino cum omnibus, quod eum sedentem et loquentem vidissent. Deinde ergo[m], remotis fra-

Capp. 55. 56. 1. 2*a*.

Cap. 55. a) pontifice 2*a*. b) nō 1, *et sic saepius*. c) in *add.* 2*a*. *b*. d) *ita* 1. 2*a*. e) *om.* 2*a*. f) *ita* 2*a*. *b*; iudiciaque — portare *om.* 1. g) archiepiscopis 2*b*. h) *ita editores;* memorem 1. 2*a*. i) subitorum 2*a*. k) obediens 2*a*. l) que *om.* 1.

Cap. 56. a) *ita* 2*a*; *praescr. om.* 1. b) vivitatem 2*a*, *corr.* c) eum *add.* 1. d) senaberis 1. e) perveneris 2*a*. f) *om.* 1. g) que *pr. m. corr.* qua 2*a*. h) *ita* 1. 2*a*. i) Dei 2*a*. k) gladio 2*a*. l) *om.* 1. m) vero 2*a*.

1) *Hodie Meaux (dép. Seine-et-Marne).* 2) *Scilicet ecclesiam S. Petri Hripensem (c.* 17*), ecclesias Hagustaldensem (c.* 22*) et Undolensem (c.* 64*) in honorem Andreae apostoli consecratas. Cf.* c. 67 *(infra p.* 262, 30*):* apostolis Dei Petro et Andreae, quos maxime diligebat et substantiam suam cum subditis dedicavit. 3) *Unde Wilfridum postea ecclesiam S. Mariae Hagustaldensem aedificasse, quam Acca successor consummasset, e fama tradidit Richardus prior Hagustaldensis l. l. I,* 4 *(ed. Raine l. l. p.* 14. 18*); cf. Aelredum, De sanctis eccl. Hagustald. c.* 3. 5 *(ib. p.* 181. 183*). De qua ecclesia cf. G. B. Brown l. l. p.* 286. 319. 323.

705. tribus de domo, solo fidelissimo presbitero suo Acca, qui nunc est beatae memoriae[1] gratia Dei episcopus[2], per ordinem, sicut supra[a] diximus, visionem omnem revelavit, et statim sanctus presbiter praefatus acuti ingenii intellexit, gratias agens Domino, eo modo pontifici nostro pro intercessione sanctae Mariae[b] matris (cf. 4. Reg. 20, 6.) Domini et pro subditorum suorum precibus annos vitae additos, sicut Ezechiae regi Iudae XV annos adiectos, quorum V pro electione David patris sui, alii autem V pro intercessione Esaiae prophetae in templo Dei, alii V pro regis ipsius bonitate et (cf. ib. v. 2.) ploratu ad parietem converso anni vitae adduntur.

(57). Qualiter[a] reversus mare transierit.

Tunc ergo sanctus pontifex noster, manibus et facie lavatis, omnibus nostris mira hilaritate gaudentibus, vitam ei[b] a Domino concessam gratulanter confitentibus, (cf. 1. Reg. 14, 27.) sumpto aliquantulum cibo, secundum Ionathan[c] inluminatis oculis refocilatus est, et post paucos dies, convalescente eadem infirmitate, coepto itinere usque ad mare pervenerunt, cuius[d] magnitudinem navigio superantes, in Cantuaria regione portum salutis[3] Deo adiuvante invenerunt[d]. Illic[e] autem archiepiscopo Berchtwaldo[f] invento, sancti pontificis nostri nuntii cum eo loquebantur. Qui eis spopondit mitigare[g] iudicia dura, olim in synodo statuta, quia apostolica auctoritate coactus et per nuntios suos[h] scriptis directis territus est et tremebundus paci- (cf. Gen. 41, 13.) fice sine simulatione, sicut rei eventus probavit, sancto pontifici nostro reconciliatus est. Deinde itaque cum multitudines[i] abbatum suorum cum muneribus iuxta Lundoniam civitatem[k] ab oriente leti obeuntes[l] inventi sunt. Postremo tamen[m] ad Ęthelredum[n] regem, qui ante regnum[o] regebat Merciorum[p] populorum[4], semper fidelissimum amicum, nimirum pro nimio gaudio lacrimantem, sanctus pontifex noster veniens, mitissime[q] eum salutavit; osculantes et amplexantes se invicem, honorifice ab amico more suo susceptus est. Qui ei[r] salutationis verba ab[s] apostolica sede emissa et statuta de se iudicia, signata cum bullis[t] et sigillis, humiliter ostendit. Ille vero, statim apertis et recitatis apostolicae sedis[u] literis, prosternens se in terram, oboedienter spopondit, dicens: 'Huius apostolicae[u] auctoritatis scriptis ne unius quidem litterae apicem umquam in vita mea condempnabo neque non[v] facientibus consentio, sed ut impleantur secundum vires meas adiuvabo'. Sicut enim promiserat, ita sine dubio effecit. Iam enim merces, Deo donante, aeterna retribuetur ei in bono. Nam statim Coenred, quem regem post se consti-

Capp. 56. 57. 1. 2*a*.

Cap. 56. a) *om.* 2*a*. b) virgini *(sic) add., sed del.* 1.

Cap. 57. a) *ita* 2*a et Fridegodus; praescr. om.* 1. b) *om.* 2*a*. c) Ionatham 2*a*. d) cuius — invenerunt *om.* 2*a*. e) Ilic 2*a*. f) Bergtpaldo 2*a*. g) mittigare 2*a*. h) *om.* 2*a*. i) *ita* 1. 2*a*. k) civitat: em 2*a*. l) *ita* 1. 2*a*; abeuntes *Mab.* m) tunc 2*a*; *cf. p.* 238, 19. 255, 19. n) Ęðelr. 2*a*; Eðelr. 1. o) *om.* 1. p) Myrciorum (pop. *om.*) 2*a*. q) mit. eum sal. *om.* 2*a*. r) eis 2*a*. s) *om.* 2*a*. t) bellis 1, *corr.* u) *ita* 2*a*. *b*; sedis — apostolicae *om.* 1. v) *om.* 1.

1) *Cf. supra p.* 217, *n.* 3. 2) *Hagustaldensis; cf. supra p.* 193, *n.* 2. 3) *Cf. supra p.* 208, *n.* 3. 4) Aedilred quondam rex, tunc autem abbas *Beda V,* 19; *cf. ib. c.* 24: Anno DCCIIII. Aedilred, postquam XXXI *(potius* 29*)* annos Merciorum genti praefuit, monachus factus Coenredo *(a.* 704—709*)* regnum dedit. *Aedilredus abbas Beardaneu monasterii (cf. Bedam III,* 11*; hodie Bardney locus a Lincolnensi civitate in orientem versus situs) factus esse dicitur (cf. versionem Bedae Anglicam V,* 19*, ed. I. Schipper, 'Bibliothek der angelsächsischen Prosa' IV,* 1899*, p.* 671: 'waes ða Beardsaetena abbud'*) ibique sepultus est (Annales Saxonici a.* 716*, ed. Plummer l. l. I,* 42*).*

tuit[1], ad[a] se invitavit et adiuravit eum in nomine Domini et in sua caritate oboedire praeceptis apostolicae sedis. Ille autem voluntarie sic facere promisit. 705.

(58). Quomodo[a] propter contemptum eius Aldfridus rex periit.

Denique post non multi temporis spatium, Aethelredo[b] amico suo docente[c], sanctus pontifex noster electos nuntios Badwinum presbiterum et abbatem magistrumque Alfrithum[d.2] ad Aldfrithum Ultra-Humbrensium[e] regem sibique notos emisit, dicens[f] ad eum: 'Sanctus pontifex noster salutat te pacificis verbis postulatque a te, ut licentiam sibi veniendi ad praesentiam tuam concedas cum litteris salutationis apostolicae sedis et iudiciis[g] de sua causa apostolica auctoritate[h] constitutis'. Quibus rex in prima vice nihil dure et austere[i] respondit; sed, conductione[3] facta et statuta die iterum revertendi ad se, tunc respondere promisit. Fratres vero secundum praeceptum regis altera vice in die conductionis revertentes ad eum sciscitantesque ab eo, quid ad responsionem esset dicturus. Quibus rex, sicut consiliarii eius persuaserunt, respondit: 'O fratres mihi ambo venerabiles, petite a me vobismet ipsis necessaria[k], et ego propter reverentiam vestram donabo vobis. De causa vero Wilfridi domini vestri nolite me ab hoc die diutius flagitare, quia, quod ante praedecessores mei reges et archiepiscopus cum consiliariis[l] suis censuerunt, et quod postea nos cum archiepiscopo, ab apostolica sede emisso, cum omnibus poene[m] Brittanniae[n] nostrae[o] gentis praesulibus iudicavimus, hoc, inquam, quamdiu[p] vixero, propter apostolicae sedis, ut dicitis[q], scripta numquam volo mutare'. Et hanc sententiam plene[r] postmodum mutavit, et vere penituit[s] eum[t].

(59). Deinde namque nuntii[a] tristem nuntium portantes recesserunt ab eo, vultum eius ultra non videntes, veneruntque ad dominum[b] suum. Nam ultio divina nihil morata, sed secundum prophetiam praesulis apostolicae sedis vinculis alligatum[4] infirmitatis districte[c] regem conpressit. Qui statim, ut erat sapientissimus, agnoscens, ab apostolica potestate perculsum se esse, paenitentia ductus, confessus est peccatum suum, in Wilfridum episcopum contra apostolicae sedis iudicia commissum, dicens significando: 'Si aliquo modo ad me viventem[d] venire per invitationem potuisset, statim piaculum meum emendarem[e]'. Et tamen votum vovit Deo et sancto Petro, si de illa infirmitate sanatus surrexisset, secundum sancti Wilfridi[f] episcopi desiderium et apostolicae sedis iudicium omnia sanare. 'Sin vero, Deo volente,

Capp. 57—59. 1. 2*a*.

Cap. 57. a) *ita* 1 *cum Beda V,* 19; ad se *om.* 2*a*.

Cap. 58. a) *ita* 2*a* (*ubi* contep eius *et* Aldfriðus); Qu. rex Aldfridus pr. cont. eius periit *Fridegodus; praescr. om.* 1. b) Æðelr. 1; Ęðelr. 2*a*. c) dicente 2*a*. d) *ita* 2*a*. *b*; Alfriðum ad Alfriðum 1; Alfridum nuntios ad Alfridum *Lelandus*. e) *ita hoc loco* 1. 2*a*. f) dicentes 1; *cf. p.* 254, 10. g) iudicis 2*a*. h) *ita* 2*a* (*cf. p.* 252, 17. 28); potestate 1 (*cf. l.* 28). i) austerer 2*a*, *corr.* k) neceessaria 2*a*. l) consiliarius 2*a*. m) *ita* 2*a*. n) Brittanie 2*a*. o) vestrae 1. p) quamdixero *corr.* quamdixero 1. q) dicatis 2*a*. r) *bis scr.* 2*a*. s) petuit 1, *corr.* t) *om.* 2*a*.

Cap. 59. a) nuntiis 1, *corr.* b) dm̄ 2*a*. c) *corr.* destricte 1. d) venientem 2*a*. e) emendare 2*a*. f) Uuilfriði *hoc loco* 1.

1) *Cf. p.* 252, *n.* 4. *Coinred a.* 709, *regno relicto, Romae monachus factus est (Beda V,* 19. 24*)*. 2) *Infra c.* 63. *Aluhfrithus magister iterum commemoratur. 'Ergo is praeerat scholis coenobii Hripensis' (Mabillon).* 3) *I. e. promissio tuti itineris.* 4) *Cf. p.* 250, 34.

defunctus fuero, praecipio in nomine Domini heredi, quicumque mihi in regnum successerit, ut cum Wilfrido episcopo pro remedio animae meae et suae pacem et concordiam ineat'. Haec verba fidelissimi testes audierunt nobisque indicaverunt[a], ex quibus est Aelfleda abbatissa et sapientissima virgo, quae est vere filia regis[1], necnon et[b] Aethelburga[c] abbatissa[2], et multi alii testes haec adfirmaverunt[d]. Regem vero languor obpressit, loquela illum per multos dies deseruit, postremo
705, Dec. 14. diem obiit[3], et post eum Eadvulf per parvum spatium regnavit[4]. Ad quem sanctus pontifex noster de exilio cum filio suo proprio[5] veniens, de Hrypis quasi ad amicum nuntios emisit, quibus austere et dure, persuasus a consiliariis[e] suis, pro antiqua nequitia respondebat, dicens: 'Per salutem meam iuro, nisi de regno meo in spatio sex dierum discesserit, de sodalibus eius quoscumque invenero, morte peribunt'. Et post haec aspera verba, coniuratione facta adversum eum, de regno,
706, Febr. quod duos menses habuit, expulsus est[6], et regnavit pro eo puer regius, cui nomen erat Osred, filius Aldfridi[f] regis[7], et sancto pontifici nostro[g] filius adoptivus factus est.

706. (60). In primo anno Osredi regis Berhtvaldus[a] Cantuariorum ęcclesiae et

Capp. 59. 60. 1. 2*a*.

Cap. 59. a) indicacaverunt 2*a*. b) *bis scr., sed expunct.* 2*a*. c) Æðelb. 1; Ęthelb. 2*a*. d) firmaverunt 2*a*. e) conciliar(i *superscr.*)is 2*a*. f) Aldfrithi 2*a*. g) nō, *ut alibi*, 1.

Cap. 60. a) *corr.* Berhtuvaldus 1; Berhtuualdus 2*a*; Berthwaldus *Leland*.

1) *De Aelfleda abbatissa Streanaeshalchensi, filia Oswiu regis, cf. supra p.* 237, *n.* 2. 2) *'Cuius loci abbatissa fuerit, mihi non liquet; nam Aethelburga Berkingensis abbatissa, de qua Beda IV,* 6. *et* 9, *longe ante excesserat e vivis'. Ita Mabillonius adnotavit, neque vero annus emortualis huius abbatissae adeo constat (cf. Plummer II,* 218 *sq.); tamen de alia femina agi, et ipse crediderim, cum coenobium Berecingense (hodie Barking, com. Essex) prope Londinium situm longius a Northumbria absit, quam ut abbatissam eius Aldfridi obitui interfuisse veri simile sit.* Aelfled, Oeðilburg *inter 'nomina reginarum et abbatissarum' in Libro vitae eccl. Dunelm. (Sweet p.* 154, 18; *Thompson p.* 81*) proximo loco post Iurminburg reginam (v. supra c.* 24*) positae sunt.* 3) *Beda V,* 18: Anno dominicae incarnationis DCCV. Aldfrid rex Nordanhymbrorum defunctus est; *obiit autem in Driffield loco (inter Hull et Scarborough, com. York) die* 14. *Decembris (Annales Saxonici a.* 705, *ed. Plummer l. l. I,* 41*), neque obstat, quod* anno regni sui XX. necdum inpleto *mortuus esse dicitur (Beda l. l.; cf. c.* 1: X et VIIII annis*), cum inter necem Ecgfridi (a.* 685, *Mai.* 20; *cf. supra p.* 238*) et initium regni Aldfridi aliquot menses intercessisse veri simile sit (cf. Obser l. l. p.* 85, *n.* 3*).* 4) *Nomen eius inter 'nomina regum vel ducum' in Libro vitae eccl. Dunelm. (Sweet p.* 154, 4; *Thompson p.* 81*) secundo loco post Aldfridum regem legitur. Inscriptionem nomen* [E]adulfes *exhibentem, quae in Alnmouth loco (com. Northumberland) inventa est (G. Stephens, 'The old-northern Runic monuments' I,* 1867, *p.* 461 *sq., cf. II,* 1868, *p.* 865. *III,* 1884, *p.* 441; *Sweet l. l. p.* 127*), ad sepulchrum eius rettulerunt.* 5) *I. e. sine dubio filio Eadwulfi neque, id quod crediderunt et disseruerunt (cf. e. gr. Bright l. l. p.* 458, *n.* 2*), filio Wilfridi sive naturali sive spirituali. Arnwini, cuius necem a.* 740. *continuator Bedae rettulit (ed. Plummer I,* 362*), filius Eadwulfi fuit, teste Symeone Dunelmensi, Historia regum c.* 40 *(Opera ed. Th. Arnold II,* 1885, *p.* 38*):* Arwine, filius Eadulfi, occisus est die X. Kal. Ian. feria VII *(potius feria VI. aut IX. Kal.).* 6) *De bello inter partes Eadwulfi et Osredi gesto cf. infra c.* 60 *(p.* 256, 17—23*).* 7) Puer octo circiter annorum *Beda V,* 18. *Anno* 716. *occisus est (ib. c.* 22. 24; *cf. Plummer II,* 336*), moribus dissolutis usus (cf. Bonifatii epist.* 73, *MG. Epist. III,* 343 *sq.; Aedilwulfi carmen c.* 2, *MG. Poetae I,* 584*).*

poene[a] totius Brittanniae archiepiscopus de austro veniens[b], habens[1] ex praecepto apostolicae sedis Aquilonalium[2] regem cum omnibus episcopis suis et abbatibus et totius regni eius principibus ad synodalem locum de causa beati[c] Wilfridi episcopi diligenter invitare[d], et ita factum est. Nam in unum locum iuxta fluvium Nid[e, 3] ab oriente congregati rex cum principibus et tres episcopi eius[4] cum abbatibus necnon et beata Aelfleda[f] abbatissa, semper totius provinciae consolatrix[g] optimaque consiliatrix, Berchtvaldus[h] quoque archiepiscopus et Wilfridus episcopus simul in una die advenerunt. Deinde, sedentibus rege et episcopis cum principibus eorum in synodali loco, tali modo archiepiscopus loqui incipiebat: 'Oremus Dominum nostrum[i], ut pacis concordiam in cordibus nostris per Spiritum sanctum indulgeat. Habemus enim et ego et beatus Wilfridus episcopus scripta apostolicae sedis, parvitati[k] enim meae per nuntios directa et per semet ipsum similiter allata, et[l] ut ea in praesentia reverentiae vestrae recitentur[m], humili prece deposcimus'. Quibus venerabiles domini licentiam dederunt, et[n] coram synodo, omnibus audientibus, utriusque libri a principio usque ad finem legebantur. 706.

Post lectionem autem[o], cunctis tacentibus, Berectfridus[p], secundus a rege princeps[5], ad archiepiscopum dixit: 'Nos, qui[q] interpretatione indigemus, quid apostolica auctoritas dicat, audire delectat[r]'. Et respondit ei archiepiscopus, dicens: 'Iudicia apostolicae sedis longo circuitu et ambagibus verborum, unum tamen[s] intellectum de eadem re[t] utrique libri ostendentes, quorum[u] brevi sermone sensum tantum explicabo. Apostolica namque potestas, quae primum Petro apostolo et[v] cf. Matth. 16, 19.
principi apostolorum ligandi solvendique donata est, sua auctoritate de beato Wilfrido[w] episcopo censuit, ut in praesentia mea, licet indignus, et omnis conventui[x] praesules[y] ęcclesiarum huius provinciae, antiquam inimicitiam pro animarum salute relinquentes, beato Wilfrido[z] episcopo in bono reconcilientur. Nam his coepiscopis meis e duobus ab apostolica sede iudiciis optio datur, utrum voluerint, eligant[a], ut aut cum Wilfrido[b] episcopo pacem plene perfecteque ineant et partes ęcclesiarum, quas olim ipse regebat, sicut sapientes mecum iudicaverint, restituant, aut si hoc optimum noluissent, omnes simul ad apostolicam sedem pergerent ibique maiori concilio diiudicarentur. Si quis vero contempnens, quod absit, neutrum ex his duobus inplere voluisset[c], sciat se, si rex sit aut laicus, a corpore et[d] sanguine

Cap. 60. 1. 2*a*.

Cap. 60. a) *ita* 2*a*. b) venientes 2*a*. *b*. c) bea *(sic)* 1. d) invitare | et vitare et ita 2*a*. e) Nidd *Beda*. f) Elfl. *Leland*. g) consulalix *(sic)* 2*a*. h) Berht : uualdus 2*a*. i) Iesum Christum *add*. 2*a*. k) parvitatis 1. l) *om*. 2*a*. m) recitantur 2*a* *(non 2b)*. n) *om*. 2*a* *(non 2b)*. o) *om*. 2*a*. p) *ita Lelandus;* Berectfriðus 1; Berthfrithus 2*a*. q) : : qui 2*a*. r) dilectat. Et resp. (ei *versu exeunte om*.) 2*a*. s) tē 2*a*. t) *om*. 1. u) in *add*. 2*a*; *at cf. p*. 256, 3. v) et pr. ap. *om*. 2*a*. w) Uulfritho *(sic)* 2*a*. x) *ita* 1. 2*a*. y) presulis 2*a*, *corr*. z) Uuilfriðo *hoc loco* 1. a) elegant 2*a*. b) Uuilfriðo *hoc loco* 1. c) noluisse 1. d) a *add*. 2*a*; *cf. p*. 227, 9.

1) *I. e. invitaturus; cf. supra p.* 114, 4. 228, 16. *De verbo 'habere' c. inf. pro futuro disseruit M. Bonnet, 'Le Latin de Grégoire de Tours' p.* 690. *B. Kr.* 2) *Cf. supra p.* 245, *n.* 3. 3) *Hodie Nidd fluvius, qui supra Eboracum in Ouse flumen a dextra parte immergitur.* 4) *Scilicet Bosa episcopus Eboracensis, Iohannes Hagustaldensis (cf. supra p.* 250, *n.* 1*), qui paulo post, cum coenobium Hagustaldense Wilfrido concessum esset, defuncto Bosa 'pro eo Eboraci substitutus' est (Beda V,* 3*), denique Eadfridus episcopus Lindisfarnensis (a.* 698 *—*721*). E Stephano intellegitur, obitum Bosae haud recte a nonnullis a.* 705. *ante synodum Niddensem collocatum esse (cf. e. gr. Plummer II,* 275*).* 5) *Beda V,* 24: Anno DCCXI. Berctfrid praefectus cum Pictis pugnavit. *Cf. de conditione eius Larson l. l. p.* 112 *sq.*

706. Christi excommunicatum; si vero episcopus aut presbiter, quod est execrabilius et dictu[a] horrendum, ab omni gradu ecclesiasticae[b] dignitatis degradari. Haec sunt iudicia apostolicae sedis brevi sermone exposita'. Episcopi vero resistentes dixerunt: 'Quod praedecessores[c] nostri olim, Theodorus archiepiscopus, ab apostolica sede emissus, et Ecfridus[d] rex censuerunt et postea in campo, qui Eostręfeld[e] dicitur[1], una nobiscum poene[f] totius Brittanniae[g] episcopi tuaque, archiepiscope, praesentia excellentissima cum rege Aldfritho[h] iudicavimus, quomodo inmutare quis valeat?'

Interea autem beatissima Aelfleda[i] abbatissa benedicto ore suo dixit: 'Vere in Christo dico testamentum Aldfrithi[k] regis in ea infirmitate, qua vitam finivit; qui votum vovit Deo et sancto Petro, dicens[2]: "Si vixero, omnia iudicia apostolicae sedis, quas[l] ante rennui audire, de beato Wilfrido[m] episcopo replebo. Si vero diem obiero, dicite tamen heredi meo filio in nomine[n] Domini, ut pro remedio animae meae iudicium de[o] Wilfrido episcopo apostolicum repleat". Haec ea loquente, Berechtfridus[p], praefatus regis princeps, respondens dixit: 'Haec est voluntas regis[q] et principum eius, ut mandatis apostolicae sedis et praeceptis Aldfrithi[r] regis in omnibus obediamus[s]. Nam quando in urbe, quae Bebbanburg[t,3] dicitur, obsessi et undique hostili manu circumcincti in angustiaque rupis[u] lapideae[4] mansimus, inito consilio inter nos, si Deus nostro regali puero[5] regnum patris sui concedisset[v], quae mandavit apostolica auctoritas de sancto[w] Wilfrido[x] episcopo[y], adimplere Deo spopondimus, et statim post vota, mutatis animis inimicorum, concito[z] cursu omnes cum iuramento[a] in amicitiam nostram conversi sunt; apertis ianuis de angustia liberati, fugatis inimicis nostris, regnum accepimus'.

Postquam haec verba finita[b] sunt, episcopi sibi mutuo separati ab aliis inire consilium[c] coeperunt, aliquando cum eis archiepiscopus, aliquando vero sapientissima virgo Aelfleda[d], et huius sancti concilii[e] talis finis extitit, ut omnes episcopi et rex cum optimatibus suis pure pacis concordiam cum Wilfrido[f] episcopo inierunt[g], quam inter se usque ad finem vitae conservaverunt, reddentes ei duo optima coenobia, quae sunt[h] in Hrypis et in Hagustaldaesae[i], cum omnibus reditibus suis. Et illa die omnes episcopi se in invicem osculantes et

Cap. 60. 1. 2*a*.

Cap. 60. a) ductu horendum 2*a*. b) eccl. dign. *om.* 2*a*. c) praedicess. 2*a*. d) Ꝑcfriþus (d *super* þ *scr.*) 1; Ecfrithus 2*a*. e) *ita* 1; Eostrefeld 2*a et Lelandus;* Hosterfeld 2*b*. f) *ita* 2*a*. g) Britanniae 2*a*. h) Aldfriðo 1. i) Aelflęda 1. k) Aldfriði 1; Alfrithi 2*a*. l) *ita* 1. 2*a*. m) *ita hoc loco etiam* 2*a*. n) homine 2*a*. o) *ita (sed* Uuilfritho*)* 2*a (ubi* apłm*)*. *b*; de Wilfr. ep. ap. *om.* 1. p) *ita Lelandus;* Berech | frithus 2*a*; B : erhtfriðus, *ras.* r 1. q) eregis 2*a*, *corr.* r) Alfriði 1; Alfrithi 2*a*; Alfridi *Lelandus*. s) obediemus 2*a*. t) Bebbanburge 2*a*; Bebbanberg *Lelandus*. u) *om.* 2*a*. v) *ita* 1. 2*a*. w) *versu exeunte om.* 2*a*. x) Uuilfriðo *hoc loco* 1. y) et *add., sed expunct.* 2*a*. z) con : : : cito, *ras.* sti 1. a) geramento 2*a*, *corr.* b) finitę 2*a*. c) *om.* 2*a*. d) Ælflęda 1. e) consilii 2*a*. f) Uuilfriðo *hoc loco* 1. g) *corr.* inierint 1. h) *ita* 2*a* (*ubi* Hripis); est i *(sic)* (H *superscr.*)rypis 1. i) Agustaldes ię 2*a*.

1) *Cf. supra c.* 46. 2) *Cf. c.* 59. 3) In urbe regia, quae a regina quondam vocabulo Bebba cognominatur, *Beda III,* 6. 16, *hodie Bamburgh locus inter Tynemouth et Berwick ad mare situs (com. Northumberland).* 4) *Symeon Dunelm., Historia regum c.* 48 *(ed. Arnold II,* 45*):* Bebba vero civitas urbs est munitissima, non admodum magna, sed quasi duorum vel trium agrorum spatium, habens unum introitum cavatum et gradibus miro modo exaltatum. 5) *Osredo; cf. p.* 254, *n.* 7.

amplexantes panemque frangentes communicaverunt; gratias agentes Deo omnes sancti[1] huius beatitudinis, in pace Christi ad sua loca remearunt.

Mirabilis[a] *Deus in sanctis suis,* qui pro amore totius ęcclesiae salutifera pace [Ps. 67, 36.] animas praesulum coronavit. Et haec est maxima beatitudo ex utraque parte, tam illorum, qui per longa spatia annorum possessionem suam possidebant et voluntarie ad emendationem in pace Christi ante suum obitum pontifici nostro reddiderunt[2], quam nostrorum, qui, per diversa exilia dispersi, tristes sub alienis[b] dominis servi eramus et nunc in pace omnium[c] ubique reconciliatorum cum domino nostro, capite carissimo, spem vitae cum[d] Domino gerentes, gaudentes et exultantes in [cf. Tit. 3, 7.] benedictione vivimus.

(61). Letitia huius seculi luctu miscebitur, et omnis res ad finem respicit. Nam cum tempus, quod Michael archangelus praedixerat[a. 3], adpropinquaret, sanctus [708 ex.] pontifex noster pergens de Hagustaldesae[b], extimplo tali languore correptus, quasi olim in Meldum civitate[3] fatigatus est, ut inde[c] validiorem sustineret languorem. Tunc omnis familia cum intimo cordis merore[d] consueta arma orationum arripiens, die[e] noctuque indesinenter canentes et deprecantes Dominum concedere ei inducias vitae, saltem[f] ad loquendum et domus suas ad disponendas possessionesque[g] dividendas, et ne nos quasi orbatos sine abbatibus relinqueret. Huius autem luctuosae calamitatis fama longe lateque pervolavit, et omnes abbates eius de suis locis et anachoritae[h] concito cursu pergentes die et nocte festinanter, nihil secundum traditiones[i] hominum de morte eius hesitantes, undique congregati, absque spe praesentium et[k] absentium, tamen ad viventem pervenerunt, domumque ingressi, genu flectentes et unanimiter omnes in luctu rogantes Dominum, ut in se promissionem suam expleret[l], dicentem: *Ubicumque fuerint duo vel tres congregati*[m] *in* [Matth. 18, 20.] *nomine meo, ibi sum in medio eorum,* dicit Dominus[m], et ut[n] pontifici nostro[o] aliquod spatium vitae concederet. Et, Deo concedente, ita factum est, ut[n] et omnem vitam nostram in diversis locis secundum suum[p] desiderium sub praepositis a se electis constitueret[q] et substantiam suam intus et foris Deo et hominibus suo iudicio dispertiret, quod ante non perficerat[r]. Nam ex illa die, quasi de somno [cf. Ier. 31, 26.] excitatus, accipiens intellectum et memoriam loquendique facultatem, integrae sanitati redditus est, et nos Deo gratias agentes[s] miroque gaudio letificati, unusquisque viam suam adiit.

(62). Sanctus itaque pontifex noster in gaudio suorum et pace perfecta vivens et ea[a] omnia, quae prius hominibus[b] defuisse[c] ei videbantur, per spatium anni et dimidii post infirmitatem plene perfecteque emendavit. Nam non[d] multo tempore [709–710.] ante beatae memoriae obitum in Hrypis[e] cum duobus abbatibus et fratribus valde

Capp. 60—62. 1. 2*a*.

Cap. 60. a) *caput incipit* 1. 2*a*, *vix recte.* b) alinis 2*a*, *corr.* c) om *(del.)* | omnium 2*a*. d) cum Dom. *om.* 2*a*.

Cap. 61. a) p̄dixerat 2*a*, *corr.* b) de Hagustaldesaę 1; ad Agustaldęs ię 2*a*. c) ine 2*a*. d) memore 2*a*. e) diei 1, *corr.* f) salutem 1, *corr.* g) posess. 1, *corr.* h) anchoritae *pr. m.* 1; anachoritate 2*a*. i) traditionis 2*a*, *corr.* k) et abs. *om.* 2*a*. l) explexet 2*a*, *corr.* m) et r(e)l(iqua) *pro* congregati — Dominus 2*a*. n) *om.* 2*a*. o) nō, *ut alibi*, 1. p) suam 1. q) constueret 2*a*. r) p̄ficerat 2*a*; p̄fecer:, *ras.* e(?) 1; perfecerat *Mab.* s) *versu exeunte om.* 2*a*.

Cap. 62. a) omnia ea 2*a*. b) *malim* humanitus. *B. Kr.* c) difuisse 2*a*. d) nan 2*a*, *corr.* e) Hypis 1, *corr.*; (H *superscr.*)ripis 2*a*.

1) *I. e. fortasse 'pro hac sancta beatitudine'; v. supra p.* 256, 26: huius sancti concilii. 2) *Cf. supra p.* 177, *n.* 6. 3) *Cf. supra c.* 56 *(p.* 251*)*.

fidelibus[a], omnes numero VIII, ad se invitatis, gazofilacium[b] aperire claviculario praecepit et omne aurum et argentum cum lapidibus pretiosis in conspectu eorum deponere et in IIII partes secundum suum iudicium dirimere iussit, qui nihil moratus, praecepto[c] sancti patris oboediens, sic omnia conplevit. Sanctus autem[d] pontifex noster ad fideles testes dixit: 'Scitote, fratres mi dilectissimi, cogitationem meam, quam ante olim cogitavi, ut sancti Petri apostoli sedem iterum appellarem et viderem, unde liberatus fui frequenter, Deoque volente, vitam meam illic finirem, et unam optimam ex his IIII partibus ad munera offerenda per ęcclesias sanctorum mecum deducere donaque portare ad ęcclesiam[e] sanctae Mariae matris[f] Domini dedicatam, ad sanctum Paulum apostolum[1] munera pro anima mea offerre. Si vero Deus aliquid aliud providerit, ut frequenter senibus evenire solet, et dies obitus mei me occupaverit[g], vobis fidelibus praecipio in nomine Iesu Christi, ut per nuntios ad supradictas ęcclesias munera mea mittatis[h]. Ex tribus vero aliis partibus unam pauperibus populi mei pro redemptione animae meae dividite; alteram autem partem praepositi coenobiorum duorum sepe dictorum inter se dividant, ut cum muneribus regum[i] et episcoporum amicitiam perpetrare potuerint. Tertiam vero partem his, qui mecum longa exilia perpessi laboraverunt, et quibus terras praediorum non dedi, secundum uniuscuiusque mensuram dispertite illis, ut habeant, unde se post me sustentent[k]'. Iterum alia vice post spatium temporis testibus fidelibus dixit: 'Fratres, recolite, quod hunc Tatberhtum[l] presbiterum[2], propinquum meum, qui[m] nunc usque meus comes fuit individuus, huiuscemodi[n] constituo in Hrypis[o] praepositum, ut regimen mecum[p], quamdiu vixero, habeat et post obitum meum sine scrupulo possideat. Ideo namque haec statuta dico, ut, si[q] me Michael archangelus[r] visitans, paratum inveniat; signa enim obitus mei multa frequentant'.

(63). Post has ergo sermocinationes[a], secundum iussionem sancti pontificis nostri pulsato signo, tota[b] familia Hryporum simul in unum congregata est. Ad quam introgressus est sanctus pontifex noster; residens loqui incipiebat, hoc modo[c] dicens: 'Frater[d] noster reverentissimus Caelinus[e, 3], aliquandiu praepositus debitae nostrae observantiae[f], multum in Domino laboravit et nunc ad pristinum statum conversationis atque[g] ad deserta loca revertere et contemplativam vitam, sicut olim, exercere et soli Deo servire concupiscit, et hoc ei diutius[h] nolo rennuere. Admoneo tamen vos, ut regulariter vitae vestrae institutionem conservare dignemini, usque dum, Deo volente, iterum veniam ad vos. Nam hii duo abbates nostri Tibba et Eabba[i, 4] praesentès, emissi a Ceolredo[k] rege Merciorum[5], invitantes me

Capp. 62. 63. 1. 2*a*.

Cap. 62. a) fidebus 2*a*. b) *corr. e* gatofil. 1. 2*a*. c) praerepto 2*a*. d) autem *post* fideles 2*a*. e) sanctorum *iterat* 2*a*. f) *expectes* matri. g) occupavit 2*a*. h) *corr.* mittætis 2*a*. i) *ita* 2*a*. *b*; regis 1. k) sustentant 2*a*. l) Tatbertum *Lelandus*. m) (qui *om.*) nunc (usque meus *om.*) comes (fuit *om.*) 2*a*. n) huius (*corr. ex* huus) cenobii 1. o) Hripis 2*a*. p) meum 1. q) *om.* 1. r) archargelus 2*a*.

Cap. 63. a) sermonationes 1, *corr.* b) tata 2*a*. c) *versu exeunte om.* 2*a*. d) Fratres 1, *corr.* e) Celinus 2*a*. f) *corr.* observantia 2*a*. g) a:que 1, *corr.* h) diutus 2*a*. i) *ita Lelandus (cf. p.* 259, *l.* 6*)*; ȅbba 1; Ebba 2*a*. k) Ceolfredo 2*b (non 2a)*.

1) *Ecclesiae Romanae S. Mariae Maioris et S. Pauli extra muros significantur.* 2) *De eo cf. supra p.* 193, *n.* 3. 3) *Nomen* Caelin *aliis viris inditum e. gr. apud Bedam II,* 5, *III,* 23, *legitur, itemque* Celin *inter 'nomina clericorum' in Libro vitae eccl. Dunelm. (Sweet p.* 160, 222*) occurrit.* 4) *Nescio, an de Eappa presbytero agatur, qui cum Wilfrido (cf. supra c.* 41*) Australibus Saxonibus convertendis operam dedit, c. a.* 685. *Selsey monasterio praefectus (Beda IV,* 13. 14*).* 5) *A.* 709—716 *(cf. Bedam V,* 19. 24*). De quo cf. Annales*

ad colloquium eius, et hoc pro nostrorum coenobiorum statu[a], quae in regno eius sunt, me consentire suaserunt: qui[1] enim omnem vitam suam meo iudicio disponere promittit. Et iterum cum revertero[b] ad vos, Deo volente, vita comite adducam (cf. Gen. 18, 10.) mecum, quem inveni dignum virum vestrae praepositionis principatui. Sin vero aliquid propter frequentes infirmitates meas, Deo providente, aliud contigerit, quemcumque hi testes, qui nunc iuxta[c] me sedentes[d], Tibba et Eabba[e] abbates, Tatberhtus et Hadufrith[f] presbiteri magisterque Aluhfrithus[g, 2], venientes vobis dixerint, illum suscipite et abbatem constituite et oboedientiam, quam Deo mihique promisistis et huc usque perfecistis, secundum praeceptum meum illi reddite'. Geniculantes lacrimantesque, inclinato capite in terram, omnia praecepta eius adimplere promiserunt, pronique orantes, sanctus pontifex noster benedixit[h] eos et Domino commendavit, et ab eo die ultra faciem eius simul non viderunt.

(64). Pergens igitur sanctus pontifex noster cum pace et benedictione omnium, tam principum quam subditorum Ultra-Humbrensium, ad australia regna tetendit, ibique abbates suos omnes in adventu eius gaudentes invenit. Illic enim quibusdam supradicta testamenta ex ordine narravit[a] et unicuique eorum secundum suam mensuram aut cum terris vitam[b] monachorum suorum augmentavit aut cum pecunia corda eorum letificavit, quasi prophetiae spiritu ante obitum suum hereditatem heredibus dispertiens. Postremo ad monasterium eius, quod in Undolum[c, 3] positum est, in quo olim Andreae apostoli dedicavit ecclesiam[d], pervenerunt; ibique statim a languore infirmitatis coangustatus, ita ut intellegeret vicinum sibi esse finem huius vitae, et paucis verbis ammonuit eos, ut memores essent omnium bonorum, quae ante locutus est. Nam omnem vitae suae conversationem memorialiter prius enarravit Tatberhto[e] presbitero, videlicet propinquo suo, quadam die equitantibus illis per viam, quasi praesciens[f] obitum suum; necnon recordatus est omnes terras in diversis locis, quas abbatibus ante dederat aut tunc dare iussit, ut erat[g] coenobium in Hagustaldęsae, quod Accan[4] presbitero, qui post eum fuit beatae memoriae[5] gratia Dei episcopus, in possessionem dare praecepit. Postquam pauca locutus est, benedixit eos, sicut Iacob benedixit[h] filios suos, et cum quiete, (cf. Gen. 49, 28.) non cum gemitu et murmure, capud ad cervical lectuli inclinavit et requievit; illi vero in choro die noctuque indesinenter psalmos canentes et cum fletu miscentes, usque dum in psalmo[i] CIII. ad versiculum illum pervenerunt, in quo dicit[k]: *Emitte spiritum tuum, et creabuntur, et renovabis faciem terrae.* Tunc[l] sanctus pon- (Ps. 103, 30.)

Capp. 63. 64. 1. 2*a*.

Cap. 63. a) *om.* 2*a*. b) reverterrē 2*a*. c) iuxsta 1. d) *ita* 1. 2*a*. e) *ita* 1; Ebba 2*a*. f) Hadufrið 1; Hađufrið 2*a*. g) Aluhfriðus 1. h) benedix(i *superscr.*)t 1.

Cap. 64. a) narnavit 2*a*. b) *om.* 2*a*. c) Undalum *Lelandus*. d) eccłeam *corr.* eccłam 1. e) pr. Tatb. 2*a*. f) praescientie 2*a*. g) coen. erat in Hegustaldes ię 2*a*. h) bedixit 1. i) salmo centesimo tercio 2*a*. k) dicitur 2*a*. l) tn̄ (*i. e.* tamen) 1.

Saxon. a. 715 *(ed. Plummer I,* 42*); epist. Bonifatii n.* 10. 73 *(MG. Epist. III,* 256. 343*) confirmationem chartae Suaebraedi (Kemble I, n.* 52*; Birch I, n.* 111*; H. Hall, 'A formula book of English official historical documents' I,* 1908*, p.* 7*, n.* 1*); V. Guthlaci auct. Felice c.* 34 *(Mabillon, Acta III,* 1*, p.* 279*).* 1) *Scilicet Ceolredus rex.* 2) *Cf. supra c.* 58 *(p.* 253*).* 3) In monasterio suo, quod habebat in provincia Undalum sub regimine Cudvaldi abbatis, *Beda V,* 19. *Monasterium,* quod nominatur Undola, prope amnem Nen *in libello de sanctis Angliae (ed. F. Liebermann, 'Die Heiligen Englands', Hannoverae* 1889*, p.* 11 *sq.) commemoratur, hodie Oundle locus ad Nen fluvium (com. Northampton) situs.* 4) *Stephanus in nomine proprio declinationem linguae vernaculae adhibuit (cf. p.* 209, 11. 210, 9*). De Acca cf. supra p.* 193*, n.* 2. 5) *Cf. supra p.* 217*, n.* 3.

710, April. 24. tifex noster emisit spiritum suum[1], et omnes stupefacti sunt, audientes ea hora sonitum quasi avium advenientium. Nube testium[2] confirmante, abbatem ordinatum acceperunt[3], qui pro amore patris sui sancti pontificis nostri multa bona facere consuevit. Nam omni die pro eo missam singularem celebrare et omni ebdomada quintam feriam, in qua obiit[4], quasi dominicam in epulis venerare et anniversaria die obitus sui universas decimarum partes de armentis et de gregibus pauperibus[a] populi sui dividere omnibus diebus[a] vitae suae ad gloriam Dei constituit, absque his elemosinis, quas omni die pro se et pro anima episcopi sui semper nominatim simul indigenis et Deo dabat.

(65)[a]. Dominus itaque noster sanctum pontificem nostrum[b], magnum virum et fidelem servum, sicut credimus, apud se inter suos sanctos miraculorum virtutibus hominibus declaravit[c]. Nam quadam die abbates undique advenientes, sanctum corpus pontificis in curru deducentibus[d], ab[e] iisque petentes[f] sanctum corpus lavare et diligenter honorificeque indui, sicut dignum erat, licentiam perpetraverunt. Tunc enim quidam ex abbatibus nomine Bacula sindonem[g] suam supra faciem terrae expandit, et super eam sanctum corpus deposuerunt fratres, suis manibus lavantes ęcclesiasticeque induentes[5] et ad praefinitum locum[6] cum hymnis et canticis cum timore Dei portabant et supra domum quasi residentium avium cum sonitu iterum[7] audierunt et statim iterum avolantium in celum cum suavi modulamine pennarum. Sapientes autem qui illic aderant dixerunt, certe se scire, angelorum choros cum Michahel[h] eo venisse et animam sancti pontificis in paradisum deducere. Deinde[i], extento foris tentorio, sanctum corpus balneaverunt[8] et balneum ibi in terram fuderunt, et habitatores cellae ligneam crucem ibidem postea erexerunt, ibique Dominus multa mirabilia facere consuevit. Nostri vero sanctum corpus lintheis induentes et in curru[k] ponentes psalmodiamque canentes, coepto itinere usque ad Hrypense monasterium pervenerunt; quibus mox familia tota cum sanctis reliquiis in obviam exivit. Pene nullus se a lacrimis et fletu

Capp. 64. 65. 1. 2*a*.

Cap. 64. a) pauperibus — diebus *om.* 2*a*.

Cap. 65. a) De signo circuli *praescr.* 2*a, qui titulus ad c.* 67. *pertinet.* b) *om.* 1. c) declavit 2*a*. d) dedu : cent. 2*a*. e) aliisque pet. 2*a. b.* f) petentibus tes *(sic)* 1; petentibus 2*a*. g) indonem 1. h) Michaele ven. 2*a*. i) Deind 1. k) cursum 1.

1) *Eadmerus c.* 53 *(Raine p.* 221*):* Transiit autem anno incarnationis dominicae septingentesimo nono, *cui anno Beda obitum Wilfridi attribuerat, qui in Annalibus Lindisfarnensibus (SS. XIX,* 505*) rectius a.* 710. *adscriptus est. Cf. supra p.* 178 *sq.* 2) *Cf. Hebr. c.* 12, 1: Ideoque et nos tantam habentes impositam n u b e m t e s t i u m, — — curramus ad propositum nobis certamen. 3) *'Nempe Hripis', Mabillonius recte interpretatus est. Agitur de Tatberchto, quem Wilfridus coram testibus fidelibus praepositum Hripensem constituerat, ut post obitum ipsius regimen 'sine scrupulo' possideret (supra c.* 62*), atque comparatis verbis c.* 63: Sin vero aliquid — — aliud contigerit, quemcumque hi testes — — venientes vobis dixerint, illum suscipite et abbatem constituite, *nescio an verba l.* 2. Nube — *l.* 9. dabat *suo loco semota atque potius c.* 65. *post verba (p.* 261, 7*)* abbates deduxerunt *inserenda sint. Econtra verba* nube testium confirmante *cum verbis praecedentibus* avium advenientium *coniungenda esse, iudicavit B. Krusch.* 4) *Wilfridus die* 24. *Aprilis obiit, qui a.* 710. *cum feria quinta convenit; cf. supra p.* 178 *sq.* 5) *Nempe episcopalibus indumentis, monente Mabillonio atque comparante V. Cudbercti c.* 42 *(ed. Stevenson l. l. p.* 281*):* vestimenta sacerdotalia indutus. 6) *De Hripensi monasterio Mabillonius cogitavit (cf. l.* 26*); sed agitur, nisi fallor, de alio loco Undali coenobii, in quem corpus defuncti portaverunt, ut inde Hripum transferretur.* 7) *Cf. supra l.* 2. 8) *I. e. laverunt.*

abstinuit; elevata voce cum[a] hymnis et canticis introduxerunt ad se et in basilicam, quam sanctus pontifex noster olim in honorem sancti Petri apostoli edificavit et dedicavit[1], corpus sanctissimi viri honorifice deposuerunt[2] anno aetatis suae LXXVI. Quantos vero per XLVI annos[3] episcopatus sui[b] episcopos et presbiteros et diacones[c] ordinaverat et quantas ęcclesias dedicavit, quis[d] enumerare potest? Cuius laus manet in eternum. Et dignum heredem Tatberhtum presbiterum secundum praeceptum sancti pontificis nostri[4] circumdantes abbates deduxerunt. 710.

Iterum itaque praefatus abbas[5] sindonem suam, paululum a pedibus ministrantium sordidatam, puero suo ministro involutam dedit, praecipiens ei, ut ad abbatissam sancti pontificis nostri nomine Cynethryth[e, 6] eam deduxisset[f] sibique talem servaret, usque dum iterum, Deo volente, ad eam pervenisset. Quae praeceptis abbatis primitus oboediens, postremo tamen mundare eam praecepit. Et hoc audiens quaedam debilis paupercula[g] sanctimonialis, per multos annos, ut in euangelio cementarius[7], aridam manum et inutilem habens, ad abbatissam accedit, cum lacrimis genu flectans[h], adiuravit eam, dicens: 'In nomine domini Iesu[i] Christi et pro anima sancti episcopi tui indulge mihi mea[k] decrepita membra in hoc lavacro lavare. Credo enim indubitata fide, hanc meam manum incurvatam et brachium[l] longo tempore emarcuatum[m, 8] in eo lavacro per sancti sudoris[n] ammixtionem, Deo volente, posse sanari[o]'. Abbatissa vero religiosa, rennuere timens, secundum fidem suam licentiam dedit. Illa etenim statim cum una manu alteram insensatam[p] calefactae aquae lexivae[9] inmersit sindonemque tetigit et stipitem aridae manus cum vestimento fricans lavavit. Deinde — quid magis moror in verbis[10]? — digiti erecti, manus vivificata, brachio roborato, a tactu sindonis per fidem sanabatur, sicut mulier in euangelio Moerisa[11] nomine a profluvio sanguinis sanata est, quae tetigit fimbriam Matth. 9, 20.
vestimenti Iėsu: uterque gratias agens Domino, in mirabilibus suis laudabant eum.

(66). Alio quoque in tempore Dominus sanctum suum pontificem nostrum miranter laudabilem more suo hominibus ostendit. Nam supradictum coenobium in Undolum[a], ubi pontifex noster viam[b] patrum iniit[c, 12], nobiles quidam exules cum

Capp. 65. 66. 1. 2*a*.

Cap. 65. a) cym 2*a*. b) sui ep. *om.* 1. c) diaconos 1. d) quamvis (enum. *om.*) 2*a*. e) Cyneðryð 1; Cyneðrið 2*a*. f) deduxiset 2*a*. g) papercula 1. h) *ita* 1. 2*a*; *cf. p.* 213, 23. 230, 30. i) Chr. Iesu 2*a*. k) meam 2*a*, *corr.* l) bracium 2*a*. m) emarcuatam 2*a*. n) sideris 2*a*. o) satiari 2*a*. p) insentatam 2*a*.

Cap. 66. a) Undalum *Lelandus.* b) via 1. c) ruit 1.

1) *Cf. supra c.* 17 *(p.* 211*).* 2) Iuxta altare *(S. Petri)* ad austrum *Beda* V, 19. 3) *Scilicet annos* 46 *inchoatos; cf. epitaphium (ib.):* Quindecies ternos postquam egit episcopus annos, transiit, *et Bedam (ib.):* post XL et V annos accepti episcopatus diem clausit extremum. *Cf. supra p.* 178. 4) *Cf. supra c.* 62. *et p.* 260, *n.* 3. 5) *Bacula; cf. supra p.* 260, 15. 6) *Feminae complures Cyniðryth vocatae inter 'nomina reginarum et abbatissarum' in Libro vitae eccl. Dunelm. (Sweet p.* 154 *sq.; Thompson p.* 81 *sq.) commemorantur.* 7) *Matth.* 12, 10: Et ecce! homo manum habens aridam; *cf. Hieronymi Commentariorum in Matth. lib. II (Migne XXVI,* 78; *cf. E. Preuschen, Antilegomena*[2], 1905, *p.* 5 *sq.):* In euangelio, quo utuntur Nazareni et Ebionitae — — et quod vocatur a plerisque Matthaei authenticum, homo iste — — caementarius scribitur, istiusmodi vocibus auxilium precans: 'Caementarius eram, manibus victum quaeritans'. 8) *Marcidum reddere, facere. Cangius.* 9) *I. e. lixivae.* 10) *Cf. p.* 233, *n.* 8. 11) *Nomen proprium errore e vocabulo Graeco ortum est; cf. Matth.* 9, 20: *καὶ ἰδού, γυνὴ αἱμοῤῥοοῦσα δώδεκα ἔτη, προσελθοῦσα ὄπισθεν, ἥψατο τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου αὐτοῦ. Ita etiam Theodosius, De situ terrae sanctae c.* 2 *(ed. P. Geyer, Corpus script. eccles. Lat. XXXIX,* 138*):* Inde fuit mulier, quam domnus Christus liberavit de fluxu sanguinis, nomen ipsius mulieris Mariosa. 12) *Cf. p.* 210, *n.* 5.

exercitu causa iniuriae suae spoliantes, totum conbusserunt[a], excepta una domu[b], in qua sanctus pater noster obiit; quam diligenti cura[c] cum titionibus et lampadibus sine causa[1] accendere nitebantur. Nam contra naturam ignes[d] eorum de tecto[e] stipuloso[2] quasi[f] madefactis facibus extinguebantur. Postremo tamen unus ex eis audaci animo introgressus, foenum[g] aridum intus facilius accendere putans, vidit hominem iuvenem stantem in albis et in manu sua crucem tenentem auream. Ille autem, statim ut vidit, stupefactus et[h] in excessu mentis foras rediens, dixit: 'Recedamus[i] dehinc[k]: ecce! angelus Domini hanc domum defendit'. Et ab ea recesserunt.

Deinde etiam, quod multorum testimonio comprobatur, erat sepis[l] magna spinea, quae totum[m] monasterium circumcingebat, et[n] eam statim[o] flamma ex hac parte devorante, exardescebat usque ad locum, ubi crucem ligneam in loca[p] balnei erectam diximus[3]. Ibi erectione crucis ignis[q] illa[1] vorax extimplo evanuit[r]. Ex altera vero parte monasterii ignis ardens, per arentem spineam sepem cito circumiens usque ad angulum[s] eminus supradicti[1] domus, ibique minuato[4] lumine extinguebatur[t], ibique ea sola parte sepis incontaminata manente.

Homines quoque malivoli[u] supradicti, vindicante Deo, perierunt. Nam quidam nobilissimi ex his erant cum exercitibus[v] suis post intervallum temporis in clara luce excecati; nihil videntes, ab hostibus suis inprovidi undique circumacti moxque prostrati[w] et occisi sunt, paucique ex sociis eorum evaserunt, signo crucis[x] muniti. Tali[y] igitur prodigio sanctus Dei Wilfridus[z] precibus iniurias suas vindicavit.

(67). De[a] signo circuli.

Igitur postquam sanctus pontifex noster migravit ad Dominum, ubique abbates eius cum subiectis suis, antiquorum hostium insidias timentes, dixerunt: 'Quamdiu vixit optimum capud vitae nostrae, frequenter a regibus et principibus Brittanniae varias temptationes sustinuimus, quibus omnibus propter sanctitatem pontificis et sapientiam multorumque amicorum subsidium finem venerabilem semper inponere consuevit; nunc autem nostrum est plene perfecteque credere, intercessorem nostrum per signum sanctae crucis coequari[b] apostolis Dei Petro et Andreae, quos maxime diligebat et substantiam suam cum subditis dedicavit, in conspectu Dei sine cessatione nostrae defensionis tutorem existere'. Et mox huius credulitatis signum April. 24. in celo apparuit. Nam anniversaria die sancti pontificis nostri undique pontifices nostri, undique abbates suos[5] ab oriente et occidente, ab aquilone et austro ad sollempnem diem congregati, in unum convenerunt, vigiliasque vespere facientes in aecclesia, ubi membra sancti episcopi nostri requiescunt; fratribusque vero

Capp. 66. 67. 1. 2*a*.

Cap. 66. a) cobuserunt 1. b) domo 1. c) curru 2*a*. d) ignes eorum *versu exeunte om.* 2*a*. e) detecti 1. f) quas m. f. extingebantur 2*a*. g) poenum 2*a*. h) *om.* 2*a*. i) redamus 2*a*, *corr.* k) hinc 1. l) *ita* 1. 2*a*. m) *om.* 1. n) *om.* 2*a*. o) stim 1. p) loco 2*a*. q) igneis 1, *corr.* r) evanescit 2*a*. s) angelum 1 *(corr.)*. 2*a*. t) extingebatur 2*a*. u) manivoli 2*a*. v) exercibus 1, *corr.* w) prostati 1, *corr.* x) *om.* 1. y) frequentabat preces et iniurias suas vindicabat *pro* Tali — vindicavit 2*a*. z) Uuilfriðus *hoc loco* 1.

Cap. 67. a) *praescr. ante c.* 65. *ponit, hoc loco om. neque caput distinguit* 2*a*. b) coequare 2*a*, *corr.*

1) *I. e. frustra; cf. p.* 231, 19. 2) *Stipula, i. e. stramento, comparatum tectum.* 3) *Cf. p.* 260, 23. 4) *I. e. minuto; cf. Cangium s. v. 'minuare'.* 5) *Pro 'eorum'.*

quibusdam ea hora foris stantibus hebetioris[a] ingenii, signum in caelo apparuit, cuius visionem alternatim usque mane reticuerunt. Crastina die audientes nuntiatum grave tulerunt, musitantes[b.*] pro peccatis suis sibi non esse revelatum. Cuius[c] honestatis levamen et solamen mox subvenit. Nam cum, sollempnitatis convivio et cena finita, in crepusculo vespertino[d] abbates cum omni familia ad conpletorium orationis exierunt, statim in celo signum admirabile viderunt, quod est candidum circulum, totum coenubium[e] circumdantem[f], quasi per diem arcus caeli absque variis coloribus. Namque huius candidi circuli principium, incipiens a cornibus basilicae nostrae sancto Petro dedicatae, e[g] regione, ubi membra nostri pontificis requiescunt, in australem tendens dexteramque[h] partem coenobii ample circumiens, usque ad aquilonem pervenit; deinde continuato circulo in euronothum orientis caeli sursum adherens finem defixit. Nos vero[i] adorantes laudabimus[k] Dominum mirabilem in sanctis suis, perspicue[l] intellegentes murum auxilii divini circa vineam familiae Domini electam, sicut evidenter de nobis timentibus rei eventus probavit. Nam quia in omnibus regnis Citra- Ultraque-Humbrensium vita nostra sub abbatibus electis utebatur, fratribus[m] videntibus, concurrerunt quasi quidam[n] arcus tendentium et sagittas mittentium ac[n] in semet ipsis[o] retorquentium. Nos autem *in nomine Domini magnificabimur*[p].

cf. Ps. 67, 36. cf. Gen. 41, 13. cf. 2. Mach. 4, 24. Ps. 19, 6.

*) Id est silenter loquentes *superscr.* 1.

Cap. 67. 1. 2*a*.

Cap. 67. a) (h *superscr.*)ebitioris 2*a*; hebestioris ingnu *(sic)* 1. b) *ita* 1. 2*a*. c) hcuius *(sic)* 2*a*. d) vespertio 2*a*. e) *ita* 1. f) circum circum dantem 1. g) & 2*a*. h) dextramque 2*a*. i) *versu exeunte om.* 2*a*. k) ladabuimus *(sic)* 1. l) id est manifeste *superscr.* 1. m) frīs *corr.* frēs 2*a*; frs̄ *add.* 1. n) *om.* 2*a*. o) ipso retorquerunt 2*a*. p) vocabimur 2*a*.

VITA TRUDONIS
CONFESSORIS HASBANIENSIS
AUCTORE DONATO.

Monasterium S. Trudonis in pago Hasbaniensi situm (hodie Sint Truyden aut Saint-Trond, prov. Limburg, arr. Hasselt) ecclesiae Mettensis erat, neque alia iura nisi dioecesana episcopo Leodiensi competebant[1], *donec a.* 1227. *etiam res temporales coenobii 'per sollemnem commutationem' a Mettensibus ad Leodienses pervenerunt*[2].

Quomodo autem ecclesia Mettensis abbatiam in dioecesi aliena sitam nancta esset, Donatus biographus Trudonis explicare conatus est[3]. *Auctorem diaconum fuisse posteri tradiderunt*[4], *neque vero e numero monachorum Trudonensium fuisse videtur*[5] *et fortasse clero Mettensi adscriptus erat, quippe qui Angilramnum episcopum (*768—791*) praeceptorem suum vocaverit*[6]. *Operi nomen ut 'exiguus ultimusque exul' inscripsit*[7], *ita ut de partibus longinquis ad Angilramnum venisse videatur, atque rationes quaedam suaderent, auctorem eundem fuisse atque Donatum biographum Ermenlandi abbatis Antrensis, nisi sermo diversus obstaret*[8], *etsi forte diversitas maiore temporis intervallo inter Vitas compositas intercedente aliquatenus explicari potest*[9]. *Opusculum Angilramno episcopo dedicavit, qui aeque atque alii*

1) *Cf. e. gr. Gesta abb. Trudon.* V, 5 *(MG. SS. X,* 253*)*: Sed quoniam temporale bonum nostrum ad Metenses curaque animarum tantum pertinet ad Leodienses, erant aliqui inter eos *(Leodienses)*, ut plerumque fit, qui ad subveniendum nobis non multum erant attenti, dicentes, hoc tantum ad eum pertinere, cui debebatur annalis reditus nostrae aecclesiae, Leodiensesque non debere nobis abbatem donare, sed tantum ordinare. *De ecclesiis episcopalibus in alienis dioecesibus sitis cf. U. Stutz, 'Geschichte des kirchlichen Benefizialwesens' I,* 1, 1895, *p.* 69 *sq.*, 337 *sqq.* 2) *Gesta abb. Trudon.*, 3. *contin., pars II (l. l. p.* 393*). Cf. Böhmer-Ficker, Regesta imperii V,* 2, *n.* 4070*; Ch. Piot, 'Cartulaire de l'abbaye de Saint-Trond' I,* 1870, *p.* 187. 3) *Cf. S. Balau, 'Étude critique des sources de l'histoire du pays de Liége' ('Mémoires couronnés par l'académie royale de Belgique' LXI),* 1903, *p.* 49 *sqq.; L. Van der Essen, 'Étude critique et littéraire sur les Vitae des saints mérovingiens de l'ancienne Belgique',* 1907, *p.* 91 *sqq.* 4) *V. Trudonis auct. Theoderico, epist. (Surius VI,* 544*)*: Donatus diaconus. 5) *Cf. V. Trudonis auct. Donato c.* 30: Nuper quoque in eadem ecclesia — — miraculum gestum est, quod plurimi, immo omnes, qui in ipso monasterio conversantur, se vidisse asserunt. *Ex contrario etiam Donatum monachum S. Trudonis fuisse posteri credebant; cf. Gesta abb. Trudon.,* 3. *contin., pars I, liber II,* 10 *(p.* 372*)*: Angelramnus — — adhuc floruit, ad cuius instantiam Donatus huius loci, ut creditur, monachus et exul, vitam et actus beati Trudonis plano stilo descripsit; *cf. ib., auctarium (p.* 387*).* 6) *V. Trudonis, epil.*: alme praeceptor. 7) *Ib. c.* 1. 8) *Cf. ea quae dixi SS. R. Merov. V,* 676. 9) *Biographus*

praesules Mettenses et ipse monasterium S. Trudonis rexisse videtur[1], *eidem, quo postulante Paulus Gesta episcoporum Mettensium composuit*[2]; *quem cum archiepiscopum vocaverit*[3], *qua dignitate a.* 784. *aut paulo post ornatus est*[4], *Vita Trudonis inter a.* 784. *et* 791. *composita est, postquam auctor per aliquod tempus in monasterio commoratus esse videtur. Opus satis prolixum est fabulisque miraculosis abundat; homines non raro loquentes inducuntur. Ipsa vita enarrata, Donatus miracula post obitum Trudonis facta usque ad tempora Chrodegangi episcopi (742—766)*[5] *et Pippini regis (751—768)*[6] *perduxit neque 'nuper' gesta praetermisit*[7]. *De vita autem sancti haec litteris mandavit.*

Trudo, e pago Hasbaniensi oriundus, iam puer ecclesiam se in patrimonio aedificaturum esse voverat. Deinde visione admonitus, Remaclum (vel potius Rimagilum)[8] *episcopum Tungrensem (i. e. Leodiensem) adiit, qui se deinceps locum patris apud Trudonem 'spiritali iure' obtenturum esse professus est*[9]. *Neque adulescentem secum tenuit; sed, revelatione divinitus accepta, Trudonem ad Chlodulfum episcopum Mettensem misit, ut hereditatem ecclesiae S. Stephani Mettensi concederet atque litteras ibidem disceret. Trudo obsecutus in oppidum Mettense profectus est, ubi possessionem ecclesiae illi tradidit et, a custode eius litteris instructus, 'deposito laicali habitu' et coma detonsa, ad gradum presbyteri pervenit. Deinde a Chlodulfo in patriam remissus, Remaclum 'spiritalem patrem' iterum adiit; 'concessit autem illi episcopus verbum Domini in cuncta sua paroechia praedicare et missas in omnibus ecclesiis celebrare, insuper et licentiam sibi (i. e. ei) dedit, ut, sicut in pueritia sua Deo voverat, ecclesiam in sua hereditate aedificaret'*[10]. *Itaque in Sarchinnio loco ecclesiam in honorem Quintini et Remigii construxit ibique discipulos congregavit, ita ut monasterium postea de nomine ipsius vocatum oreretur*[11]. *In eodem loco vita functus atque sepultus est.*

Trudonis satis splendide scripsit, quamquam menda minime desunt. Cf. gen. c. 1. praecipiti, rudique, *c.* 26. morti; *dat. c.* 9. eodem, *c.* 27. illoque; *abl. c.* 26. scelesti; *c.* 7. 9. Metensem oppidum; *c.* 5. 7. concedisset; *c.* 1. contingisse, delinquisse; *tit. c.* 14. lugissent; *c.* 6. prostrare *(= prosternere)*; *c.* 1. praetiosa labore, *c.* 13. patrias — fines; *c.* 15. intempesta noctis silentio, mire splendoris, luminariorum quae — — fungimur; *c.* 21. sancto patri — latuit; *c.* 11. ob — studio, *c.* 26. ob scelere; *c.* 15. 18. pomerium *(= pomarium)*; *c.* 11. *infin.* amplectere, *c.* 26. *infin.* consolare, *c.* 27. consolavit, *c.* 14. percunctasset; *c.* 21. praesentaturus *(= praesentandus). Pro imperfecto modi coniunctivi haud raro plusquamperfectum posuit.*

1) *Gesta abb. Trudon., prol. (p. 229):* Angelramnus abbas. 2) *Pauli Hist. Langobard. VI,* 16; *cf. Gesta episc. Mett. (SS. II, 268).* 3) *V. Trudonis c.* 1. 4) *Angilramnus, cum in instrumentis a.* 775. 777. 781/91 *(782?) datis (MG. Dipl. Karol. I, n.* 91. 118. 148*) episcopus nominetur, inde ab a.* 788 *(ib. n.* 161. 162*) archiepiscopus vocatur, eumque pallium accepisse simillimum veri est, cum, Fulrado abbate a.* 784. *defuncto, capellam palatii regendam suscepisset; cf. Abel-Simson, 'Jahrbücher des Fränk. Reichs unter Karl d. Gr.' I*², 488. *II,* 541; *Hauck, 'KG. Deutschlands' II*², 206; *W. Lüders, Capella ('Archiv für Urkundenforschung' II,* 1908, *p.* 30 *sq.). Ea quae Van der Essen l. l. p.* 93. *attulit, ut Vitam potius parti priori episcopatus Angilramni attribuendam esse demonstraret, nullius momenti sunt.* 5) *V. Trudonis c.* 28. 6) *Ib. c.* 29. 7) *Ib. c.* 30. 31. 8) *Cf. Krusch, SS. R. Merov. V,* 88, *n.* 2. 9) *V. Trudonis c.* 7. *Monendum est, Remaclum episcopum monasterialem sedi Tungrensi primum a Donato haud recte adscriptum esse; cf. Krusch l. l. p.* 92 *sqq.* 10) *V. Trudonis c.* 14. *Cf. E. Loening, 'Gesch. des Deutschen Kirchenrechts' II,* 353. 11) *Cum antea de sola ecclesia construenda agatur, c.* 19. 22. 27—30. *monasterium, c.* 26. 29. *coenobium, c.* 26. *praepositus commemorantur. Rudolfus, Gesta abb. Trudon., prol. (p.* 228*) monuit:* Trudonem clericum fuisse et sacerdotem et coenobii nostri primum edificatorem, Vita ipsius docet necnon et beati Remacli. — — Sed hoc manifeste neque ibi neque alias usquam datur intelligi, utrum per eum ipsum regeretur primo edificatum coenobium nostrum sive per

Manifestum est, Donatum ostendere voluisse, qua de causa iura temporalia coenobii ad episcopos Mettenses, spiritualia sola ad Leodienses (Tungrenses) pertinuerint[1], *iuraque illorum quasi a Remaclo episcopo concessa ex historia patroni confirmanda eum sibi proposuisse, quale consilium hagiographorum non semel deprehenditur*[2]. *Quaeritur autem, utrum Donatus, aevi proprii ratione habita, ipse res relatas omnino finxerit an etiam certiora documenta adhibuerit. Atque auctorem quam plurima suo ingenio depinxisse et rebus acceptis exornandis admodum institisse, ita ut maxima pars narrationis mera figmenta contineat, primo aspectu patet. Tamen mihi quidem persuasum est chartam ei praesto fuisse, qua Trudo presbyter possessionem suam in Sarchinnio loco sitam una cum ecclesia ab ipso aedificata S. Stephano Mettensi concessisset, neque dubito, quin eidem instrumento etiam nomen Chlodulfi debuerit, cui illud fortasse inscriptum erat. Loci enim, quibus donatio eius commemoratur, omnino sermonem in chartis usitatum sapiunt:*

c. 7. Perge — — ad Chlodulfum Metensis urbis episcopum omnemque possessionem tuam et cuncta, quae habere visus es in his partibus, per manus ipsius trade sancto Stephano;

c. 10. 'Ammonitus namque sum, — — ut beatissimi Stephani limina — — appetissem et eidem primimartyri pro aeternae vitae consortio cuncta, quae possidere visus sum in Hasbaniae partibus, tradidissem. Quam ob rem devotissimo mentis affectu omnem possessionem meam, hereditatem scilicet parentum meorum, quicquid habeo in pago Hasbanio in loco qui vocatur[3] Sarchinnio super fluvio Cysindria, a praesentis articulo diei sancto Stephano rectoribusque huius sanctae ęcclesiae incommutabili traditione condono'. Confirmavit igitur vir Dei cunctam hereditatem suam in possessionem sancto Stephano pontificibusque Metensis ęcclesiae perpetua traditione sub cartarum descriptione subnixa,

atque nescio an e vocabulo ultimo concludere liceat, textum instrumenti more solito in verbis stipulatione subnixa *desiisse. Exemplum similis condicionis testamentum Adalgiseli sive Grimonis a.* 634. *conditum praebet*[4], *quod J. Friedrich cum rebus Trudonensibus comparavit*[5]. *Grimo diaconus in Teulegio loco in dioecesi Treverensi sito (hodie Tholey) 'loca sanctorum' aedificaverat, ab episcopo dioecesano 'titulata', eaque ecclesiae Virdunensi legavit, quae ipsum 'de suis stipendiis' enutriverat (e contrario Donatus voluit Trudonem ecclesiae Mettensi possessionem concessisse, ubi primum eo venisset, nondum compensationem alterius partis adeptus), neque census inde solvendus episcopo Treverensi relinquebatur 'nisi tantum ad baptizandum crisma'. E simili documento exigua pars eorum pendere videtur, quae Donatus de initiis Trudonensibus, amplissimo fuco verborum narratiunculisque pluribus nullius momenti additis, enarravit, atque ut chartam ab eo adhibitam sinceram fuisse iam neque affirmare neque negare licet,*

alium, clerici quoque sive monachi fuerint, quos in eo constituerit, et quando monachi in eo esse incęperunt. *Monasterium saeculo octavo 'regulariter' gubernatum esse constat; cf. infra p.* 267, 17. 1) *Rettberg, 'KG. Deutschlands' I,* 566, *eadem monuit; cf. Krusch l. l. V,* 94. *Cf. etiam V. Trudonis c.* 28*:* dum idem venerandus episcopus in monasterio sancti Trudonis fuisset, quod proprium est ad regendum, ut diximus, Metensis urbis episcopis. 2) *Cf. Krusch l. l. IV,* 240. 3) *Aevo Trudonis vox* nuncupante *in chartis usitata pro* qui vocatur *potius conveniret; cf. vel chartam a.* 938. *datam, quam p.* 283, *n.* 8. *attuli.* 4) *Beyer, 'Mittelrheinisches Urkundenbuch' I,* 1860, *p.* 5—8*; H. Auffroy, 'Évolution du testament en France',* 1899, *p.* 685—691. *Cf. Goerz, 'Mittelrheinische Regesten' I,* 1876, *p.* 33, *n.* 75*; J. Marx, 'Trierisches Archiv' II,* 1899, *p.* 71—75. 5) *'Kirchengeschichte Deutschlands' II,* 1869, *p.* 349.

ita reliquam narrationem instrumento superstructam solo ingenio auctoris niti certum est, qui, a donatione e charta comperta progressus, totam vitam sancti sibi excogitavit.

Ut Chlodulfus cum originibus Trudonensium coniunctus est, ita Pippinus dux († 714), fratruelis episcopi, ecclesiae favebat; qui Donato teste post obitum Trudonis 'tradidit ad tumulum ipsius, quicquid habere v i s u s e s t *in villa quae cognominatur Ochinsala et in altera villa quae dicitur Ham'*[1]. *E quo testimonio, quod et ipsum e charta haustum esse conicere licet, Trudonem ante a. 714. decessisse patet; diem 23. Novembris emortualem codices Weissenburgensis et Corbeiensis Martyrologii Hieronymiani tradiderunt*[2].

Paulo post a. 732. Eucherius episcopus Aurelianensis exul 'in ecclesia beati confessoris Trudonis' degebat[3] *et mortuus ibidem a. 738. sepultus est*[4]. *Auctor, qui brevi post vitam eius enarravit, abbatem monasterii*[5], *clericos*[5], *custodes ecclesiae*[6] *vel coenobii*[7] *commemoravit. Abbas ille fortasse idem erat atque Grimo, qui a. 741/42. congregationem monachorum regebat; nam 'anno V. post defunctum Theuderici (IV.) regis' Rotbertus comes*[8], *filius Lantberti, donationem concessit*[9] ad basilicam sancti Petri et sancti Trudonis[10], quae est in villa Sarchinnio constructa, ubi ipse sanctus Dei in corpore requiescere videtur vel venerabilis Grimo abba regulariter deservire videtur. *Monachos eo aevo ibi conversatos esse, inde patet, quod Grimo basilicae 'regulariter' praefuisse dicitur. Deinde casus coenobii admodum latent, donec Rodulfus abbas (*1108*—*1138*) ut gesta praedecessorum conscriberet sibi proposuit.*

Opus Donati auctores Passionis Piatonis[11] *et Vitarum Remacli*[12] *et Chlodulfi*[13] *et Herigerus abbas Lobbiensis (*990*—*1007*)*[14] *adhibuerunt. Cum a.* 870. *thesaurus monasterii describeretur, cum alia tum* Vitam sancti Trudonis argenteam[15] cum imaginibus decoratam *reppererunt*[16].

1*a) Codex* B r u x e l l e n s i s *n.* 3236, *antea n.* 14650—59, *saec. X, olim* liber Cornelii Duyn Aemstelredamensis Hagae Comitis Hollandiae anno Domini 1607, *deinde musei Bollandiani P. MS.* 16, *fol.* 140—162 *(olim* 222—244*). Folia tria post fol.* 151 *(c.* 9, *p.* 282, 26. de Hasbaniae partibus — *c.* 11, *p.* 285, 2. quo dispositum est*), octo vel novem post fol.* 160. *excisa sunt (c.* 20, *p.* 290, 29. Habebat enim — *c.* 30, *p.* 297, 15. festivitatis beatissimi*), itemque post fol.* 161. *pars posterior capitis ultimi desideratur (inde a verbis p.* 298, 7. pretiosum corpus*), quam manus saec. XV. supplevit (*1*a), eadem quae Vitam Eucherii (fol.* 162—165*) addidit*[17].

1*a*) Codex* P a r i s i e n s i s *n.* 5308 *(olim Chesnianus, deinde Colbert.* 18, *Regius* 359$\overset{2}{3}$*), saec. XII, fol.* 302—309', 1*a simillimus est; cf. e. gr.. subscriptionem c.* 1. *et tit. c.* 14. lugissent] *ita* 1*a. a*;* luxissent *rell.*,

1) *V. Trudonis c.* 23 *(Mühlbacher, Reg. I², n.* 21*).* 2) *AA. SS. Nov. II,* 1, *p. [*146*]; infra p.* 291, *n.* 2. *Alia testimonia inde a saec. X. exhibet H. Quentin, 'Les martyrologes historiques du moyen âge',* 1908, *p.* 33. 125. 243. 3) *V. Eucherii c.* 9. 4) *Ib. c.* 10. 5) *Ib. c.* 14. 6) *Ib. c.* 11. 12. 7) *Ib. c.* 13. 8) *Idem fuisse videtur atque Chrodebertus dux, cui Eucherius custodiendus traditus est (ib. c.* 9*).* 9) *Piot l. l. p.* 1—4; *H. Nélis, 'Études de diplomatique médiévale' II ('Analectes pour servir à l'histoire ecclésiastique de la Belgique' XXXV,* 1909, *p.* 5—15*); cf. Gesta abb. Trudon.,* 3. *contin., pars I, lib. II,* 7 *(SS. X,* 371*).* 10) *Ibidem etiam* basilica sanctae Mariae et sancti Petri et sancti Trudonis *vocatur.* 11) *Cf. infra p.* 276, *n.* 2. 12) *Cf. SS. R. Merov. V,* 94 *sq.* 13) *V. Chlodulfi c.* 9—14 *(AA. SS. Iunii II,* 129—131; *cf. Mabillon, Acta II,* 1046*).* 14) *Gesta pontif. Leod. c.* 44 *(SS. VII,* 183*).* 15) *I. e. nisi fallor codicem litteris argenteis exaratum.* 16) *Gesta abb. Trudon. I,* 3 *(p.* 230*).* 17) *Index capitum et prologus e libro* 1*a exscripti inter collectanea Bollandiana leguntur in codice* B r u x e l l e n s i

neque vero ex ipso aut ex ipso solo pendet:

c. 12. cum largitate abstinentia] *om.* 1*a. c (pr. m.).* 3 *(non* 1*a*);*

c. 15. usque in praesentem diem] usque *om.* 1*a.* 3 *(non* 1*a*).*

1*b) Codex Bruxellensis n.* 3286, *antea II* 973 *et Phillippsianus n.* 364, *saec. XI, olim* liber sancti Gilleni *(signatus* OOO*), fol.* 1—20′. *et* 27—34′. *et* 21—24′, *foliis transpositis, V. Trudonis continet, Vita Eucherii subsequente (fol.* 25—26′. *et* 35—40*). Laterculus capitum deest, foliis prioribus fortasse amissis.*

1*c) Codex Monasteriensis bibliothecae Paulinae n.* 217 *(antea* 329*), saec. XV, olim* liber canonicorum regularium domus sancti Maynulfi in Bodeken Paderburnensis dyocesis, *fol.* 159—172′, *et*

1*c*) codex Coloniensis archivi urbani inter libros bibliothecae gymnasialis n.* 140, *inde ab a.* 1436. *exaratus, olim pertinens* ad conventum fratrum Sancte Crucis Coloniensem, *fol.* 118′—133, *laterculo capitum et praefatione (c.* 1*) carent.*

2*a) Codex Bernensis n.* 168, *saec. XI, olim S. Symphoriani Mettensis, fol.* 203—219′, *Vitam Trudonis continet, Vita Eucherii sequente (fol.* 219′—223′*). Laterculus capitum post prologum (c.* 1*) collocatus est.*

2*b) Codex Gandavensis bibliothecae universitatis n.* 307, *saec. XI, olim S. Maximini Treverensis n.* 235, *p.* 102—122, *Vitam Trudonis exhibet, quam p.* 122—126. *Vita Eucherii sequitur*[1]. *Post p.* 104 *(c.* 2, *p.* 276, 12. vitae appetitu — *c.* 4, *p.* 278, 12. Trudo velut*) et p.* 116 *(c.* 19, *p.* 290, 17. verrem habeo — *c.* 22, *p.* 292, 19. pater Trudo*) folia singula, scilicet primum et ultimum quaternionis, excisa sunt; lacunam posteriorem manus saec. XIII, schedula adnexa, ex parte supplevit. Cum numeri capitum partis prioris desint, alter librarius, qui quaternionem a p.* 117. *incipientem exaravit, eos adnotare non oblitus est.*

2*b*) Codex Treverensis seminarii clericalis n.* 36 *(R N° I* 12*), saec. XIII, olim pars legendarii magni S. Maximini, fol.* 154—162′, *e libro* 2*b aut simillimo descriptus est (cf. c.* 1. archiepiscopo] episcopo 2*b. b*) et mutilus in verbis c.* 27 *(p.* 295, 22*)* Qui statim cum *desinit. Laterculus capitum deest*[2].

3*) Codex Bruxellensis n.* 3228, *antea n.* 9636—37, *saec. XI/XII, olim S. Laurentii Leodiensis, fol.* 67′—78′, *indice caret, etsi tituli nonnulli singulis capitibus praescripti sunt. Quaternionibus singulis seorsum exaratis, cum fol.* 73′. *pars columnae vacua relicta esset, saec. XV. e tertia continuatione Gestorum abbatum Trudonensium I, lib. I,* 14. 13 *(SS. X,* 367*) haec nota illata est:* Ex cronica monasterii Sancti Trudonis. Venerabilis Trudo ex parte patris sui habuit dominium ville que Brugis nuncupatur. — — Quam ecclesiam anno dominice incarnacionis 657. — — beatus Theodardus episcopus — — dedicavit — — in honore predictorum sanctorum Quintini martiris et Remigii episcopi et confessoris.

4*a) Codex Bruxellensis n.* 3176, *vol. II, antea n.* 7461, *saec. XIII. in., olim* liber sancte Marie de Valcellis *(p.* 412*), deinde Balthasaris Moreti, tum permutatione facta a.* 1637. domus prof. Soc(ietatis) Iesu Antverp(iensis) *et a Bollandianis P.* 160 *signatus, pag.* 150—161, *et*

4*a*) codex Sancti Audomari n.* 716, *vol. VIII, saec. XIII, olim S. Mariae de Claromarisco, fol.* 176—181, *qui cum* 4*a quam maxime in lectionibus variis convenit, et*

n. 3510 *(*8953—54*), saec. XVII, fol.* 132—133′; *cf. J. Van den Gheyn, 'Catalogue des mss. de la bibliothèque royale de Belgique' V,* 1905, *p.* 573.

1) *Cf. Analecta Bolland. XX,* 199.

2) *Exemplar codicis* 2*b* inter collectanea Bollandiana in codice Bruxellensi n.* 3510 *(*8953—54*), saec. XVII, fol.* 141—151′, *legitur; cf. Van den Gheyn l. l. p.* 573.

4b) codex **Bruxellensis** *n.* 3221, *vol. II, antea n.* 9120, *saec. XIII, fol.* 6—9, *Vitam Trudonis continent, laterculo capitum et c.* 1. *et parte posteriore (inde a c.* 22*) destitutam.*

5a) Codex **Cantabrigiensis** *collegii Corporis Christi n.* 9, *saec. XI, olim fortasse Wigorniensis*[1], *p.* 345—361, *loco XXIII. V. Trudonis continet, omissis indice capitum et prologo (c.* 1*) et epilogo.*

$5b^1$) Codex **Herefordiensis** *bibliothecae cathedralis P. VII.* 6, *saec. XIII. in., fol.* 83—90′, *item laterculo et prologo (c.* 1*) et epilogo caret.*

$5b^2$) Codex **Oxoniensis** *bibliothecae Bodleianae Fell n.* 2 *(antea n.* 8688. *et Fell n.* 4*), saec. XII. ex., olim ut videtur Salesburiensis*[2], *deinde Iohannis Fell episcopi Oxoniensis (†* 1686*), pag.* 163—174, *item indice capitum et c.* 1. *destitutus est atque, foliis amissis, desinit c.* 28 *(infra p.* 296, 1*):* Nam quadam die dum idem venerabilis. *Medio in textu lacunae quaedam deprehenduntur, scilicet c.* 4 *(p.* 278, *l.* 3 — *l.* 25*)* Contigit autem — rependebat cultum, *c.* 11 *(p.* 285, 8*)* Iustus enim — *c.* 12 *(ib. l.* 21*)* obtineret locum, *c.* 23 *(p.* 292, 28*)* Pippinus igitur — *c.* 24 *(p.* 293, 7*)* viri accidit.

Praeterea hi codices commemorantur:

Bruxellensis bibliothecae Bollandianae n. 465, *saec. XV, fol.* 40—46′, *prologum et c.* 1—3. *continet, nonnullis omissis*[3].

Duacenses n. 838, *saec. XIII, olim Marcianensis, et n.* 864, *saec. XIII, olim Aquicinctinus, parte posteriore Vitae inde a c.* 22. *carent*[4], *fortasse nostris libris* 4*a.* a^1. *b similes, in quibus eadem desiderantur.*

Leodiensis n. 58, *saec. XIV, e tertia continuatione Gestorum abb. Trudon. I, lib. I,* 9 *(SS. X,* 366*) interpolatus est*[5].

Vindobonenses bibliothecae imperatoris privatae n. 9375 *A, saec. XV, olim Korssendonckanus*[6], *et n.* 9363, *volumen I. Hagiologii Brabantinorum c. a.* 1480. *a Iohanne Gielemans canonico Rubeaevallensi compositi*[7].

Codices plerique quomodo inter se coniuncti sint et in genera distinguantur, e lectionibus in apparatum receptis satis clare intellegitur, neque nisi pauca praemonenda sunt. Libri 1 *et* 2, *quibus solis laterculus capitum et epilogus inest, praeter ceteros excellunt, atque libri generis* 2 *et lacuna magna et aliis locis multis distincti sunt:*

1) *Id quod coniecerunt M. Rh. James, 'The sources of Archbishop Parker's collection of MSS. at Corpus Christi College, Cambridge' ('Cambridge Antiquarian Society, Octavo Publications No. XXXII'),* 1899, *p.* 16, *et I. K. Floyer et S. G. Hamilton, 'Catalogue of manuscripts preserved in the Chapter Library of Worcester Cathedral', Oxonii* 1906, *p.* 165. *Codicem descripserunt Iac. Nasmith, Catalogus librorum mss. quos Collegio Corporis Christi — — in Academia Cantabrigiensi legavit — — Matthaeus Parker, Cantabrigiae* 1777, *p.* 4 *sqq.; M. Rh. James, 'A descriptive catalogue of the manuscripts in the library of Corpus Christi College Cambridge' I, ib.* 1909, *p.* 21 *sqq.* 2) *Cf. W. D. Macray, 'Annals of the Bodleian library'*[2], 1890, *p.* 148. 154 *sq.; Lawlor, 'The Mss. of the Vita S. Columbani' ('Transactions of the Royal Irish Academy XXXII, Section C, Part I'),* 1903, *p.* 35 *sqq.* 3) *Analecta Bolland. XXIV,* 457. 4) *Ib. XX,* 391. 416. 5) *Ib. V,* 338. 6) *Ib. XIV,* 254. 7) *Ib. p.* 44. *Gielemans prologo Donati alium substituit (inc.* Cum constet propagatricem*), qui e Ionae Vita Hugberti pendere videtur. Nescio quae Vita Trudonis in codice Amstelodamensi bibliothecae urbanae n.* 15, *saec. XV, extet (cf. 'Archiv' VIII,* 581*). Codici S. Audomari n.* 715, *vol. IV, saec. XII, teste indice olim* Vita sancti Trudonis presbiteri *loco* 49. *inerat; sed textus Vitarum n.* 46—50. *iam a volumine absunt.*

c. 23. in honore — *c.* 26. eum a longe] *haec om.* 2*a*. *b*. b^*;
c. 1. aie *(i. e. hagiae)* sapientiae] *ita* 1*a*. *b*. 3; suae sap. 2*a*. *b*;
c. 4. coartatus] cohortatus 2*a*. *b*;
ib. hoc postulabat a Domino] *haec om.* 2*a*. *b*;
c. 7. peractis] gestis 2*a*. *b*;
c. 15. reverentia] *ita rell.*; venerat(c)ione 2*a*. *b*,

utque plerumque textum paululum retractatum exhibent, ita interdum lectionem primigeniam servaverunt:

c. 10. His rite peractis] *ita recte* 2*a*. *b* *(cf. c.* 7. 18*)*; His autem r. p. *rell.*

Accedunt autem ad eos hic illic libri quoque generis 1 *deteriores, scilicet* 1*c et* 1c^*. *Exemplari enim, e quo hi pendent, quam maxima necessitudine inter se coniuncti, velut*

c. 2. Itaque gestum est] It. factum est 1*c*. c^*;
c. 10. Sarchinnio] Sarchio 1*c*. c^*;
c. 13. laeti percipere mereamur] electi p. merentur 1*c*. c^*;
c. 26. est signum enitens] signum enituit 1*c*. c^*;
c. 32. divulgatum est v. hoc in un. pr. illam] *haec om.* 1*c*. c^*,

etiam lectiones classis 2 *illatae erant, e. gr.:*

c. 4. ad tale studium non iturum) ad t. st. exercendum se nullatenus it. 1*c*. c^*. 2*a* *(deficit* 2*b)*;
c. 9. de Hasbaniae partibus] de H. finibus 1*c*. c^*. 2*a*. *b*;
epil. virtus] fortitudo *add.* 1*c*. c^*. 2*a*. *b*.

Codex 3 *cum melioribus* 1 *et* 2 *eo convenit, quod nonnullos titulos laterculi, quamvis discerptos et capitibus singulis praescriptos, et prologum (c.* 1*) servavit, cum epilogus desit, atque alias quoque illis deterior est, mendis peculiaribus satis multis inquinatus, e. gr.*

c. 3. humani generis hostis] h. g. adversarius 3;
ib. indulgentiae fructum] fr. ind. 3;
c. 26. hic vero, quia iste puer, patre urgente, limina sua petiit, magnae indulgentiae largitatem ostendit] iste vero puer, quia patre urg. lim. sancti Trudonis petiit, m. ind. larg. promeruit 3,

quamquam e libro 1*a simili originem traxit, id quod e locis intellegitur e. gr. his:*

c. 2. fovetur] fetur *m. al. corr.* fertur 1*a*, *et ita* 3;
c. 3. caecae]*ita* 1*a*. *b*. 3; ecce *rell.*;
c. 12. cum largitate abstinentia] *haec om.* 1*a*. *c* *(pr. m.)*. 3;
c. 15. usque in praesentem diem] usque *om.* 1*a*. 3.

Codices familiae 4 *vel inde cognoscuntur, quod parte posteriore Vitae inde a c.* 22. *carent, multis mendis communibus accedentibus, quorum exempla in apparatum recipienda erant. Etiam libri* 5 *Anglici, qui ad familias* 1 *et* 3 *necessitudine quadam accedunt:*

c. 3. properaret] pr(a)epararet 1*a* *(fortasse e corr.)*. *b*. 3. 5*a*;
c. 10. meae parvitatis] *ita* 2*a*. *b*. 4*a*. *b* *(paulo infra etiam reliqui)*; meae paupertatis 1a^*. *b*. *c*. 3. 5*a*. $b^{1.2}$;
c. 32. quidam vir] vir *om.* 1*b*. 3. 5*a*,


peculiaribus vitiis distinguuntur:

c. 2. Hasbaniae] Hispani(a)e 5*a*. $b^{1.2}$;
c. 23. Ochinsala] Hochinsala 5*a*; Hokinsala 5b^1 *(*5b^2 *deficit)*,

atque ex iis codices 5b^1 *et* 5b^2 *eo magis inter se mendis communibus conexi sunt, recedente* 5*a*:

c. 4. omni tempore vitae suae] *his omissis,* et *insertum est* 5$b^{1.2}$;
c. 7. His rite peractis] *pro* rite *habet* autem 5b^1, itaque 5b^2;
c. 12. Meruit autem — habere videretur *(i. e. ultimum enuntiatum capitis)]* *om.* 5$b^{1.2}$.

Necessitudines igitur inter genera codicum intercedentes tali fere stemmate depingere licet:



Lectiones varias codicum 1a. b universas textui subiunxi, cum discrepantias peculiares librorum 1c. 2a. b. 3 singulorum in universum reiecerim, nisi quod librum 2a totum illis locis curavi, quibus codex 2b similis deficit, neque, ceteris consentientibus, lectiones 4a. b communes adnotavi nisi raro, libro 4a* omnino fere neglecto praeter paucos locos, quibus 4a et 4b discrepant; denique 1a* adhibui, ubi frater 1a praestantior deficit. In rebus orthographicis potissimum codicem 1a secutus sum neque vero ceteros vetustiores neglexi. Codicem 1a W. Arndt b. m., 1a*. b. 2a. b. 3 B. Krusch v. c. contulerunt, specimine 2b* addito, nisi quod capita nonnulla 1a* olim praetermissa qua est officiositate H. Lebègue v. c. supplevit; 1c. 4a. a*. b et iterum 1a. 2b ipse contuli, 1c*. 5a. $b^{1.2}$ examinavi.

Vita Trudonis ab editore contracta, pluribus omissis[1], primum Coloniae a. 1483. in appendice Legendae Aureae publici iuris facta est, cui inscripta sunt: 'Historie plurimorum sanctorum noviter addite laboriose collecte et prolongate'[2], fol. 383^{a}—384^{a}.

Deinde Carolus Le Cointe, Annales ecclesiastici Francorum II, Parisiis 1666, p. 743—745; III, 1668, p. 94. 434—437. 510. 522—523. 554—555; IV, 1670, p. 210, Vitam primigeniam discerptam e codice 1a* partim edidit; quam integram ex eodem libro eruit

Iohannes Mabillonius, Acta sanctorum ordinis S. Benedicti II, Lutetiae Parisiorum 1669, p. 1070—86[3]. Cuius editionis frustula iteravit

Martinus Bouquet, 'Recueil des historiens des Gaules et de la France' III, Parisiis 1741, p. 636—637. Denique

Iosephus Ghesquierus, Acta sanctorum Belgii selecta V, Bruxellis 1789, p. 23—47, praeter editionem praecedentem quattuor codices adhibuit, e quibus librum musei Bollandiani P. 160 (nobis 4a) saepius attulit.

Alteram Vitam Trudonis Guikardus abbas composuisse dicitur[4], neque vero quicquam de illo opere constat[5], atque solum nomen auctoris Theodericus biographus tertius Tru-

1) In calce Vitae post c. 21, reliquis omissis, haec leguntur: Alia quoque plura miracula tam in vita quam post mortem ipsius patrata habentur in eius originali Legenda, de qua predicta sunt extracta. Codex adhibitus generis 1c. c* fuit. 2) Alteram editionem (Lovanii 1485) non vidi. 3) Postea a. 1671. Bernardus Rethy monachus S. Trudonis Mabillonio exemplar Vitae transmisit; cf. U. Berlière, 'Mabillon et la Belgique' ('Revue Mabillon' IV, 1908, p. 35). 4) V. Trudonis auct. Theoderico, prol. (Surius VI, 544): Iniungitis — — ut beatissimum summi illius capitis membrum Trudonem, quem longe ante Donatus diaconus et postea Guikardus abbas, utriusque linguae usque ad interpretem uterque periti, Latinitati tradiderunt, mea quoque opera et stilo librariis tradam. E quibus verbis partim haud ita apertis Ghesquierus (l. l. p. 5) et A. Paquay, 'Bulletin de la Société d'art et d'histoire du diocèse de Liége' XIV, 1903, p. 251, satis temere concluserunt, 'Vitam omnium primam sermone (vulgari) Belgico conscriptam fuisse, dein a Donato diacono et postea a Guikardo Latine versam'. 5) Etiam B. Rethy opus Guikardi in monasterio S. Trudonis frustra quaesivit; cf. Berlière l. l. p. 35 sq.

donis memoriae tradidit, monachus et postea (1099—1107) abbas S. Trudonis[1], vir, ut Rudolfus successor testatur, 'liberalibus artibus egregie eruditus', ita ut 'in prosa et versu nulli esset suo tempore secundus'[2]. Cum Adelardo II. abbate (1055—82) defuncto fratres, paucis exceptis, a. 1083. in exilium truderentur, deinde a. 1085. contra Lanzonem abbatem ab episcopis Mettensi et Leodiensi institutum Luipo surgeret, partes Heinrici IV. imperatoris secutus, resque monasterii magis magisque in deterius verterentur[3], Theodericus 'sub contentione abbatum Lanzonis et Luiponis' oppidum Gandavense petiit, ubi plures fratres apud S. Bavonem morabantur[4], ibique in coenobio S. Petri vitam degit, dum a. 1099. a Trudonensibus abbas electus et revocatus est[5]. In Gandavensi igitur exilio positus, ut Vitam Bavonis retractavit[6], in cuius urbe tum morabatur, ita priori patrono operam impertivit, a Gerardo praeposito S. Trudonis admonitus. Qui a. 1085, Luipone irruente, cum Lanzone abbate Leodium cesserat; coenobio autem a Leodiensibus expugnato et exusto, a. 1086. ab episcopo missus est, ut locum paululum repararet, et 'coeperunt fratres bini et bini redire'[7]. Iis temporibus, a Gerardo et monachis regressis rogatus[8], 'iam peregrinae terrae diu incola' Vitam Trudonis denuo conscribendam suscepit atque 'exulatus libellum'[9] confectum in patrium monasterium misit. Ubi cum Gerardus a. 1093. vita functus sit[10], Theodericum opus inter a. 1086. et 1093. composuisse constat. Res a praedecessore mutuatus, sola 'verba alio decursu derivantia' ut propria sibi vindicavit[11], neque Vitae retractatae cum opere Donati comparatae nova insunt nisi pauca velut notae temporum[12] et laudes sanctorum coaequalium[13]. Utriusque opusculum Continuator tertius Gestorum abbatum Trudonensium in vita sancti enarranda adhibuit[14].

Vitam a Theoderico compositam (prologus incipit: Si victoria militis, Vita: In exaltando igitur omnipotens Dominus), duobus libris distinctam, edidit Laurentius Surius, De probatis sanctorum historiis VI, Coloniae Agrippinae 1575, p. 543—566. Alterum textum, in quo cum alia tum epistula Theoderici nuncupatoria et prologus desiderantur, e codice Namurcensi n. 15 (saec. XII)[15] descriptum publici iuris fecit I. Barbier, 'Analectes pour servir à l'histoire ecclésiastique de la Belgique' V, Lovanii et Bruxellis 1868, p. 431—459.

W. Levison.

1) De temporibus, quibus coenobio praefuit, cf. Gesta abb. Trud. VI (SS. X, 254—264). 2) Ib. V, 6 (p. 254); cf. auctarium Continuatoris tertii (p. 387). 3) Cf. A. Cauchie, 'La querelle des investitures dans les diocèses de Liège et de Cambrai' I, 1890, p. 50 sqq.; II, 1891, p. 40. 100 sqq. 4) Gesta abb. Trud. III, 2 (p. 240). 5) Ib. V, 6. 7 (p. 254). 6) Cf. Krusch, SS. R. Merov. IV, 531. 546. 7) Gesta abb. Trudon. III, 13 (p. 245). 8) V. Trudonis auct. Theoderico, epist. (p. 543): Domino dignitate patri, caritate fratri Gerardo suus Theodoricus salutem. Exigis a me una cum fratribus meis qui tecum sunt, — — ut — — libellum de vita beatissimi patris nostri Trudonis tibi cudam. 9) Cf. ib., prol. (p. 543 sq.) et II, 21 (p. 566). Cf. Gesta abb. Trudon., auctarium Continuatoris tertii (p. 387). 10) Gesta abb. Trudon. IV, 13 (p. 251). 11) V. Trudonis, prol. (p. 544). 12) Ib. I, 1. II, 7 (p. 545. 561). 13) Ib. I, 6 (p. 547). 14) SS. X, 364—372. 15) Cum codice Namurcensi, cui aliae quoque epitomae insunt (cf. L. Van der Essen l. l. p. 85), conveniunt Coloniensis archivi urbani n. 163 (Wallraf VI. 18), saec. XI/XII, fol. 201'—208', quem B. Krusch v. c. inspexit, et Bruxellensis n. 3223, vol. I (antea n. 9289), saec. XII, fol. 98—103'. Praeterea commemorantur codices Theoderici Bruxellensis n. 1189 (antea n. 10801—6), saec. XVI, fol. 167—194', et Leodienses n. 12, saec. XII, et n. 278, saec. XV/XVI, et n. 41, saec. XVI. Epitome operis Theoderici extat in codice Ultraiectino n. 391, vol. III, a Swedero Carthusiensi a. 1426. Ultraiecti exarato, fol. 49'

INCIPIUNT[a] CAPITULA.

Index. 1*a*. 2*a*. *b*. 3 *(nonnullis omissis; cf. l.* 35*).*

Index. a) *ita* 2*a, ubi laterculus post c.* 1. *positus est;* Inc. (*om.* 1*a**) cap. in (de 2*b*) vita sancti Trudonis *praescr.* 1*a**. 2*b*; *praescr. om.* 1*a*; *index deest, foliis amissis* 1*b*, *omissus est* 1*c*. 2*b**. 4*a*. *a**. *b*; *laterculo omisso, tituli* 1. 3—9. 12—16. *singulis capitibus praescripti sunt* 3. b) *ita* 1*a*. 3; Angelramnum 1*a**. 2*b*; Angellannum *corr.* Angelrannum 2*a*. c) episcopum 2*b*. d) *ita* 1*a*; despexerat 2*a*. *b*; despexit 3. e) *ita* 1*a*; desp. *rell.* f) ab *add., sed del.* 2*a*. g) *ita* 1*a*; Remachum 3; Remaclum 2*a*. *b*. h) *ita* 1*a*; Remaclo *rell.* i) Mettensem 2*a*. *b*. k) insipientem 2*a*. l) *ita* 1*a*; desp. *rell.* m) sint 2*a*. n) *ita* 1*a*; Mettensem 2*a*. *b*; Mettense 3. o) *pr. m. superscr.* 2*a*. p) Glod. 2*a*. q) *om.* 2*b*. r) *titulum* 11. *om.* 1*a*. s) percussus sit 2*b*. t) XI. 1*a*. u) *ita* 1*a*; Mettensi *rell.* v) Met. | XII. D *(iteratum e versu praecedente)* ęcclesia cl. 1*a*. w) cum 2*a*. x) betus *pr. m.* 2*a*. y) Clod. 3. z) *ita* 1*a*. *a**; luxissent *rell.* a) *ita* 1*a*; Mettensem *rell.* b) *ita* 1*a*; Remaclus *rell.* c) domum 2*a*. d) quam 1*a*.

—53 *(inc.* Beatus Trudo ex Hasbaniensi territorio, *des.* non cessat illustrare*). Eandem fortasse epitomen 'ex manuscripto Ultraiectino S. Salvatoris' exscriptam inter collectanea Bollandiana codex Bruxellensis n.* 3510 *(*8953—54*), saec. XVII, fol.* 135—138', *continet; cf. Van den Gheyn l. l. p.* 573. 1) *Clericare pro clericum ordinare, facere; cf. Du Cange ed. Favre II, p.* 370. 2) *I. e. adventus.*

18. Qualiter fontem in hortu[a] cognati sui cum cambocta[b, 1] sua de arida terra produxit.

19. De sevienti porco, quem ille in mansuetudinem convertit.

20. Qualiter noctu solitarius duas procul positas ęcclesias[c] visitasse[d] consueverat.

21[e]. De transitu eiusdem venerabilis patris, qualiterve[f] fratribus suis[g] suum exitum praedixisset.

22[h]. De miraculo, quod in trigesimo[i] transitus illius die gestum[k] est.

23. Qualiter inluster[l] vir Pippinus ad sepulchrum illius duas villas tradidit, et Plectrudis uxor sua altare in honore sancti patris fabricare praecepit.

24. De propinquo viri Dei, quem ammonuit, ne uxorem duceret, eumque hoc verbum contempnentem qualiter corripuit.

25. De Gotfrido[m] ceco, qui coram sepulchro sancti viri lumen oculorum suscipere meruit.

26. De servo eius, quem[n] investigantem sublatos boves latrones occiderunt; qua ultione percussi sunt illi, qui hoc nefas perpetrarunt.

27. De bubus[o] matricularii[p], qui furtim sublati sunt, quam cito restituti fuerint.

28. De miraculo, quod temporibus venerabilis patris Chrodegangi[q] ob defensionem culpabilis pueri gestum est.

29. De thesauro eiusdem ęcclesiae furtim sublato[r], qualiter repertum fuit.

30. De contracta muliere, quae in festivitate sancti patris sanata est.

31[s]. De claudo, quem per merita beati viri Deus pristinae sanitati restituit.

32[t]. De ceco, qui coram altare sancti Trudonis mirabiliter visum recepit.

EXPLICIUNT[u] CAPITULA.

INCIPIT[a] PRAEFATIUNCULA VITAE AC VIRTUTUM FELICISSIMI PATRIS TRUDONIS PRESBITERI AD ANGILRAMNUM ARCHIEPISCOPUM FELICITER.

1[b]. BEATISSIMO PATRI ANGILRAMNO[c] ARCHIEPISCOPO[d, 2] DONATUS EXIGUUS ULTIMUSQUE EXUL PERHENNEM IN DOMINO SALVATORE SALUTEM[e].

Beatitudine vestra suggerente, pater beatissime, cogor conpendiosa brevitate quaedam de vita ac sancta conversatione felicissimi patris Trudonis presbiteri meae parvitatis stilo subnectere. Qua in re inbecillitas ingenii mei mentisque conscia

Index. 1*a*. 2*a*. *b*. *Cap.* 1. 1*a*. *b*. 2*a*. *b*. 3.

Index. a) *ita* 2*a*. *b*; ortho 1*a*. b) cambota 2*a*; canbota 2*b*. c) positas | XXI. D ęcclesias 1*a*. d) visitare 2*a*. *b*. e) XXII. *et sic deinceps* 1*a*. f) XXII. Qualiter (ve *om.*) 2*b*. g) *om.* 2*a*. *b*. h) XXIII. *et sic deinceps* 2*b*. i) tricesimo 2*a*. *b*. k) gestu :: 1*a*. l) illustris 2*a*. m) Godefrido 2*b*. n) quae 1*a*. o) bobus 2*a*. *b*. p) matrilarii 1*a*. q) *ita* 2*b*; Grodegangi 2*a*; Chrodegandi 1*a*. r) ablato 2*b*. s) XXX. 2*a*. t) XXXI. 2*a*. u) *ita* 1*a**. 2*a*. *b*; Expl. c. *om.* 1*a*.

Cap. 1. a) *ita (at* prefat.*)* 1*a*; Praefat. huius opusculi ad Ang. arch. *e laterculo praescr.* 3; Inc. prologus (prefatio 1*a**; Donati *add.* 2*a*) in vita (vitam 2*b*) sancti Trudonis (confessoris *add.* 1*a**) *praescr.* 1*a**. 2*a*. *b*; *praescr. fortasse evanuit* 1*b*; *c.* 1. *ante indicem positum est* 2*a*; *c.* 1. *om.* 1*c*. 4*a*. *a**. *b*. b) *numeros inde a c.* 2. *habet* 2*a*, *inde a c.* 23. *habet* 2*b*, *omnes om.* 1*a*. *a**. *b*. *c*. 3. 4*a*. *b*; *ipse in capitibus distinguendis laterculum secutus sum.* c) Angelranno 2*a*. *b*. d) episcopo 2*b*. e) *in ras.* 1*a*.

1) Cum baculo suo *infra c.* 18. *Est baculum incurvatum; cf. A. Holder, 'Alt-Celtischer Sprachschatz' I,* 1896, *col.* 717. 2) *Angilramnus episcopus Mettensis* (768—791) *inter a.* 781. *et* 788. *dignitate archiepiscopi ornatus est, quam nactus esse videtur, cum, Fulrado abbate a.* 784. *defuncto, munus archicapellani suscepit; cf. supra p.* 265.

facultatis ad tam dignum opus asserendi parvitas, velut cuiusdam gracylis cymbae[a] prora, fluctibus undosi gurgitis spumantibusque salsi aequoris hestibus[b. 1], austro urguente[c], inliditur, et quasi contra quendam praecipiti[c*] amnis impetum zefiro tumentia rates[d] inpellunt vela, repercussaque[e] cedit sepe inmensis viribus fluviique spumante mole carina et tamen inceptum itineris callem carpere non desistit, instantibus austris. Haud secus indoctae mentis meae acies, dum beatitudinis vestrae iussionibus obtemperare conpellitur, indignitatis suae memor sepius a[f] coepto tramite reflectitur; sed tandem fluctuantem animum vestrae auctoritatis anchora solidavit. Dum enim mens intra pectusculi claustra hac longa trepidatione ancipitique formidine desudaret, utrum indignus hoc tam egregium opus subire debuerim seu etiam, ne[g] detractionibus[2] ullius subiacuissem, hoc adire[h] minime temptarem, respondit mihi tacitae mentisque[i] intentio, melius mihi esse ceteris delinquisse[k] quam vestrae beatitudinis iussionem praeterire. Itaque praebeo me omnibus quasi obnoxium; emulorum iacula postponens, felicitatis vestrae praeceptis obtemperans, iussum operis arvum exerceam, beatissimique Trudonis suffragiis et vestrae sanctitatis intercessionibus suffultus, Davitici carminis versum cantabo, dicentis[l]: *Domine labia mea aperies, et* (Ps. 50, 17.) *os meum adnuntiabit laudem tuam.* Laus enim Domini est adnuntiatio operum sanctorum illius, qui est mirabilis in sanctis suis. (cf. ib. 67, 36.) Obsecro itaque Domini[m] clementiam per[n] merita praefati patroni, ut, sicut quondam arentis[o] silicis venas largifluas emanare iusserat aquas[3], haud aliter arentia ingenioli mei viscera et nullo praerogativae scientiae[4] imbre perfusa affluentis aie[p. 5] sapientiae dulcifluo rore inrigare dignetur. Potens namque ille est torporem mei durissimi ingenii in sanctorum illius laudes excitare, qui dudum insueta eloquiis deditaque confusis vocibus bruti aselli ora in articulati sermonis decorem convertit. (cf. Num. 22, 28.) Supplico itaque per eundem Dominum eos, qui lecturi[q] sunt hoc meae parvitatis opusculum, quique acriori pollent ingenio et auctoritate eximiae lectionis vigent, ne audatiae[r] me culpa redarguant, dum magnae auctoritatis iussione coactus[s] hoc opus me adire cognoverint, nec gracilis rudique[t] sermonis dicta contempnant, sed magis mediocriter a me relata eorum redundante scientia suppleantur. Certum namque est, quod in domo Domini chyathi[u] mensura, Deo iubente, fabricata est; (cf. Exod. 25, 29.) cuius etiam vasculi normam intra sanctam aecclesiam minime contingisse[v] me fateor: obtuli autem in domum[w] Domini quae potui. Illi igitur non meae exiguitatis dicta dispiciant[x], dum manifestum sit illis, me Domino detulisse quod valui, quamquam digne non rependi quod debui. Suppleatur itaque illorum larga scientia a me artius relatum opusculum, ad cumulum videlicet laudis Domini, et, ut dignum est, eorum[6] praetiosa[y] labore praetiosam etiam retributionem consequentur. Ast ego[z] parvitatis meae munusculo

Cap. 1. 1*a. b.* 2*a. b.* 3.

Cap. 1. a) chimbe 2*b.* b) *ita* 1*a*; hestibus 1*b*; estibus *(corr. ex* estis 2*b) rell.* c) urgunte 1*a*; urgente (3). c*) *ita codd.* d) ratis 2*a. b.* e) velare percussaque 1*a.* f) *ita* 3*(?) et Mabillon (cf. p.* 276, 2*)*; accepto (a cepto *pr. m.* 2*a*) *rell.* g) nec 2*a.* h) audire 1*a*, *corr.* i) meae *pro* que 2*a. b*; que *om.* 3. k) *ita* 1*a. b*; deliquisse 3; delinquere 2*a. b.* l) *ita* 2*b.* 3 *et e corr. (m. al.* 2*a)* 1*a.* 2*a*; dicentes *pr. m.* 1*a*; dicens 1*b.* 2*a (pr. m.)*; *cf. p.* 277, 31. 278, 21. m) domine 1*a. b.* n) praef. patr. per m. 1*b.* o) arentes 1*a. b.* p) *ita* 1*a. b.* 3; suae 2*a. b.* q) lectaturi 2*b.* r) audatia 3, *corr.*; audac(t)iam m. c. (meae culpae 2*b*) 2*a. b.* s) coactum 2*a. b.* 3. t) *ita codd.* u) *ita* 1*a*; cy(i)athi 1*b.* 3; cyati 2*a. b.* v) *ita* 1*a. b*; contigisse *rell.* w) *ita codd.* x) *ita* 1*a*; desp. *rell.* y) *ita* 1*a*; preciosa 1*b (pr. m.)*; pret(c)ioso l. 2*a. b*; pretiosi labores — consequuntur 3. z) ergo 1*a.*

1) *I. e. aestibus. Cf. Vergili Aen. III,* 397: aequoris aestu. 2) *I. q. obtrectatio, Ital. 'detrazione'; cf. Forcellini h. v.* 3) *Cf. infra c.* 18. 4) *Cf. Sedulii epist. ad Macedonium (ed. Huemer p.* 1*)*: nulla veteris scientiae praerogativa suffultus. 5) *I. e. hagiae, sanctae.* 6) *I. e. suo pretioso labore.*

ab inmortali retributore mercedem dignam suscipere non diffido, et ne diutius[a] his longis verborum anfractibus[1] inherere videar, ad coepti itineris callem vestigia vertam.

EXPLICIT PRAEFATIUNCULA[b].

INCIPIT CONTEXTUS LIBELLI[a].

2. Venerabilis[2] igitur Trudo in Hasbaniae[b, 3] finibus nobilissima Francorum prosapia ortus fuit. Erant autem parentes illius locupletes valde tam in pecuniae[c] quam etiam in agrorum amplissima[d] possessione. Erat vero beatus Trudo elegans et pulcherrimus inter omnes suae pubertatis coaetaneos, sapiens verbis, prudens moribus, consilio firmus, ingenio vigens, decorus aspectu, blandus alloquio et, quod his maius est, a primo aetatis suae tyrocinio in amore supernae patriae ita exarsit, ut cuncta, quibus mortalium fovetur[e] vita, dispiceret[f] atque inmortalis vitae[g] appetitu magnopere desudaret. Cunctis enim virtutibus, quibus caeleste regnum adipiscitur, sancti pueri nutriebatur infantia. Nil de terrenis fastibus ambiens, mentis aciem in creatoris omnium timore simul et amore fixam tenebat. Erat autem in eo tanta largitatis industria, ut omnia, quae praeter[h] simplex indumentum habere poterat[i], pauperibus et egenis erogaret, ita ut sepe accidisset, quod etiam singularis tegminis[k] particulam aut integram sive etiam ob[l] proprii corpusculi tutamen necessarium abscisam[m] indigentibus distribueret. Itaque gestum[n] est, ut frequenter pro talibus gestis parentes[o] illius hoc graviter ferentes inproperarent ei et magnis minis sepissime eum terrerent; sed nihilominus[p] sanctus puer instantius, acsi illum potius ad hoc opus instigarent[q] quam vetarent, elemosinarum segetem uberius seminabat, retinens in corde suo testimonium
Luc. 11, 41. euangelicae lectionis: *Date elemosinam, et ecce! omnia munda sunt vobis,* et egregii
2. Cor. 9, 6. doctoris gentium, quo ait: *Fratres, qui parce seminat, parce et metet, et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet.* Intellexit igitur beatus puer nihil[r] aliud hoc verbo innuere[s], quam secundum elemosinarum quantitatem etiam retri-

Cap. 1. 1*a*. *b*. 2*a*. *b*. 3. *Cap.* 2. 1*a*. *b*. *c*. 2*a*. *b* (*ad l.* 12). 3. (4*a*. *b*).

Cap. 1. a) deutius 1*a*. b) *ita* 1*a*. *a**; Expl. prologus *subscr.* 2*a*. *b*; *subscr. om.* 1*b* (*versibus duobus vacuis relictis*). 3; *laterculus capitum sequitur* 2*a*; *sequitur epilogus* (*deinde subscr.* Expl. prefatio 1*a**) 1*a**. *b*.

Cap. 2. a) *ita* 1*a*, *ubi epilogus sequitur;* Incipit vita sancti Trudonis (eiusdem *pro* s. Tr. 1*a**; presbyteri *add.* 2*a*; presbiteri et confessoris *add.* 1*b*. 3; confessoris [episcopi et conf. 1*c*], cuius festivitas est IX. Kalendas Decembris *add.* 1*c*. 4*a*. *a**) *praescr.* 1*a**. *b*. *c*. 2*a*. *b*. 3. 4*a*. *a**. *b*. b) Asbanie 4*b*. c) *ita* 1*b*. *c*. 3. 4*a*. *b*; pecuniis 2*a*. *b*; pecunia 5*a et P. Piatonis; deficit* 1*a*, *parte folii abscisa.* d) ampl. poss. *abscisa sunt* 1*a*, *et sic complura.* e) fetur vita *m. al. corr.* fertur vitae 1*a*; fertur v. 3; v. fov. 4*a*. *b*. f) *ita hoc loco* 1*c et saepius pr. m.* 1*a*; desp. *semper rell.* g) vitae — c. 4 (*p.* 278, 12) Trudo velut, *folio exciso, desunt* 2*b*. h) *ita* 1*c*. 2*a*. 3. 4*a*. *b*; propter 1*a*. *b*. i) potuerat 1*c*. 2*a*. k) teguminis 2*a*; tegiminis 4*b*. l) obprobrii 1*b*; ob *om.* 4*a*. *b*. m) [a]bsci : sam, *ras.* s (?) 1*a*; abscisum 4*a*. *a**; abscissum 4*b*. n) factum 1*c*; actum 3. o) parentis *pr. m.* 2*a*; *deficit* 1*a*, *parte folii abscisa.* p) nichilhominus 1*a*; nil ominus 2*a*. q) instigaret 2*a*, *corr.*; instigantent 4*b*, *corr.* r) nil 1*c*. 2*a*. s) intuere 1*b*; intueri 4*a*. *b*.

1) *Cf. Macrobii Saturn. I, prol.* 2 (*ed. Eyssenhardt*[2] *p.* 1): compendia longis anfractibus anteponenda. 2) *Pars prior capitis* 2. *ad verbum fere in Passione Piatonis* § 2 (*AA. SS. Oct. I,* 22) *expilata est, cuius auctor, Passionis martyrum Acaunensium recensione X* (*cf. Krusch, SS. R. Merov. III,* 27 *sqq.*) *usus* (§ 3), *haud ita multo ante Usuardum scripsisse videtur.* 3) *Hodie 'la Hesbaye'; cf. C. Piot, 'Les pagi de la Belgique'* (*'Mémoires couronnés par l'académie royale de Belgique' XXXIX*) 1876, *p.* 107 *sqq.*; *L. Vanderkindere, 'La formation territoriale des principautés belges au moyen âge' II,* 1902, *p.* 128 *sqq.*

butionis crescere augmentum. Hinc[a] ille[b] dispiciens parentum minas, cotidie pauperibus largius elemosinas erogabat[a].

3[a]. Igitur dum[b] beati pueri mens caelestibus anhelaret desideriis[c] et a terrenorum cura ad ęcclesiasticas excubias flagranti animo properaret[d], quodam die nimio fervore[e] divini amoris succensus, dum in cuiusdam agri planitie[f] congeriem[g] lapidum conspexisset, quoddam fundamentum ad modum ęcclesiae ex eisdem lapidibus puerili[h] arte construens, praeces omnipotenti Domino[i] fudit in eodem loco votumque vovit Deo, quod, si ei spatia vitae dedisset, ut parentum suorum heres[k] extitisset[l], in sua propria hereditate ęcclesiam aedificaret. Quam devotionem, adiuvante Deo, post plures annos adimplevit. Sed antiquus humani generis hostis, votum beati pueri aspiciens, more solito invidens ingemuit. Contigit autem, ut quaedam mulier per eundem transiret locum, in quo sanctus Trudo fundamentum basilicae statuit; quam invidus inimicus posse prosternere facile conspiciens, contra beatum puerum instigavit. Illa namque ilico dictum opus irridens procacique vultu adgrediens, nefandis calcibus lapides dispersit per[m] agrum. Sed Dominus iniuriam servi sui conspiciens[n], illam mulierem digna ultione perculit, nam celeri caecitate percussa est. Obstipuit[o] igitur illa magnisque clamare[p] vocibus coepit: 'Heu', inquid, 'quaenam sunt hae[q] tenebrae, quae circumcincxerunt[r] me? Num usquam praesente[s] sole nox quenquam involvit?' His[t] itaque clamoribus et inmensis plangoribus vicini habitatores loci[u] illius concursu non modico velocius adfuerunt eamque diligentius interrogaverunt, quid sibi acciderat[v], ut his[w] eos clamoribus congregaret. Ast[x] illa cum fletu et gemitu magno ob iniuriam beati Trudonis confessa est sibi contingere[y] caecitatem. Accersitus autem sanctus puer celeriter adfuit, rogaveruntque eum suppliciter[z] universi, ut facinus, quod in se mulier perpetraverat, clementer[a] indulgeret et pro delictis illius inmortali Domino funderet[b] praeces. Ast[c] ille, misericordia motus, cum lacrimis pronus in terram[d] omnipotentem Dominum pro illa depraecatus est, statimque exaudivit eum Dominus[e] et caecae[f] mulieri amissum celerius reddidit[g] visum. Noluit enim sanctus puer propriam iniuriam ulcisci, sed econtra[h] praebuit indulgentiae fructum. Audivit enim prophetam dicentem: *Mihi vindictam, ego* Rom. 12,19.
retribuam, dicit Dominus. Retinuit quoque Pauli apostoli sententiam[i], dicentis:
Noli vinci a malo, sed vince in bono malum. Illa vero statim[k], ut vidit, magnas ib. 12, 21.
Deo gratias agens, ad pedes sancti pueri prostrata cecidit et sindonem, qua induebatur, super paulo ante derisum expandit locum et puerum, quem ante inluserat, simul cum loco magnis coepit honoribus venerari. Sicque gestum est, ut protervitas mulieris, ut dignum erat, ab omnibus inluderetur et sancti Trudonis devotio a cunctis laudaretur.

Capp. 2. 3. 1*a. b. c.* 2*a.* 3. (4*a. b*).

Cap. 2. a) Hinc — erogabat *om.* 4*a. b.* b) *m. al. in ras.* 2*a.*

Cap. 3. a) *caput non distinctum est* 2*a.* b) du *pr. m.* 2*a.* c) desideris *pr. m.* 2*a.* d) pr(a)epararet 1*a* *(sed fortasse e corr.). b.* 3 (*ubi* flagrantem animum). 5*a.* e) fervere 2*a, corr.* f) planitiae 1*b*; planicia 1*c.* 5*a.* g) congeri:em, *ras.* a (?) 1*a.* h) puerili (?) *bis scr., sed eras.* 2*a.* i) Deo 3. 4*a. b.* k) *pagina exeunte om.* 1*b.* l) exstetisset *pr. m.* 1*a*; ex(s)isteret 4*a. b.* m) in 1*b.* n) compatiens 3; aspiciens 4*a. b.* o) *ita* 1*a (pr. m.). b.* 5*a*; Obstupuit *rell.* p) vocibus clamare 1*b.* 4*a. b (ubi* are *e corr.).* q) he(a)e 1*c.* 4*a.* r) *ita* 1*a.* s) pr(a)esenti 1*a. b.* 3 (*non* 5*a*). t) Hiis 1*c.* 4*a.* u) illius loci 1*b.* 4*a. b.* v) *ita* 2*a et m. al.* 1*b*; accideret 1*a.* 5*a*; acciderit 3. 4*a. b*; accederet *pr. m.* 1*b.* w) hiis eos 1*c.* 4*a*; eos his 3. x) At 1*c.* 2*a.* 4*a et m. al.* 4*b.* y) contigere *pr. m.* 2*a*; contigisse 3. 4*a. b.* z) univ. suppl. (2*a*). a) dementer 2*a.* b) preces fund. 3. 4*a. b.* c) At 1*c.* 2*a.* 3. 4*a. b.* d) terra 4*a. b.* e) Deus 2*a.* f) *ita* 1*a. b.* 3; ecce *rell.* g) reddit lumen 2*a.* h) e contrario 2*a, corr.* i) dic. sent. 1*c*; sent. dicens 1*b.* k) ut v. st. 2*a.*

4[a]. Crescebat autem[b] in beati Trudonis pectore simul cum sancti corporis robore animi sobrietas, morum constantia, stabilitas[c] mentis omniumque sanctarum copia virtutum. Contigit autem, ut, labentibus secundum humanam consuetudinem annis, sanctus puer[d] adolescentiae pertingeret florem. Veniebant itaque ad eum, ut erat nobilissima stirpe creatus, incliti quique iuvenes coetanei eius ortabanturque eum, immo postulabant, ut una cum illis, ut mos est regiis pueris, venandi[e] exerceret ritum[1]. Ille vero mentis intentionem[f] unanimiter in caelestis patriae amore roborabat, illorum suggestioni[f*] animum minime subdidit et cum illis ad tale studium non[g] iturum professus[h] est. Cum igitur hoc sepius ageretur, et beati pueri mentem nullis secularium vanitatum sordibus humana suggestio contaminare potuerat[i], coeperunt praefati iuvenes despicere eum et quasi degenerem aestimare.
cf. Gen. 27, 11. 25, 27. Beatus vero Trudo velut lenis[k] Iacob habitabat in tabernaculis pietatisque obsequia parentibus[l] solerti cura et magna sollicitudine adhibebat seseque cotidie inter laicales habitus et secularis vitae tumultus in sanctae religionis cultu et mandatorum Domini observatione summopere exercebat, ita ut forinsecus ob parentum pietatis observantiam laicus appareret, intrinsecus vero coram Domino ob nimiam abstinentiam et magnae religionis cultum monachus existeret. Itaque gestum est, ut in uno eodemque corpore geminam in Domino duceret vitam. Audivit enim
Exod. 20, 12. per Moysen Dominum dicentem: *Honora patrem tuum et matrem tuam, ut sis longevus super terram, quam dominus Deus tuus dabit tibi;* meminitque verbum[m] Domini,
Matth. 19, 29. Luc. 14, 26. dicentis: *Nisi qui reliquerit patrem aut*[n] *matrem* et cetera *propter nomen meum, non potest meus ille*[o] *esse discipulus.* His itaque duobus praeceptis sanctus vir coartatus[p], et pietatis ministerium praebebat parentibus, et igne[q] divini amoris succensus, abstinentiae et castitatis orationisque[r] et assiduum vigiliarum et elemosinarum inmortali Domino rependebat cultum. Erat autem unicum atque singulare sancti viri desiderium, omni[s] tempore vitae suae hoc[t] postulabat a Domino, ut sacras litteras disceret[2], quatinus sub sanctae conversationis habitu postmodum soli Domino militaret.

5. Igitur lapsis secundum mortalium aevi subputationem caeleriter annis, dignatus est pius Dominus respicere devotionem servi sui et frequentium gemituum[a] et lacrimarum clementer misertus est. Quadam[b] nocte, dum sanctus vir post consuetum vigiliarum orationumque laborem paululum somnii[c] propter insertam humani generis naturam corpori concedisset[d], apparuit ei vir formosissimus[e] miraeque pulchritudinis, angelico vultu, indutus fulgentibus vestimentis, stansque

Capp. 4. 5. 1*a*. *b*. *c*. 2*a*. *b* (*a l.* 12). 3. (4*a*. *b*).

Cap. 4. a) III, *et sic deinceps* 2*a*. b) *eras.* 1*a*; enim 4*a*. *b*. c) mentis stab. 3. 4*b* (*non* 4*a*). d) *ita rell.*; ad *add.* 4*a*. *b*. e) venande *pr. m.* 1*a*. f) intentionis 2*a*. f*) *fortasse corr. e* suggestione 1*a*. g) st. exercendum se nullatenus iturum 1*c*. 2*a*; se *h. l. add.* 3 *et m. al.* 1*a*, *ante* cum illis *add.* 4*a*. *b*, *ante* non *add.* 5*b*¹ (*non* 5*a*). h) profectus *corr.* professus 1*a*. i) *ita* 1*a*. *b*. *c*; potuisset 1*a**. 2*a*. 3; posset 4*a*. *b*; poterat 5*a*. k) *in* lenis *redit* 2*b*. l) pare(nt *m. al. in litura*)ibus 1*a*. m) *corr.* verbi 2*a*, *et ita* 4*a*. *b*. n) et 2*a*. *b cum Luc.* 14, 26. o) *eras.* 1*a*, *om.* 1*c*. 2*a*. *b*. 4*a*. *b cum Vulg.* p) cohortatus 2*a*. *b*. q) ign(i *m. al. ut videtur e corr.*) 1*a*. r) studium *add.* 2*a* (*non* 2*b*). s) que *add.* (2*a*). 4*a*. *b* (*non* 2*b*). t) hoc post. a Dom. *om.* 2*a*. *b*; sue, et hoc 1*c*.

Cap. 5. a) gemitum et (et *versu ex. om.* 2*b*) 2*a*. *b*. b) namque *add.* 2*a*. *b*. c) *ita* 1*a*. (*b*); somni:, *ras.* ū(?) 3; som(p)ni *rell.* d) *ita* 1*a*. *b*. *c**. 3. 5*a*; concessisset 2*a*. *b*. 4*b*; concessiset 4*a*; contulisset 1*c*. f) fomos. 2*a*, *corr.*; famos. 1*c*; formosissimo 2*b*.

1) *Cf. Gesta Dagoberti c.* 2 (*SS. R. Merov. II,* 401): Cum autem adolescentiae aetatem, ut genti Francorum moris est, venationibus exerceret. 2) *Cf. infra c.* 5. 7.

coram illo[a], dicere coepit: 'Orationes tuae et elemosinae, frater Trudo, quibus magnopere desudasti[b], acceptabiles sunt apud Deum. Adimplebit[c] itaque dominus noster[d] Iesus Christus votum tuum, quod ei vovisti[e] in pueritia tua[1], consolabiturque te creator omnium et dabit tibi desiderium cordis tui. Sapientia enim sua erudiet te, quia illam ab eo postulasti[f]. Docebit ergo te omnia mandata sua et praecepta sua scribet in tabulis cordis tui[g]. (cf. Prov. 7, 3.) Tu vero deinceps docebis populum suum et ad dignum sacerdotale pervenies ministerium. Quia enim hoc solum[h] incessanter a Domino depraecatus es, largiri dignatus est tibi. (Iac. 5, 16.) *Oratio enim iusti assidua multum valet* apud Deum, et praeces inportunae et incessabiles ascendunt ad aures eius'. Gavisus est itaque venerabilis Trudo valde gratiasque omnipotenti Deo reddidit in corde suo et apud se tacitus admirans conferebat verbum domini Iesu, quo ait: (Matth. 7, 7. 8.) *Petite et dabitur vobis, querite et invenietis, pulsate et aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit, et qui querit invenit, et pulsanti aperietur.* Addidit quoque iam dictus formosus vir loqui ad eum: 'Surge', inquid, 'et vade ad beatum Rimaglium[i] Tungrensis urbis pontificem[2]; ipse enim est haud longe hinc in villa quae nuncupatur Septimburias[k, 3]. Illi namque ostendit Deus omnia, quae te oportet facere, docebitque te[l] vias tuas. Tu vero fac omnia, quaecumque dixerit tibi. Dominus autem tecum erit et custodiet te in omnibus viis tuis'. (cf. Ps. 90, 11.) Surrexit itaque beatus Trudo valde diluculo — perterritus enim erat illa maxima visione — voluit velocius sciscitare[m] eventum rei, assumens secum in comitatum[n] duos pueros, et ad villam quae dicitur Septimburias[o] pergere coepit. Cum autem adpropinquaret domui, in qua pontifex esse videbatur, admonuit episcopus pueros suos, dicens: 'Occurrite velociter viro Dei, qui venit visitare nos; ecce enim adpropinquat[p]! Suscipite igitur eum cum omni diligentia et honore et adducite ad me'. Illi vero pueri cum festinatione currentes, obviaverunt ei[q] in ipso introitu portae, quae ducebat[r] ad domum episcopi, cognoveruntque, quod de[s] illo dixisset pontifex; statim susceperunt eum cum summa[t] veneratione.

6. Adductus est itaque beatus Trudo in praesentiam[a] pontificis; intuitus autem eum benignissimus Rimaglius[b], ilico[c] surrexit et occurrit ei in medio pavimenti[d] domus suae. Piissimus vero famulus Dei Trudo nisus est prostrare[e, 4] se ad pedes eius. Pontifex autem cum summa festinatione suscepit eum et deosculans amplexatus est illum; coepit[f] pro[g] nimia[h] exultatione flere super collum ipsius[i].

Capp. 5. 6. 1*a*. *b*. *c*. 2*a*. *b*. 3. (4*a*. *b*).

Cap. 5. a) eo 2*a*. *b*. 3. b) dusud. 1*b*. c) adimplevit 1*b*. 4*a*. *b*. d) nri 1*a*, *corr*. e) novisti *pr. m.* 1*a*; quod devovisti 1*c*. f) pustul. 1*a*. g) sui 1*a*, *corr*. h) seculum *pr. m.* 1*a*. i) *ita* 5*a*. *b*[1. 2]; Rimacglium *m. al. corr.* Remaclium 1*a*; Remagulum 1*c**; Remaclium 1*c*; Remachum *corr.* Remaclum 3, *et ita rell.* k) Septimbrias 1*a* *(pr. m.)*. 5*a*; Septemburias 3; Septinburias 4*a*. *a**. l) *om.* 2*b*. 3. m) s(ci *in litura*)scitare 1*a*; scissitari 1*b*; (scisc *in ras.*)itari 4*a*; sciscitari *rell.* n) comitatu 2*a*. *b*. 3. 4*b* *et e corr.* 1*a*. o) Septemb. 2*b*. 3; Septimbrias 5*a*. p) appinquat *corr.* appropinquat 1*a*. q) eum *pr. m.* 2*a*. r) ducebatur (diceb. *pr. m.* 2*a*) 2*a*. *b*. s) de ipso dix. (dix. de i. 2*a*) pont. et statim 2*a*. *b*. t) omni ven. (diligentia 3) 3. 4*b* (*non* 4*a*).

Cap. 6. a) p̄sentia 2*b*. b) *ita* 5*a*. *b*[1]; Rimacglius 1*a*; Remaglius 5*b*[2]; Remagulus 1*c**; Remaclus *rell.*; *item ferme deinceps.* c) illco *corr.* ilico 1*a*. d) pavimento 1*b*, *corr.* e) prosternere se 4*a*. *b* *et m. al. in marg.* 1*c*; prostra :: ad *m. al. corr.* prostreni *(sic)* ad 1*a*; prosterni ad 3; se *om.* 1*b*. 2*b*, *m. al. ante* prostrare *suppl.* 5*a*. f) que *add.* 1*c*. 2*a*. *b*. 3. 4*a*. *b*. g) pr(a)e 1*c*. 2*a*. 4*b*; p̊ 2*b*. h) mia *versu ineunte pr. m.* 1*a*. i) eius 2*a*. *b*. 4*a*. *b*.

1) *Cf. supra c.* 3. 2) *De Remaclo episcopo Malmundarii et Stabulai monasteriorum neque Tungrensi cf. B. Krusch, SS. R. Merov. V,* 88 *sqq.* 3) *Hodie Zepperen locus ab oppido Trudonensi orientem versus situs (arr. Hasselt, cant. Saint-Trond).* 4) *I. e. prosternere.*

Cumque diutissime hoc ageret[a], et uterque vultum largifluis rivis lacrimarum ob desiderium supernae patriae ubertim madidasset, sanctus pontifex fari coepit: 'Benedictus es', inquit, 'Domine rex omnipotens, consolator omnium sperantium in te. Sit tibi, domine Iesu Christe, laus et iubilatio per infinita secula seculorum, qui dignatus es hodie nos visitare per adventum servi tui'. Conversusque ad beatissimum Trudonem ait: 'Benedictus esto, fili mi, Deo[b] altissimo, ipseque Deus, qui cf. Ps. 16,5. direxit iter tuum ad nos, custodiat deinceps gressus tuos in semitis mandatorum illius detque tibi propitius desiderium animae tuae et tribuat tibi benignus petitionem cordis tui'. His rite dictis, sedit pontifex statuitque beatum Trudonem ad ib. 132, 1. dexteram suam, inmensoque gaudio repletus, ait: *'Ecce! quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum'*.

7. At[a] postquam haec sanctae salutationis verba cessaverunt, et simul sancti patres consederent[b], coepit beatus pontifex loqui ad virum Dei et ait: 'Notum tibi[c] sit, fili mi, quia ex hac hora lege inviolabili filius mihi eris, et ego locum patris tui perhenniter spiritali[d] iure tenebo'. Ut autem hoc audisset vir Dei, inclinavit se humiliter; gratias Deo referens, voluit[d*] osculari genua pontificis. At ille elevavit eum et sibi pulcherrimae libavit oscula pacis. His rite peractis[e], addidit veneranda[f] memoria Rimaglius loqui ad pium Trudonem: 'Non possum tibi', inquit, 'fili karissime, celare vias tuas. Nam Dominus dignatus est ostendere mihi cf. Prov. 22, 17. omne, quod te oporteat[g] facere. Inclina igitur aures tuas ad admonitionem patris tui; verbum enim Domini factum est ad me, ut ostendam tibi viam salutis tuae. Perge igitur, fili mi, feliciter ad Chlodulfum[h] Metensis[i] urbis episcopum[1] omnemque possessionem tuam et cuncta, quae habere visus es in his partibus, per manus ipsius trade sancto Stephano prothomartyri Christi facque illum heredem tuae terrenae possessionis, ut, ipsius suffragantibus meritis, cohereditarius[k] eius sis in gaudio regni caelestis. Revelatum est enim mihi a Domino, quia vovens vovisti votum in pueritia tua, ut, si forte concedisset[l] Dominus maturae aetatis spatium, ęcclesiam sibi[2] in tua hereditate aedificaturus esses, ac[m] ab illo tempore unicum

Capp. 6. 7. 1*a*. *b*. *c*. 2*a*. *b*. 3. (4*a*. *b*).

Cap. 6. a) agerent 2*a*. *b*. b) mi a (domino *add.* 3) Deo alt. (excelso 3) 2*b*. 3 *et m. al.* 1*a*.
Cap. 7. a) Ad 1*b*; Et 2*b*. b) consederunt 2*a*. *b*. 3. 4*a*. *b et m. al.* 1*a*. c) sit tibi 1*c*. 2*a*. *b*. d) *ita* 1*a* (*pr. m.*). 2*b*; spirituali *rell.* d*) voluitque 1*c*; et voluit 4*a*. *b*. e) gestis 2*a*. *b*. f) venerandae memoriae 3. 4*a*. *b et m. al.* 1*a*. g) oportet 4*a* (*pr. m.*). *b*. h) *ita* 2*a*; Clod. 2*b*; Hlod. 1*a*. 5*a*. *b*²; Chod. 3; Glod. 1*b*. 4*a*. *b*; Glodolfum 1*c*; Choldolfum 1*c**; Lod. 5*b*¹. i) Mettensis 2*a*. 3. k) cohe ditarius 2*a*; coe heditarius (eius *om.*) 1*c*. l) *ita* 1*a*. *a**. *b*. 5*a*; si f. concessisset tibi Dom (si t. f. conc. Dom. 3) *rell.* m) et hoc *pro* ac 2*a*. *b*.

1) *Chlodulfus filius Arnulfi episcopi fuit; 'de quo', ut Paulus in Gestis episc. Mettensium dicit (SS. II, 267), 'nihil ad nos amplius, praeter quod a tali radice exortus est, fama perduxit'. Sub Sigeberto III. rege (633/4 — 656) officio domestici fungebatur (Pertz, Dipl. Merov. p.* 23. 28, *n.* 22. 29; *Halkin et Roland, 'Recueil des chartes de l'abbaye de Stavelot-Malmedy' I,* 1909, *n.* 2. 6), *iisque annis Desiderius episcopus Cadurcus (*630 — 650*) Chlodulfo epistulam inscripsit (MG. Epist. III,* 197), *antequam hic munere episcopali praeditus erat, quo a.* 659 *(Virtutes Geretrudis c.* 2, *SS. R. Merov. II,* 465*) et sub Childerico II. rege (*662—675*) fungebatur (Pertz, Dipl. Merov. p.* 27, *n.* 28). *Annos* 40 *et dies* 25 *sedisse dicitur, qui, velut e Catalogo episc. Mettensium (SS. XIII,* 306*) computari potest, cum a. c.* 656—696. *convenirent, si numeris a Paulo alienis fidem habere liceret, atque Abbo episcopus, qui a.* 683 *(Havet, 'Oeuvres' I,* 430*) et a.* 693/94 *(Pertz p.* 58*) occurrit, fortasse successor Chlodulfi fuit.* 2) *I. e. ei.*

desiderium tuum fuit, ut sacras litteras didicisses[1]. Suscepit igitur Christus votum benivolentiae tuae tradetque tibi desiderium cordis tui; tantum fac, sicut praecipio tibi, et[a] perveniens ad Metensem[b] oppidum, postquam sancto Stephano tuam tradideris hereditatem, postula a praefato pontifice eiusdem urbis, ut studio sacrorum apicum erudiat te, dabitque[c] tibi Dominus gratiam in conspectu omnium videntium te'. His et aliis plurimis sanctae exortationis verbis[d] suis vir Dei ammonitus est a beato Rimaglio[e], hisque expletis, sanctus pontifex benedicens eum dimisit in pace.

8. Postquam autem egressus est beatus Trudo a conspectu pontificis, coeperunt pueri adstantes eidem episcopo, superbiae livore suo[a] perculsi, sancti viri habitum insipientibus verbis inludere, dicentes: 'Quid putas, qualem virum honoravit hodie dominus noster? Nonne[b] pauper est[c], qui tam despectis[d] vestimentis indutus erat[b]? Cur ergo talem virum dominus noster iuxta se sedere praecepit?' Audiens autem venerabilis pontifex illos haec apud se conferentes, intellexit, quod de beato Trudone haec dicerent[e]; increpans eos cum gravissimo obprobrio[f], ait: 'Vae vobis', inquit, 'stulti et insipientes corde, qui personam hominum ex vestimentorum quali- (cf. Deut. 32, 6.) tate iudicatis! Deus enim, qui scrutator est cogitationum et inspector cordium, (cf. Sap. 1, 6. Prov. 24, 12.) quique interioris hominis pulchritudinem et ornatum querit et non exterioris, scit, quia dives est vir iste, qui visitavit nos, inmortalibusque divitiis valde locuples. Dominus autem cum illo est, et ipse dignatus est hodie per illum nos visitare. Vos autem ob vestimentorum ipsius qualitatem eum iudicare putastis[g]; ipse vero coram Domino melior nostri est et meruit hodie vocem Domini audire consolantem se et pollicentem sibi adimplere omne desiderium cordis sui. Nolite ergo talem[h] virum despicere patronum; depraecamini potius Dominum omnipotentem, ut per merita illius de his[i] otiosis verbis tribuat vobis verae indulgentiae fructum. Zelatus est namque Dominus erga servos suos et vindex est omnium iniuriarum (cf. Ioel 2, 18. 1. Thess. 4, 6.) sanctorum illius. Hic enim vir beatitudinem euangelicam felici iure adeptus est, de qua Dominus ait: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum*[k] *est regnum caelorum.* (Matth. 5, 3.) Hic namque vir in hoc mundo dives esse potuit; at[l] ille fallaces ac temporales divitias pro aeternis et quae fine carent divitiis[m] vendidit et in hac vita dispectus[n] esse ab hominibus non erubescit, ut in aeterna patria coram inmortale[o] retributore decorus appareat'. Tum illi pueri simul prostraverunt se ad pedes episcopi, veniam ab eo postulantes[p]. At ipse ait[q]: 'Surgite', inquid, 'propitius sit vobis Deus! Cavete autem, ne ultra huiuscemodi crimen incurratis'.

9. Beatissimus ergo Trudo reversus est[a] in domum suam; praeparavit cuncta quae necessaria illi erant in itinere. Dimissis omnibus quae possidebat, felici gressu

Capp. 7—9. 1*a*. *b*. *c*. 2*a*. *b*. 3. (4*a*. *b*).

Cap. 7. a) ut 1*c* (*non* 1*c**). b) *ita* 1*a* (*pr. m.*). *b*; Mettensem 2*a*; Metense 1*c*. 2*b*; Mettense 3; Metensium 4*a*. *b*. c) que *om.* 4*a*. *b*. d) *ita* 1*b*. 2*a*. *b*. 5*a*. *b*[1. 2]; suis verbis 1*a*; suis *om.* 1*c*. 3. 4*a**. *b*; suis vir Dei *versu ex. om.* 4*a*. e) *ita* 5*a*. *b*[1. 2]; Rimacglio 1*a*; Remagulo 1*c**; Remaclo *rell., et sic deinceps.*

Cap. 8. a) *om.* 1*c*. 4*a*. *b*. b) Nonne — erat *post l.* 13. precepit *ponit* 2*a*. c) pauperem, qui 1*b*. 4*a*. *b*. d) despectibus 1*a* (*corr.*). *b*. e) Et *add.* 1*c*. 3; dic. increpansque 4*a*. *b*. f) obproprio 1*a*. g) putatis 1*c*. 2*b*. h) *ita* 1*a*. *b*. 3. 4*a*. *b*; ergo desp. talem virum (patr. *om.*) 2*a*; virum *om.* 1*c*. 2*b*. i) hiis 1*c*. 4*a*. k) illorum 2*b* (*non Vulg.*). l) sed 2*a*. *b*. m) divitias 4*b*; *om.* 3. n) *ita* 1*a*; desp. *rell.* o) *ita* 2*a*. *b*; in(m)mortali *rell.* p) pustul. 1*a*. q) *ita* 1*a*. 3 (*ubi* inquiens); ait *om.* 5*a cum rell.*; *cf. l.* 15. *et p.* 284, 34.

Cap. 9. a) *eras.* 1*b*; *om.* 2*a*. *b*. 4*a*. *b*.

1) *Cf. supra c.* 4 (*p.* 278, 25).

cf. Gen. 12, 1. prosperoque cursu Metensem[a] urbem petiit, exemplum patriarchae Abrahe[b] gerens, qui, iubente Domino, exiit de terra sua et de cognatione et de domo patris sui. Intravit autem beatus Trudo Dei famulus Metensem[c] oppidum venitque ad gloriosam ecclesiam sancti Stephani primi[d] martyris, in qua cum[e] summa, ut[f] dignum est, reverentia praetiosissimus sanguis illius custoditur, quae etiam Wandalorum tempore, defendente divina gratia et meritis sancti martyris, in medio urbis incendio sola inlesa permansit[1]. Quam cum[g] ingressus esset[h] venerabilis Trudo, cum maxima humilitate prostravit se coram altare[i] devotissimasque omnipotenti Domino[k] cum affluenti lacrimarum effusione fudit praeces. Invocavit[l] etiam suffragium beatissimi[l*] Stephani martyris, ut orationes ipsius[m] coram maiestate altissimi praevalerent, seque cum omnibus quae possiderat[m*] Deo et eodem[n] martyri Christi Rom. 12, 1. feliciter obtulit, *hostiam* videlicet, ut Paulus ait, *vivam, Deo placentem*. Dum autem vir Dei in illa sancta oratione diutissime perseveraret, custos aecclesiae diligentissime eum intuitus est. Vidit enim in eo sanctae devotionis spiritum et apud se tacitus admirabatur cupiebatque sciscitari[o], unde talis vir cum tanto fervore divini amoris existeret. Tandem ergo erigens se beatus Trudo ab oratione, madidum lacrimis coepit extergere vultum. Accessit autem ad eum praefatus custos ęcclesiae cum humilitate et ait: 'Ubi tuae[p] nativitatis sumpsit exordium, frater, aut unde itineris tui, ut huc venisses[p*], exstitit inceptio?' Ad[q] quod vir Dei, pudicitiae[r] et humilitatis spiritu repletus, respondens ait: 'In Hasbaniae[s] partibus meae exiguae nativitatis locus agnoscitur, indeque, necessariae causae aeventu cogente, has vestras temptavi adire metas. Obsecro itaque karitatem tuam, frater, ut beato Chlodulfo[t] episcopo meae parvitatis adventum innotescere studeas, postulans ab eo, ut suae sanctitatis obtutibus praesentari merear, ut sibi mearum necessitatum causas ostendere valeam'. Ille igitur custos cum summa festinatione nuntiavit episcopo, quod talis vir de[u] Hasbaniae partibus[v] advenisset et sanctitatis illius colloquium postulasset[w]. Adquievit autem beatus pontifex precibus illius atque statim praecepit, ut eadem hora ipsius praesentaretur obtutibus.

10. Adductus est[a] igitur famulus Domini Trudo in conspectu[b] pontificis cf. Gen. 19, 1. statimque, ut adpropinquavit episcopo, adoravit eum pronus in terram. Sanctus cf. 1. Reg. 24, 7. vero Chlodulfus[c] festinanter elevavit eum benedicensque illi ait: 'Propitius sit tibi, fili mi, Deus altissimus, ipseque tribuat tibi petitiones cordis tui'. Intuitus

Capp. 9. 10. 1*a* (*ad l.* 26). *a** (*adhibitus a l.* 26). *b. c.* 2*a. b.* 3. (4*a. b*).

Cap. 9. a) Mettensem 2*a. b.* b) Habrah(a)e 2*b.* 4*b.* c) *ita* 1*a* (*pr. m.*). *b*; Mettensem 2*a*; Mettense 2*b.* 3; Metense 4*a. b*; Mētese (*sic*) 1*c.* d) St. prothomartyris 4*a. b.* e) con 1*b.* f) ut d. est *om.* 4*a. b.* g) *eras.* 1*b*; dum 4*a. a*.* h) *om.* 1*b*; fuisset 4*a. a*.* i) coram altari 1*c.* 3. 4*a. a** *et m. al.* 1*a*; ante altare 4*b.* k) Deo 1*b.* 3. l) que *add.* 1*a.* l*) beati 1*c*; sanctissimi 4*b.* m) ipsus 1*a.* m*) *ita pr. m.* 1*a*; possideret 2*a. b*; possederat (sederat *in ras.* 4*a*) *rell.* n) eidem 1*c.* 2*a. b.* 3. 4*a et m. al.* 1*a*; sancto *add.* 4*a. b.* o) scissitari 1*b.* p) tua nativitas 2*a. b.* 4*a. b.* 5*b*[1. 2] (*non* 5*a*). p*) venires 1*c.* 4*a. b.* q) At 1*a. b.* r) prudent(c)iae 2*a. b.* s) Habaniae 2*a*, *corr.*; Haspaniae 5*a.* t) *ita* 2*a. b*; Hclod. 1*a*; Clod. 4; Hlod. 5*a*; Glod. 1*b.* 4*a. b*; Glodolfo 1*c*; Choldolfo 1*c*.* u) de Hasb. — *c.* 11 (*p.* 285, 2) quo dispositum est *desunt, tribus foliis excisis,* 1*a*; de Hisbanie *corr.* de Hasbanie 1*c*; de Haspaniae (*corr.* Hispan. 5*a*, *et ita* 5*b*[1. 2]) 5*a. b*[1. 2]. v) finibus 1*c.* 2*a. b.* w) postularet 2*a. b.* 4*a. b* (*non* 5*a*).

Cap. 10. a) ig. est 3; autem *pro* est ig. 1*c.* b) conspectum 1*a*.* 2*b.* c) Hlod. (Hlodulphus 5*a*) 5*a. b*[1. 2]; Glod. 1*b.* 4*a. b*; Glodolfus 1*c*; Choldolfus 1*c**; Clod. episcopus f. 3.

1) *Cf. Gregorii Turon. Hist. II,* 6 (*SS. R. Merov. I,* 68) *et Pauli Gesta episc. Mett.* (*SS. II,* 262); *qui tamen de Hunis neque Wandalis agunt. Urbis a Wandalis captae Fredegarius II,* 60 (*SS. R. Merov. II,* 84) *mentionem fecit.*

autem eum episcopus[a] diutius, videns in faciem[a*] ipsius[b] radium Spiritus sancti, ammirabatur quoque[c] pulchritudinem illius[d]. Erat enim, ut superius[1] diximus, venerabilis Trudo mirae pulchritudinis donis ornatus, sapiens verbis, moribus maturus, corpore castus, ingenio valens[e], consilio firmus, sobrietate vigil, alloquio dulcis, pietate modestus, sapientia praeditus, karitate repletus, veritate imbutus, religione laudabilis, mente docibilis, vultu amabilis, prudentia affabilis, orationi deditus, largitate clarus, humilitate decorus, oboedientia non tardus, fide instructus, fraternitatis amore praecipuus, cunctis virtutibus ornatus[f]; sancti quoque Spiritus gratia coruscabat in facie ipsius, ut Salomon ait: *Sapientia hominis lucet in vultu* Eccles. 8, 1.
eius. Sapientiam autem veram nemo habet nisi per Spiritum sanctum, qui dividit cf. 1. Cor. 12, 11.
singulis, prout vult. Tum demum praedictus pontifex virum Dei his verbis interrogare coepit: 'Quaenam', inquit, 'fili karissime, causa extitit, ut de tam[g] remotis partibus nos visitasses[h]? Num prospera cuncta in itinere acciderunt?' Cui ille: 'Prospera', ait, 'omnia; sancti Stephani fultus[i] suffragiis et sanctitatis vestrae orationibus adiutus, nullus contrarietatis[k] evenit occursus. Causa autem meae parvitatis[l] vos visitandi haec est: Ammonitus namque sum a sancto viro, coepiscopo videlicet vestro Rimaglio[m], Tungrensis[n] urbis antistite, ut beatissimi Stephani limina, quae in hac urbe magnis virtutibus florent, appetissem et eidem[o] primimartyri[p] pro aeternae vitae consortio cuncta, quae possidere visus sum in Hasbaniae[q] partibus, tradidissem. Quam ob rem devotissimo mentis affectu omnem possessionem meam, hereditatem scilicet parentum meorum, quicquid habeo in pago[r] Hasbanio in loco qui vocatur Sarchinnio[s. 2] super fluvio[t] Cysindria[u. 3] a praesentis articulo diei sancto Stephano rectoribusque huius sanctae ęcclesiae incommutabili traditione condono'. Confirmavit igitur vir Dei cunctam hereditatem suam in possessionem sancto Stephano pontificibusque Metensis[v] ęcclesiae perpetua traditione sub[w] cartarum descriptione subnixa[4]. His[x] rite peractis, addidit beatus Trudo loqui ad venerabilem Chlodulfum[y]: 'Obsecro', inquit, 'piissime pater, dum hoc meae parvitatis muntusculum suscipere non rennuistis, nunc etiam praeces meas

Cap. 10. 1a*. b. c. 2a. b. 3. (4a. b).

Cap. 10. a) diut. ep. et videns 1a*; ep. om. 2a. (3). a*) ita 1a*. b; facie rell. b) eius (pr. m. superscr. vel ipsius 2a) 1a*. 2a. 3. c) om. 1a*. d) eius 2a. b. e) vigens 1b; cf. p. 276, 9. f) adornatus 1a*. g) om. 1a*. h) visitares 2a. b. 3. 4a. a*. i) ita 1a*. b. 3. 5a; fulti — adiuti 1c. 2a. b; fulc(t)ientibus — adiuvantibus 4a. b. k) nobis add. 1c. 2a. b. l) ita recte 2a. b. 4a. b (cf. l. 28. et p. 282, 23); paupertatis 5a cum rell. m) ita 5a; Remaclio 1a*; Remagulo 1c*; Remaclo rell.; item infra. n) Tugrensis 1c; Tungressis pr. m. 2a; Tungrunsis 3. o) idem 1a*. b. 5a. p) ita 1b. 2a; primi marty(i)ris 1a*. 5a; primi om. 4a; primo marty(i)ri 4a* cum rell. q) Haspan. corr. Hispan. 5a. r) ita 1b. 3. 5b²; Hasbanio p. 1a*; p. Hisbanio 5b¹; p. Hasbanico 4a. b; p. Hasbani(a)e (Hisban. pr. m. 1c; Haban. pr. m. 2a) 1c. 2a. b; Hasb. om. 5a. s) ita 1a*. b. 5a; Sarchynnio 3; Sarchinio 2a. b; Sarchinnia 4b; Sarchimna 4a. a*; Sarchio 1c. t) fluvium 4a. b; fluviolo 2a. b; fluviolum 1c. u) Cisindria 1b. c. 2b; Cisindriam 4a. b. v) ita 1b. c. 4a. b; Mettensis rell. w) om. 4a. b. x) ita 2a. b (cf. p. 280, 17. 289, 32); autem add. 5a. b¹· ² cum rell. y) Chlodolfum 1c*; Clod. 2a. 3; Hlodulphum 5a; Glod. 1b. 4a. b; Glodolfum 1c.

1) *Supra c. 2.* 2) *Hodie Zerkingen, pars suburbii oppidi S. Trudonis, scilicet parrochia S. Nicolai in parte meridiana urbis sita, teste G. Simenon, 'Notes pour servir à l'histoire des paroisses qui dépendaient de l'abbaye de Saint-Trond' ('Bulletin de la Société d'art et d'histoire du diocèse de Liége' XVII, 1, 1908), p. 153 (n. 1). 216.* 3) *Rivulus, qui hodie Melterbeek et Molenbeek vocatur (Piot, 'Cartulaire' I, p. 6), in Geete fluvium incidit. Similiter in charta a. 938. data (ib. p. 7; SS. X, 377) commemoratur* monasterium sancti Trudonis, quod est constructum in loco nuncupante Sarcinio super fluvium Cysindriam in pago Hasbaniensi. 4) *Cf. supra p. 266.*

exaudire dignemini. Oro enim, ut sanctarum litterarum studio me erudire iubeatis. Hoc namque praeceptum suscepi a beato Rimaglio, ut, postquam possessionem meam sancto Stephano tradidissem, tunc a beatitudine vestra sacrorum apicum disciplinam postulassem'. Hoc[a] audiens praedictus episcopus, gavisus est valde[b]; petitionem viri Dei pio sermone secutus est[c]. 'Feliciter', inquit, 'o fili mi, Deusque[d] omnipotens inluminator sit sensus tui, et sanctus Stephanus propitius auxiliator tui existat'. Et suscipiens eum pontifex, osculatus est illum[e]. Tradidit[f] itaque eum episcopus in manum praefati custodis ęcclesiae et omnino ei praecepit, ut eum cum magna diligentia docuisset. At ille cum gaudio suscipiens illum, cum summo studio erudire coepit. Dedit autem Dominus sancto Trudoni gratiam et capacem sensum ad omnia obtinenda, quae discere debuerat.

11. Reverentissimus igitur Trudo coepit in sanctarum litterarum studio magnopere desudare, hoc singulari[a] certamine exercere, hoc toto cordis desiderio ambire, nihil praeter[b] hoc in mundi[c] circulo diligere. In ieiuniorum parsimoniis se cotidie macerans, in vigiliarum custodiis viriliter pernoctans, ineffabili fervore succensus, incessabiliter Dominum depraecabatur, ut se sapientiae suae fluentis inrigare dignaretur. Invidus[d] autem humani generis hostis cernens devotionem viri Dei[e], ingemens[f], more solito nisus est nocere illi. Sed dum interiorum virtutum aedificationi, qua vir Dei munitus[g] fuerat, nihil dampni inferre[h] potuisset[i], coepit exterius more expugnatorum[k] urbium nequitiae suae machinas adhibere. Instigavit etenim adversus militem Christi illum dispensatorem, qui cotidiani alimonii sumptus sibi administrare debuerat[1]. Ille namque cum gravibus verborum obprobriis, quicquid ei censitum[2] erat[l], donare consueverat; sed vir Dei patientiae[m] armis inexpugnabiliter munitus, in suae rectitudinis statu[n] perseverans, his[o] nefandis verborum obiectionibus aurem cordis minime adhibebat. Quadam autem die, dum in huiusmodi consuetudine, instigante humani generis hoste, iam dictus dispensator perseveranter insisteret et beatissimus Trudo in[p] sua simplicitate permaneret, praesente viro Dei ille dispensator cum magna inlusione adstantibus[q] sibi ait: 'Quid sibi vult hic, ut[r] de Hasbaniae[s] partibus huc adveniret, ut[t] otiosus hic comederet[u] panem? Numquid in patria sua defuit ei panis?' At illi homines, qui aderant, increpabant eum[v], dicentes: 'Quiesce, frater; nihil est, quod loqueris. Nam hic iuvenis ob[w] litterarum studio huc advenit, non panis coactus[x] inopia; iam[y] psalmos discere coepit'. At ille nefandus dispensator cum ingenti insultatione[z] horribilique cachinno, complosis[a] manibus, inridens[b] ait: 'Opto', inquid, 'ut, quando hic psalmos per ordinem cantare[c] potuerit, tunc mihi dentes dolere inchoent[d]'. Suffragante

Capp. 10. 11. 1*a**. *b*. *c*. 2*a*. *b*. *c*. 3. (4*a*. *b*).

Cap. 10. a) autem *add.* 1*a**. *b*. 4*a*, *superscr.* 4*b*. b) et *add.* 1*a**. 4*a*. *b*; peticionemque viri 3. c) *om.* 1*c*. 4*a*. *b*. d) que *om.* 1*a**. 2*a*. e) eum 1*c*. 2*a*. *b*. f) que *add.*, *sed eras.* 2*a*; que *pro* itaque (eum ep. *om.* 3) 3. 4*a*. *b*.

Cap. 11. a) singulare 3, *corr.* b) propter hoc in *pr. m.* 2*a*; preterea in 4*a*. *b*. c) mundo 1*b*, *corr.* d) Invidit (1*a**). e) et *add.* (1*a**. 2*a*). f) ingemiscens 1*c*; gemens 4*a*. *b*. g) monitus 1*a**. *b*. 3. h) inferri 1*a**. i) potuerat 1*b*. *c*; posset 4*a*. *b*. k) expugnatarum u. 3; expugnantium urbes 4*a*. *b*. l) fuerat 2*a*. m) potentiae 1*b*. n) statū *(?)* *pr. m.* 2*a*. o) hiis 1*c*. 4*a*. p) pres. viro Dei in sua simpl. perm. 1*a**. q) sibi astant. ait 3; illus. coepit dicere adst. sibi: Quid 2*a*. *b*. r) *om.* 1*a**. *c* (*non* 1*b*. 3. 5*a*). s) Haban. *pr. m.* 2*a*; Hisban. *pr. m.* 1*c*; Hispan. 5*a*. t) et 3. 4*b*. u) commed. 2*b*; cōmed. *(?)* *pr. m.* 2*a*. v) ei 1*b*. w) *ita* 2*b*; litt. ob studium 3; ob litt. studium *rell.* x) coatus *pr. m.* 3; inopia coactus 4*b*. y) que *add.* (1*a**). z) exultat. 1*c*. 2*a*. *b*. a) complosis *(sic)* 1*c*; cumplosis 2*a*. *b*. b) ait irrid.: Opto (inqu. *om.*) 1*c*; ait *om.* 4*a*. *b*. c) decantara *corr.* decantare 1*b*. d) incipient 2*b*.

1) Oeconomus, qui et dispensator annonae publicae erat, *Theodericus I*, 14. 2) *I. e. decernere, statuere. Cangius.*

vero divina gratia, quae non derelinquid[a] sperantes in se, annali circulo revoluto, famulus Domini Trudo psalterium per ordinem quo dispositum est cantare[b] praevaluit. Recordatus est[c] ergo Dominus obprobrii[d] servi sui; sepe dictum dispensatorem, ut sibi ipse accidere obtaverat, inmanissimo dentium dolore percussit[e]. Vexabat[f] itaque illum ex sui oris iudicio ingens dolor[g], ita ut pro intollerabili poena non dentium videretur habere passionem, sed nequissimum daemonium[h]. In his[i] autem ineffabilibus incendiis diu detentus, in eisdem quoque ad extremum[k] vitam finivit. Iustus enim Dominus secundum pestiferum iudicium oris sui dampnavit eum. Illi autem homines, quibus illa causa nota fuerat, coeperunt virum Dei venerari et protervitatem illius dispensatoris irridere, atque ita gestum est, ut hoc factum minime sancto[l] episcopo lateret. Qui etiam sanctitatem beati Trudonis cognoscens, coepit eum cum[m] summa reverentia venerari et ut filium dilectissimum, inspirante divina gratia, amplectere[n] et amare. cf. Ps. 33,23.

12. Crescebat autem cotidie venerabili[a] Trudoni cum religione sapientia, cum humilitate modestia, cum pietate clementia, cum benignitate misericordia, cum caritate iustitia, cum[b] fraternitate concordia, cum sobrietate industria, cum taciturnitate prudentia, cum[c] sanctitate scientia, cum castitate continentia, cum[d] largitate abstinentia, cum fidelitate patientia, cum hilaritate obedientia. Omnibus quoque virtutibus, quibus sanctorum vita clarescit[e], ita praeditus[f] fuit, ut a cunctis Metensis[g] urbis habitantibus maximo honore veneraretur et apud pontificem summae venerationis obtineret locum. Dum vero sanctarum scripturarum vir Dei abundanter praeceptis inbutus fuisset, deposito laicali habitu, ex consilio iam dicti pontificis comam suam in sancti Stephani prothomartyris ęcclesia, vovens se soli Domino serviturum, totondit[h]. Fideliter itaque Deo deserviens[i] in[k] eadem ęcclesia sub venerabilis viri Chlodulfi[l] regimine, per aecclesiasticos gradus feliciter pergens, usque ad sacerdotalem dignitatem vitae suae merita perduxit. Meruit autem venerabilis Trudo, divina misericordia opitulante, tantam gratiam in conspectu pontificis obtinere, ut karissimi filii locum apud eum habere videretur.

13. Transactis igitur plurimis annis, cum iam vir Dei repletus esset divina scientia maturusque[a] tam aetate quam moribus existeret perfectusque miles ad sustinenda[b], immo vincenda omnia nequissima[c] tela inimici excrevisset, illum sepe dictus pontifex ad partes Hasbaniae ob utilitatem beatissimi Stephani, immo ob profectum cunctorum habitantium Hasbaniam felici iure destinavit proficiscentemque ut pius pater ita admonuit, dicens: 'Perge, o fili mi, et patrias[d] iam visita fines; oportet enim te populum non parvum Deo et sancto Stephano adquirere

Capp. 11—13. 1*a* (*a l.* 2). *b. c.* 2*a. b.* 3. (4*a. b*).

Cap. 11. a) dereliquit 1*b*. b) *in* cantare *redit* 1*a*. c) *om.* 4*a. b* (*una littera erasa*); autem *pro* est ergo 1*c*. d) obproprii 1*a*. e) percussus *et* ut sibi accidere ipse (ipse acc. 3) ob(p)taverat *iterant* 1*a. b.* 3; dispens. imman. dencium dolere *(sic)* perc., ut sibi acc. optavit. Vexabat 1*c*; inman. dent. dol. perc. *om.* 5*a*. f) vexabat. Itaque *interpungunt* 1*a. b.* 3. 5*a*; enim *pro* it. 4*b*. g) accępit *add.* 3. h) demonem 1*c*. 4*b*. i) hiis 1*c*. 4*a* (*om.* autem). k) ultimum 2*a. b*. l) min. sanctum (s. *om.* 1*c*) episcopum (s. ep. m. 4*b*) 1*c*. 4*a. b*. m) *corr. e* d : : : : 1*b*. n) amplecti 1*c*. 3. 4*a. b*.

Cap. 12. a) venerabi *pr. m.* 1*a*; venerabilis (?) *pr. m.* 1*b*. 4*b*; venerabilis Trudo 1*c*. b) cum frat. — industria *om.* 4*a. b*. c) cum sanct. — continentia *om.* 4*a. b*. d) c. l. abst. *om.* 1*a*. 3, *m. al. in marg. suppl.* 1*c* (*habet* 1*c**. 5*a*). e) claresceret 4*a. b*. f) praedictus *pr. m.* 1*a*. g) Mettensis u. 2*a. b.* 3; Metensi urbe 4*a. b*. h) totundit 2*a*. 4*a. b*. i) serviens 2*b*. 4*a. b*. k) in e(ę)ccl. eadem 4*a. b*; in e. ęccl. *om.* 2*a. b*. l) *ita h. l.* 1*c** *cum rell.*; Clod. 3; Hlod. 5*a*; Glod. 4*a. b*; Glodolfi 1*c*.

Cap. 13. a) maturisque 1*a*; que *om.* 1*c* (*non* 1*c**). b) sustentanda 4*a. b*. c) nequissimi tela (t. n. 1*c*) 1*c*. 4*a. b*. d) *ita* 1*a. b*; patrios iam vis. 1*c*. 3. 4*a. b*; patriosos (*corr.* patriosis 2*a*; patriosios 2*b*) vis. 2*a. b*.

perfectamque plebem Domino servituram in tua[a] hereditate parare. Nec tibi moleste[b] videatur, karissime, quod hinc te proficisci iubeam; necesse est enim, ut, tuis exigentibus meritis, plurimi religiosi viri in tua hereditate, quam sancto Stephano tradidisti, Deo[c] deserviant'. Consensit autem beatus Trudo pii patris ammonitionibus lacrimansque ab eo benedictionem petiit. At pontifex adpraehenso capite[d] eius benedixitque[e] eum, dicens: 'Perge, fili mi, et Deus sit in comitatu tuo nec te deserat[f] in omnibus viis tuis conservetque te feliciter in vita praesenti et perducat[g] te in regnum gloriae suae, ubi laeti[h] percipere mereamur cum omnibus sanctis praemia perpetuae vitae, praestante domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat per infinita secula seculorum'. Et cum lacrimis osculatus est[i] eum et sub hac benedictione dimisit.

14. Proficiscente autem venerabili Trudone a[a] Metensium[b] urbe, flebant cuncti, qui eum cognoscebant, et pro discessu[c] tanti patris clamabant, dicentes: 'O quam felix patria, ad[d] quam pater properas[e], et beatus populus, inter quem habitabis! Heu! cur servos tuos relinquis et fratres tuos deseris[1]?' At ille lacrimans, pietate commotus, illis[f] respondens ait: 'Havete, karissimi fratres, Deusque consolator omnium propitietur vestri. En me oportet fines visitare paternos! Orate ergo pro me, ut cum vestra benedictione proficiscar'. Benedixerunt autem eum unanimiter omnes, Domino commendantes, et sic illum in pace dimiserunt. Profectus[g] est[h] igitur inde vir Dei; comitante divina gratia, ad Tungrensem urbem[2] usque pervenit, in qua suum spiritalem[i] patrem Rimaglium[k] episcopum repperit. Qui cum cognovisset adventum venerabilis patris, gavisus est valde et honorifice suscepit illum[k*]. Cum autem percunctasset[l] omnia, quae erga eum Dominus egisset, qualiterve in divinis legibus eruditus existeret, magnas Deo gratias referens, his verbis laudes Domino depromens[m], ait: 'Laus sit tibi, Domine, pater caeli et terrae, quod adimplere dignatus es verbum, quod mihi exiguo servo tuo revelasti, et quia incolomem[n] reduxisti ornatum praeceptis tuis karissimum hunc filium meum Trudonem'. Concessit autem illi episcopus verbum Domini[o] in cuncta sua parroechia[p] praedicare et missas in omnibus ęcclesiis caelebrare; insuper et licentiam sibi dedit, ut, sicut in pueritia sua Deo voverat, ęcclesiam in sua hereditate aedificaret. Magnas autem[q] gratias vir Dei retulit episcopo, suaque benedictione suscepta[r], viam, quae ducebat ad domum patris sui, felici cursu prosperoque gressu carpere coepit.

15. Venerabilis igitur Trudo, dum in ipsius itineris calle consisteret, ad cuiusdam fidelis viri domum, vesperescente[a] iam die, declinavit. At ille vir cer-

Capp. 13—15. 1*a*. *b*. *c*. 2*a*. *b*. 3. (4*a*. *b*).

Cap. 13. a) tuam hereditatem 2*b*. b) molestum 1*c*. 4*a*. *b*. c) *om.* 1*a*. 3. d) capud 2*b*. e) *ita* 1*a*; que *om. rell.* f) deseret 1*a*. *b*. 3. g) perducet 1*a*. h) l(a)etus p. merearis 2*a*. *b*; electi p. merentur 1*c*. i) *om.* 2*a*. *b*.

Cap. 14. a) ab 2*a*; *om.* 1*c* (*ubi* urbem). b) Mettens. 2*a*. *b*. 3. c) dicessu 4*b*; decessu 2*a*. d) at 1*a*. e) prosperas 1*a*, *corr.* f) *ita* 1*c** *cum rell.*; itt (= illis) 1*c*; ille 1*a*; *om.* 3. g) *caput* (X : III, *ras.* V? 2*a*) *incipit* 1*a*. 2*a*. *b*. h) *eras.* 3; est *om.* 2*a*. *b*; est ig. *om.* 1*c*. i) spiritualem 1*c*. 2*a*. 3. 4*a*. *b*. k) Rimacglium 1*a*; Remagulum 1*c**; Ræmaclum 2*b*; Remaclum *rell.* k*) eum 1*c*. 4*a*. *b*. l) percunctaretur 4*a*. *b*. m) deprecans *m. al. corr.* depromans 2*a*, *et ita* 2*b*. n) incolom̄ 1*a*. o) Dei 2*a*. *b*. p) *ita* 1*a* (*pr. m.*). (3); parrochia *rell.* q) Deo *add.* 1*b*. r) recepta 1*c*. 2*b*.

Cap. 15. a) *ita* 1*a*. *b*; vesperascente (avesp. 4*b*) *rell.*

1) *Cf. Sulpicii Severi epist. III,* 10: Cur nos, pater, deseris aut cui nos desolatos relinquis? 2) Quae omnium Galliae Belgicae urbium quondam vel maxima vel aequalis, nunc quasi exesa et diruta Wandalicae devastationis omni futurae aetati perpetuum et fidele nimis monimentum relinquit, *addit Theodericus I,* 17.

nens in eo sapientiae spiritum et sanctae religionis habitum recognoscens, cum summa reverentia[a] suscepit eum. Cum autem refecti essent et hora iam requiescendi[b] spatium postulasset, vir Dei ab hospite suo petiit, ut in pomerio[c] suo sibi ad requiescendum[d] locus praepararetur; erat enim aestivum tempus. Consensit autem hospes viri Dei petitionibus et illi ad dormiendum in pomerio[c] honorifice paravit locum. Dum autem Dominus omnium ostendere voluisset, qualem virum illi hospites suscepissent, uxor eiusdem fidelis viri intempesta[e] noctis silentio a somno[e*] expergefacta surrexit, apertoque hostio domus suae, in pomerium[f] respexit, et ecce! illi magnae admirationis apparuit signum. Nam dum respexisset locum, in quo venerabilis pater iacebat, apparuerunt ei duo luminaria mire[g] splendoris, quorum unum nimio fulgore coruscabat ad[h] pedes illius et aliud ad capud. Conterrita autem mulier reversa est cum festinatione ad virum suum; nuntiavit[i] ei illam mirabilem visionem. Ille vero statim surrexit, perrexeruntque simul, ut viderent, si adhuc illa luminaria[k] arderent. Egressi vero illud admirabile lumen[l] perseverantius coruscare viderunt. Non autem erat ipsius luminis candor sicut praesentium luminariorum, quae[m] ad effugandas nocturnas tenebras fungimur[n], sed in modum clarissimi radiis[o] solis resplendens, ita ut estimarent, quod per illum totus[p] refulsisset pagus. Ambo igitur nimio stupore perculsi, non ausi sunt ei propius accedere, sed cum magna ammiratione gratias omnipotenti Domino[q] retulerunt, quod talem virum in hospicio[r] suscipere meruerunt. Cum autem gallicinii tempus adforet, venerabilis pater more solito a somno surrexit; ultimam[s] noctis partem in psalmodiis et orationibus ad lucem usque perduxit. Facto autem mane, hospitibus suis gratias referens, voluit coepti itineris perficere cursum. Surgentes vero hospites illius prostraverunt se ad pedes eius, postulantes ab eo, ut saltim illius unius diei spatium praesentiae sanctitatis ipsius[t] meruissent habere consortium. Adquievit[t*] vir Dei petitioni[u] eorum eosque toto[v] illo die caelestibus monitis salutisque aeternae remediis instanter erudivit. Petivit quoque ab illo isdem fidelis vir, ut filium suum sacro lavacri fonte baptizaret. Ille vero petitionibus eius libenter obtemperans, statim baptizavit illum[w] et a sacro fonte suscepit[w*]; in utroque[1] pater[x] illi spiritalis[y] effectus est. Laeti autem pariter illum[z] diem in praeceptis divinis usque ad vesperum perduxerunt. Peracto autem noctis spatio, valde mane venerabilis vir Dei hospitibus suis valedicens, per viam suam pergere coepit. Recedente autem viro Dei, praedictus hospes illius surrexit oratoriumque[a] in loco, quo venerandus pater requieverat, ob memoriam admirandae[b] visionis construxit

Cap. 15. 1*a. b. c.* 2*a. b.* 3. (4*a, b*).

Cap. 15. a) venerat(c)ione 2*a. b.* b) quiescendi 2*a*; requiescente 1*c*, *corr.* c) pomario 1*c.* 2*a. b.* d) quiesc. 2*a. b.* e) *ita* 2*b* (*cf. V. Galli I, c.* 11, *SS. rer. Merov. IV, p.* 256); in intemp. 1*a*; intempest(a)e 2*a.* 3. 4*a*; intempest(e *in litura*) 4*a**; (in *add.* 1*c*) intempesto 1*b. c.* 4*b*; *cf. p.* 290, 30. e*) sumno 4*b*; summo 2*b.* f) pomarium 1*c.* 2*a. b*; pomerio 4*a. b.* g) *ita* 1*a. b*; miri *rell.* h) ad capud(t) illius et aliud ad pedes 1*c.* 2*a. b.* i) nunt(c)ians 2*a. b.* 3; et nunciavit 4*a. b.* k) lumina 1*c.* 2*a. b.* l) tomen 1*a*, *corr.* m) quibus 1*c.* 3 (*non* 1*c**). n) fingimus 4*a. b.* o) *ita* 1*a* (*pr. m.*). *b*; radii *rell.* p) totum refulcisset (refulsisset t. 2*a. b*) pagum 1*c.* 2*a. b.* q) Deo (2*a*). 4*a.* r) hospicium 2*a. b.* s) que *add.* 1*c.* 4*a. b.* t) illius 1*b.* 4*b.* t*) autem *add.* 1*c.* 4*b.* u) petit(c)ionibus 2*a. b*; *cf. l.* 5. 28. v) t. die illo 3; illa *(sic)* toto die 1*c.* w) eum 1*c.* 3. w*) eum (et *add.* 4*a. b*) *add.* 1*c.* 4*a. b.* x) parter *pr. m.* 1*b.* y) *ita* 1*a. b*; spiritualis *rell.* z) diem illum 2*a. b.* a) que *om.* 4*a. b.* b) ammirat(c)ionis constr. 2*a. b.*

1) *Ergo antiquitus minister baptismi gerebat etiam aliquando patrini personam. Mabillonius.*

totamque villam ex nomine sancti patris Trudonecas[a] appellavit, quo etiam vocabulo usque[b] in praesentem diem ab omnibus nuncupatur[1].

16. Pervenit igitur beatissimus Trudo ad domum suam et ad hereditatem parentum[a] suorum, quam olim lege inviolabili sub cartarum discriptione[b] Deo et sancto Stephano tradiderat. Quis autem enarrare[c] potuerit[d], quanto gaudio quantove honore[e] cognati et vicini illius eum susceperint[f], et quanta laetitia omnes illic habitantes obtinuerit, inmensas omnipotenti[g] Domino[h] gratias agentes, qui sanctum Trudonem incolomem illis transmittere dignatus est? Igitur venerabilis Trudo memor verbi sui et voti, quod Deo in sua pueritia voverat, ęcclesiam in sua hereditate construxit[2] in honore[i] beati Quintini martyris[3] et sancti Remigii confessoris in loco, qui vocatur Sarchinnio[k], sito[l] super fluvio[m] Cysindria[n], ibique[o], suffragante Domino, magnam utilitatem animarum tam sanctae exortationis studio quam religiosissimae vitae exemplo operabatur. Instanter autem populum monitis caelestibus erudiebat, pauperes nutriebat, nudis vestimenta praebebat, humiles diligebat, superbos castigabat, errantes corrigebat, infirmos visitabat, divitibus largitatem docebat. Innumerabiles itaque viri per doctrinam illius conpuncti, ab erroris via conversi, sanctum patrem sequentes, soli Domino servierunt. Plurimos autem discipulos venerabilis pater nutriebat in eodem loco; inclytos quoque pueros, divina sapientia eruditos, mundi huius caducas divitias et temporales honores dispicere docebat. Itaque factum est, ut multi nobiliorum[p] hominum filii, istius seculi prospera dispicientes, comam suam deponentes, cum invicto milite Christi soli Domino deservirent. Meritis igitur beati patris exigentibus, plurimi ad Dominum conversi sunt, et qui se solum inprimis Christo serviturum obtulit, postmodum cum multis Domino servire promeruit, et cuius vitae meritum in pueritia paucis innotuit, in perfecta iam aetate exemplum vitale plurimis exstitit. Sicque omnipotentis[q] Dei[r] gratia in eo refulsit, ut a cunctis habitantibus Hasbaniam honore paterno veneraretur, acciditque, ut his[s], qui, castitatis pudore refrenatus, carnalem sobolem habere contempserat, innumerabilem in Christo progeniem possideret. Multa autem miraculorum insignia ostendit Dominus illis temporibus per servum suum, quorum ordinem, ut gesta sunt, succincti opusculi norma conpraehendere minime praesumit. Conpendiosa namque libelli brevitas postulat, ut pauca ex plurimis conprehendantur[t], ut intellegere tamen quisque ex[u] his valeat, qualis coram Domino exsistat, qui etiam a me pauca relata signa, iubente Domino, operari potuerat. Innumerabilia ergo ab eo facta[v] miracula nullus dubitet, sed per huius

Capp. 15. 16. 1*a*. *b*. *c*. 2*a*. *b*. 3. (4*a*. *b*).

Cap. 15. a) Trudonicas 2*a*. b) *om.* 1*a*. 3 (*non* 5*a*).

Cap. 16. a) patrum 4*a*. *b*. b) *ita* 1*a*. *b*; descript(c)ione *rell.* c) narrare 2*a*. *b*. d) *ita* 1*a*. *c*; poterit *rell.* e) honorem 1*a*, *corr.* f) susceperunt 1*c*. 4*a*. *b*. g) omnipotente *pr. m.* 1*b*. h) Deo 1*c*. 2*a*. i) honorem 1*c*. 2*a*. *b*. k) Sarchinio 2*a*. *b*; Starch. 1*c*; Sarchinnia 4*b*; Sarchimnia 4*a*. *a**. l) *om.* 1*b*. 4*b*. m) fluvium 4*a*. *b*; fluviolo 2*a*. *b*; fluviolum 1*c*. n) Cisindria 1*c*; Cissindria 2*a*. *b*; Cysindriam 4*a*. *a**; Cisindriam 4*b*. o) que *om.* 1*b*; ubique 1*c*. p) *ita* 1*a*. *b*; nobilium *rell.* q) omni populo potentis 4*a*. *b*. r) Deo 1*a*, *corr.*; Domini 3. s) *ita* 1*a*; his *corr.* is 1*b*. *c*, *et ita rell.* t) conprehendat 1*c*. 2*a*. *b*; comprehendam 4*a*. *b*. u) val. ex hiis 1*c*; ex his *om.* 3. v) m. f. 4*a*. *b*; mirabilia facta 1*b*.

1) *Hodie Trognée locus in provincia Leodiensi (arr. Waremme, cant. Landen) situs (A. Jourdain et L. Van Stalle, 'Dictionnaire encyclopédique de géographie historique de Belgique' II,* 1896, *p.* 481*).* Iohannes de Trudonica *a.* 1364. *invenitur (SS. X,* 440*).* 2) Dedicata ad votum ecclesia per beatum Theodardum *(episcopum Traiectensem) Theodericus II,* 2. 3) *De Quintino martyre Viromandensi cf. SS. R. Merov. I,* 536.

opusculi exempla cognoscat in paucis, qualiter Dominus erga servum suum operatus sit in multis. In paucis ergo miraculis patris venerabilis vita ostenditur, ut sagacis lectoris acies ad plurima convertatur[a].

17. Primum igitur miraculum his[a] sequentibus ponere visum est, in quo apertissime demonstretur, quo culmine indulgentiae et humilitatis vita sancti patris praedicetur[b]. Quadam enim die, dum venerabilis pater in quadam aecclesia missarum sollempnia celebraret, per incuriam puerorum[c] accidit, ut equus, quo vir Dei sedere debuerat, furtim auferretur[d]. Expleto autem missarum officio, egrediente eo de aecclesia, pueri eius, magna tristitia repleti, ei[e] equum suum furto sublatum esse tandem confessi sunt. Ipse vero hoc dampnum leviter sufferens eisque respondens, ait: 'Quiescite; Domini est equus, cuius ego[f] etiam servus sum. Si autem Domino placuerit, ut ego possideam eum, restituet illum mihi; sin[g] vero aliter[h] ei videtur[i], fiat voluntas eius, nomenque illius sit benedictum in secula'. Contigit autem post paucos dies, ut ille fur arriperetur ab[k] inmanissimo daemonio, qui etiam clamare absque[l] intermissione coepit, hoc ei ob equum beati Trudonis, quem furtim abstulerat, accidisse. Intellegentes autem parentes ipsius, ligatum duxerunt eum ad virum[m] Dei, equumque[n] illius simul offerentes. Cumque beatus pater eum aspere[o] impieque a daemonio esse vexatum cerneret, misertus est eius, factaque oratione, inposuit manum super caput illius et statim eiecit daemonium sanatoque latroni ait: 'Perge in pace et cave, ne huiusmodi[p] culpam ulterius incurrere audeas'. Hoc enim exemplo quis intellegere non[q] valeat, quantae patientiae et humilitatis vir sanctus existeret[r], qui latroni culpam dimittere non destitit[s], insuper pro sua iniuria salutis remedium rependere non negavit?

18. Sed neque hoc silendum puto miraculum, cuius usque[a] praesentium populorum memoriam clarissimum perdurat indicium. Fuit enim quidam fidelis vir, cognatus etiam venerabilis patris, habitans in villa, quae vocatur Amburnia[1], dives valde opibus et fide robustus. Quadam igitur die venerabilem Trudonem isdem vir invitavit ad domum suam, ut audiret ab[b] eo sermonem salutis. Cui vir Dei libenter oboediens, ad domum illius perrexit; suscepit autem[c] eum vir supradictus cum maximo gaudio. Tunc vir sanctus tam illum quam etiam totam domum ipsius spiritalibus[d] erudivit praeceptis. His rite peractis, famulus Domini Trudo

Capp. 16—18. 1*a. b. c.* 2*a. b.* 3. (4*a. b*).

Cap. 16. a) convertetur 1*a*.

Cap. 17. a) hiis 1*c.* 4*a.* b) demonstretur *pro* praed. 3; praedicetur — venerabilis *om.* 2*b.* c) eius *add.* 4*a. b.* d) auferetur 1*a. b. c.* e) qui *add., sed eras.* 1*a*; equum suum eĭ 3. f) *ita* 1*a*; etiam ego servus sum (sum servus 2*a*) 1*b.* 2*a. b*; etiam *om.* 1*c.* 3 (*ubi* sum servus). 4*a. b.* g) Si 1*c.* 2*a. b*; autem *pro* vero 4*a. b.* h) ei aliter 1*b.* 4*a. b*; aliud ei 3. i) videretur 1*a*, *corr.* k) ab inman. *om.* 2*b.* l) cepit absque int. 1*c*; cepit *pr. m. superscr.* 2*a.* m) beatum Trudonem *pro* virum Dei 2*b.* n) que *om.* 4*a. b*; que illius *om.* 3. o) arripere 2*a*; carpere 2*b.* p) ne huiuscemodi 1*c*; ne in huiusmodi 3. q) *superscr. pr. m.* 2*a*, *m. al.* 3; n̄ : : 4*b.* r) extiterit 3 *et m. al.* 4*a.* s) distulit 1*c*; destituit 2*a. b.*

Cap. 18. a) ad *add.* 1*c*; in *add.* 4*a. b.* b) ab eo *om.* 2*a. b.* c) *om.* 1*b.* d) spiritual. 1*c.* 3. 4*a. b.*

1) *Hodie Emberen vel Emmeren locus, pars orientalis Houppertingen vici in provincia Limburgensi siti (arr. Tongern, cant. Looz); cf. A. Paquay, 'Amburnia et la source miraculeuse de saint Trudon' ('Bulletin de la Société d'art et d'histoire du diocèse de Liége' XIV,* 1903, *p.* 251—266*).*

et cognatus eius deambulabant in pomerio[a]. Ad[b] quem vir Dei: 'O', inquit, 'amice, quam amoenus esset locus iste, si aquam in proximo habuisset'. Cui ille: 'Etiam, pater'. Tunc venerabilis famulus Domini Trudo in eodem loco foramen cum baculo suo cavavit; retracto autem ad se baculo, eruperunt simul largissimae aquae, quae etiam ob necessitatem villam ipsam habitantium fluunt habundanter usque in hodiernum diem. Cognatus vero viri Dei ob commemorationem huius miraculi oratorium[c] in beati Trudonis honore construxit, quod etiam usque in praesens perdurare tempus cognoscitur, et ob venerandi patris merita virtutes plurimas in eodem oratorio Dominus operari dignatus est.

19. Quadam quoque die quidam religiosus vir nomine Godmundus[a], cuius etiam filium vir Dei a sacro fonte susceperat, postulavit ab eo, ut domum suam visitaret, ut[b] sua etiam[c] benedictione consecraret. Ille autem piissimus pater petitionibus eius libenter oboediens, ad domum illius perrexit. Itaque more solito venerabilis sacerdos verbo[d] sanctae exortationis tam praefatum virum quam omnes domum ipsius habitantes affluenter satiavit. Duxerunt igitur pariter in sancta laetitia illius diei spatium. Cum autem adesset tempus, ut sanctus vir[e] monasterium redire debuisset[f], amicus eius, qui se[g] invitaverat, dixit: 'Unum verrem[h] habeo, pater, quem tibi devoveram; sed adeo inquietus est, ut nullo modo eum tibi praesentare valeam. Nam, relicto porcorum consortio, solus ut aper in silvis[i] saltibusque commoratur; si autem hominem viderit[k], dumosa et invia silvarum cursu[l] inmanissimo petit'. Cui venerandus pater respondit: 'Si autem[m] eum mihi vovisti, potens est Deus feritatem ipsius in mansuetudinem convertere, et quem tu mihi praesentare minime potuisti, ille, cui cunctae creaturae deserviunt, mihi facile praesentare potuerit[n]; tu vero voti tui[o] ab aeterno retributore dignam[p] mercedem suscipere merearis[q]'. Benedicens autem omnes sanctus vir ad monasterium reversus est, ipsumque verrem[r] in ipso introitu monasterii[s] iacentem repperit ita mansuetum, ut postea a monasterio nullatenus discedere voluisset.

20. Inter omnes autem venerabilis patris sanctae religionis observantias hoc quoque studio clarus enituit. Habebat[a] enim in consuetudinem[b] cunctis diebus vitae suae, ut solus in obscuro noctis silentio ad vicum qui nuncupatur Falmio[c. 1] pergeret, in quo aecclesia in honore sancti Martini constructa esse dinoscitur, in qua sanctis[d] psalmorum hymnis Domino decantatis ad propriam remeabat cellam. Distat vero illa aecclesia a Sarchinnio[e], ubi nunc[f] idem confessor Christi in cor-

Capp. 18. 19. 1*a*. *b*. *c*. 2*a*. *b* *(ad l.* 17*)*. 3. (4*a*. *b*). *Cap.* 20. 1*a**. *b*. *c*. 2*a*. 3. (4*a*. *b*).

Cap. 18. a) pomario 1*c*. 2*b*. b) At 1*a*. c) ibi *add.* (2*a*).

Cap. 19. a) *ita* 2*a;* Codmundus 1*c*; Gotmundus *rell.* b) in 1*c*; et 3. c) *ita* 1*a*. *c*; ben. etiam 2*b*; eam ben. (ben. eam 2*a*) *rell.* d) exhort. sanctae v. 3; v. s. predicationis 4*a*. *b*. e) ad *add.* 4*a*. *b*. f) disposuisset 2*a*. *b*. g) eum 2*b*. 4*a*. *b*. h) verrem — *p.* 292, 19. pater Trudo, *folio exciso, desunt, sed c.* 21. *et* 22. *in schedula adnexa manu saec. XIII. suppleta sunt* 2*b*. i) (silvis *om.*) saltibus(que *om.*) 3; saltibusque *om.* 4*b*. k) videret 1*c*; videre poterit 3. l) inman. cursu 4*b*; cursu rapidissimo 3. m) *om.* 1*c*. 2*a*. 4*a* *(ubi* eum *in ras.)*. *b et pr. m.* 3. n) *ita* 1*a*. 2*a*; pr. poterit (pot· pr. 3) *rell.* o) votiui *m. rec. corr.* voti tui 1*a*; tui *in ras.* 2*a*. p) dignam merc. *versu exeunte om.* 1*a*. q) mearis 2*a*, *corr.* r) *pr. m. superscr.* 2*a*. s) monastarii 1*b*, *corr.*

Cap. 20. a) Habebat — *c.* 30 *(p.* 297, 15*)* beatissimi *desunt* 1*a*, *quaternione amisso.* b) consuetudine 1*c*. 2*a*. c) Falmia 2*a*; Falmi:: *pr. m.* 1*c*. d) sanctus 1*c*. 4*a*. *b*. e) Sarchinio 1*c*. 2*a*; Sarchimnio 4*a*. *a**. f) nun 2*a*, *corr.*

1) *Hodie Velm locus ab urbe Trudoniana inter meridiem et occidentem situs (cant. St.-Trond); cf. Piot, 'Les pagi de la Belgique' p.* 112.

pore requiescit, tertio miliario. Altera vero nocte pergebat ad villam quae Septimburias[a] dicitur[1], in qua aedificata est basilica in honore sanctae Genovefae[b] virginis; ubi[c] eodem studio psalmodiis et orationibus Domino[d] decantatis, ad suam revertebatur aecclesiam, sicque alternatis noctibus hanc aut illam visitare consueverat. Quae etiam aecclesia[e] eodem poene spatio a praedicto[f] Sarchinnio viri Dei cella distare videtur, hoc est, ut[g] diximus, miliario tertio.

21[a]. Appropinquante autem venerabilis viri dissolutionis tempore, cum sibi iam inmortalis retributor laborum suorum praemia vellet tribuere[b] eumque de hoc ergastulo fragilis vitae eripere et[c] aeterno gaudio angelorum sociare[d], hoc sancto[e] patri minime latuit. Vocatis igitur ad se fratribus, indicavit iam[f] diem proximum adfore, quo debitum carnis solveret et omnium iudici praesentaturus[g] esset. Contristati autem fratres coeperunt omnes pro amissione tanti patris[h] amarissime flere. Beatissimus vero Trudo eos, ne illum flerent, his[i] verbis conpescuit, dicens: 'Quiescite, filii karissimi, obitumque meum cum gaudio potius quam cum tristitia expectate. Iam enim adpropinquat mihi optata dies, in qua Domino meo praesentari debeam et de hoc carnali carcere liberatus existam. Gaudete ergo mecum et hanc tristitiam deponite, in orationisque[k] studio vigilate, cum psalmis et hymnis spiritalibus[l] exitum meum deducite'. His[i] dictis, vir Dei coepit ammonere fratres, ut in praeceptis divinis vitam deducerent[m], caduca et vana huius vitae desideria despicerent[n] et[o] ad amorem semper aeternae patriae mente[p] tenderent. Longum est autem enarrare, qualiter vir sanctus discipulos suos per totam diem illam spiritalibus[q] praeceptis inbuisset qualiterve eos a terrenis cupiditatibus ad caelestia desideria transire praecepisset. Cum autem adesset hora, qua illa sancta anima a corpore solveretur, venerabilis pater fratres ammonuit, ut instantius cum ipso orarent. Post paululum autem, elevatis oculis ad[r] caelum, signum sibi[s] crucis inpressit, valedicensque fratribus, dixit[t]: 'Dirige, Domine, vias famuli tui in conspectu cf. Ps. 5, 9.
tuo'. Hisque[u] cum verbis sancta illa anima[v] carne soluta est[2]. Factus est autem

Cap. 20. 1*a**. *b. c.* 2*a*. 3. (4*a. b*). *Cap.* 21. 1*a**. *b. c.* 2*a. b* (*saec. XIII*). 3. (4*a. b*).

Cap. 20. a) *ita* 1*a**; Septimburgias 1*c*. 2*a*; Septemburias 1*b*. 3. 4*a. b*. b) Genofev(a)e 1*b. c*. c) ibi 1*b*. 3. 4*b*. d) *m. al. superscr.* 2*a*. e) (a)ecclesi(a)e — videntur 1*c*. 2*a*. f) predicta Sarchinio 1*c*. 2*a*. g) mil., ut d., t. 1*a**; mil. t., ut d. 4*b*.

Cap. 21. a) Obitus (Transitus 4*a*) eiusdem (ipsius 4*a**) *praescr.* 4*a. a**. *b*. b) retribuere 2*b*. 3. c) *bis scr., sed corr.* 2*a*; atque 1*c*. d) sociaret 1*a**. e) sanctum patrem 1*c*. 4*a. b*. f) *om.* 1*a**. g) presentandus 1*c*. 4*a. b*. h) pastoris 1*c*. 4*a. b*. i) hiis 1*c*. 2*b*. k) orationibusque 1*a**; que *om.* 1*c*. l) *ita* 1*b*. 2*b*; spiritualibus *rell.* m) ducerent 1*c*. 2*a. b*. 3. n) dispic. *hoc loco* 1*c*. o) *om.* 1*c*. 2*a. b*. p) mentem 1*c*. 2*a*. q) *ita* 1*b*; spiritualibus *rell.*; *item p.* 292, 3. r) oc. in c. 3; ad c. oc. 1*c*. s) *ita* 1*b. c*. 5*b*²; sibi *m. al. superscr.* 2*a*; (sanct(a)e *add.* 4*a. a**) cr. sibi 2*b*. 3. 4*a. a**; sibi sanct(a)e cr. 1*a**. 4*b*. 5*b*¹. t) ait 1*a**. u) Hiisque 1*c*. 2*b*. v) *om.* 3; *m. al. superscr.* 1*c*.

1) *Cf. supra p.* 279, *n.* 3. *Circa a.* 1100. *'antiquo more' die primo Rogationum processio a coenobio ad Septemburias locum fiebat, die secundo Falmiam; cf. Gesta abb. Trud. VIII,* 10 (*SS. X,* 276). 2) *Cf. Gregorii M. Dial. III,* 1. *IV,* 14. 15: sancta illa anima carne soluta est. *Nomen Trudonis Martyrologii Hieronymiani codicibus Weissenburgensi et Corbeiensi ad diem* 23. *Novembris illatum est* (*AA. SS. Nov. II,* 1, *p.* [146]): In villa Sarchynio (In Gallia vico Sarcingo *Corb.*) depositio beati Trudoni (sancti Trudonis *Corb.*) presbyteri et confessoris. *Theodericus, V. Trudonis II,* 7 (*p.* 561) *has notas temporis inseruit:* Obiit sane sanctus Trudo nono Calendas Decembris, Romae octuagesimo quinto papa Sergio (687—701), Traiecti praesidente sancto Lamberto, Francis dominante Theodorico; illustris reginae Bathildis filio (673—690/1), post quem, regibus solo nomine praesidentibus, potestas et gubernaculum regni penes maiores domus coepit haberi.

ingens luctus tam clericorum quam etiam laicorum mulierumque et infantium. Tulerunt autem discipuli corpus venerabilis patris feretro inponentes cum canticis et hymnis spiritalibus turibulisque et timiamatibus in aecclesiam, quam ipse aedificaverat in honore sancti Quintini martyris et sancti Remigii confessoris, in qua illi honorificae locum sepulturae paraverant[a]. Cum igitur tempus adesset, quo pretiosum corpus, flentibus cunctis qui aderant, sepulturae traderetur, inenarrabilis suavitatis odor illam aecclesiam cum densissima nebula replevit, quae etiam per unius fere horae spatium perduravit. Erat autem, ut diximus, illa nebula tam densa cum suavissimo odore permixta, ut vix ullus ex eis[b] existentibus proximum suum[c] videre potuerat[d]. Ex hac igitur ineffabili caelestis odoris flagrantia ostenditur, cuius[e] sanctitatis in vita extitit, qui post obitum ad ultimum corporis obsequium divinae gratiae[f] visitationem adesse promeruit[g. 1].

22[a]. Nec[b] hoc silentio praetereundum esse miraculum arbitror, quod in tricesimo[c] die post obitum sancti patris gestum est. Nam quaedam nobilis matrona nomine Walda[d] non longe a monasterio sancti viri habitabat. Haec ob reverentiam beati[e] patris in tricesimo[f] obitus ipsius[g] die ad aecclesiam, in qua pretiosum corpus[h] eius venerabiliter humatum est, cum cereis et timiamatibus venit; sed dum ad basilicam pervenisset, hostia ipsius serata repperit. Illa vero, elevata voce cum lacrimis, dixit: 'O sanctissimę pater Trudo, quamdiu[i] te in hac vita vivum habere meruimus, semper apertas ianuas huius basilicae repperimus'. Ad cuius vocem statim ultro sic concito aperta est ianua ęcclesiae, ut[k] nullis mortalium viribus tam velociter aperire quisquam valuisset, ita ut cuncti patenter cognoscere potuissent, ibi praesentiam sancti patris spiritaliter[l] adfuisse, et is[m], qui per substantiam carnis videretur abesse, spiritali[n] virtute praesens crederetur[o] adesse. Illa vero religiosa matrona cum magno pavore illam ęcclesiam ingressa est, expletaque oratione, cum gaudio ad domum suam reversa est. Fama autem huius miraculi longe lateque per totam illam regionem dispersa est.

23[a]. Pippinus[b] igitur inclitissimus maior domus, filius Ansigisi[c], cum crebrescentem famam de sancti Trudonis virtutibus audisset, ut erat religiosissimus princeps, ad tumulum ipsius orationis causa venit. Qui statim, ut erat prudentissimus, divinae ibidem virtutis praesentiam adesse cognoscens, ilico devotissimo mentis affectu tradidit ad tumulum ipsius, quicquid habere visus est[2] in villa quae

Cap. 21. 1a*. b. c. 2a. b *(saec. XIII)*. 3. (4a. b). *Capp.* 22. 23. 1a*. b. c. 2a. b *(ad l. 19. saec. XIII)*. 3.

Cap. 21. a) paraverat 2b; paraverunt 3. 4a. b. b) (eis *om.*) ad(s)sistentibus 3. 4a. b. c) *om.* 1a*. d) *ita* 1b. c. 2a *(pr. m.)*; potuisset 4a. b; potuerit *rell.* e) cuius — extitit *om.* 2b. f) (gr. *om.*) visitationis 1a*. g) prestante domino nostro Iesu Christo, qui vivit et regnat Deus per omnia saecula saeculorum. Amen. Explicit vita sancti Trudonis (confessoris *add.* 4a; Expl. v. s. T. *om.* 4a*) *add.* 4a. a*. b, *desinentes.*

Cap. 22. a) XXI. 2a. b) Ne 2a, *corr.*; De hoc sil. pret. non esse 2b. c) trigesimo 1b. c. 3. d) Uulda 5a. e) sancti 2b. 3. f) XXX. 3; trigesimo 1b. g) sui 1c. 3. h) eius corpus 2b. i) *in* quamdiu *textus antiquus redit* 2b. k) ut non viribus mort. 3; ut — *l.* 22. valuisset *om.* 2b. l) *ita* 1b; spiritualiter (*corr. e* spiritualibus 3) *rell.* m) his 2a. n) *ita* 1b; spirituali *rell.* o) videretur (1a*).

Cap. 23. a) *numeros inde ab hoc capite habet etiam* 2b. b) Pipinus 1a*. c) Ansigis 2a. b.

1) *Cf. Gregorium l. l. IV,* 16: Tantaque subito fragrantia miri odoris aspersa est, ut ipsa quoque suavitas cunctis ostenderet, illic auctorem suavitatis venisse. 2) *Verba sermonem chartarum sapiunt; cf. e. gr. chartam, quam Pippinus a.* 683. *ecclesiae Apostolorum Mettensi concessit (Pertz, Dipl. Merov. p.* 92; *Mühlbacher, Reg. I*²,

cognominatur Ochinsala[a. 1] et in altera villa quae dicitur Ham[2]; indeque, ut credimus, mercedem aeternam a Domino suscipere meruit, et perpetuam, ut omnibus patet, benedictionem sua progenies[b] adepta est. Inclitissima quoque coniux[c] ipsius Plectrudis[d] pro aeternae vitae commertio altare in[e] honore sancti patris argento[f] et auro fabricare praecepit.

24. Hoc quoque huic narrationi addam miraculum, quod propinquo sancti viri accidit. Fuit namque quidam vir nomine Harifridus[a] consanguinea lege sancto patri[b] propinquus. Hic ergo ammonitus fuerat a beatissimo patre[c], ut ob castitatis observantiam nusquam[d] duxisset[e] uxorem; at ille post obitum viri Dei hoc verbum postponens uxorem[f] duxit. Sanctissimus[g] vero Trudo illum per nocturnum somnium terribiliter[h] ammonuit, dicens: 'Quare praeterire praesumpsisti praeceptum meum, ut[i] uxorem accepisses? Cur non oboedisti mandatis meis? Inoboedientiam ergo tuam digna ultio prosequetur; tibi enim in aeternum sobolis[k] non nascetur'. Hoc dum[l] diceret, baculum, quem in[h] manu tenebat, elevavit eumque in dextro femore percussit atque hoc illi subiunxit: 'Hoc signum inoboedientiae tuae omnibus diebus vitae tuae portabis'. Hinc ille, quamdiu vixit, illo femore claudicavit. Salubre autem idem praedictus Harifridus[m], exigentibus beati patris meritis, cogitans, relicto seculari servitio, ad limina beati patris proficiscens, comam capitis sui deponens, cunctam hereditatem suam ad sepulchrum sancti Trudonis tradidit, ibique in Domini[n] famulatu usque ad vitae suae terminum sanctam conversationem perduxit. Sicque factum est, ut is, qui per virginitatis victoriam admonitus blande[o] ad caeleste[p] regnum properare contempserat, post transgressionem acrius correptus, per paenitentiae lamenta ad perhennis vitae solatia perveniret.

25. Sed neque hoc magnae admirationis signum narrando transileam[a]. Fuit namque in eisdem Hasbaniae[b] finibus vir quidam nomine Gotfridus[c], fidelis[d] moribus et nobilis prosapia[3]. Contigit autem illi, ut oculorum lumine privaretur, sicque per multos annos caecitatis caliginem patienter sustinuit. Hic cum gloriosam famam longe lateque dispersam de virtutibus et signis non mediocribus sancti

Cap. 23. 1*a**. *b*. *c*. 2*a*. *b*. 3. *Capp.* 24. 25. 1*a**. *b*. *c*. 3.

Cap. 23. a) Hochinsala 5*a*; Hokinsala 5*b*[1]; Cinsilva 3. b) propagines 2*a*. *b* (*sed* nes *eras*). c) coniunx 1*a**. *c*. d) Plictr. 1*b*. 5*a*. e) in honore — *c*. 26 (*p*. 294, *l*. 17) eum a longe *om*. 2*a* (*signo addito* ћ). *b*. *b**. f) aure et arg. 3.

Cap. 24. a) Arifr. 1*a**. 3; Harinfr. 1*c*. b) viro 3. c) patri 1*b*. d) *ita* 1*b*. *c*. *c**; numquam 1*a**. 3; *cf. p.* 297, 31. e) duxit 1*b*. f) duxit ux. 3. g) Sanctus 1*c*. 3. h) *om*. 3. i) *ita* 1*b*. *c*. *c**. 5*b*[1. 2]; ut ux. acciperes 1*a**; (ut *om*.) ux. ducendo 3. k) soboles 1*c*. (3). l) cum 1*a**. m) Harfr. 1*a**; Harinfr. 1*c*. n) f. D. 1*b*. o) blandae 1*b*. p) regnum c(a)elest(a)e 1*b*. *c*.

Cap. 25. a) transiliam (3). b) Hisban. *pr. m.* 1*c*; Haspan. *corr.* Hispan. 5*a*. c) Godefridus 1*c*; *item infra*. d) mor. fid. 3.

n. 6): quicquid in memorata villa hactenus visus sum possedisse. *Cf. Mühlbacher n*. 21. 1) Villa Ekinsala, quae tunc fiscus publicus erat, *Theodericus II*, 10. *Hodie Exel (prov. Limburg, arr. Maeseyck, cant. Peer); cf. Piot, 'Cartulaire' I, p*. 103. 136; *Gestorum abb. Trud. cont. secunda III*, 9 (*SS. X*, 348); *G. Simenon l. l. p*. 70 *sqq. Quae A. Paquay, 'Ochinsala (Exel)' ('De Banier'* 1897, *p*. 30 *sq.) exposuit (teste L. Van der Essen l. l. p*. 93, *n*. 5), *ea non vidi*. 2) *V. Trudonis auct. Theoderico II*, 10 (*p*. 561): villam pago Campaniae (*Campine*) sitam nomine Ham. *De Ham vel Oostham loco (prov. Limburg, arr. Hasselt, cant. Beeringen) agi videtur; cf. Piot, 'Cartulaire' I, p*. 84. 98. 135, *et H. Pirenne, 'Le livre de l'abbé Guillaume de Ryckel'*, 1896, *p*. 209. 324. 350. 3) Vir praefectorius *Theodericus II*, 12.

patris divulgare[a] audiret, venit ad sacratissima limina sanctae aulae, in qua[b] pretiosum[c] beati viri corpus glorifice humatum dinoscitur, ibique devotissimas Christo orationes fudit, aliquantisque diebus ibi commoratus, die noctuque per merita sancti Trudonis Dominum invocabat. Quadam igitur die, dum missarum sollempnia in eadem basilica[d] celebrarentur et iam praedictus Gotfridus ibidem adsisteret, subito auctore Deo per merita sancti patris inluminati sunt oculi eius, Gen. 45, 26. circumque se[e] conspiciens, *quasi de gravi somno evigilans,* cunctos[f] qui aderant clare videre valuit[g]; sed stupore et verecundia pressus, quod inluminatus esset, nulli indicare potuit. Sed expleto missarum officio, cecidit in faciem suam, elevata voce Deo et sancto Trudoni magnas gratias referens, eo quod eum de carcere caecitatis ad lucem perduxissent[h]. Stupefacti autem[i] omnes, qui aderant, simulque[k] cum illo nomen Domini benedixerunt, qui per merita servi sui caecum inluminare dignatus est.

26. Hoc quoque inter sancti patris opera[a] manifestum est[b] signum enitens. Quidam enim latro bovem beati viri furto abstulit; quod cum cognovisset servus eius, investigavit eum usque ad locum, in[c] quo absconditus fuerat. Fur vero[d] eum a longe conspiciens[e], puerum, quem secum habebat, ad illum transmisit; qui statim, ut[f] ad ipsum servum pervenit, evaginato cultro[g] eum celeriter interemit. Venit autem ille latro, simulque adprehendentes[h] corpus eius, absconderunt sub palude, quae erat in eodem loco; fratribus autem, quis hoc fecerit, per aliquos[i] dies latuit. Erat vero illis temporibus religiosus vir Leotharius[k] praepositus in coenobio sancti viri; qui, cum per humana indicia nil de hoc facto investigare valuisset, conversus ad fratres ait: 'Deprecemur', inquid, 'fratres, Dominum cum ieiuniis et psalmodiis, ut ipse nobis[l] per merita nostri patronis[m] revelare dignetur, quis illum nostrum servum occiderit'. Igitur non post multos hos[n] dies ille fur arreptus est a nequissimo daemonio; ille[o] vero ibat, incessanter vociferans, hoc illi accidisse ob scelere[p], quod in servum sancti Trudonis perpetrasset. Hanc autem dementiam ad dignam sui facinoris mercedem usque perduxit. Nam quadam die, dum iuxta profundam fossam coeno repletam ambularet, se ultro in eam proiecit volutabatque se[q] in illa, quousque emitteret spiritum, ut ibi[r] divinae ultionis aequitas appareret, quia, quod in servo beati viri per iniquitatem patravit, eodem eum ultor[s] spiritus vulnere interemit.

Dum[t] ergo hoc de crudelissima latronis nece retulimus, de[u] pietatis ope, qua homicidam reumque morti[v] puerum consolare[w] dignatus est, referamus. Nam pater illius pueri, qui illum servum interfecit, cum cognovisset, quod ille latro tam crudeli morte interemptus esset, ad ęcclesiam sancti Trudonis una cum scelesti[x] filio cucurrit. Iam quam[y] dum introire debuissent, puer, quasi validissimis

Cap. 25. 1*a**. *b. c.* 3. *Cap.* 26. 1*a**. *b. c.* 3 *et a l.* 17. 2*a. b.*

Cap. 25. a) divulgari 1*c*. b) quo 1*b*. c) (pret. *om.*) corpus beati viri 3. d) ecclesia celebr. (*corr. e* celebraretur) 3. e) conspitiens se 1*b*. f) que *add.* (1*a**). g) meruit, *superscr.* vel valuit 1*a**. h) perduxisset 1(*a**). *c*. i) omnes autem 1*b*. k) que *om.* 1*a**. 3.

Cap. 26. a) *ita* 1*b. c*; *om.* 1*a**. 3. b) *ita* 1*b*. 3. 5*a* (en. *corr. ex* emitens); signum enitens fuerat (enituit *pro* en. f. 1*c*) 1*a**. *c*. c) *om.* 3. d) eum vero 1*a**, *corr.* e) *in* consp. *redeunt* 2*a. b. b**. f) *om.* 1*b*. g) glodio *(sic)* 1*a**. h) corpus eius appr. 1*a**; adprehendens corpus eius 2*a*. i) aliquot 1*a**. 3. k) Leocharius 1*c*. l) per m. n. patr. nobis 1*a**; nobis per mer. patr. nostri 1*c*. m) *ita pr. m.* 3; patroni *rell.; cf. p.* 297, 11. 25. n) *om.* 2*a. b.* 3. o) *ita* 1*b. c.* 3; et *pro* ille vero 1*a**; i. v. *om.* 2*a. b.* p) *ita* 2*a (pr. m.). b*; scelus *rell.* q) in illa se 1*c*; se *om.* 2*a. b.* r) ubi 1*b*. s) ultro 2*a. b*; patr., eo vuln. eum sp. intermemit *(sic)* 3. t) Cum 1*a**, *ubi* hoc *post* retulimus; *caput* XXVII. *incipit* 2*a*, Capl. XXVI. 2*b*. u) di 1*b*, *corr.* v) mortis 1*c*. 3. w) *ita* 3 *(cf. p.* 295, 29*)*; consolari *rell.* x) *ita codd.* y) qua dum intrare 1*c*; quam cum i. 3.

fornacis flammis repercussus, clamare coepit: 'Uror, uror', inquit, 'vae mihi, quia validissima incendia me torrent!' Hoc[a] cum dixisset, inter manus eorum, qui eum tenebant, ad terram lapsus est, et velut acutissimo ferro subnervatus, statim contractus corruit. Qui[b] ita debilis effectus est[c], ut de eodem loco, nisi baiularetur, discedere non praevaleret. Pater vero pueri[d] continuis septem diebus in oratione pro delictis filii sui beatum patrem[e] obsecrans, ut sibi reatum culpae, quem[f] in servum suum commisit, pietatis causa indulgeret. Cum autem adesset dies septimus, dum expleta fuissent missarum sollempnia, puer ante ianuam basilicae incolomis surrexit magnisque vocibus Deo et sancto Trudoni grates condignas rependit. Tum demum, adhibita peccati indulgentia flammaque facinoris extincta, puer in[g] ęcclesiam intrare praevaluit, et ante lectum piissimi patris se[h] prosternens, huiusmodi culpam ultra se nequaquam incurrere[i] promisit, sicque viribus receptis, simul cum patre ad domum suam profectus[k] est. Dignam igitur illic Dominus latroni propter iniuriam servi sui ultionem adhibuit; hic[l] vero, quia iste puer, patre urgente[m], limina sua petiit, magnae indulgentiae largitatem ostendit. Quis ergo ibi quod petierit inpetrare dubitet, dum is, qui sancto patri reus fuerat, quod petivit[n] obtinere praevaluit?

27[a]. Inseram quoque huic[b] narrationi aliud quoddam miraculum, quod pene omnibus Hasbaniam[c] habitantibus notum est. Fuit namque quidam vir habitans prope ęcclesiam sancti Trudonis propter excubiam sacratissimae aulae[d], quem nos vulgo matricolarium[e. 1] vocamus, cuius boves in obscuro noctis silentio furtim sublati sunt. Qui statim cum fiducia ad sepulchrum beati Trudonis cum[f] lacrimis proruit; sibi pro sua misericordia ut perditos boves restitueret, exoravit. Mane igitur facto, boves simul cum latrone reperti sunt ad hostium monasterii. Ille vero fur, praevalentibus beatissimi patris meritis, non cognoscebat, ubi erat; tota enim illa nocte ambulare non cessavit, aestimabat autem se longe in alio pago fuisse. At illi qui aderant illum latronem comprehenderunt illoque[g] matricolario[e] boves suos restituerunt. Sanctus etenim pater servum suum contristare[h] noluit[i]; eum celeri adiutorio consolavit[k].

28. Sed nec[a] hoc silentio praeterire[b] videar miraculum, quod temporibus venerabilis patris Chrodegangi[c] archiepiscopi[d. 2] gestum est. Nam quadam die, dum

Capp. 26—28. 1a*. b. c. 2a. b. 3.

Cap. 26. a) Ho cum 1a*. b) *ita* 1a*. 2a; *om. rell.* c) *om.* 2a. b. d) una cum filio sauciato perseveravit *add.* 1c. e) Trudonem 3. f) quam (1a*). g) (in *om.*) intr. eccl. pr. 3; in ęccl. pr. intr. 2b, *corr.* h) *om.* 1b. 3. i) incurre 1b. k) reversus 3. l) iste vero puer, quia patre u. l. sancti Trudonis petiit, m. i. l. promeruit 3. m) urguente 1a*. b. n) petiit 2a. 3.

Cap. 27. a) *ita* 2b; XXVIII. 2a, *et sic deinceps.* b) narr. huic 2a. c) Hisban. 1c. d) *om.* 2a. e) *ita* 1b; matricular. *rell.* f) cum lacr. *om.* 3. g) illique 1c *et m. al.* 3. h) contristari 2a. i) non voluit 1c; sed *add.* 3; noluit, sed subvenit illi cel. adiut. (consol. *om.*) 1a*. k) *ita pr. m.* 1c; consolatus est *rell.*

Cap. 28. a) *ita* 1a*; neque 3; ne *rell.* b) *ita* 1b. c. 2b; v. pr. 2a; praeteribo (v. *om.*) m. 1a*; praetereundum fore censeo m. 3. c) *ita* 2b (*cf. p.* 274, 17); Hrodogangi 1b; Grodegangi 2a; Rodogangi 3; Rodegangi 1c*; Chrodegandi 5a; Hrodogandi 1a*; Rodegandi 1c. d) e p i s c o p i 2b.

1) *Minister ecclesiae inferior, Francogall. 'marguillier'. Cf. H. Schaefer, 'Pfarrkirche und Stift im Deutschen Mittelalter' (Stutz, 'Kirchenrechtliche Abhandlungen' III),* 1903, *p.* 90 *sqq.; A. Hauck, 'Wohlthätigkeitsanstalten' ('Realencyklopädie für protestantische Theologie und Kirche' XXI*[3], *1908, p.* 441 *sq.). Theodericus II,* 15: Persona officialis, quem mansionarium appellant. 2) *Chrodegangus episcopus Mettensis (742—766), ob Regulam canonicorum*

idem venerandus episcopus in monasterio sancti Trudonis fuisset, quod proprium est ad regendum, ut diximus, Metensis[a] urbis episcopis, quidam ex[b] pueris ipsius culpam non modicam commisit. Ille vero commotus iussit eum foras extrahere, ut caederetur. Tunc ministri traxerunt eum[c] foras, sed ipse elapsus est de manibus eorum et fugit ab eis usque ad altare sancti[d] Trudonis. Ministri autem, ipsorum[e] domini metu urgente[f], persecuti sunt eum illuc[g] et conabantur eum vi evellere ab altare[h]. Sed dum hoc agerent, subito nutu divino illuminati sunt cerei, qui erant coram[i] altare. Illi vero ministri obstupuerunt, relictoque puero foras, magno timore perterriti, fugerunt hocque miraculum beato pontifici retulerunt. Tunc religiosissimus summus sacerdos Chrodegangus[k] cum festinatione ad ęcclesiam perrexit seque ante sepulchrum beatissimi patris in oratione prostravit, veniam ab eo postulans; surgensque ab oratione, delictum puero statim indulsit.

751—768. 29. De thesauro autem eiusdem sanctae ęcclesiae, quod temporibus piissimi regis Pippini[a] furatum est, qualiter ablatum sit et inventum, breviter exponam. Fuit namque quidam latro nomine Adalbertus, qui habitum peregrini assumens, ad monasterium sancti Trudonis quasi orationis causa venit. At ille speculabatur, qualiter in illam ęcclesiam intrare potuisset. Fratres vero suscipientes eum hospitio, laverunt ei pedes feceruntque erga eum, sicut ceteris peregrinis facere consueti sunt[1]. Ille vero alia nocte unam fenestram, quam antea[b] conspexerat, fregit et per eam in ęcclesiam intravit indeque non parvum thesaurum abstulit. Huius autem facti auctor quis existeret, diu latuit. Cum igitur adesset tempus, quo[c] Dominus propter merita servi sui, ut[d] quis illum[e] thesaurum furatus esset, manifestare dignatus est[f], venit quidam peregrinus propinquus illius latronis, qui huius facti conscius erat, ad coenobium sancti Trudonis. Erat autem et alius peregrinus cum illo[g]. Cumque adpropinquassent illi basilicae, dixit ille peregrinus ad alterum: 'Vides hanc aecclesiam?' Cui ille: 'Etiam'. At[h] ipse: 'Ego scio', inquit, 'illum[i] hominem, qui illum thesaurum inde abstulit'. Manserunt itaque ambo[k] ibi eadem nocte. Mane autem[l] facto, exeuntes inde, intraverunt in vicum, qui est ante fores[m] monasterii[2], in quo etiam rixati inter se fuerunt. Surgensque[n] illius latronis proximus adversus illum[o] alium peregrinum, praevaluit voluitque percutere illum; ille vero fugit ab eo. Iterum ingressus monasterium, vociferans dixit:

Capp. 28. 29. 1*a**. *b*. *c*. 2*a*. *b*. 3.

Cap. 28. a) Mettensis 1*a**. 2*a*. *b*. b) de 1*b*. c) illum 1*b*. d) beati 1*b*. *c*. 2*b*. e) *ita* 1*a**. *b*; ipsius *rell.* f) urguente 1*b*. 2*a*. g) illic 1*b*. h) altari 1*a**. *c*. i) coram altari 1*a**. *c*. 2*a*; ante altare 3. k) *ita* 2*b*; Hrodogangus 1*b*; Hrodegangus 1*a**; Grodegangus 2*a*; Rodegagus 3; Rodegangus 1*c**; Rodegandus 1*c*.

Cap. 29. a) Pipini 2*a*. 3; Puppini 1*c* (*non* 1*c**). b) ante 2*a*. *b*. c) quod 1*b*. d) *om.* 2*a*. *b*. 3. e) illu: *m. al. corr.* illud 2*a*, *econtra* illud (*ras.* d) *pr. m.* 2*b*: *item infra l.* 27. *et p.* 297, 1; multum *primo loco* 3. f) dignaretur, v. 2*a*. *b*. g) *ita* 1*b*. *c*. 2*b*; eo 1*a**. 2*a*. 3. h) Ait 3; Et 1*c*. i) hom. illum 2*a*. *b*; illum *om.* 3. k) ibi ambo 2*a*. *b*; ibi uterque 3 (*ubi* Mansit). l) *om.* 1*b* *(versu ex.)*. 3. m) foras 1*b*. n) que *om.* 1*b*. *c*. 3. o) alium *om.* 1*a**; sotium *pro* illum a. peregr. 3.

notissimus, 'ex pago Hasbaniensi oriundus' fuit (Paulus l. l., SS. II, 267). Pallium a. 754. *a Stephano II. papa accepit; cf. additamentum V. Stephani c.* 53 *(Liber pontificalis ed. Duchesne I,* 456*); epitaphium Rotgangi v.* 7 *(Poetae I,* 108*); Contin. Bedae a.* 754 *(ed. Plummer, Baedae Opera historica I,* 362*); Levison, Vitae Bonifatii p.* 99, *n.* 4. 1) *Cf. Regulam Benedicti c.* 53: Pedes hospitibus omnibus tam abbas quam cuncta congregatio lavet, *etc.* 2) *Postea oppidum Sancti Trudonis, hodie St.-Trond (Sint Truyden).*

'Iste[a] peregrinus qui me persequitur scit, quis ille sit, qui illum thesaurum de hac ęcclesia furatus est[b]'. Ille vero peregrinus, cum constrictus[c] esset, indicavit illum latronem, ubi iam in vinculis tenebatur. Iudicante ergo clementissimo rege Pippino[d], ille latro suspensus est in patibulo, et illum[e] thesaurum[f], ubicumque inventum est, ad sancti Trudonis ęcclesiam restitutum est. Maximam autem partem illius thesauri ille fur in terra[g] recondidit[h], erroreque deceptus, iterum invenire non valuit. Beati vero Trudonis meritis exigentibus, pastores in eodem loco ludentes, ubi illum[i] thesaurum repositum erat, reppererunt totumque ad basilicam beatissimi patris Trudonis[k] retulerunt. Sicque mitissimus pater latroni locum paenitentiae concessit; sed neglegentem ultio divina percussit, et thesaurum ęcclesiae ob reverentiam sancti patronis[l] Deus misericorditer restituit.

30. Nuper quoque in eadem ęcclesia, in qua viri venerabilis corpus humatum est, magnae admirationis miraculum gestum est, quod plurimi, immo omnes, qui in ipso monasterio conversantur, se vidisse asserunt[1]. Die namque festivitatis beatissimi Trudonis[a], dum innumerabilis plebs ad missarum sollempnia adunata Nov. 23.
fuisset, quaedam mulier, quae ex[b] maxima parte corporis contracta erat, inter eos adfuit, quae etiam multis annis ita debilis extitit, ut, nisi forte ab aliquo[c] baiolaretur[d] aut niteretur manibus, de loco se movere[e] minime praevalebat. Haec, dum hora sacrificii inter illum innumerabilem populum in medio pavimenti iaceret, subito exilivit[f] sanaque super pedes suos surrexit et ambulans laudabat Dominum et sanctum confessorem, pro cuius meritis dignatus est pius Dominus sibi opem concedere sanitatis. Et omnis plebs ut vidit, glorificabat Deum[g] et beatissimum Trudonem, pro cuius meritis illa contracta[h] mulier reciperat[i] sanitatem.

31. Simile[a] autem huic miraculo aliud quoque signum per merita eiusdem[b] sancti patronis[c] in eadem ęcclesia nuper contigit. Fuit quidam vir, habitans in Hasbaniae finibus[d], nomine Unleof, qui plurimo tempore, nescio qua[e] egritudine efficiente, claudus exstiterat[f]. Hic quadam die ad beati patris sepulchrum orationis causa veniens, prostravit se humiliter coram altare; devotissimas omnipotenti Deo[g] fudit praeces, invocans etiam suffragium meritorum beati[h] Trudonis. Cumque subito[i] se ab oratione levasset, statim pristinae sanitati restitutus est, sicque incolomis[k] incedebat, acsi nusquam ullius[l] debilitatis perpessus esset iniuriam. Magnas itaque Deo gratias referens et sancto[m] Trudoni pro sanitatis munere

Cap. 29. 1*a**. *b. c.* 2*a. b.* 3. *Capp.* 30. 31. 1*a* (*a l.* 15). *b. c.* 2*a. b.* 3.

Cap. 29. a) Ille 1*a**. b) sit 1*a**. 2*a*. c) contristatus 1*a**. d) Pipino 3. e) illu: *m. al. corr.* illud 2*a*, *et ita* 2*b* (*ras.* d); ille *rell.* f) *ita* 2*a. b*; thesaurus — inventus — restitutus *rell.* g) terram 2*a. b.* h) recondit 1*b. c.* i) illu: *m. al. corr.* illud 2*a*; illud, *ras.* d 2*b*; ille (erat *pro* i. 3) thesaurus rep(p)ositus erat *rell.* k) *om.* 2*a. b.* 3. l) *ita* 1*b*; patroni 1*a**. *c*; patronis *corr.* patris 2*b*, *et ita* 2*a*; Trudonis 3.

Cap. 30. a) *in* Trudonis *redit* 1*a*. b) et 1*a*. c) liquo 1*a*. d) *ita* 1*a*. e) mov. *versu exeunte om.* 1*a*; (se *om.*) moveri 1*c*. f) exili : vit, *ras., ut videtur,* a 1*a*. g) Dominum 2*a. b* (*om.* glorif.). h) mul. contr. 2*a*; constricta mul. 1*c*. i) receperat 1*b. c.* 2*b et m. al.* 1*a*; recepit 3.

Cap. 31. a) Simili 1*a et fortasse prius* 2*a*. b) eius 1*a*. c) *ita* 1*b.* 2*a.* 3; patrunis (u *dubia*) *corr.* patroni 2*b*, *et ita* 1*a. c.* d) partibus 1*c.* 2*a* (*cf. p.* 282, 26). e) qui 1*a*. f) exsisteret *m. al. corr.* exsisterat 1*a*. g) Domino 1*a*. h) sancti 2*a. b.* i) se subito 1*c.* 2*a. b.* k) incolomes *pr. m.* 1*a*. l) illius 1*a*. m) sancti Trudonis 1*a*.

1) *'Hinc apparet, Donatum non fuisse alumnum monasterii Trudoniani': Mabillon. Tamen eum postea per aliquod tempus ibi commoratum esse, ex ipsa Vita intellegi mihi videtur.*

laudem dignam rependens, is qui claudus venerat incolomis[a] ad domum suam[b] reversus est. Hocque signum celebre factum est per totam regionem[c] illam.

32. Fuit quoque quidam vir[a] privatus oculorum lumine in eadem regione nomine Adalbertus, quem multi ex vicinis loci illius habitantibus agnoverunt[b]. Hic ergo multis annis patienter in atris[c] caecitatis tenebris permansit. Ast quadam die ad ęcclesiam sancti patris orationis gratia pervenit seque ante tumulum[d], in quo[e] praetiosum corpus viri Dei humatum est, prostravit. Facta autem oratione, surrexit, elevatisque oculis, clare videre potuit; exclamansque, maximo[f] repletus gaudio, dixit adstantibus sibi: 'Gratias ago Deo et sancto Trudoni, quia inluminati sunt oculi mei'. Admirati sunt ergo omnes et glorificabant Deum, qui tantam gratiam suo[g] largitus est servo, ut per suas orationes visum redderet caeco. Reversus est[h] autem ille vir cum gaudio in domum suam, et[i] divulgatum est verbum hoc in universam provinciam[k] illam *.

Haec[a] igitur pauca ex innumerabilibus sancti patris miraculis rustico quidem sermone, sed fideli narratione tibi, beatissime pater Angilramne[b], congessi. Parce itaque, obsecro, insipientiae meae, alme praeceptor, et, quae obtunsi ingenii mei scrupulo in hac succincta relatione offuscata[c] velantur, splendidissime[d] sapientiae tuae fulgore inradiata refulgeant. Oramusque[e] dominum[f] Iesum Christum, ut per merita sancti Trudonis te inter huius mundi vaga discrimina per multos annorum cursus ob multorum hominum profectus sanum et incolomem absque peccati macula custodire dignetur, quatinus post[g] longevam huius vitae felicitatem inter angelorum agmina una cum eodem confessore Christi perhenni gaudio exultare merearis, praestante domino nostro Iesu Christo, cui sit simul cum Patre et Spiritu sancto honor, laus, virtus[h] et imperium per inmortalia secula seculorum. Amen.

EXPLICIT[i] VITA SANCTI TRUDONIS[k].

*) prestante domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen. Explicit vita sancti Trudonis *desinit* 5b[1]; *in* illam *desinit* 5a, *ubi subscr.* Explicit vita sancti Trudonis confessoris.

Capp. 31. 32. 1a *(ad l. 6). a* (adhibitus a l. 7). b. c.* 2a. *b.* 3. *Epilogus.* 1a. *b. c.* 2a. *b.*

Cap. 31. a) incolomes 1a. b) *versu exeunte om.* 1b. c) ill. reg. 2b; ill. *om.* 1c.

Cap. 32. a) *om.* 1b. 3. 5a. b) agnorunt 1a, *corr.* c) *eras.* 2a; arris 2b. d) sepulc(h)rum 2a. b. e) *in* quo *desinit textus antiquus* 1a, *folio exciso, sed partem reliquam m. saec. XV. supplevit* (1α), *unde praeter eundem* 1a* *adhibitus est.* f) magno 1a* *(non* 1α). g) larg. est suo servo (servo suo 2b) 2a. b. h) *ita* 5a *cum rell.; om.* 1a*. *b.* i) *ita* 5a *cum rell.;* et *om.* 1a*. *b;* et divulg. — illam *om.* 1c. k) regionem 1a* *(non* 1α).

Epilog. a) *epilogum hoc loco collocant* 1c. 2a. *b, post c.* 1. *inserunt (cf. supra p.* 276, 29. 31) 1a. *a*. b, omittunt* 3. 5a. *b*[1]; *praescr.* XXXIII. 2b, XXXIIII. 2a. b) Angelrāne 2b Angellannę *corr.* Angelrann, 2a. c) obfusc. 1c. 2a. b. d) splendidissimo 1c. 2a; splendissimo 2b. e) igitur *pro* que 2a. *b*; que *om.* 1c. f) nostrum *add.* 1c. 2a. b. g) post longeva 1b; per longam 1c. h) fortitudo *add.* 1c. 2a. b. i) *ita* 1a* *(post c.* 32). *c.* 2a. *b; subscr. om.* 1a. *b.* 3. k) (presbiteri et *add.* 2a) confessoris *add.* 1a*. 2a.

VITAE LANDIBERTI EPISCOPI TRAIECTENSIS.

A martyribus illis, qui antiquis temporibus religionem christianam per cruciabiles poenas usque ad mortem confessi sunt, episcopi nobiles haud leviter distinguuntur, aevo Merowingico longe diverso modo hunc honoris titulum sortiti, morte nimirum affecti propter res profanas et inprimis propter nimiam dominandi cupiditatem, atque Praeiecto, Leudegario, aliis, de quibus iam disserui, Landibertus nunc accedit episcopus Traiectensis 'in villa Leodeo' simili de causa occisus, etsi fabulam multo honorificentiorem finxerunt posteri. Quae cum paulatim exuberans veram sobriamque historiam fere in nostros dies suffocaverit, Landibertus martyr exemplum criticum haud exigui momenti praebet, sed quomodocumque res se habebant, ex ipsius sanguine urbs potentissima effloruit ipseque fundamenta principatus Leodicensis iecit, qui usque ad sacri Romani imperii ruinam inter status eiusdem locum suum tenebat.

Landibertus in urbe Traiectensi ad Mosam e parentibus locupletibus natus, ad praesidum, i. e. comitum, familias pertinentibus, primo sacris litteris erudiendus 'viris sapientibus et historicis' traditus est, cumque in domum patris revertisset, adulescens Theodardo episcopo Traiectensi commendabatur, ut 'divinis dogmatibus et monasticis disciplinis in aula regia' erudiretur, i. e., nisi fallor, ut apud episcopum ad munus ecclesiasticum et in palatio ad negotia publica praepararetur, atque utroque loco laudem meritus est[1]*. Sane virtutibus eminebat non solum animi, i. e. castitate, humilitate, litterarum studiis, sed etiam corporis, nam fortem velocemque, admodum agilem, 'firmum in bello' eum fuisse tradiderunt, atque gladium stringere vel in extremis paratus erat. Attamen honores ecclesiasticos publicis anteposuit animumque Theodardi episcopi adeo sibi conciliavit, ut nemo ei heres et successor gratior esse potuisset.*

Civitas Tungrorum metropoli civitati Agrippinensium subdita[2] *post Chunorum incursionem ab episcopis derelicta erat, hique in oppidum Traiectense iam transmigraverant, unde Traiectenses a Gregorio dicti sunt*[3]*, hancque civitatem actis conciliorum subscribentes sibi ipsi attribuerunt*[4]*, urbis nomine praeditam*[5]*, sedis vero vetustae minime*

1) *V. Landiberti c.* 3*:* recta conversatione tam cum pontifice quam et in domo regia militare *(= servire)* coepit; *cf. c.* 9*:* Sub speciae honesta animus benignus militabat. 2) *Notitia Galliarum (ed. Mommsen, Auct. antiq. IX, p.* 595*).* 3) *Greg., Gl. Conf. c.* 71. 4) *Conc. Paris. a.* 614 *(ed. Maassen, Concilia p.* 192*).* 5) *Greg., H. Fr. II,* 5.

obliti etiam multo post Tungrorum civitate sese distinxerunt[1]. *Traiecti autem Childericus II. a.* 669/670. *versabatur, ibique Theodardo episcopo et Hodoni domestico, i. e. villis fundisque regalibus illius provinciae praeposito, dimidiam partem donationis prioris dimetiendam commisit, quae monasteriis Malmundariensi et Stabulensi sola tunc confirmabatur*[2]. *Episcopus igitur Traiectensis una cum domestico utilitati fisci in illis regionibus tunc providebat atque consentaneum erat adulescentem nobilem e civibus Traiectensibus in comitatu episcopi etiam aulicorum consuetudine uti potuisse.*

Episcopus autem salutem suam in duplex discrimen vocare poterat, amissa aut gratia regis aut aura favoris popularis, atque etiam Theodardus episcopus interfectus est, nescio qua de causa. Cives Traiectenses cum Landibertum nobilitate ordinis, morum probitate, prudentia omnibusque virtutibus, quae ab episcopo exigerentur, excellere perspicerent, consensum ei pro episcopatu dederunt, atque Childericus II. (a. 670—675*) consilio episcoporum et procerum, scilicet Wulfoaldi maioris domus aliorumque, dignitatem illam ei libenter commisit, ita ut voluntate populi iussuque regis subrogaretur.*

Landibertus episcopus constitutus inter proceres regni in palatio plurimum valebat, ita ut summum locum apud Childericum regem tenuisse dicatur[3]. *Qui cum seditione orta a.* 675. *ex. occisus esset, adversarii etiam in episcopum insurrexerunt ei addictum, qui longe aliter atque Leudegarius domino suo fidem usque ad mortem servaverat, unde etiam facta eiusdem levia atque temeraria in ipsum cadere possent. Legimus*[4] *'iniqua et falsa consilia' in Landibertum adhibita esse, cumque Ebroinus vir potentissimus Childerici morte exilio liberatus esset atque Austrasii proprios reges Theuderico Childerici fratri opposuissent, in hac magna rerum perturbatione Landibertus de sede sua deiectus et honore pontificali privatus est, quod ei 'absque culpa' contigisse biographus affirmavit. Omnino autem ignoramus, quae ei culpa obiecta fuerit, ut damnatus ordine episcopali moveretur. Pharamundus in locum ipsius episcopus subrogatus est, qui ultra Dagoberti II. mortem sedem Traiectensem tenebat.*

Landibertus ad Stabulaum monasterium perrexit neque plures eum comitati sunt quam duo pueri, e quibus alter Theodoinus appellabatur, idem qui biographum de illo itinere certiorem fecit. Episcopus deiectus procul dubio sicut Chramlinus[5] *exilii perpetui in concilio damnatus erat, quod in monasterio illo transigere permittebatur, atque per septem annos*[6] *ibi degit, ita ut non ante a.* 682. *illud reliquisse possit. Eodem fere tempore Ebroinus obiisse videtur*[7] *atque in Austrasia Pippinus cum Martino gubernaculum rei publicae rexit, defunctis et Dagoberto rege et Wulfoaldo maiore domus. Tunc Pharamundus e sede sua pulsus et e provincia Traiectensi eiectus est. Pro eo autem Landibertus a clero et populo iterum episcopus Traiectensis eligebatur, quem Pippinus nomine regis ad propriam sedem revocari iussit.*

Landibertus episcopus in Texandriam[8] *pagum ingressus gentiles ad fidem christianam convertisse dicitur, destructis plurimis templis et simulacris, neque vero opus perfecit, cum vel successori*[9] *in eadem regione paganorum ritus exstirpandi essent. Insignia et ornamenta contemnens, vestimenta pretiosa minime induisse perhibetur, quae more pontificali ei praepararentur, sed deformia, vilique vestimento contentus domi sedile proprium numquam ornabat. Neque praeterea de rebus gestis aut de consuetudine eius a biographo vetusto peculiare quicquam traditum est, nisi quod cum amicis suis iura eccle-*

1) *Cf. concil. Arvern. a.* 535: episcopus ecclesiae Tongrorum, quod et Traiecto, *concil. Aurelian. a.* 549: episcopus ecclesiae Tungrinsis *(Concilia ed. Maassen I, p.* 70. 109*)*.
2) *Pertz, Dipl. I, p.* 28; *SS. rer. Merov. V, p.* 91.
3) *V. Landiberti c.* 4.
4) *Ib. c.* 5.
5) *Cf. chartam Theuderici III (K. Pertz, Dipl. I, p.* 44*)*.
6) *V. Landiberti c.* 7.
7) *SS. rer. Merov. V, p.* 320; *cf. ib. p.* 569, *n.* 11.
8) *V. Landiberti c.* 10.
9) *V. Hugberti c.* 3.

siae Traiectensis in potestatem publicam acriter defendit aut defendenda curavit, vel sanguine effuso, quare et ipse supplicio affectus est.

At apud Nicolaum canonicum ecclesiae maioris Leodicensis, auctorem multo posteriorem, in cuius librum medio saeculo XII. scriptum infra inquisivi, rem summi momenti atque memoria dignissimam repperi, qua finis martyris haud parum illustratur. Collegit[1] *enim Nicolaus, iam apud Chlodoveum II. regem (a.* 639—657*), sub quo Childericum II. filium in Austrasia regnasse credidit, Landibertum summae auctoritatis fuisse*: cum eum idem pacificus rex non solum 'episcopum', sed et 'patrem' et 'apostolicum virum' appellet in eo privilegio, quod promulgavit, ipso sancto presule petente, pro immunitate et possessionibus ecclesie sancte Marie perpetue virginis, in cuius nomine et honore eo tempore Traiecti vigebat, *et addidit:* quod privilegium usque hodie apud nos conservari non dubium est. *Sane facile concludi poterat, id quod Suyskenus concluserat, eiusmodi privilegium numquam extitisse, cum de ratione quadam inter Chlodoveum II. et Landibertum intercedente cogitari nequeat. Nihilo setius ea quae Nicolaus ex charta illa Chlodovei regis attulerat, scilicet vocabula 'episcopus', 'pater', 'apostolicus vir', in chartas Chlodovei III. (a.* 690/1—694/5*) regis genuinas, veluti hanc*[2] *a.* 692. *monasteriis Malmundariensi et Stabulensi concessam:* Ideo vir apostolicus, domnus et pater noster Papolenus episcopus, *ita conveniunt, ut fere pro certo haberi possit, auctorem in solo Chlodoveorum numero errasse, quos in chartis non distinctos esse nemo est qui nesciat, atque nullo modo persuadere mihi possum falsatorem quemquam posterioris aevi elocutione omnino Merowingica veluti 'vir apostolicus' pro titulo episcopi usum esse. De fide igitur privilegii iam deperditi, quod Nicolai aevo in scriniis ecclesiae S. Mariae et S. Landiberti Leodicensis asservabatur, dubitari nequit, atque Landibertus episcopus immunitatem et confirmationem possessionum ecclesiae S. Mariae Traiectensis a Chlodoveo III. rege impetraverat.*

Quae cum ita sint, nulli iudici publico ad causas audiendas aut multas exigendas in villas ecclesiae Traiectensis ingredi licuit et ingenui aut servientes dioeceseos praestationes ecclesiae solvebant neque fisco[3]*. Per hoc immunitatis privilegium episcopi Traiectenses vel Leodicenses, in quam civitatem sedes postea translata est, iura regalia intra territorium suum asseculi sunt, recteque imperii saecularis species, qua gloriabantur, ad idem refertur*[4].

Gallus et Rivaldus frater eius[5] *Landiberto episcopo et servientibus, i. e. ministris, ecclesiae Traiectensis admodum molesti erant tantaque opera perversa exercebant, ut nemo ferre posset. Immunitatem igitur ecclesiae Traiectensi a rege concessam fratres illi violaverunt hosque immunitatis violatores ministros regios fuisse acute et sine dubio recte coniecit optimus Mabillonius*[6]*. Amici autem Landiberti pontificis ira et tristitia commoti adversarios ecclesiae interfecerunt 'ex merito eorum', quae morum disciplina hodie difficilius excusari poterat. Iam Dodo domesticus, scilicet e ministris regis, qui fundis regalibus in provinciis praepositi erant, ideoque successor Hodonis illius, quocum Theodardus episcopus olim negotium quoddam regale expediverat, neque enim Pippini principis domesticum eum appellari licuit, nisi quia regia potestas fere tota in primum*

1) *V. Landiberti auctore Nicolao c.* 6. 2) *K. Pertz, Dipl. I, p.* 55. 3) *Cf. chartam Dagoberti (K. Pertz, Dipl. I, p.* 17*).* 4) *St. Bormans, 'Recueil des ordonnances de la principauté de Liége', Bruxellis* 1878, *p. XX, de Chlodoveo II. minime dubitavit vestigiaque privilegii apud Godescalcum repperisse sibi visus est neque apud Nicolaum. Privilegium Chlodoveo III. recte attribuit Van der Essen, 'Étude critique et littéraire sur les Vitae des saints Mérovingiens de l'ancienne Belgique', Lovanii* 1907, *p.* 49. 5) *V. Landiberti c.* 11. 6) *Mabillon, Ann. ord. S. Benedicti (*1704*) II, p.* 19.

eius ministrum transierat[1], *consanguineus occisorum, cui possessiones multae multique pueri erant in obsequio, audita eorum nece, magnam virorum fortium copiam colligens, ut poenas ab episcopo expeteret, in villam Leodium irruit. Pacem enim regni amici pontificis laeserant, isque ipse scelestos tuebatur, satisfactione nulla data.*

Erat autem episcopo Traiectensi in villa Leodio domus saepibus circumdata, in qua et ipse humile cubiculum et discipuli cameram habebant; adiunctus erat accubitus sive triclinium, domoque relicta, ad orandum pergebant. Aedificia sine dubio lignis exstructa erant, ita ut parietes lanceis percuti et facile incendi possent. Quo Landibertus cum discipulis aut nepotibus, scilicet filiis fratris et sororis, et cum famulis ministrisque suis se receperat, cum unus famulorum ipsius ex accubitu exercitum domestici per turmas et cuneos distributum appropinquare conspexit. Hostibus saepes domus munitae iam ingressis, episcopus ad resistendum se praeparavit, gladiumque ab eo apprehensum esse iam dixi, ut fortis proeliator vitam suam defenderet, sed mox eum humi proiecit nec Petrum et Autlaecum nepotes fustibus arreptis resistere passus est. Hi ipsi necem illam, quae iam vindicabatur, perpetraverant neque opprobria episcopi in summas angustias adducti effugere poterant: Rei, *inquit*[2], et noxiae, recordate, quod in crimine fuistis! Nescitis, quia Dominus non iudicat bis peccatores nec peccata non demittit invindicata? Sed que tunc egistis iniqui, modo recipite iuxte. *Landibertus in cubiculo domus se prosternens et orans extremum ictum opperiebatur atque unus iaculantium in tectum feriens ipsum extinxit. Discordia igitur inter utriusque domini ministros orta per vehementem episcopalium violentiam usque ad expeditionem domestici regis contra episcopum rebellem perducta est, qui olim coniunctim ad res fiscales observandas adhibiti erant, atque Landibertus propter crimen nepotum suorum mortem occubuit, immunitatem episcopalem nimium studiose defendens, itaque ipsum pro ovibus suis animam posuisse biographus Hugberti (c. 1) contendere poterat.*

Inter servientes ecclesiae Traiectensis, quibus Gallus et Rivaldus iniurias intulerant, fortasse non infimum locum occupabat Amalgislus iudex[3] *episcopi eique thesaurario facto, nisi fallor, basilicae S. Landiberti Leodicensis modo constructae, de qua infra fusius disserendum est, episcopus occisus visione nocturna apparuit, clementer cum eo loqui coepit, de imminente supplicio cum Dodonis sociorumque eius tum percussoris eum certiorem fecit, quos plerosque miserabili modo exspirasse consentaneum est.*

Landibertus pontifex die 17. Septembris in villa Leodio passus est, consentientibus et praescriptione Vitae vetustae et Martyrologiis et Calendariis. Hoc die in duobus

1) *Domestici ministri regis erant neque maioris domus, sed Karolo Magno eiusque successoribus regnantibus titulus ille alio sensu adhibitus est; cf. G. Waitz, 'VG.' III, p. 539*[2]*, IV, p. 10, n. Itaque J. Demarteau ('Bulletin de la Société d'art et d'histoire du diocèse de Liége, Leodii 1896, tom. X, p. 385 sq.) etiam maioribus domus suos fuisse domesticos temere statuit.* 2) *V. Landiberti c. 15; cf. c. 16.* 3) *In codicibus* 1. 1*a.* a^1 index *legitur, sed de adversario Landiberti cogitari nequit, cum hic 'climento' cum eo loqui coeperit, quare lectio codicum* 1*b.* 2. 2$a^{1.2.3}$ iudex *anteponenda est, quam librarius* 2a^4 procurator *interpretabatur. G. Kurth, 'Les Origines de la Commune de Liége' ('Bulletin de l'Institut archéologique Liégois', Leodii 1905, XXXV, p. 256) ex hoc loco conclusit, urbem Leodicensem iurisdictioni episcopi subditam esse, id quod de ea sola urbis parte constare videtur, quae Sabulonaria (Sauvenière) appellabatur, atque haec necessitudo ex immunitate a Chlodoveo III. concessa multo luculentius concludi poterat, neque satis mirari possum et A. Wohlwill, 'Die Anfänge der landständischen Verfassung im Bisthum Lüttich', Lipsiae 1867, et plerosque historiae patriae studiosos tam pretiosi privilegii rationem nullam habuisse. Unus A. Hansay, 'Les origines de l'état Liégois' ('Revue de l'instruction publique en Belgique', Bruxellis 1900, tom. XLIII, p. 2 sqq.) auctoritatem chartae illius egregie perpendit, sed eo erravit, quod eam iam a Nicolao ad Chlodoveum III. relatam esse statuit.*

Martyrologii Hieronymiani[1] *codicibus nomen eius legitur et in Weissenburgensi (W):* In Leodico villa passio sancti Landiberti martyris, *et in Bernensi (B):* Et depositio sancti Lantberti *(m. al. corr.* Landeberti*)* episcopi, *quibus Breviarium Collegii Claromontani*[2] *accedit:* Lantberti episcopi, *cumque suis quisque librarius verbis memoriam martyris celebraverit, ea interpolata esse oportet, postquam exemplaria WB discedentia suam viam ingressa sunt. In vetusto autem Martyrologii Hieronymiani codice Epternacensi festum desideratur, sed in eo quod adnexum est Calendario Epternacensi, litteris semiuncialibus saec. VII. exarato ideoque vetustiore, nunc codice Parisiaco n.* 10837, *XV. Kal. Oct.*[3] *atramento pallidiore et manu alia item litteris semiuncialibus haec postea illata sunt:* Sancti Landberichti epis.; *alterum vero festum:* Oedilvaldi monachi *(XI. Kal. Mai.) ibi postea suppletum in Martyrologio praemisso prima manu scriptum est. Wandalbertus poeta in Martyrologio suo*[4] *saeculo IX. medio praeter martyrium Landiberti etiam iniquissimae sortis eorum meminit, a quibus ille occisus erat:*

Lantbertus quintum denum virtute coronat,
Factio quem caesum semper tremebunda pavescit[5].

Denique Hrabanus aequalis eiusdem eodem die totum curriculum vitae Landiberti perstrinxit, sed solam Vitam vetustam codicemque classis 2 *adhibuit, cum c.* 11. iam supradicti principis *scripserit, causamque martyrii enuntiato generali usus leviter tetigit verbisque:* machinatione pessima *honori episcopi pepercisse videtur sumptibus Dodonis. Locum e codice Sangallensi n.* 458, *p.* 263, *saec. IX, exscriptum*[6], *ne quid desit, prooemio inserere libet hunc:*

Et in Gallia prope civitatem Triiectum in villa Liudovico passio Landeberti episcopi, qui ab infantia Dei servitio mancipatus fuit. Hic septem annis, vitam V. Landiberti I, c. 7. sanctam agens, inter monachos habitavit. Postquam autem Faramundus de sede pontificali depositus est et eiectus de provintia Triiectense, tunc agmina clericorum et vulgus populorum una pariter[a] voce ingenti postulabant, ut pastorem eorum domnum Landebertum recepturi essent. Quem, consentiente Pipino tunc principe, ad propriam[b] recipere meruerunt, ibique per plures annos in eclesia Dei nobiliter vixit. Hunc vero Dodo domesticus iam supradicti principis Pipini machinatione ib. c. 11. pessima occidi fecit. Ipse vero per innocentem mortem ad Dominum migravit.

De anno, quo Landibertus supplicio affectus est non adeo glorioso, antiquitus dubitaverunt, cumque vetustus eius biographus in hac re deficiat, ad vitam successoris eius recurrerunt. Landiberto enim occiso, Hugobertus episcopus Traiectensis electus est, discipulus eius, id quod gestum esse huius biographus (c. 1*) voluit, postquam ille* 40 *annos cathedrae pontificali praefuit, cumque a.* 669/670. *Theodardus episcopus in charta illa occurrat, cuius memini, caedes illius post a.* 709. *collocanda esset, si calculus ille constaret, atque a.* 707—709. *Henschenius, Pagius, Mabillonius, Suyskenus olim statuerunt, pro auctoritate Vitae Hugberti omnino stantes. Interim Carolus de Smedt b. m. novum argumentum ad hanc controversiam diiudicandam e duabus chartis*[7] *eruit Pippini maioris domus et Plectrudis uxoris eius a.* 706. *die* 13. *Maii monasterio Epternacensi datis. His enim cum alii episcopi subscripserunt tum 'Chuchobertus' aut 'Chugobertus' epi-*

a) in *add., sed eras. c.* b) sedem *desideratur.*

1) *AA. SS. Nov. II,* 1, *p.* 122. 2) *Cf. 'N. Arch.' XXIV, p.* 316. 3) *Neque XII. Kal. Oct., sicut W. Arndt b. m., 'N. Arch.' II, p.* 292, *adnotavit.* 4) *Ed. E. Dümmler, MG. Poetae II, p.* 594. 5) *In Martyrologio quod dicitur Bedae heroico carmine composito Non. Iun.* Tatberti *nomen legendum est pro* Lantberti, *quod Acherius exhibet; cf. H. Quentin, 'Les Martyrologes historiques du moyen âge' p.* 124. 6) *Textus editus (e. gr. Migne, Patr. lat. CX, col.* 1169*) ad hunc codicem emendandus est; cf. E. Dümmler, 'Forschungen z. deutsch. Gesch.' XXV, p.* 198. 7) *K. Pertz, Dipl. I, p.* 94 *sq.; cf. E. Mühlbacher, 'Regesten' n.* 14. 15[2].

scopus, quem primus L. Weiland pro Traiectensi habuerat[1], *et sane ille proximum post Pippini familiam primumque inter episcopos subscribentes locum obtinet, ita ut potius celeberrimus Landiberti successor quam quilibet alius episcopus fuisse videatur, neque alter Chuchobertus episcopus illis temporibus notus est; nomen autem ipsum ad Plectrudis genus spectare videtur, quae 'Huogoberti quondam' filia erat, atque Chugobercthus seniscalcus (a.* 693/4*) in placito Valentianensi Chlodoveo III. regi assistens in charta illius aevi citatur*[2], *sicut etiam postea (a.* 747*) Hugbertus comes palatii Karlomanni maioris domus occurrit. Sin autem Chuchobertus episcopus sedem Traiectensem a.* 706. *mense Maio iam tenebat, Landibertum non serius quam die* 17. *Septembris a.* 705. *occisum esse oportet. Carolus de Smedt singulare meritum eo sibi peperisse mihi videtur, quod dissentientibus chartis illis cum Vita Hugberti bono iudicio recordatus est hunc biographum rerum gestarum illius aevi parum peritum, miraculis vero admodum studiosum haud magna auctoritate dignum esse numerumque rotundum* 40 *annorum fidei chartarum cedere debere.*

Sane martyrium ante a. 705. *contigisse potest neque vero annalium aut chronicorum medii aevi calculo fidem ullam habere licet, ubi finis Landiberti multo ante, scilicet inter a.* 697. *et* 701, *collocatus est*[3]; *auctores enim illi annos regum Francorum computare non valentes totam rerum gestarum seriem loco suo moverunt, et nonnulli*[4] *Landibertum Theodardo a.* 656. *successisse voluerunt, ita ut nex ipsius a.* 696. *attribuenda esset, unde a.* 1896. *Leodicenses duodecimum martyrii saeculum celebrare potuerunt*[5]. *His fontibus paulo nimium captus Carolus de Smedt a.* 697—699. *vel c.* 698. *statuere maluit nec tamen ulla argumenta praeterea proferre poterat, quibus calculus suus confirmaretur*[6]. *Quare adversarius*[7] *ei hac in re recte oblocutus est, minus recte auctoritatem Vitae Hugberti in integrum restituere conatus, neque studia eorum*[8] *approbare possum, qui Vitae gratia chartarum fidem debilitare ausi Chuchobertum statuerunt aut celeberrimum illum episcopum Traiectensem non esse aut esse episcopum neque vero ordinarium, sed coadiutorem Landiberti.*

Neque per alium fontem, scilicet Libellum miraculorum S. Dionysii, quem vetustioribus criticis non ignotum ante hos annos ab oblivione diuturna vindicavi[9], *lux ulla huic quaestioni affertur, id quod crediderunt. Godobaldus in provincia Hasbaniensi et in villa quae dicitur Arbrido (hodie Avroi) ortus, Dodonis in nece Landiberti consors ob poenam claudus effectus esse dicitur sub Carolo Francorum principe et maiore domus, ideoque vix ante a.* 716, *sed bonam valetudinem recuperavit, monasterium S. Dio-*

1) *SS. XXIII, p.* 54, *n.* 2) *K. Pertz, Dipl. I, p.* 58. 3) *Sigebertus Gemblacensis (SS. VI, p.* 328*) et expilator ipsius Reginonisque monachus Egmondanus, qui Annalibus Xantensibus (ed. de Simson p.* 35*) Supplementum praemisit, annum* 698. *exhibent, annum vero praecedentem Annales Stabulenses (SS. XIII, p.* 41*), dum a.* 700. *apud Frutolfum (SS. VI, p.* 156*), subsequens in Annalibus Leodiensibus (SS. IV, p.* 12*) legitur.* 4) *Annales Lobienses (SS. XIII, p.* 229*) et Laubienses (SS. IV, p.* 11*).* 5) *Thimister, 'Le XII*[e] *centenaire de saint Lambert' ('Bulletin de la Société d'art et d'histoire du diocèse de Liége', Leodii* 1896, *tom. X, p.* 332—378*); cf. Anal. Bolland. XVI, p.* 198 *sqq.* 6) *Ch. de Smedt, 'L'année de la mort de Saint Lambert' ('Précis historiques, Mélanges religieux, littéraires et scientifiques', Bruxellis* 1877, *tom. XXVI, p.* 676 *sqq.), iterumque de Hugoberto disserens, AA. SS. Nov. I, p.* 762 *sqq., ad hanc quaestionem rediit.* 7) *M. E., 'L'année de la mort de S. Lambert. Lettre au directeur des précis historiques' ('Précis'* 1878, *tom. XXVII, p.* 46 *sqq.), adnotante Ch. de Smedt.* 8) *G. Monchamp, 'La date du martyre de saint Lambert' ('Bulletin de la Soc. d'art et d'hist. du dioc. de Liége',* 1896, *tom. X, p.* 315—329*), quae dissertatio acute examinata est in Anal. Boll. XVI, p.* 525. 9) *'N. Arch.' XVIII, p.* 601. *Dissertationem meam ignorans, denuo in hunc fontem incidit A. Luchaire, 'Bibliothèque de la Faculté des lettres de Paris' VIII,* 93.

nysii tandem expetens, ubi a Chillardo abbate postea susceptus et iussu Caroli abbas factus esset[1]. *Haec de Godobaldo abbate S. Dionysii monasterii historia ab auctore saeculi IX. litteris mandata eo a vetere Landiberti biographo differt, quod Dodo in Libello comes appellatur neque domesticus neque Caroli principatus per illum confirmatur, cum rebus gestis difficilius conciliandus, quodque biographus nullum reum cladem evasisse contendit. Praeterea Godobaldus 'diu' sanctorum loca circumiit, atque omnino latet, quoto post martyrium anno aegrotaverit et quot annos peregrinatus sit, antequam apud S. Dionysium sanaretur, quare oleum et operam perdidisse mihi videntur, qui ex hoc loco martyrii annum definire conati sunt.*

Corpus Landiberti in domo sua Leodicensi occisi pauci qui ex famulis evaserant in navicula positum Traiectum ad sedem episcopalem transtulerunt, ut in basilica S. Petri sepeliretur, cumque magno metu perterriti non auderent decoratum ei praeparare sepulchrum, ossa in sepulchro patris ipsius condiderunt[2]. *Ecclesia S. Petri in suburbio Traiectensi sita ad hereditatem Landiberti postea*[3] *referebatur a parentibus eius relictam, eaque una cum ecclesia S. Mariae, 'ubi olim nostra sedes fuit posita', iurisdictioni episcopi Tungrensis semper subdita erat.*

Interim martyrii gloria villae Leodio haud parum proficere videbatur, quamvis corpus ablatum esset. S. Petri basilicam Traiectensem incolae ingredi non audebant, in qua psallentium angelorum voces dies noctesque audirentur. Leodii vero cubiculum, in quo Landibertus occisus erat, eo plures homines attrahebat[4]. *Lumina enim mirabiliter accensa crebro ibi resplendebant atque caeci locum scopis diligenter verrentes aciem oculorum recipiebant, qui ibidem cultui deservire non cessabant, miraculisque percrebrescentibus alii succedebant, ut locum illum venerarentur. Pecten pontificis optimus, qui ibidem remanserat, a femina quadam ablatus neque redditus iram defuncti adeo excitavit, ut in visione apparens ictu baculi iniuriam ulcisceretur. Domus pontificis per miracula celebrabatur atque basilicam populus ibi aedificare coepit*[5], *cumque Oda*[6] *virgo quaedam caeca eo se conferens sanata esset, concurrente vulgo opus in honorem Landiberti velociter consummatum est. Lectum quoque martyris homines pii fabrili arte composuerunt eoque loco collocaverunt, ubi percussus erat, ibique teste biographo magna et innumera miracula cotidie fiebant.*

Basilica igitur S. Landiberti Leodicensis absente corpore martyris condita solo lecto[7] *ipsius primo contenta esse debebat. Iterum autem martyr per visionem apparuit, ut*

1) *Godobaldus abbas a.* 726. *sedit (Pertz, Dipl. I, p.* 84*), per* 25 *annos munere functus, eiusque decessor Berthoaldus a.* 723 *(Pertz l. l. p.* 82*) occurrit, successor Amalbertus a.* 747/8 *(Pertz l. l. p.* 104*). Chillardi abbatis anni a Dalfini decessoris haud facile distinguendi sunt, nam quod ille in charta a.* 706/7. *data (a.* 12. *Childeberti III, Pertz l. l. p.* 67*) occurrit, hic etiam a.* 709/10. *monasterio S. Dionysii praeerat, cui Chillardus Dagoberto III. regnante (a.* 711—715*) successerat (Pertz l. l. p.* 106*), sed W. Levison, 'N. Arch.' XXVII,* 363 *sq., XXXV,* 48, *annis Childeberti III. correctis ordinem debitum restituere conatus est. In has res diligenter inquisivit G. Kurth, 'Un témoignage du IX*[e] *siècle sur la mort de saint Lambert' ('Compte rendu des séances de la Commission royale d'histoire ou recueil de ses bulletins', Bruxellis* 1893, 5. *series, tom. III, p.* 416*).* 2) *V. Landiberti c.* 18. 3) *Cf. arbitrorum sententiam a.* 1297. *pronuntiatam apud Iohannem presbyterum de Warnant (locum Chapeaville, Gesta pontif. Leod. II, p.* 330, *edidit; cf. A. Wohlwill l. l. p.* 199*) eaque quae ad Nicolai c.* 17. *adnotavi.* 4) *V. Landiberti c.* 20 *sqq.* 5) *Ib. c.* 22. 6) *Ib. c.* 23. 7) *Praeter eum inter res mobiles Landiberti et sedile et gladium, quorum supra memini, numeravit vir de historia patroni bene meritus J. Demarteau ab actis diurnis urbis illius ('rédacteur en chef de la Gazette de Liége'), 'Le mobilier de la maison de saint Lambert' ('Leodium, Chronique mensuelle', Leodii* 1903, *tom. II, p.* 65 *sqq.),*

corpus sine mora Leodium transferretur, postulans, auditisque miraculis, Hugobertus pontifex anno XIII. translationem illam perfecit[1]. *Mausoleum martyre dignum praeparaverant auro argentoque mirabiliter fabricatum*[2]; *basilicam autem ipsam ei a successore paratam — non conditam — esse auctor V. Hugberti (c. 2. 10) scripsit. Iis locis, quibus agmen constiterat, scilicet Nivialae (hodie Nivelle-sur-Meuse) et Cheristalii, cuius loco Herimalam (hodie Hermalle-sous-Argenteau) villam Leodicensis territorii librarius exemplaris classis 2 codicum V. Landiberti posuit, basilicae in honorem martyris aedificatae sunt*[3]. *Sedem episcopii cum ossibus patroni ab Hugoberto Leodium translatam esse Anselmus statuit*[4], *et certe, sicut antea Tungri propter Traiectum neglecti erant, ita haec ipsa urbs sedem episcopalem Leodio cessit martyrii loco, cuius celebritas a miraculis tritis*[5] *satisque stolidis exorsa est. Exinde corpus Landiberti in vico Leodico quiescebat*[6], *atque consentaneum erat una cum illo etiam caput patroni in basilica ei dicata asservatum esse*[7].

Translationis illius festum ad vetustum fontem certo certius definire mihi licuit. Adhuc enim semper crediderunt, Reineri monachi S. Laurentii Leodicensis, auctoris Triumphalis Bulonici[8], *fidem secuti, festum illud primitus IX. Kal. Ian. celebratum esse, quod episcopali auctoritate propter dominici natalis vigiliam a. 1143. in diem IV. Kal. Mai. translatum esset, quo etiam triumphi memoria agebatur, et non satis mirabantur*[9] *tam sollemne tempus ante natale dominicum mediamque hiemem translationi patroni aptam habitam esse. Quae quidem recte opposita erant, nam in codice Bernensi Martyrologii Hieronymiani haec prid. Kal. Iun. legimus manu posteriore margini adscripta*[10]: Leodico vico translat(io) corpor(is) sci Lantdeb(er)t. *Itaque ecclesia Leodicensis saec. XII. de hoc patroni festo parum instructa erat atque in codicis Bernensis auctoritate standum est. Dies autem 31. Maii a. 716. p. Chr. n. in dominicum incidit, quo huiusmodi solemnitates monente Pagio*[11] *'de more' peragebantur, cumque Hugobertus episcopus annum XIII. tunc ageret, eum a. 703/4. sedem nactum esse oporteret, ita ut a. 703. Landibertus defunctus esset, si huic calculo parum certo fides quaedam habenda esset.*

Anno 714. mense Aprili 'in basilica sancti Landeberti martyris Leudico' Grimo-

sed studio domestico accensus neque penuriae fontium recordatus vel expeditiones singulas quibus iuvenis interfuisset eruere posse sibi visus erat. 1) *V. Landiberti c.* 25. *Catalogus episcoporum, qui translationi interfuissent, a Cl. Despretz confictus videtur esse; cf. A. Poncelet, 'Les documents de Claude Despretz', Anal. Bolland. XXIX, p.* 243 *sqq.* 2) *V. Landiberti c.* 27. 3) *Ib. c.* 26. 4) *Anselmi Gesta pontificum Tungrensium sive Leodicensium II, c.* 17; *cf. II, c.* 1 *(SS. VII, p.* 191*)*: Isque *(scilicet Hugobertus)* propter patrocinia sancti martiris Lamberti apud Leodium vicum publicum, ubi usque hodie perseverat, voluit esse caput episcopii. 5) *Etiam Leudegarii martyris cultus a luminibus visis et cantu angelico incepit; cf. Passionem I, c.* 37 *(SS. rer. Merov. V, p.* 318*).* 6) *Cf. e. gr. Ann. Bertin. a.* 858. 7) *Cum etiam Friburgenses caput martyris se habere gloriarentur, tertiumque Romae in basilica S. Petri exponeretur, vix oportebat quartum Berbourgi in vico inter Luxemburgum et Treveros sito ante hos annos detectum esse, quod inde ex a.* 1655. *ibidem ostendebatur; cf. H. Goffinet, S. I., 'Une remarquable relique à Berbourg, entre Luxembourg et Trèves' ('Publication de la Section historique de l'Institut royal Grand-ducal de Luxembourg, Année'* 1874, *XXIX (VII) p.* 245 *sqq.). Interim contra hunc auctorem Leodicensium famae subvenit Baro de Chestret de Haneffe, 'Les Reliques de s. Lambert et les sept fiévés' ('Bulletin de l'Institut archéologique Liégois', Leodii* 1895, *tom. XXIV, p.* 3 *sqq.).* 8) *Triumphale Bulonicum lib. V (SS. XX, p.* 592*).* 9) *Cf. AA. SS. Sept. V, p.* 552. 10) *AA. SS. Nov. II,* 1, *p. [69].* 11) *Pagi, Critica in Ann. eccl. Baronii (*1705*) III, p.* 145.

aldus maior domus patrem Pippinum principem aegrotantem visitans interfectus est[1]. *Miracula igitur vel summi magistratus regii animum ad colendum pontificem converterant. Hunc vero annum ad Hugoberti pontificis exordium et Landiberti finem computandum adhibere non licet, nam ille a.* 13. *episcopatus sui solum corpus martyris in mausoleum praeparatum transtulerat, basilica vero ea occasione constructa non est, sed iam ante translationem stabat, ita ut Landibertum non post a.* 701. *obiisse temere concluserit de Smedt.*

Willibrordus mense Decembri a. 1. *Theuderici IV. regis, i. e. a.* 721. *p. Chr., basilicae sanctorum Petri et Pauli et 'sancti Landoberti episcopi et martyris' in loco Baclaos (hodie Bakel in Brabantia septemtrionali) praeerat, quam Herelaef filius Badagar nuper construxerat*[2], *atque dolemus de necessitudine inter apostolum Frisionum et Landibertum intercedente nihil constare, nisi quod memoriam ipsius Calendarium Epternacense hodieque servat.*

Basilica sancti Landiberti Leodicensis ibi stabat, ubi 'domus' pontificis defuncti fuerat, quo etiam discipuli vel fratres eum comitabantur, indeque cum eis ad officium ecclesiasticum se conferebat[3]. *Servitium ministrorum ante basilicam conditam ibi institutum erat, quo aegros bona valetudine recuperata functos esse dixi. Ecclesiae S. Mariae et S. Landiberti Pippinus una cum possessionibus immunitatem confirmavit*[4] *neque vero ulla vetustiora privilegia ad nos pervenerunt. Karolus Magnus apud S. Landibertum in vico Leodico a.* 770. *pascha celebravit*[5] *eoque Desiderium regem Langobardorum exulandum a.* 774. *misit, scilicet 'ad locum qui dicitur pausatio sancti Lantberti martyris'*[6]. *In 'villa Leudico in pago Hasbanio' sita Witbaldus Karolo imperatore chorepiscopus erat*[7]. *Etiam Karoli privilegia Agilfrido episcopo concessa, qui ecclesiae Leodicensi tunc praeerat, perierunt*[8] *neque ulla regum Francorum charta superest ea vetustior, qua Ludowicus Pius a.* 831. *commutationem quandam inter Walcaudum Tongrensem episcopum rectoremque monasterii S. Landiberti et inter Norduinum factam confirmavit*[9]. *Erat igitur cum basilica S. Mariae et S. Landiberti monasterium coniunctum, cuius etiam Ionas in Translatione Hucberti*[10] *meminit, atque episcopus idem rector illud gubernabat. 'Monasterium sancti Landberti in Leudica' Nortmanni una cum aliis vicinarum dioecesium monasteriis suae dicioni a.* 881. *exeunte addiderunt et partim incenderunt*[11]. *Non solum martyris sedis aula, 'qua somate quiescit', 'truci peste Nortmannica', sicut ex Miraculis S. Landiberti colligitur*[12], *prorsus concremata est, sed etiam corpus in loca tutiora translatum, quo reportato aedificium paulatim reparabatur, custodibus pernoctantibus*[13]. *In eodem monasterio 'illius episcopii domus*

1) *L. h. Fr. c.* 50; *cf. Ann. S. Amandi, SS. I, p.* 6. 2) *SS. XXIII, p.* 62. 3) *V. Landiberti c.* 12. 4) *Cf. chartam Ottonis II. a.* 980 6/1; *MG. Dipl. II, p.* 238; *S. Bormans et E. Schoolmeesters, 'Cartulaire de l'église Saint-Lambert de Liége', Bruxellis* 1893, *I, p.* 19: que ab antecessoribus nostris Pipino, Karolo, Luduico, Lothario et item Karolo regibus Francorum collata erant ecclesie sancte Marie et sancti Lamberti. 5) *Ann. Einhardi a.* 769, *ed. Kurze p.* 31. 6) *Ann. Lobienses, SS. XIII, p.* 229. *Cf. SS. IV, p.* 13: Carolus — Desiderium regem in exilium direxit Ledgiae Agilfrido episcopo. 7) *Translatio S. Germani (SS. XV, p.* 8*).* 8) *Aegidii Aureaevallensis Gesta ep. Leod. II,* 32, *SS. XXV, p.* 47. *Cf. Th. Sickel, Acta regum et imp. Karolin. II, p.* 373. 9) *Ed. Bormans et Schoolmeesters l. l. I, p.* 3; *cf. Sickel, Acta regum et imp. Karolin. II, p.* 171; *Mühlbacher, 'Reg.' n.* 888[2]. 10) *SS. XV, p.* 236. 11) *Ann. Bertiniani auct. Hincmaro ed. G. Waitz, p.* 153. *Cf. W. Vogel, 'Die Normannen und das fränkische Reich bis zur Gründung der Normandie', Heidelbergae* 1906, *p.* 282. 12) *J. Demarteau, 'Vie de s. Lambert par Hucbald' ('Bulletin de l'Institut arch. Liégois'* 1877, *XIII, p.* 515*).* 13) *Feretrum Landiberti auro argentoque et gemmis ornatum Nortmannos infringere voluisse neque vero contingere potuisse Aegidius II, c.* 37 *(SS. XXV, p.* 49*) affirmavit auctor parum certus.*

erat principalis' teste charta a. 907. *data*[1]. *Denique Notgerus*[2] *episcopus (a.* 972—1008*) domum S. Mariae et S. Landiberti cum claustro et aedificiis episcopii renovavit*[3], *i. e. monasterium* 60 *canonicorum ad protegendam civitatem et patriam construxit et ecclesiam paroecialem beatae Mariae adiacentem et palatium domus episcopalis denuo erexit, veterisque templi columnae cum basibus et capitellis in conspectu recentioris in porticu quae duxit in forum rerum venalium dispositae ad comparationem prioris et posterioris aedificii invitabant. Idem episcopus praedia ecclesiae eo usque communia in tres aequas partes divisit unamque mensae episcopali reservavit, alteram ecclesiis et monasteriis, tertiam militibus, qui ecclesiam armis protegerent, concessit*[4]. *Domum S. Mariae et S. Landiberti a Notgero constructam Baldericus successor eius a.* 1015. *dedicavit*[5], *quae a.* 1185. *incendio consumpta est. Ea occasione etiam vetustiores episcopatus chartae periisse videntur.*

Vita Landiberti v e t u s t i s s i m a *(A) ab auctore composita est, qui ea quae litteris mandavit ab adulescentia*[6] *comperta a viris prudentibus acceperat, neque enim patroni sui usquam ita meminit, ut eum praesentem conspexisse videatur, sed de cursu vitae eius aut de martyrio alia referre non poterat, nisi ea quae auditu cognoverat, et adulescens demum ad hunc fontem appulisse videtur. Theodoinum unum ex duobus pueris Landibertum Stabulaum comitantibus testem ipse attulit*[7], *qui sibi multa de vita et operibus eius narrare solitus esset, et de exilio septuenni (a.* 675—682*) per eundem optime instructus esse poterat. Duae autem partes in hoc libro distinguendae sunt, e quibus prior praeter exilium missionem et restitutionem pontificis, martyrium Leodii consummatum et navigium Leodio Traiectum continet, posterior vero (c.* 20 *sqq.) miracula Leodii perpetrata, basilicam ibi aedificatam, denique reditionem Traiecto Leodium, neque vero libro exeunte auctor testem oculatum se praestitit neque posterior pars a priore separanda est, id quod nonnulli*[8] *temptaverunt, ut biographi aevum ante alteram translationem promovere possent. Nam missis praescriptionis verbis his:* qui passus est XV. Kl. October in villa nuncupante Leodio, ubi et ipsi domnus apostolicus requiescit in pace, *etiam in prioris partis textu biographus de sepulchro Traiectensi, loco V. Eligii II,* 38, *usus, ita disseruit:* vallatus tumba surrecturus iace b a t *(*iacet *V. Eligii cum Hieronymi V. Pauli c.* 17*), ut eum post corporis translationem haec scripsisse appareat, nam pro praesenti tempore praeteritum adhibuit. A Landiberto nepotibusque eius totus stat neque enim illi sede pontificali privato culpam ullam attribuit*[9] *neque conversationem Stabulensem pro exilio haberi voluit atque hos homicidium 'ex merito' occisorum fecisse studio ductus temerario contendit. In patriam ordinemque eius inquirentes, monachum nationis Germanicae*[10] *eum fuisse*

1) *Ed. Bormans et Schoolmeesters I, p.* 11. 2) *V. Notgeri (ed. G. Kurth, 'Une biographie de l'évêque Notger au XII. siècle', 'Compte rendu des séances de la Commission royale d'histoire ou recueil de ses bulletins', Bruxellis* 1890, 4. *ser., tom. XVII, p.* 417*) ad verbum cum Aegidio Aureaevallensi, Gesta episc. Leodiensium II, c.* 51 *(SS. XXV, p.* 58*), convenit, quem illa usum esse monuit G. Kurth. Inter vicos ecclesiae Leodicensis, quorum immunitas Notgero episcopo confirmabatur, praeter Traiectum aliosque etiam Dionantum affertur, quod duobus dominis parebat, nam pars loci comiti Namurcensi tunc subdita erat; cf. H. Pirenne, 'Hist. de la constitution de la ville de Dinant' (*1889*), p.* 4. 3) *Anselmus, Gesta ep. Leod. II, c.* 25 *(SS. VII, p.* 203*).* 4) *Anselmus II,* 29 *(SS. VII, p.* 206*).* 5) *Ib. II, c.* 31 *(SS. VII, p.* 207*).* 6) *V. Landiberti c.* 1. 7) *Ib. c.* 5. 8) *S. Balau, 'Étude critique des sources de l'histoire du pays de Liége au moyen âge' ('Mémoires couronnés par l'académie royale de Belgique' LXI,* 1902/3, *p.* 35*).* 9) *V. Landiberti c.* 5: privatus est de honus suum a b s q u e c u l p a. 10) *G. Kurth, 'Étude critique sur saint Lambert et son premier biographe' ('Annales de l'académie d'archéologie de Belgique' (*1876*) XXVIII,* 3. *ser., tom. III, p.* 1—112*), contra criticorum anteriorum incredulitatem, nempe Henschenii, Valesii, Cointii, Suyskeni, quos tamen fideles ecclesiae catholicae filios fuisse negare non ausus est, pro*

voluerunt, scilicet monasterii cuiusdam Lotharingici aut Rhenensis, qui linguam Latinam in monasterio suo parum didicisset, aut clericum dioeceseos Tungrensis, scilicet ecclesiae Traiectensis[1], *omnesque negaverunt eum Leodicensibus attribuendum esse. Mihi autem res se ita habere videtur, ut contrarium statuere malim. Si biographus e Traiectensibus clericis fuisset, vix respectu patriae eorum verbis his usus esset (c. 4):* regionem illam habitantes, *multoque magis res Leodicenses, quae totam posteriorem libri partem occupant, quam Traiectenses curasse videtur, atque ad miracula in basilica Landiberti Leodicensi ad sepulchrum martyris perpetrata libro exeunte transiens (c. 28), pronomen demonstrativum 'hic' adhibuit, quasi ibi adfuisset:* hoc loco ad sacratissimum corpus declarata. *'Indignus servus' ille, sicut in epilogo (c. 29) auctor se ipsum appellavit, e congregatione Landiberti Leodicensi fuisse mihi videtur iussuque aliorum oboedientiae causa opus susceperat. Cum eum G. Kurth stirpi Merowingicae addictum fuisse existimaverit, iterum contrariam opinionem sustinere ausim, nam post Childerici II. necem nullum regem Francorum nominavit atque Pippini II. auctoritatem ita in maius extulit, ut splendorem domus Carolingicae multo posteriorem ante oculos habuisse videatur. Pippinus enim II. eo teste (c. 7) 'in illo tempore', scilicet a. 682, princeps 'super plurimas regiones et civitates sitas Europae' erat, quae verba ad Chunorum vastationem spectantia ex V. Servatii vetusta saec. VIII. deprompta sunt, atque Dodo 'iam dicti principis Pippini' (c. 11) domesticus erat, non regis Francorum. Seriem temporum dictionibus nimis vagis indicavit atque visionem ante alteram translationem 'nuperrime post annis' apparuisse scripsit (c. 25), quae verba ipse XIII. anno postea distinxit, scilicet pontificatus Hugoberti, sed quae de hoc Landiberti successore scripsit, verba haecce:* Erat autem Cugubertus pontifex in regione illa, qui et aliquando discipulus eius fuerat, *mihi quidem auctoris esse videntur post Hugoberti mortem scribentis, qui a. 727. defunctus est*[2], *et cave, ne adverbio 'nuperrime'*[3] *nimium tribuas ex V. Eligii II, 41, deprompto. Haec omnia neque vivo Hugoberto neque regnante stirpe Merowingica scripta esse videntur, utque auctor Pippino II. principi post Childerici II. mortem summam rerum attribuit, ita eum Pippino III. rege (ex a. 751. ex.) post Childericum III. exauctoratum vitae conscribendae operam navasse existimem*[4], *atque penuria rerum aevo posteriori respondere videtur, nam tam ieiunam narrationem a rebus ipsis haud parvo temporis intervallo distare manifestum est.*

Theodoinus c. a. 675. Landiberti exulis comes, qui biographo de exilio Stabulensi rettulerat, senex decrepitae aetatis fuisset, si etiamtunc vixisset, cum ille vitam componebat, sed id diserte dictum non est[5], *atque aetatem biographi omnino ignoramus, qui res*

traditione ecclesiae Leodicensis heros fortissimus surrexit, cumque fabulas auctorum posteriorum biographus vetustissimus nosse omnino non potuisset, huius ignorantiam aegre ferens, quod scilicet res tanta fide dignas praeterisset, eum ad civitatem suam pertinuisse haudquaquam passus est. Clade, qua studia historica hac Kurthii dissertatione post progressus saec. XVIII. afflicta sunt, adhuc laboratur, neque vero ignoro virum alias de litteris nostris bene meritum hodie longe aliter sentire eaque quae tunc disseruerat iam minime approbare, quin immo iam in nimiam legendarum aestimationem ('hyperconservativismum') invectum esse (G. Kurth, 'Les droits et les devoirs de l'hagiographie moderne', 'Leodium' I, p. 19), atque in tanta caecitate olim recte perspexerat, biographum ex V. Eligii pendere.

1) *Balau l. l. p.* 35; *Van der Essen l. l. p.* 28.

2) *Cf. ea quae W. Levison infra p.* 473. *praefatus est.*

3) *Nimiam auctoris audaciam iam interpolator* 2 *resecuit, scribens* nuper.

4) *Cf. 'N. Arch.' XXX, p.* 503.

5) *V. Landiberti c.* 5: Theodoinus, qui multum nobis de vita et opera eius solitus est (sollicitus est 1*a. a*[1]) narrare. *Lectio peculiaris exemplaris, ex quo* 1*a. a*[1] *pendent, dictionem Scripturae sacrae exhibens, qua biographus Landiberti c.* 24. *usus est, idem significat atque 'diligens est', ita ut praesens pro perfecto substitueretur, at consentientibus inter se utriusque*

gestas Landiberti describens adulescentiam certe transgressus erat. Qui cum non haberet, quae testis oculatus diceret, alienis ei verbis uti necesse erat atque non solum praefationem ex V. Eligii exscripsit aevo Bonifatiano composita, sed etiam Landiberti pueritiam, adulescentiam (c. 2), electionem pontificalem (c. 4) et figuram, totam consuetudinem episcopalem post restitutionem (c. 8), mores (c. 9), paganorum conversionem (c. 10), orationem ad nepotes et iuniores, mox eandem iterum eamque continuatam (c. 16), denique sepulturam (c. 18) inde deprompsit. Quod ex praefatione concluserunt[1], Vitam eo consilio conscriptam esse, ut recurrente martyris festo recitaretur, locus ex eodem fonte pendet. Verba ad duos episcopos benedicendos spectantia, scilicet ad Eligium et Audoinum, ad unum Landibertum auctor satis insulse rettulit haecce (c. 7): sub unius diei articulo. Ad Leodicensia transiens maiore libertate stilo utitur et alteram translationem fortasse ex memoria exponere poterat, sed ibi quoque ad V. Eligii recurrit in elevatione corporis (c. 25), in sepultura (c. 27), in miraculis (c. 28), ubi verba haec: infra pauca tempore multa quidem sunt gesta ad eundem fontem redeunt neque ad aveum biographi circumscribendum faciunt[2]. Denique epilogus fere totus ex ultimo V. Eligii capite expilatus est, cumque illa usque ad calcem adhibita sit, constat totum librum, scilicet vitam cum miraculis Leodicensibus, unius eiusdemque auctoris esse.

Vita igitur Landiberti magna ex parte verbis Vitae Eligii descripta est atque praeter eam auctor V. Fursei (c. 3) et Gregorii M. prologum Dialogorum (c. 24) legerat verbaque Vitae Servatii vetustae ad Chunorum depopulationes spectantia haec: civitatis Eoruppe (c. 7) ad Pippinum II. rettulit, in cuius condicionem minus conveniunt. Festum autem Servatii ab archetypo recensionis Fontanellensis Martyrologii Hieronymiani aberat, et licet in codicibus Wissenburgensi nonnullisque recentioribus occurrat, verbis tamen et locis singuli inter se differunt, atque festa Traiectensia, scilicet praeter hoc (3. Id. Mai.) dedicatio basilicae S. Michaelis (11. Kal. Iun.), post Landiberti martyrium et priore saec. VIII. parte adnotata sunt[3]. Unde iam olim concluseram[4] etiam V. Servatii eidem tempori attribuendam esse, quo cultus eius emergere coepit.

Altera saeculi VIII. parte biographus Hugoberti ea quae de Landiberti translatione enarravit ex eius Vita deprompsit, quam his verbis citavit (c. 2): iam tradita sunt in gesta illius sancti, atque etiam Hugoberti vitam translationemque partim verbis auctoris Vitae decessoris ipsius descripsit, codice usus classis 1. Cum autem episcopatus Tungrensis etiam Remaclo attributus esset, eius biographus et ipse ad Vitam Landiberti confugit[5], saeculo IX. de rebus disserens, quas ne leviter quidem nosse poterat.

Codices V. Landiberti in duas classes distincti sunt, scilicet textui primigenio (1) alter hic illic correctus interpolatusque oppositus est, atque plerique libri hunc continent; cum vero utriusque classis singuli codices saec. VIII. exarati supersint atque libri 1 ad exemplar non omnibus numeris perfectum redeant, in quo totus epilogus (c. 29) desiderabatur, textus nonnumquam ex 2 emendandus et supplendus erat, primusque omnes qui comperti erant codices adhibui vitamque integram edidi, quae antea ad singulos codices edita esset, qui vel optimi suis mendis hiatibusque laborant.

1) Codex Parisiacus n. 12598, ex Corbeiensi monasterio in Sangermanense olim translatus ibique n. 671, deinde n. 1045. notatus, formae octavae, saec. VIII. ex., post vitas sanctorum provinciae Belgicae secundae, scilicet fol. 23—25'. Remedii[6] Remensis (nobis G),

classis codicibus vetustissimis 1 et 2 textum ad hos codices immutare non licet. Theodoinus maritus feminae pectinem martyris furatae in c. 20. commemoratur. 1) Balau l. l. p. 33. 2) G. Kurth, 'Étude critique sur saint Lambert et son premier biographe', l. l. p. 38, ex his verbis temere conclusit, librum paulo post mortem Landiberti compositum esse. 3) Cf 'N. Arch.' XXIV, p. 545. 4) SS. rer. Merov. III, p. 84. 5) Ib. V, p. 95. 6) Auct. antiq. IV, 2, p. XXIII.

fol. 25′—28′. *Medardi*[1] *Suessionensis (nobis Q), fol.* 28′—32. *Vedastis*[2] *Atrebatensis (nobis A* 1*a), Traiectenses exhibet, scilicet fol.* 47—49′. *Servatii*[3] *(nobis* 1*) et fol.* 50—61. *Landiberti. Liber antiquissimum optimumque textum ut V. Vedastis ita V. Landiberti servavit, sed sermonem barbarum complures librarii postea tollere studebant, quorum vetustissimus saec. IX. scripturam evanidam in prioribus paginis restauravit, singulos versus saepe denuo scripsit, immo dimidiam paginam, posterior autem eo magis textum ad grammaticam immutavit neque vero lectiones primigenias erasit, sed solum punctis suppositis delevit*[4].

Scripturae specimina dederunt Augustus comes de Bastard[5] *in opere magnificentissimo quod inscripsit 'Peintures et ornements des manuscrits, classés dans un ordre chronologique, pour servir à l'histoire des arts du dessin, depuis le IVe siècle de l'ère chrétienne jusqu'à la fin du XVIe', et Leopoldus Delisle, 'Le cabinet des manuscrits de la Bibliothèque nationale. Planches d'écritures anciennes', Parisiis* 1881, *tab. XVIII,* 3 *(V. Vedastis exordium).*

1*a) Codex Turicensis bibliothecae urbanae C,* 10, *i, formae maximae, saec. X. ex., olim monasterii Sangallensis, n. LXXXVIIII (corr. 'LXXXVIII.') V. Landiberti exhibet.*

1*a*[1]) *Codex Engelbergensis monasterii n.* 2 *(antea n. I.* 1/4*), saec. XII*[6], *formae maximae, fol.* 115—119′, *textum eundem continet, cumque P. Gregor Iakober vir reverendissimus, bibliothecae praefectus, locis nonnullis inspectis de condicione libri certiorem me officiosissime fecisset, Frater Gallus Büchel Engelbergensis magna cum liberalitate complures quas indicaveram lectiones accuratissime exscripsit.*

1*a*[2]) *Codex Londiniensis musei Britannici inter Add. n.* 10933, *saec. XV, fol.* 36′—40′, *praescr.:* Incipit vita et passio sancti Lamperti episcopi et martiris, *subscr.* Explicit vita sancti Lamperti. *Textus quam maxime quidem cum* 1*a et* 1*a*[1] *convenit et verba quae in* 1*a erasa sunt in* 1*a*[2] *desiderantur, sed in c.* 28. *codex locum exhibet* (claudorum — revertuntur) *ab utroque affine praetermissum, ita ut librario subsidia propria praesto fuisse videantur.*

1*b) Codex Bernensis n.* 48, *formae magnae, saec. XI, olim Floriacensis*[7], *fol.* 165—170, *prologo destitutus est multisque lacunis laborat, veluti c.* 8. *finis (ab* Etiam*) et c.* 9. 10. *desiderantur, textumque librarius arbitrio suo frequenter immutavit, sed in tot naevis liber summi momenti est, ex alio exemplari derivatus atque* 1. 1*a. a*[1].

1*b*[*]) *Codex Parisiacus n.* 12606, *saec. XIII. in., item 'ex monasterio Floriacensi' (n.* 143*) originem trahens, deinde 'S. Germani a Pratis' (n.* 627, *postea n.* 499*), fol.* 106′—108, *praescr.* Incipit passio sc̄i Lamberti ep̄i, *inc.* Gloriosus vir Lambertus p. oppido, *absque prologo. Textus ut in V. Eligii*[8] *ita in V. Landiberti cum libro praecedente arte cohaeret iisdemque locis hiat.*

E codicibus alterius classis codex vetustissimus 2 *epilogo (c.* 29*) caret neque hunc in aliis libris repperi nisi in* 2*a*[3] *et* 2*a*[4], *praeter quos etiam* 2*a*[5] *eum continebat iam deperditus.*

2) *Codex Vaticanus bibliothecae Palatinae lat. n.* 216, *formae octavae, saec. VIII. ex. a compluribus librariis exaratus, fol.* 52′—75[9], *in c.* 5. *verba:* Post haec — consti-

1) *Auct. antiq. IV,* 2, *p. XXVII.* 2) *SS. rer. Merov. III, p.* 400. 3) *Ib. p.* 84. 4) *G. Waitz, 'Arch.' XI, p.* 280. 5) *Cf. W. Wattenbach, 'N. Arch.' VIII, p.* 455. 6) *Cf. 'Arch.' VII, p.* 179; *B. Gottwald, Catalogus codicum manu scriptorum qui asservantur in bibliotheca monasterii Engelbergensis,* 1891, *p.* 8. 7) *Victor Vitensis, ed. Petschenig p. III.* 8) *Cf. SS. rer. Merov. IV, p.* 657. 9) *Bibliotheca apostolica Vaticana, Codices Palatini Latini, tom. I, p.* 44.

tuerunt *praetermisit, ad Pharamundum episcopum constitutum spectantia, et c.* 23. *ex. haec verba fol.* 70′. *subsequuntur, litteris maioribus minioque exarata:*

+ F3PFNbꝏ
KꝏδK̄NPꝏFN; ωoA,

i. e. † Ego enhm(?) im dī nomen, *interpretante W. Levison viro doctissimo, dum extremum vocabulum legi nequit.*

$2a^1$) *Codex* Parisiacus *n.* 3789, *formae maioris, saec. XI, antea Colb.* 675, *Regius* 3863, *fol.* 305′—317′, *item prologo caret. Textum continet initio quidem interpolatum, sed ex optimo exemplari depromptum simili* 2.

$2a^2$) *Codex* Londiniensis *musei Britannici inter Cottonianos Nero E. I, saec. XI, vol. II, fol.* 129′—133′, *n. CIII. V. Landiberti absque prologo continet atque textus melioris notae est.*

$2a^3$) *Codex Vaticanus bibliothecae* Palatinae *lat. n.* 846, *formae magnae, saec. X, paginis bipartitis exaratus, fol.* 21—25, *V. Landiberti*[1] *integram una cum epilogo continet, sed sermonem barbarum librarius initio non adeo serravit et deinceps librarius posterior soloecismos correxit, cuius vestigia non curavimus, ubicumque lectio primigenia adhuc discerni poterat. Textus iam in exemplari ex quo liber pendet haud raro immutatus aut interpolatus erat.*

$2a^4$) *Codex* Berolinensis *lat. n.* 790, *antea Ms. theol. lat. fol.* 267, *saec. XII, olim monasterii Springirsbacensis dioeceseos Trevericae, fol.* 27—31′, *prologo quidem caret, sed sicut* $2a^3$ *epilogum exhibet, desinens mutilus in verbis (c.* 29*):* tacendo occulerem.

$2a^5$) *Codex* Musei Bollandianorum, *in quo Suyskenus multitudinem mendorum offenderat, 'quae lectionem non modo ingratam, verum etiam frequenter vix intelligibilem facerent'*[2], *praescriptiones habebat minio pictas:* Incipit prologus de passione sancti Landeberti episcopi *et* Incipit passio sancti Landeberti episcopi *(ante c.* 2*), subscriptionem vero vita exeunte (c.* 19*) eandem atque* 2. $2a^{1.2}$: Explic̄ vita vel obitus sc̄i Landeberti episcopi, qui passus est XV. Kl. Octob., *atque epilogus (c.* 29*) aderat tam barbaro sermone scriptus, ut licet alias ineditum referre editorem pigeret, id quod non satis deplorandum est. Nomen* Landibertus *in textu semper scriptum erat. Lectiones Suyskenus adnotavit cum alias tum has: c.* 2. affectu] affectione *cum* $2a^9$; *ib.* eminentis aetatis, *c.* 6. Pro ipsius augenda gloria et lucri; *c.* 18. petierunt] susceperunt; *ib.* deposito] expositum; *ib.* que — deferunt eum] deinde ad basilicam sancti Petri eum deferunt *scripta non prima manu, sed aliquot vocibus detritis manu recentiore restituta; c.* 24. quem *cum* 1. 2; *ib.* sunt operati] sunt operata; *ib.* producti *cum* 2. $2a^{1.2.3.4}$; *ib.* post visionem] post visione *cum* $2a^2$; *ib.* amarissima vita] amarissimae vitae; *ib.* exultas.

Cum librum, qui ad epilogum recensendum utilis esse poterat, frustra quaesissem, litteris datis amicum adii, qui nobis sua peritia et arte tam frequenter succurrerat, Albertum Poncelet S. I. neque vero is transfugam indagavit.

$2a^6$) *Codex* Oxoniensis *bibliothecae Bodleianae Fell n.* 1 *(antea n.* 8687*), olim Salisburiensis, formae maioris, saec. XI, altera passionalis cuiusdam pars vitas numeris* 63—118. *distinctas comprehendens, fol.* 150—156′, *n. CIII. V. Landiberti exhibet absque prologo, praescr.:* Incipit vita vel obitus sancti Landberhti episcopi die XVII. mensis Sep., *subscr. c.* 19: Explicit vita vel obitus sancti Landberhti episcopi, qui

1) *Bibliotheca apost. Vat. l. l. I, p.* 298; *'N. Arch.' XVII, p.* 487. 2) *AA. SS. Sept. V, p.* 520.

passus est XV. Kl. Octobris, *c.* 28: Expl. *Textus cum* 2*a*² *fere convenit: c.* 2. (et *om.*) altus, *ib.* aeminentem aetatem *(pr. m.); ib.* A] Ac; *c.* 3. dispensatione *om., ib.* etiam et ad opus lectionis, *c.* 4. itaque] quoque, *c.* 28. fiant] fiunt, *ib.* eum *pro* auxilium — Christi.

2*a*⁷) *Codex Parisiacus n.* 18300, *olim S. Martini a Campis n.* 144, *saec. XI. a compluribus librariis scriptus, fol.* 49′—64′, *item prologo caret*[1], *praescr.:* Incipit passio sancti Lantberti episcopi et mart., *subscr. c.* 19: Explicit passio, *praescr. c.* 20: Incipiunt miracula, que post mortem gessit. *Ratio scribendi aevi Merowingici fere tota sublata est casusque falsi ad grammaticam correcti sunt. In c.* 7. *alia manus a verbis* Christi vociferantes *incipiens (fol.* 54—56*) sermonem ad recensionem B ita immutavit:* cum pupillis in eius adventu cantabant. Si per singula curram, longum est enarrare. Et quid plura loquar? Nam ut sententiam concludam, omnis terrae Francorum habitatores quasi unum ex apostolis suscepissent, nimio cordis desiderio laetabantur, *et sic deinceps, donec manus prior in verbis c.* 12: hora est *(fol.* 56′*) redit. Etiam in hac vetustiore parte gravior lectionum discrepantia occurrit, neque manifesta vestigia alterius classis desunt, ad cuius libros* 2 *et* 2*a*⁴ *codex propius accedit:*

c. 15. vigaria dilectione] carius 2*a*⁷ *(solus);*
ib. cum Domino vivere] esse cum Christo 2*a*⁷; cum Christo vivere 2*a*²;
c. 24. si] *om.* 2*a*⁷ *cum* 2*a*⁴;
ib. amarissima vita] amarissimae vitae 2*a*⁷ *cum* 2*a*¹;
c. 25. consilio] facto et *add.* 2*a*⁷ *cum* 2. 2*a*¹·⁴;
ib. excubies] scopus 2*a*⁷ *cum* 2; scopiis 2*a*¹;
c. 26. Cheristalius] Herimalla 2*a*⁷ *cum* 2*a*²; Herimala 2. 2*a*¹.

Textum ab antiquiore librario exaratum G. Waitz b. m. olim contulit.

2*a*⁸) *Codex Parisiacus n.* 5365, *saec. XII, olim Lemov. n.* 204, *deinde Regius* 3594¹ᵇ, *fol.* 83—84, *mutilus in c.* 6. *post verba* venia postolans, ait *a litteris* igno *incipit, sed folio lacerato complura perierunt, neque ultra c.* 19. *pervenit, desinens* perire genus, *subscriptis verbis:* Explicit passio sancti Lanberti epī et mrīs. *Textus vocabulis aut additis aut immutatis a genuino frequenter discrepat.*

2*a*⁹) *Codex Parisiacus n.* 9376, *antea Suppl. lat.* 165⁴, *reliquias*[2] *diversorum codicum comprehendens, fol.* 83—85. *V. Landiberti saec. XI. exaratam continet absque prologo, praescr. m. al.:* Incipit passio sc̄i Lamberti ep̄ XV. K. Octob., *inc.:* Gloriosus igitur vir Lanbertus, *c.* 19. *desinit:* genus perire, *subscr.:* Expl. . . . . vel obitus sancti Lanberti epī, que est . . . XV. K. Octobr., *c.* 20. *praescr.:* Incipit de miraculis . . . . tem ostensis, *desinit mutilus ibidem in vocabulo:* ingemi , *ita ut* nandum subnixit *et subsequentia desint. Textus quomodo cum nonnullis alterius classis codicibus conveniat, ex his lectionibus intellegitur:*

c. 2. affectu] affectione *cum* 2*a*⁵;
c. 19. dubitare potest de promissis tuis *cum* 2*a*⁸.

2*a*¹⁰) *Codex Leodicensis bibliothecae Universitatis inter libros de Theux n.* 210, *a.* 1903. *acquisitus*[3], *formae octavae, saec. XIII. in., fol.* 1—9, *praescr.:* Passio sancti Lamberti episcopi et martyris, *prologo caret multasque lectiones peculiares exhibet, veluti c.* 5. Saramundum *pro* Pharamundo, *atque c.* 19. *a* 20. *non distinguens:* qui h. genus non sinis perire. Post hec, *totus diversus desinit c.* 28: qualia. Cuius ad tumbam nec hodie cessant fieri signa et mirabilia per a. d. n. I. Chr., qui vivit et regnat cum P. et Spiritu sancto per et. s. A. *Lectiones nonnullae cum* 2*a*¹ *conveniunt, e. gr. c.* 2. famosus *pro* formonsus, vultu fulgens *pro* vultum fulgentem.

1) *Cf. G. Waitz, 'Archiv' XI, p.* 280 *sq.* 2) *Cf. Heller, 'N. Archiv' VI, p.* 478 *sq.* 3) *Cf. 'Archives Belges' ed. G. Kurth, Leodii* 1903, *p.* 277.

Per Iosephum Brassinne bibliothecarium Universitatis Leodicensis de hoc libro certior factus, cum Osnabruggum benevole missum ipse examinavi.

Codices $2b^{1.2}$ *prologi textum satis accurate tradiderunt, cum* 2. $2a^{3}$ *convenientes, sed Vita ipsa ibi admodum deformata est, non solum cum libris* 2 *consentiens, sed etiam locis nonnullis textum immutatum recensionis B exhibens.*

$2b^{1}$) *Codex* ***Rotomagensis*** *n.* 1399 *(U 2, antea U 48), formae maximae, saec. XII. paginis bipartitis exaratus, olim Gemeticensis, ibique signatus G I, fol.* 52′—56′, *vitae textum hoc modo immutatum continet:*

- *c.* 2. cum industria — *c.* 3. Divine dispensatione] cum magna sollicitudine exercebat et cotidie in bonis operibus crescebat. Eo tempore divina dispensatione $2b^{1}$ *cum B, nonnullis praetermissis;*
- *c.* 16. ita et iste invictus permanens et firmus talem versiculum invenit, quoniam requiret Dominus sanguinem servorum suorum. His autem dictis, omnibus $2b^{1}$ *cum B;*
- *c.* 19. ad instar vocis beati Lamberti modulatione dulcissima $2b^{1}$ *cum B;*
- *ib.* ingredere] intrare $2b^{1}$ *cum* 2. $2a^{2.3.4}$; *om. B;*
- *c.* 19. 20. cadavera angeli custodiant. In prefata villa Leodio *(= B)* $2b^{1.2}$;
- *c.* 20. ad virum] marito $2b^{1}$ *cum* $2a^{4}$;
- *c.* 28. estimatione comprehendat, quod cotidie ad tumbam presulis et martyris Dominus operatur ad laudem et gloriam nominis sui, qui vivit et regnat in secula seculorum. Amen. Explicit passio sancti Lamberti episcopi et martyris *desinit* $2b^{1}$.

$2b^{2}$) *Codex* ***Rotomagensis*** *n.* 1383 *(Y 80), formae magnae, saec. XII, 'ex monast. Gemm. Congreg. S. Mauri', fol.* 45—48, *fere totus cum praecedente convenit, praescr.:* Incipit prologus in vita sancti Landberti episcopi, *subscr.:* Explicit passio sancti Landberti XV. Kl. Octbr.

Recensio B *(inc. prologus*[1] *c.* 1: Si pagani per figmenta, *textus c.* 2: Gloriosus vir Landbertus pontifex oppido Triiectensi oriundus fuit et ex parentibus*) cum facilior intellectu esset et statui litterarum aevi politioris magis conveniret libro primigenio A, quam saepissime descripta huius auctoritatem fere obscuravit. Librarius enim rusticum et durum biographi sermonem mixtum cum prolixis locis e V. Eligii depromptis in meliorem formam redegerat, verba auctoris servans quam plurima atque in prologo praeter unum alterumve locum haud ita multa immutavit. Neque narrationem rerum tetigit nisi perraro neque auctoritatem testis oculati Theodoini (c. 5)*[2] *deminuit, quin immo* nobis *servavit, locum ita reddens:* Unus autem ex ipsis nomine Theodoenus multa nobis de vita et operibus eius solitus est enarrare, *ita ut haec recensio medio aevo composita pro archetypo facile haberi posset. Eo autem impudentiae auctor progressus est, ut vel novum eiusmodi testimonium ipse adderet, translationem Traiecto Leodium describens (c. 25), neque vero nostro aevo facile persuadebit, angelorum agmina in excelsis psallentium et gaudentium 'ab idoneis testibus visa et audita' esse. Cum altera textus primigenii classe (2) ipse in c. 6. 16. 17. 18. ea praetermisit vel addidit, quae ibi praetermissa et addita erant, atque cum eadem nomen loci c.* 26. Herimala *scripsit neque* Cheristalius[3].

Neque vero singuli libri ubique eodem modo cum textu A conveniunt et non solum vetustioribus codicibus classis recentior (B 9) opposita est, sed etiam illi ipsi in duas

1) *Ed. Canisius, Ant. Lect. II,* 1, *p.* 172—189. 2) *Capita citavi editionis nostrae A.* 3) *In uno codice B* 3 *super* Herimala *pr. m. scriptum est:* al. Cheristalius.

familias discedunt. Sane codices B 1. 2 reliquos libros egregiis lectionibus praestant, soli cum A consentientes his locis:

c. 4. almitatem] *B* 1. 2 *cum A;* sanctitatem *B* 3. 4. 6*a*. 7; bonitatem *B* 9*a*. *b*. *d;*

c. 5. narrare] *B* 1. 2 *cum A;* enarrare *B* 3 *cum rell.,*

sicut etiam coniunctim deficiunt:

c. 1. inquirens] *rell. cum A;* requirens *B* 1. 2.

Codicibus B 2. 3. 4 *capita* 20—23. *desunt. Certe B* 3. 4. 5. 6*a*. 7 *ex eodem exemplari pendent:*

c. 1. Christi muneris] c(h)ristiani muneris *B* 3. 5. 6*a*. 7,

ubi B 4 *desideratur.*

In codicibus B 3. 4 *dies passionis c.* 17. *interpolatus est, qui etiam apud Canisium extat simili libro usum, sed codex B* 4 *propinquo suo deterior:*

c. 3. rectam in omnibus conversationem habens] *rell.;* recta in omnibus conversatione : : : : : : *(ras.* habens?*) B* 3; recta i. o. c., *om.* h. *B* 4; recta conversatione *A,*

peculiaribus mendis, quae neque in B 3 *neque apud Canisium redeunt, inquinatus est his:*

c. 5. obsequio] *B* 3 *cum rell.;* obsequium *A;* servitio *B* 4;

ib. devotione intentissima] *B* 3 *cum rell. et A;* intentione intentissima *B* 4,

et cum B 7 *facit hoc loco:*

c. 5. absque causa et sine culpa] absque causa et sine causa *B* 4. 7; sine causa et — absque culpa *A.*

Recentiores libri B 9*a*. *b*. *c*. *d multo magis quam vetustiores ad Vitam Landiberti recensendam faciunt, quippe qui soli etiam epilogum (c.* 29*) exhibeant, cumque ille minime aeque retractatus sit atque textus praecedens, dubitare licet, utrum ad exemplar B primigenium redeat an postea adiectus sit, adhibito pleniore codice A* 2*a*. *Textus autem codicum recentiorum praeterea per totum fere librum a vetustiorum ita distinctus est, ut sermo locis nonnullis omnino immutatus sit:*

c. 3. omnibus hominibus] *B* 1. 2. 3. 4. 6*a*. 7; omnibus diebus *B* 9*a*. *b*. *d;* omnes homines *A;*

c. 4. libenter] *B* 1. 2. 3. 4. 6*a*. 7 *cum A;* celeriter *B* 9*a*. *b*. *d;*

ib. Tunc per totius plebis in Spiritu sancto unum consilium et simul regis imperium *(postea corr.* s. cum regis imperio *B* 3, *et sic B* 4*)*, favente Domino, a quo iam dudum electus erat, subrogatus est, ut praeesset ecclesiae Triiectensi (Treiect. *B* 6*a*; Traiect. *B* 7)] *B* 1. 2. 3. 4. 6*a*. 7; Tunc omnis plebs, accepto consilio regis, etiam consentiente imperio, Traiectensi ecclesie subrogaverunt preesse, favente Domino, a quo iam dudum electus erat *B* 9*a*. *b*. *d;*

ib. prae omnibus pontificibus et optimatibus suis et cum eo *(ita B* 1. 2. 3. 4. 6*a*. 7; apud eum *B* 9*a*. *b*. *d;* apud regem *A)* summum tenebat locum. Et non sine causa, sed merito regiae dignitatis (potestatis *B* 6*a*) et summae sapientiae (*ita B* 1. 2. 3. 4. 6*a*. 7; summe dignitatis *B* 9*a*. *b*; regie dignitatis *B* 9*d*) et sanctae religionis ab eo electus fuit.

Exemplar, ex quo codices B 9 *pendent, codici nostro B* 1 *simile fuisse videtur, nam quae in hoc deprehenduntur lectiones praestantiores nonnullae etiam in illis redeunt:*

c. 3. meruit] *B* 9*a*. *b*. *d cum B* 1 *et A;* promeruit *B* 2. 3. 4. 6*a*. 7;

c. 4. itaque] *B* 9*a*. *b*. *d cum B* 1 *et A;* autem *B* 2. 3. 4. 6*a*. 7;

ib. et illustrissimi viri] *B* 9*a*. *b*. *d cum B* 1; viri et inlustrissimi *A;* et in(l)lustres viri *B* 2. 3. 4. 6*a*. 7,

neque menda communia desiderantur:

c. 5. festinus insurrexit] *B* 2. 3. 4. 6*a* 7 *cum A;* festinanter insurrexerunt *B* 9*a*. *b* *cum B* 1; festinanter insurrexerant *B* 9*d*.

Unde dolendum est codicem B 1 textum non exhibere nisi mutilum, ita ut rationem inter utrosque intercedentem usque ad finem persequi non liceat.

B 1) *Codex bibliothecae regiae* *Hagae Comitum* *X.* 118 *(antea Th.* 277*), saec. X. ex., fol.* 110—122′, *e quibus fol.* 119. 120. *post fol.* 122. *transponenda sunt, (praescr. c.* 1: Incipit prologus de passione sancti Lantberti episcopi, *c.* 2: Incipit passio sancti Lantberti gloriosi episcopi*), ex exemplari mutilo pendet, nam textus in c.* 7. *post verba:* Quanta autem exultatio in universo populo fuit, quales laudes et quantos hymnos *hiat, quinque versibus paginae vacuis relictis, insequens autem pagina alia manu sed aequali scripta ita incipit (c.* 8*):* omni corporis et animae virtute retrahere nitebatur, *ac totidem versus post verba c.* 10: in tanta mansuetudine| *in exemplari desiderabantur, cum textus in verbis c.* 11: malitiam, ut nullus ferre potuisset, persequebantur, *redeat, totaque vita iam in verbis c.* 13. *desinit his:* Cum vero Dodo et sodalium, *duobus versibus vacantibus.*

Textum L. Bethmann b. m. exscripsit.

B 2) *Codex* *Parisiacus* *n.* 5283, *saec. XI, olim Colbertinus n.* 296, *deinde Regius* 4174. 4, *fol.* 58—69′ *(praescr. c.* 1: Incipit prologus in vita sancti Lanberti, *c.* 2: XV. Kl. Octobris passio sancti Lanberti episcopi et mart.*), praetermissis capitibus* 20—23, *in verbis c.* 24. Post anni circulo *redit.*

Lectiones nonnullas exscripsit L. Bethmann b. m.

B 3) *Codex* *Sangallensis* *n.* 551, *saec. X, p.* 13—59, *praescr. c.* 1: Incipit prologus de passione sancti Landeberti, *c.* 2: In Christi nomine incipit vita vel obitus sancti Landberti antistitis, qui passus est XV. Kl. Octobr̄, *subscr.:* Explicit vita et passio sancti Landberti episcopi et martyris Christi.

Librum ipse examinavi.

B 4) *Codex* *Turicensis* *bibliothecae provincialis n.* 5, *formae maximae, saec. XII, olim Rheinaugiensis, Vitas sanctorum confessorum ab Augusto mense usque in Kal. Februar. comprehendens, p.* 150—156. *textum (praescr.:* XXXIIII. Incipit passio sancti Lantperti Traiectensis episcopi*) absque prologo et capitibus* 20—23. *exhibet desinitque in doxologia c.* 28. *(subscr.:* Finit passio sancti Lantperti episcopi*).*

Codicem W. Levison v. c. examinavit.

B 4a) *Codex* *Cenomanicus* *n.* 227, *saec. XII, fol.* 181′—185, *praescr.:* XV. Kl. Octob. passio sancti Lamberti episcopi et martiris, *item prologo caret, incipiens:* Gloriosissimus Lambertus pontifex opido Treiectensi oriundus fuit et ex parentibus locupletibus fuit secundum dignitatem seculi, *atque cum codicibus praecedentibus B* 3. 4 *fere convenit cum alibi tum in calce*[1].

B 4b) *Codex* *Rotomagensis* *n.* 1388 *(U* 32*), saec. XII, lectionarium continens, ex singulis Vitis nihil admisit nisi lectiones nonnullas in breve coactas atque fol.* 122—122′. *tres de Landiberto lectiones adsunt (praescr.:* In natale sancti Lamberti episcopi*). Textus fere ut in praecedente libro incipit:* Gloriosus vir Lambertus pontifex oppido Treiectensi oriundus fuit et ex parentibus locupletibus fuit secundum saeculi dignitatem, *desinitque in verbis c.* 4: capitis irreprehensibilis erat. *Vocabula nonnulla immutata sunt.*

Examinavit W. Levison v. c.

B 5) *Codex* *Bruxellensis* *II,* 992 *(novi Catalogi n.* 3292*), saec. XI, inter Phillippsianos n.* 8391, *olim monasterii S. Ghisleni, ibique signatus* sss, *fol.* 17′—25.

Ipse inspexi.

1) *Cf. 'N. Archiv' XVIII, p.* 580 *sq.*

Codices B 6 *in verbis c.* 19: qui humanum genus perire non permittis *desinunt et in plerisque Passio Luciae et Geminiani Vitam Landiberti praecedit, Passio Floscelli (B* 6*a. b. c. d) aut V. Sequani (B* 6*e. f. g) subsequitur.*

B 6*a) Codex Parisiacus n.* 17006, *saec. XIII. in., olim Fuliensium* 58, 5, *menses Septembrem et Octobrem comprehendens, fol.* 46′—49, *praescr. c.* 1: Incipit prologus in passione beati Lamberti episcopi et martiris, *subscr.:* Explicit prologus, *praescr. c.* 2: Incipit passio sancti Lamberti episcopi et martyris XV. Kl. Octob., *subscr. c.* 19: Explicit passio beati Lamberti episcopi.

Inspexit W. Levison v. c.

B 6*b) Codex Parisiacus n.* 16733 *(S. Martini a Campis* 1. 2*), saec. XII. ex., fol.* 29′—31′[1].

B 6*c) Codex Montepessulanus H n.* 1, *saec. XIII. in., legendarium magnum S. Mariae Claraevallensis*[2], *tom. II, fol.* 57′—60′, *praescr.:* Incipit prologus in passione beati Lamberti episcopi et martiris.

B 6*d) Codex Parisiacus n.* 5353, *saec. XIV, olim Colbertinus n.* 322, *deinde Regius n.* 3593, *passiones vitasque sanctorum a Kal. Sept. usque ad Kal. Novembr. continens, fol.* 50—53, *V. Landiberti exhibet, cui eadem praescripta sunt atque in libro praecedente.*

B 6*e) Codex Montepessulanus H n.* 30, *saec. XII/XIII, antea bibliothecae Boherianae A* 24, *passionale vetus ecclesiae S. Benigni Divionensis*[3], *fol.* 98′, *praescr. c.* 1: Incipit prologus in passione sancti Lamberti episcopi Leodicensis, *praescr. c.* 2: Incipit passio.

L. Girard bibliothecarius Montepessulanus librum me petente officiose inspexit.

B 6*f) Codex Divionensis n.* 641 *(antea n.* 383*), saec. XII, legendarii S. Mariae Cistercii*[4] *tomus IV, fol.* 54.

B 6*g) Codex Parisiacus n.* 5337, *saec. XIII, olim comitum Bethuniorum n.* 21, *deinde Regius n.* 3594, *fol.* 18′—23[5].

B 6*h) Codex Bruxellensis n.* 21885 *(novi Catalogi n.* 3275*), anno* 1277. *'agente domno Egidio de Gaureng tunc priore' scriptus, olim S. Martini Tornacensis, postea Leopoldi van Alstein, XIX. V. Landiberti (fol.* 68—75′*) inter Passiones Cypriani et Faustae exhibet*[6]. *Praescr.:* Incipit passio sancti Lamberti episcopi et martyris, *incipit absque prologo:* Gloriosus vir Lambertus.

B 6*i) Codex Halberstadensis bibliothecae ecclesiae maioris n.* 126, *chartaceus, saec. XV, praescr.:* De sancto Lamberto, *incipit:* Gloriosus vir Lambertus, *desinit post* permittis *addita doxologia:* praestante Deo omnipotenti, qui vivit et regnat in secula seculorum. Amen. *Textus quomodo immutatus sit, ex hac lectione c.* 2. *intellegas:* et tantam in religione industriam exultabat.

Charta saec. XV. interiori lateri tegumenti posterioris agglutinata est ad monasterium virginum Hadmerslevense spectans.

Librum ipse inspexi.

1) *Cf. 'Arch.' VIII, p.* 297. 2) *Cf. 'Catalogue général des mss. des bibliothèques publiques des départements', Parisiis* 1849, *I, p.* 282. 3) *Cf. 'Arch.' VII, p.* 195; *'Catalogue général des mss. des bibl. publ. des départ.', Parisiis* 1849, *I, p.* 296. 4) *Cf. 'Catalogue général des manuscrits des bibliothèques publiques de France, Départ.', Parisiis* 1889, *tom. V, p.* 177. 5) *'Arch.' VII, p.* 60; *XI, p.* 278; *Bollandiani, Catalogus codd. hagiogr. lat. Paris. II, p.* 259. 6) *'N. Arch.' II,* 263; *Bollandiani, Catalogus codd. hagiogr. bibliothecae Bruxellensis I, p.* 434. *Inter codices Leopoldi van Alstein V. Lamberti s. XV. enumeratur 'Arch.' VIII, p.* 555.

B 7) *Codex* ***Bruxellenis*** *n.* 9742, *saec. XII, olim S. Laurentii Leodicensis, ibique signatus LL, fol.* 143—149′, *prologo praescriptionem nullam praemisit, sed c.* 2. *praescripta sunt haec*[1]*:* Item passio sancti Lantberti martiris atque pontificis. *Post verba c.* 7*:* id est domnum Lantbertum recepissent *librarius alter scribere pergens, abrupto Canisiano*[2] *ad textum postea immutatum*[3]*, de quo infra p.* 319, *l.* 30, *disserui, his verbis transiit:* monachi cum innumero clericorum ordine concinendo inclamaverint *et q. s.*

Inspexit W. Arndt b. m. a. 1867.

B 8) *Codex* ***Laudunensis*** *n.* 261 *(antea n.* 431*), saec. XII, fol.* 68—79′, *olim ecclesiae S. Mariae, inter Passiones Cypriani et Eustachii sociorumque eius*[4] *V. Landiberti continet, praescr.:* Incipit vita sancti Lanberti episcopi et martiris. *Prologo caret valdeque immutatus in c.* 28. *desinit ita:* dum hodieque haec et his maiora apud tumbam eius fiunt, prestante Domino, qui vivit et regnat in secula seculorum.

Sequuntur codices recentioris aevi, epilogum (c. 29*) exhibentes, quos W. Levison v. c. inspexit.*

B 9a) *Codex* ***Ultraiectensis*** *bibliothecae universitatis n.* 390 *(Eccl. n.* 23*), antea n.* 248 *o et* 288 *m, fol.* 26—31′, *anno* 1421. *per fratrem Swederum e Carthusiensibus prope Traiectum inferius sitis finitus est. Praescr. c.* 1*:* Incipit prologus in passionem sancti Lamberti episcopi et martiris, *c.* 2: Incipit passio sancti Lamberti episcopi et martiris; *c.* 19. *et* 20. *non distincta sunt.*

B 9b) *Codex* ***Bonnensis*** *S* 367, *saec. XV. in., olim monasterii Werthinensis*[5], *a Prisackio anno* 1837. *bibliothecae universitatis dono datus, post V. Servatii (f.* 1*) Passionem Landiberti (fol.* 3—9′*) exhibet, schedaeque rescriptae sunt, detrita scriptura saec. X—XIII. Praescripta sunt eadem atque in codice praecedente, subscripta c.* 1*:* Explicit prologus.

In hunc librum diligenter inquisivit K. Hampe, 'N. Arch.' XXV, p. 672 *sqq.*

B 9c) *Codex* ***Coloniensis*** *archivi urbani n.* 164*a* *(antea n.* 171 *et bibliothecae Wallrafianae VI,* 13*), saec. XV, passionalis sanctorum volumen tertium dies XVIII. Kal. Oct. ad IV. Id. Nov. comprehendens, olim canonicorum regularium Coloniensium, fol.* 12—17′, *praescr. c.* 1*:* Incipit passio sancti Lamberti episcopi.

B 9d) *Codex* ***Hagae-Comitum*** *L* 29 *(Weesp* 14*), olim 'Liber sororum Sanctae Katerinae Muden', anno* 1461. *'per manus Petri Zwaninc in Weesp' exaratus, fol.* 168′ —173, *praescr. c.* 1*:* Prologus in passione sancti Lamberti episcopi et martyris, *c.* 2*:* Passio sancti Lamberti episcopi et martyris, quod est XV° Kl. Octobris.

Haec ipsa recensio B eo magis retractata atque ***Godescalci*** *diaconi nomine edita*[6] *perennem gloriam eo adepta est, quod a fronte nomen ferebat, quod primigenio auctori fabulatores posteri praeeunte Sigeberto Gemblacensi indiderant, atque Theodoini testimonium pretiosissimum (c.* 5*)*[7] *anxie custoditum hanc opinionem confirmare poterat, qua fraude fere usque in nostra tempora viri doctissimi decepti sunt. Auctor autem usque ad c.* 6.

1) *Manus recentiores duae in marg. superiore scripserunt:* Passio sancti Lanberti martiris, quam compilavit Godescalcus, qui primus scripsit, ex cuius scriptis omnes alii fundamentum sumpserunt *(Bollandiani, Catalogus codicum hagiographicorum bibliothecae regiae Bruxellensis II, p.* 360*). Eadem fere verba in codice eiusdem monasterii leguntur, quem infra p.* 319, *l.* 32, *examinavi.* 2) *Canisius, Antiquae Lectionis tom. II, p.* 178. 3) *Chapeavillus, Gesta pontif. Tungrensium, Traiectensium et Leodiensium I, p.* 331. 4) *Cf. 'Catalogue général des mss. des bibliothèques publiques des départements', Parisiis* 1849, *tom. I, p.* 153. 5) *Cf. W. Levison, 'N. Arch.' XXXII,* 509. 6) *Chapeavillus, Gesta pontif. Tungrensium, Traiectensium et Leodiensium I, p.* 321 *sqq.* 7) *Sunt capitum numeri textus A a nobis editi.*

recensionem B fere ad verbum descripsit et codicem similem B 4 *adhibuit (c.* 4. sanctitatem = *B* 3. 4. 6*a*. 7, *c.* 5. absque causa et sine causa = *B* 4. 7*), certe nullum libris B* 1. 2 *propinquum, etsi c.* 1. Christi muneris *cum his exhibet. Inde a c.* 7. *paulatim gravius a communi textu B discrepat et fidelem dioeceseos Leodicensis custodem eo se praebuit, quod ad iter Landiberti Texandricum transiens (c.* 10*) hanc regionem expressis verbis patrono suo vindicavit:*

Quodam itaque tempore Tessandriam, quae erat suae providentiae pastoralis pars non infima, ingreditur, cui hactenus Christum cognovisse originalis idolatria prohibuerat; a primordio enim ortus sui illam sic occupaverat, ut crederet mundum non nisi per idola potuisse creari et eorum solo regimine gubernari. Hic vir sanctus plurima idolorum simulacra et templa destruxit, abhorrens parochiam suam illa diversitate variari *et q. s.*

Neque vero antiquitatis cultor erat, nam domestici titulo suppresso Dodo (c. 11*) ab eo appellatur:* de primatibus palatinis unus, utpote Pipini ducis familiaris. *Leodii vero nomen quam maxime celebrabat urbemque iam florentissimam ibi expertus videtur esse, immo iam 'triumpho' quodam patroni nobilitatam (c.* 11*):* Mox ad villam parvi adhuc nominis nec minoris vero meriti, sed magnum nomen et magnum meritum ex triumpho et corpore S. Lamberti paulo plus promerituram, quae Leodium dicta fluvio Mosa alluitur, cum congestis copiis Dodo accessit. *Eidem 'parva vilisque clausurae ecclesia sanctorum Cosmae et Damiani' nota erat (c.* 12*), in qua Landibertum orationi institisse voluit, parvumque aedificium cum 'spatiosis aut operosis aedibus' sui aevi comparavit. Denique sepulturam patroni enarrans (c.* 18*), Apri patris nomen prodidit, quod vita ineunte recensionem B secutus ignoraverat. Hae aliaeque res a Sigeberto et Nicolao auctoribus saec. XI. ex. et XII. enarratae sunt, eademque mente Godescalcus noster, qui etiam 'Triumphos s. Lamberti' saec. XII. et XIII. compositos nosse videtur, si non utrumque, at certe priorem*[1]*, easdem suppleverat, qua nostro aevo G. Kurth auctorem primigenium eas neglegentem minus instructum esse censuerat, sed nunc inter omnes constat interpolationes ad illos auctores redire, praeter quos interpolatorem etiam Stephano usum esse L. Van der Essen*[2] *diligens horum fontium perscrutator mihi quidem non persuasit. Magnam huius textus partem codici B* 7, *olim S. Laurentii Leodicensis, saec. XII. librarius alter intulit, totumque librum eiusdem monasterii codex exhibet, ad quem iam transeo.*

B 10) *Codex* ***Bruxellensis*** *n.* 9368 *(iam Catalogi n.* 3225*), saec. XV, olim 'liber monasterii sancti Laurentii prope Leodium', ibique signatus* $\frac{L\ L}{3-10}$, *legendarium menses Augustum et Septembrem continens, hac praescriptione hominibus simplicibus f.* 149. *fucum facit:* Prologus in vita et passione beati Lamberti pontificis et martyris, quam composuit Godescalcus, ex quo omnes posteri fundamentum sumpserunt (*inc.:* Si pagani per figmenta seva). *Passio in decem capita divisa neque in XI, ut apud Chapeavillum, et a miraculis distincta est* (*subscr.:* Explicit passio sancti Lamberti martyris). *Haec quidem a c.* 20. *incipiunt:* Incipiunt miracula de eodem. Post hec in prefata villa Leodio, *novaque distinctio post c.* 23. *facta est* (*des.:* per omnia secula seculorum. Amen, *subscr.:* Explicit de miraculis sancti Lamberti), *nam c.* 24. *haec praescripta sunt:* Incipit de vindicta interfectorum eius (*inc.:* Postea anni circulo expleto). *Textus fol.* 162. *ad ultima c.* 24. *verba pervenit:* exultat in secula sanctis, *totusque finis desideratur, quem Chapeavillus ex altero quo usus est codice, scilicet S. Landiberti Leodicensis, deprompsisse videtur. In eo quem habemus libro post c.* 24. *epilogus Sigeberti Gemblacensis (c.* 28*) legitur, ad falsum vitae auctorem et ad martyrii causam tempusque spectans, scilicet hic:* (V)itam sancti Lamberti, prout hic habetur, primus iussu Agilfridi epi-

1) *Balau l. l. p.* 39 *sqq.* 2) *Cf. Van der Essen, 'Étude critique et littéraire sur les Vitae des saints Mérovingiens de l'ancienne Belgique', Lovanii* 1907, *p.* 33 *sqq.*

scopi scripsit Godescalcus diaconus — *fol.* 162′. usque ad Pippinum tercium, *de quo infra pluribus verbis disserendum est.*

Codicem ipse examinavi.

Sermonem rusticum etiam auctor r e c e n s i o n i s *C, vir mediocris ingenii, cuius operis codices ad saeculum X/XI. redeunt, expolire conatus est, similique modo atque auctor B etiam hic pro primo Landiberti biographo habitus est, levibus argumentis allatis. Uterque quidem idem consilium exsecutus, sermone emendato textum a fabulis posterioribus immunem servavit, neque vero alter alterius librum legerat, ita ut diverso dicendi genere rusticitati auctoris A medela bis adhibita sit. Cum autem iam in prologo recensio C magis quam A a Vita Eligii, quam biographus expilaverat, discrepet hocce modo:* Si paganorum saeva et nefanda figmenta prolixa quondam narratione falsidicis commendabantur codicibus, ut eorum vana discurreret[a] gloria, cur nos christiani salutiferi taceamus miracula Christi, cum possimus vera de ipsius sanctis[b] instrumenta depromere aedificationis? Ergo pavitantes aut profutura reticere de sanctis vel eorum laudes imperitiae sermonis committere, Deo auctore et eorum prece suffragante, quantum didicimus a veracibus, in lucem proferimus, *fieri non potest, ut huic auctori superiorem aetatem attribuamus, etsi et ipse Theodoini testis aequalis nomen (c. 5) servasse neque* nobis *delesse videtur. Vita ipsa ita incipit:* Igitur sanctus Lantbertus oppido Treiectense fuit oriundus parentibus secundum saeculi dignitatem locupletibus. *Sicut B codicem classis 2 retractavit, ita auctori C liber classis 1 praesto erat, nam locum c. 16, qui in his tantum libris legitur, in 2 autem praetermissus est, idem exhibet, ita scribens:* Interea igitur, cognita nece nepotum et domum in qua manebat hostibus circumseptam, ingemiscens graviter et suspirans ait: 'Recipite quod meruistis; confido autem in Domino, quoniam non iudicat[c] bis de vobis in id ipsum'. Ammonuit autem et ministros servitoresque suos verbis quibus prius nepotes, dicens: 'Audite dilectissimi ultimam parvitatis meae sententiam et gratanter percipite verba oris mei. Si me vicaria dilectione amatis, divina iussa implere contendite, Iesu peccata vestra confitemini, et si veraciter amatores mei fuistis, Christum sicut et ego diligite. Nam me oportet dissolvi et esse cum Christo'. *Initio 'necem' ad 'nepotes' male rettulit, cum de insidiis mortiferis agatur, quae 'pontifici' ipsi parabantur. Exemplar simile codicibus nostris 1a. b habuerat, quod inprimis cum codice 1a conveniebat, sicut ex hac lectione intellegenda est:*

c. 21. luminaria] in memoria 1*a. a*¹*;* ad memoriam *C.*

Sermonem auctor C in c. 25. ita expolivit, ut pro elocutione vetustiore: ut sine aliquo contamine corpusculom suom ad Leodeo remearent *simpliciorem medii aevi poneret:* ut sine dilatione corpus ipsius Leodio reveherent, *visionem vero, quae 'cuidam' apparuerat, oscitanter ipsi Hugoberto ibidem attribuit. Neque linguae latinae satis peritus erat, officiumque quod susceperat facultates ipsius valde superavit, ita ut participia saepe minus recte adhibuerit multaque menda commiserit. In universum quidem brevitati studebat, sed in c. 16. locum Scripturae sanctae supplevit et descriptionem sepulturae (c. 18) et translationis (c. 25) multis verbis ornavit corpusque martyris translati non solum integrum fuisse asseruit, sed etiam ex vulneribus finxit recentem cruorem stillasse. Ut solum pectinem martyris servatum (c. 20) illustraret, 'omnia quae pontificali adfuissent servituti' gladio et rapina a persecutoribus vastata esse contendit. Itaque F. Scheibelberger*[1] *huic recensioni summas laudes tribuens, quam ipsum vitae archetypum esse fere*

a) *ita C* 2; discurret *C* 1. 3. b) ad *add. C* 2. c) vindicat *C* 1. 2.

1) *F. Scheibelberger, 'Die älteste vita s. Lantperti und ein Beitrag zum Legendencyclus von Dante's divina comedia' ('Oesterreichische Vierteljahrsschrift für katholische Theologie', Vindobonae* 1871, *X, p.* 221 *sqq.).*

credi voluit, toto caelo fallitur, mihique potius tali auctori qualis est ulla auctoritas aut fides abroganda videtur esse.

C 1) *Codex Monacensis n.* 18546. 2 *(Teg.* 546. 2*), saec. X/XI, fol.* 44′—55, *praescr. c.* 1*:* Incipit prologus de vita sancti Lantperti episcopi et martyris, *c.* 2*:* Incipit vita sancti Lantberti episcopi.

Ipse inspexi.

C 2) *Codex Lincensis bibliothecae seminarii n.* $\frac{X\,C\,121}{4555}$, *saec. XI, olim canonicorum regularium coenobii Sebensis, fol.* 1—13, *praescr.:* Incipit libellus de vita et virtutibus beati Lantperti episcopi et martyris. *Vitam 'Missa s. Lantperti episcopi' subsequitur, incipiens:* Origo et consummatio totius bonitatis, Deus, qui cor *et q. s. Textus libri praecedentis ad hunc librum locis nonnullis emendandus est.*

Codicem descripsit F. Scheibelberger l. l., ipse inspexi.

C 2*) *Codex Lincensis bibliothecae lycealis quae dicitur Cc III,* 7, *saec. XIII, post Vitas Martini auctore Sulpicio et Briccii exhibet Landiberti, inc. c.* 1*:* Si paganorum, *c.* 2*:* Igitur b. L. oppido *et q. s.*

Praeterea V. Oudalrici auctore Bernone libro inest[1].

C 3) *Codex Vindobonensis n.* 577 *(olim Hist. eccl. n.* 138*), saec. XI/XII. in monasterio Altahensi scriptus et a.* 1263. *Furstenveldensi dono datus, fol.* 141—148′, *absque praescriptione incipit a verbis:* Si paganorum *et q. s.*

Inspexit Holder-Egger v. c.

C 4) *Codex Monacensis n.* 332, *saec. XII, fol.* 179′—189, *praescr.:* Sancti Lantperti episcopi et martyris, *inc.:* Sanctus igitur Landpertus oppido Traiectensę fuit oriundus *absque prologo.*

Ipse inspexi.

C 5) *Codex Zwettlensis n.* 72, *saec. XIII, iisdem verbis incipit atque praecedens:* S. igitur L. oppido, *desinit:* reddita[2].

C 6) *Codex Monacensis n.* 12642 *(Ranshofen n.* 42*), saec. XIV, fol.* 104′—109′, *incipit a prologo (praescr.:* Incipit prologus in vitam sancti Lamwerti episcopi et martiris), *vitaque*[3] *(praescr.:* Incipit vita sancti Lamwerti episcopi et martiris) *in verbis desinit hisce:* sancti martyris est reddita.

Inspexit W. Levison v. c.

Praeterea posteri brevitati studiosi compendia vitae A conscribenda curaverunt, quae superfluis sublatis res tantum memoria dignas quasi uno conspectu ante oculos ponerent, atque etiam hi auctores ad librum genuinum redierunt unusque secunda alterque priore classe usus est. Recensio D ita incipit: Gloriosus Lambertus pontifex, Apri comitis filius, oppido Traiectensi oriundus fuit, a longa prosapia christianus, *desinitque in verbis c.* 19*:* Asseverabant etiam plurimi se audisse voces deservientium eisdem exequiis psallentium in excelso. *Apri quidem patris nomen ex traditione medii aevi pendet, sed haec verba in D* 1 *in litura scripta sunt auctorque in universum codice classis A* 2 *usus est, id quod ex hoc c.* 6. *loco intellegitur:* relictis omnibus, quae tenebat in manibus, *qui in priore classe totus diversus legitur.*

D 1) *Codex Ebroicinus L.* 37, *antea procul dubio Carnotensus, saec. XIII*[4], *fol.* 43—43′, *praescr.:* Passio beati Lamberti mrıs. L.

Postquam exemplar photographicum primi huius textus folii intercedente A. Lambert bibliothecario Ebroicino accepi, codicem inspexit W. Levison sodalis.

1) *Cf. 'Arch.' X, p.* 612. 2) *Cf. ib. p.* 608. 3) *Cf. 'N. Arch.' XIII, p.* 581. 4) *Cf. ib. IX, p.* 238; *'Catalogue général des mss. des biblioth. publ. de France, Départ.'* (8°) *II, p.* 420.

D 2) *Codex Carnotenus bibliothecae civitatis n.* 190 *(al.* 500 5/*A), saec. XIII/XIV, fol.* 261′—262′ [1].

Alterum breviarium E (*inc.:* Lambertus oppido Traiectense [a] oriundus parentibus locupletibus et praeclaris, iuvenis formosus in omni gente et progenie sua eligancior, benignus in famulos suos, cumque pater eius perpendisset industriam, exultans Deo gratias egit) *interpolationibus omnino vacuum exemplari classis A* 1 *niti inde intellegitur, quod finis c.* 16. *ibi adest, qui in A* 2 *desideratur:* Dixit autem ad suos ministros: 'Si me diligitis, divina iussa implete et Christum sicut ego diligite'. Hiis dictis omnibusque de cubiculo eiectis. *Nomina propria ibi pessime depravata sunt, scilicet* Theodobardus *(pro* Theodoardus*)*, Dando *(pro* Dodo*), qui 'domesticus regis Pippini' dicitur,* Archletus *vel* Arthletus *(pro* Autlaecus*). Testimonium aequalitatis (c.* 5*) librarius servavit:* quorum unus nomine Theodinus multa nobis de vita et virtutibus ipsius narrare consueverat. *Fortuito contigisse videtur, ut textus uno loco cum A* $2a^7$ *conveniat (c.* 15*):* me oportet dissolvi et esse cum Christo. *Posteriore parte praetermissa, vita in his c.* 19. *verbis desinit:* regressus autem longius, parum paulatim insonuit clarius mentisque audiencium pavere coegit. Laus Christo in eternum. Amen.

E 1) *Codex Giessensis bibliothecae universitatis n.* 777, *saec. XIV, 'liber Bibliothecae Academicae publicae Senkenbergianae', quae verba in schedis agglutinatis typis impressa leguntur, fol.* 88—92′, *praescr.:* De s. Lamberto episcopo [2].

Etiam in tertia huius generis Passione F (*inc.* Sanctus Lambertus in civitate Traiectensi nobili prosapia natus (ortus *F* 2. 3), peritissimis viris traditur (traditus *F* 3), litterali imbuendus (imbuens *F* 1) scientia, apud quos, spiritu sancto instruente, tempore brevissimo scientia et etate provectus longe procelluit) *curriculum vitae martyris coartatum est neque traditionis posterioris ratio habita videtur esse. 'Theodoro episcopo' martyr ibi successisse dicitur et successor exauctorati obtrusus appellatur* Farandus latro nequissimus *aut* Faramundus, *itemque nomen alterius duorum fratrum depravatum est* Aricholdus *similiter atque in E. Textus in his verbis desinit:* et in ecclesia sancti Petri sepultum est (e. beati P. sepelitur *F* 3).

F 1) *Codex Vindobonensis n.* 519 *(Hist. eccl.* 108*), saec. XIII, fol.* 31—31′, *praescr.:* Passio sancti Lamberti episcopi et martyris.

F 2) *Codex Romanus bibliothecae Vaticanae inter Palatinos n.* 477, *saec. XV, fol.* 177—177′, *textum in tres lectiones divisum exhibet, praescr.:* De sancto Lamperto episcopo et martire.

F 3) *Codex Romanus bibliothecae Vaticanae inter Palatinos n.* 863, *saec. XIV/XV, fol.* 32—32′, *praescr.:* Lamperti episcopi.

Hos tres codices W. Levison sodalis noster evolvit.

Cum textus genuinus A auctoris primigenii solus nobis integer edendus esset, praetermissa librorum retractatorum colluvie, iam de ratione quae inter utramque codicum A classem intercedat disserendum est, utrum libri 1. 1*a.* a^1. *b anteponendi sint an* 2. $2a^{1.2.3.4}$. *Res autem per biographum Eligii, quem auctor potissimum expilavit, facile decidi potest, nam in libris* 1 *verba singula haud raro ita servata sunt, sicut apud hunc leguntur, cum in libris* 2 *vocabula alia eiusdem sensus aut alieni temere substituta sint:*

c. 8. suspiciebat] 1. 1*a (1b deficit) cum V. Eligii II,* 14*;* aspiciebat 2. $2a^{1.2.3.4}$;

c. 10. cupiebant] 1. 1*a (1b deficit) cum V. Eligii II,* 3*;* optabant 2. $2a^{1.2.3}$; optarent $2a^4$;

ib. tenebat] 1. 1*a (1b deficit);* tenens *V. Eligii II,* 3*;* habebat $2a^{1.2.3.4}$ *(deficit* 2*);*

a) *e corr.* Traiectensis *E* 1.

1) *Anal. Bollandiana VIII, p.* 156. 2) *Cf. 'Arch.' IX, p.* 578.

c. 18. surrecturus] 1. 1*a. b cum V. Eligii II,* 38*;* resurrecturus 2. $2a^{1.2.3.4}$*;*
c. 25. nuperrime] 1*a.* a^1*. b cum V. Eligii II,* 41*;* nuper me *pr. m.* 1*;* nuper 2. $2a^{1.2.3.4}$*;*
ib. praecepit, ut] 1. 1*a. b cum V. Elig.;* praecipiens (prae $2a^2$) ei (*om.* $2a^3$), ut 2. $2a^{1.2.3.4}$*;*
c. 28. in hoc opere] 1. 1*a.* a^1*. b cum V. Eligii II,* 80*;* in hoc tempore 2. $2a^{1.2.3.4}$.

Quin immo alloquia illa (c. 16*), quibus et nepotes et ministros servientesque suos Landibertus firmasse dicitur, illi soli exhibent, iisque contextum rerum carere non posse facile probari potest. Patet quidem partim eadem verba in capite praecedente (c.* 15*) extare, quae idem Landibertus apud nepotes et iuniores suos locutus esse dicitur, sed quamvis uterque locus ad eundem expilatorem redeat, qui sicut in c.* 15. *ita in* 16*:* Iesum peccata vestra confitete *et* et cum Domino vivere *pro verbis V. Eligii II,* 34, Iesum semper suspirate *et* et, si Domino placuerit, esse in requie *scripserit, tamen in c.* 16. *complura ex fonte deprompta sunt, quam in praecedente:*

V. Eligii II, 34.	*V. Landiberti c.* 15.	*V. Landiberti c.* 16.
Ultimam, dilectissimi, par-		Audite, dilectissimi, parvi-
vitatis meae audientes sen-		tatis mei ultimam senten-
tentiam, — — gratifice per-		tiam; gratifice percipite
cipite verba, si me vicaria	Si me vicaria	verba oris mei. Si me vi-
dilectione amatis; divina	dilectione amatis,	caria dilectione amatis, di-
iussa adimplere contendite,		vina iussa implere nunc con-
Iesum semper suspirate — —;		tendite, Iesum peccata vestra
si vere mei amatores estis,		confitete; si veraciter ama-
Christi nomen sicut et ego	Christum	tores mei fuistis, Christum
amate — —; sed et ego cu-	sicut et ego dilegite et Ie-	sicut et ego dilegite. Me
pio dissolvi iam et, si Domi-	sum peccata vestra confitete;	oportet dissolvi et cum Do-
no placuerit, esse in requie.	me oportitur desolvi et cum	mino vivere.
His dictis.	Domino vivere.	His dictis.

Iterata igitur haec alloquia in c. 16. *nullo modo expungi fas est, sed expilator imperitus ipse ea iteravit, cumque locum* Insidiae — Domino vivere *non solum auctor exemplaris* 2. $2a^{1.2.3.4}$, *sed etiam corrector posterior libri* 1 *signis additis deleverit, verba, quae eum subsequuntur:* His dictis *non amplius cohaerent, quae et ipsa ex V. Eligii pendent ibique ad eundem sermonem spectant. Etiam initium loci in altera classe praetermissi:* Insidiae necem cognita pontifici *cum locis Scripturae sacrae qui praecedunt arte coniunctum est, scilicet Deum requisisse sanguinem pontificis et auctorum necis, atque nepotes Landiberti iustam poenam luisse ex insequentibus eo apertius intellegitur. Igitur locum in* 2. $2a^{1.2.3.4}$ *male praetermissum textui recte reddidi.*

Auctor exemplaris 2. $2a^{1.2.3.4}$ *non solum ea quae sibi superflua esse videbantur expunxit, sed etiam haud paucis verbis suppletis textum uberiorem reddidit, addens patroni nomen:*

c. 16. sanctus vir] Landibertus *add.* 2. $2a^{1.2.3.4}$*;*
c. 17. sanctus Dei] Landibertus *add.* 2. $2a^{1.2.3.4}$*;*
ib. beatissimi viri] Landiberti *add.* 2. $2a^{1.2.3.4}$*;*
c. 19. ipsius sancti] ac beatissimi Landiberti *add.* 2. $2a^{1.2.3.4}$,

aliaque honorificentiora:

c. 6. et suggiritis (suggerite 1*a. b; infra* suggerant *vel* suggerunt *omnes*) ei, ut veniat nobiscum] 1. 1*a. b;* et postulate eum h u m i l i t e r, ut veniat ad nos 2. $2a^{1.2.3.4}$*;*
c. 25. cuidam] viro venerabili *add.* 2. $2a^{1.2.3.4}$,

aut ea quae subaudienda erant:

c. 3. iam (supra *add.* 2. $2a^{1.2.3.4}$) dicto antestite;
c. 11. iam (supra *add.* 2. $2a^{1.2.3.4}$) dicti principes;

c. 17. ad civitatem eius] 1. 1*a*. *b*; usque ad sedem pontificalis suae Triiectinse 2. $2a^{1.2.3.4}$.

Idem auctor in c. 6. *oboedientiam patroni abbatis iussu abeuntis ad Regulae Benedicti c.* 5, *quod De oboedientia inscriptum est, eo magis illustravit atque cum hoc fonte* sine mora *scripsit, dum in* 1. 1*a*. *b* nec mora *extat, quod et infra redit et per V. Eligii confirmatur. Etiam menda grammatica nonnulla abhorrebat, quamvis et ipse litterarum rudis esset:*

c. 19. ingredere] intrare 2. $2a^{2.3.4}$; introire $2a^1$.

Pro Cheristalio in c. 26. *Herimalam villam prope Leodium sitam alteram stationem fuisse voluit, ubi agmen Landiberti corpus transferens substitisset, fortasse quia villae illi regiae hunc honorem invidebat. Certe auctor exemplaris* 2 *non solum sermoni studebat, sed etiam gloriae et patroni et dioeceseos Leodicensis consulebat, ita ut et ipsum indigenam fuisse existimem. Si inter utramque classem adhuc disceptandum esset, biographus Hugberti c.* 18. surrecturus *cum* 1. 1*a*. *b neque* resurrecturus *cum altera classe scribens, illis calculum suum adiecit neque his.*

Optimus atque vetustissimus codex 1 *barbariem primigeniam haud raro solus servavit, reliquis textum aut corrigentibus aut depravantibus:*

Prol. quono] 1; quo non 1*a*. a^1. 2; *om.* $2a^3$; conabor *V. Eligii praef.*;

c. 10. partis illius barbarorum] 1; p. illas b. 1*a*; partes illas usu b. 2. $2a^{1.2.3.4}$; totam partis illius barbariem *V. Elig. II*, 3;

c. 25. Cum exciscitatus fuit] 1; Cum exsciscitatus fuisset $1a^1$; cum excitatus (excitatum 1*a*. *b*) fuit (fuisset $2a^{2.3}$) 1*a*. *b*. 2. $2a^{1.2.3}$; Cum comperisset $2a^4$;

c. 28. infra pauca tempore] 1 *(pr. m.)*; infra pauco tempore *V. Eligii (V. Aredii)*; infra pauca tempora 1 *(m. al.)*. 1*a*. a^1. *b*. 2. $2a^{1.2.3.4}$.

Nonnumquam vero vel tam accuratus librarius dormitavit:

c. 10. consummationis et coronam iustitiae spectabat] *rell.*; consummando — — iustitiae coronam cotidie exspectabat restitui *V. Eligii*; consummabat, *om.* et — spectabat 1;

c. 12. psallamus] psalmos 1;

c. 15. sicut et ego] *rell. cum V. Eligii II*, 34; *om̄*. 1;

c. 22. debita] beata 1; debitam *V. Elig. II*, 39.

Codices 1. 1*a*. a^1 *propiore vinculo inter se coniuncti sunt, ex eodem exemplari pendentes, cuius auctor in notis explicandis parum versatus videtur esse:*

c. 6. domnus apostolicus (aplic⁹ 1*b*)] 1*b*. $2a^{2.3.4}$; dom(i)no apostolico 2. $2a^1$; dom̄ adplecatus 1; domnus adplicatus 1*a*; domnus applicatus $1a^1$;

c. 25. Dei (dī) notu] 2; Dei nutu 1*b*. $2a^{1.2.3.4}$ *cum V. Eligii II*, 48; dinuo 1; denuo 1*a*. a^1;

ib. spirit(u)alibus (sp̄italibus)] 1*b*. 2. $2a^{1.2.3.4}$ *cum V. Eligii II*, 48; xp̄italibus (*i. e.* christitalibus) 1. 1*a*. a^1.

In hoc exemplari pro perire *(c.* 19*) et* pene *(c.* 28*) scripta erant* miserere *et* bene *verbaque* pietate atque *(c.* 5*) exciderant.*

Cum vero in 1 *lectiones primigeniae persaepe erui non possint, affinitas ipsius alicuius momenti est atque* 1*a*. a^1 *reliquis praeferendi sunt hoc loco:*

c. 8. existat] 1*a*. a^1 *cum V. Eligii II*, 2; exstat 1; existimat 2. $2a^{1.2.3}$; existimet $2a^4$ *(deficit* 1*b)*.

Exemplar librorum 1*a*. a^1 *fortasse dictando exaratum erat:*

c. 21. luminaria] *rell.*; in memoria 1*a*. a^1,

atque $1a^1$ *in universum gemello suo multo deterior cum eo correcto saepe convenit.*

Cum modo codices 1. 1*a*. a^1 *huc, modo libri* 2 *illuc trahant et in rebus neutris*

haud facile diiudicari possit, utrum ducem sequi oporteat, magno momento ad textum recensendum codex 1b *est, de cuius haud simplici indole iam disserendum est. Liber ille manifesta vestigia necessitudinis suae cum* 1 *intercedentis exhibet, conveniens cum eo et in rectis et in falsis:*

c. 11. surrexerunt] 1. 1*b*; insurrexerunt 1*a*. 2. $2a^{1.2.3.4}$;
c. 16. invictus et firmus] invictus et infirmus, *ras.* in 1. 1*b*;
c. 17. ingressi sunt in domo] 1. 1*b*; ingressi sunt domum 1*a*. 2. $2a^{1.2.3.4}$;
c. 18. procerum] 1 *(? pr. m).* 1*b*; pro certo 1*a*. a^1; proceres 2. $2a^{1.2.3.4}$;
ib. ducunt] *rell. cum V. Eligii II,* 36; dicunt *pr. m.* 1. 1*b*;
c. 19. silebant] psilebant *pr. m.* 1; psallebant 1*b*.

Alibi autem ab affinitate sua ita discrepat, ut alia praetermiserit atque illi:

c. 6. de quibus unus] 2. $2a^{1.2.3.4}$; de quibus *om.* 1*b*; unus *om.* 1. 1*a*. a^1,

et certe ad aliud archetypum redit, ita ut menda communia 1. 1*a*. a^1 *per ipsum cum classe* 2 *convenientem tollenda sint. Sane ex hoc fonte lectiones egregias iam deprompsimus atque in utrisque libris verba c.* 8. domnus apostolicus *(*apłicus 1*b) recte collocata sunt, neque* apostolicus domnus, *sicut in* 1. 1*a*, *sed* 1*b addit* Lanbertus *idemque nomen c.* 16. *cum classe* 2 *post* sanctus vir *supplevit. Eodem textus emendandi studio commoti utrique librarii nonnumquam ad easdem coniecturas pervenire poterant, qua mente lectiones* 1b *fortasse percipiendae sunt congruentes cum singulis libris* 2 *et inprimis cum* $2a^2$:

c. 6. raro] rora 1*b*; rore $2a^2$;
c. 15. opus suum] opus tuum 1*b cum* $2a^2$;
ib. invindicata] invindicta 1*b (in litura) cum* $2a^2$ *et omnes supra;*
c. 17. cubile] cubiculi 1*b cum* $2a^2$;
c. 28. per aeterna saecula] in saecula saeculorum 1*b cum* $2a^2$.

In universum vero dictioni hispidae diverso modo utrique librarii succurrerunt, sicut asyndeton altera pars per copulam, altera per participium sustulerunt:

c. 6. intravit, dixit] i. et d. 1*a*. *b*; intravit, dicens 2. $2a^{1.2.3.4}$,

neque necessitudinem ullam inter utramque intercedere mihi quidem persuasum est.

Attamen etiam exemplar, ex quo codices 1. 1*a*. a^1. *b pendent, non omnibus numeris perfectum erat, ita ut altera classe carere minime possimus:*

c. 10. velud(t)] 2. $2a^{1.2.3.4}$ *cum V. Eligii II,* 3; illud (illum 1*a*. a^1) quasi 1. 1*a* *(*1*b deficit);*
c. 25. urbem quatiebat] 2. $2a^{1.2.3.4}$ *cum V. Eligii II,* 38; *(*urbem *om.)* q. 1. 1*a*. a^1. *b*,

et sane post codicem 1 *et aetate et fide proximum locum obtinet* 2, *qui cum illo solus pleniorem praescriptionem exhibens splendida lectione excellit hac:*

domnus apostolicus] *recte* 2 *(cf. c.* 8. 13*)*; d. preciosus 1.

Sane hic liber vocabula singula, immo tota enuntiata omisit, solusque mendis inquinatus est huiusmodi:

c. 7 regionis] generationes 2,

sed barbariem genuinam in universum accurate servavit. Etiam $2a^1$ *initio quidem interpolatus cum* 1 *aut* 2 *aut cum utroque ablativos minus correctos pro accusativis, genera permutata aliaque talia tradidit aut recta aut falsa:*

c. 6. ad ore] 1. 2. $2a^1$ *(*ad *pr. m. superscr.)*; ex ore 1*b*; (h)ore 1*a*. a^1. $2a^{2.3.4}$;
c. 26. basilicae — sunt aedificate] basilicam — s. aed. 2. $2a^1$,

et libris 2. $2a^1$ *oppositi sunt* $2a^{2.3.4}$:

c. 8. dedicebat] 1 *(pr. m.).* 2; discebat 1*a*. a^1; didicerat 1 *(m. al.).* $2a^1$ *cum V. Eligii; (*vivere *add.* $2a^4$*)* videbat $2a^{2.3.4}$;
c. 9. sedilae proprio] 1; sedile proprium 1*a*; sedilem proprium 2. $2a^1$ *(pr. m.)*; sed ille proprium *(*proprio $2a^4$*)* $2a^{2.3.4}$.

Interim codex $2a^1$ *etiam cum* $2a^2$ *vinculo quodam conexus est:*

c. 10. Texandria] Alexandria $2a^{1.2}$;

c. 18. portum] portam $2a^{1.2}$,

solusque cum $2a^4$ *veram lectionem h. l. servavit:*

c. 25. revelatum] $2a^{1.4}$ *cum V. Eligii II,* 48: relatum *rell.*

Codices $2a^{3.4}$ *ex eodem exemplari pendentes, quod epilogo instructum erat, eadem verba aut mutilant aut omittunt:*

c. 8. oratio] *rell. cum V. Eligii II,* 2: ora $2a^{3.4}$;

c. 10. semper] *rell. cum V. Eligii I,* 9: *om.* $2a^{3.4}$,

magisque interpolati sunt quam 2. $2a^{1.2}$:

c. 18. contremuit universa regio] et in pavore conversa est *add.* 2. $2a^{1.2}$; et in pavore universus populus conversus est *add.* $2a^{3.4}$;

c. 20. Post modicum] tempus *add.* $2a^{3.4}$.

Codex $2a^4$ *nonnumquam cum textu* $2a^3$ *correcto convenit neque vero ex hoc libro pendet, quo gravius depravatus est, veluti c.* 24. procurator *exhibet pro* iudex, *c.* 25. *locum interpolat.*

Ad prologum recensendum, quo libri 1b. $2a^{1.2.4}$ *carent, codicem* $2b^1$ *adhibui, cuius reliquus textus adeo interpolatus est, ut hac mole apparatum nostrum onerare nollem.*

Epilogum (c. 29) praeter codices $2a^{3.4}$ *etiam recensionis B classis recentior, scilicet libri B* 9*a. b. c. d exhibent. Hunc textum ope vetusti codicis* $2a^3$ *in pristinum fere statum redigere mihi licuit verbaque nonnulla (e. gr.* muti, culpa*) in hoc solo leguntur ex V. Eligii deprompta. Neque vero libri B* 9*a. b. c. d omnino spernendi erant atque vel declinatio barbara* silencie *pro* silentii *in uno eorum (B* 9*a) deprehenditur, quam paulo supra* $2a^3$ (silentiae) *exhibet. Hi libri ex alio exemplari atque* $2a^{3.4}$ *pendent:*

c. 29. sarcinam] *B* 9*a. b. c. d cum V. Eligii;* assertione $2a^3$; assertionem $2a^4$,

etsi lectio similis $2a^3$ *in eis occurrit:*

c. 29. occulerem] $2a^4$ *cum V. Eligii;* deducerem *B* 9*a. b. c. d:* deducere $2a^3$.

Utrosque igitur $2a^4$ *uno loco superat, sed extrema capitis pars ibi praetermissa est.*

Auctor V. Landiberti sermonis latini multo minus peritus biographo Eligii, cuius opus expilavit, etsi illum raro emendavit:

c. 28. voluerimus] *V. Landiberti;* conaverimus *V. Eligii II,* 80,

tamen saepius exemplar suum depravavit, quod non semper intellegere poterat, itaque 'excubare' pro 'scopare' accepit (c. 22, p. 375, *n.* 1) *textumque immutans menda commisit haud levia:*

V. Eligii II, 3.	*V. Landiberti c.* 10.
imitatores eius fieri cupiebant.	ut ipsum imitare cupiebant.

Cum ipsius barbariei qualitas tum vocabula nonnulla, sicuti ambulare *(Gall. 'aller') c.* 6, mansio *(Gall. 'maison') c.* 20, *praepositio* ad *pro dativo (saepe),* fuimus visitare *pro* visitavimus *(c.* 24*) ad auctorem nationis romanae spectare videntur. Auctor etiam accusativum haud raro pro dativo adhibuit et vice versa*

c. 6. sibi ad calefaciendum.

Scripsit qui *pro* quis, quem *pro* quae:

c. 22. miracula — quem *(pr. m.* 1*);*

c. 24. operas — quem.

Tertiam declinationem exemplo secundae formavit:

sing. gen. c. 18. patri *(*2. $2a^{1.3}$*); c.* 6. 11. 16. pontefeci *aut* pontifici;

acc. c. 26. pauperum *(*2*),*

plur. nom. c. 4. op(b)timati *(*1*a.* 2*); c.* 23. seni et parvoli; *ib.* fideli et devoti;

gen. c. 13. sodaliorum;

dat. abl. c. 2. locupletis; *c.* 13. sepis; *c.* 15. in voluminis 1. 1*a*, *aut primae:* luminaria *nom. sing. c.* 20.

Masculina aut neutra pro femininis accepit:
c. 6. consueta ordine *(*1. 2*)*,
ib. nimia frigore,
c. 10. errore illa,
ib. odorem suavissima 1, odore suavissima $2a^1$,

et feminina aut neutra pro masculinis:
c. 2. decoratum prolem,
c. 18. per oppidos,
c. 23. mixtus vulgus.

Scripsit, si primae manui libri 1 *fides habenda est, c.* 24. climento *(pro clementer)*, miserissimis *(pro miserrimis). In coniugatione monstruosas formas procreavit, quales sunt:*
c. 8. dedicebat *(*1. 2; didicerat *V. Eligii); c.* 11. collexit; *c.* 12. fundidit *(*1. 2. $2a^1$*)*.

Activa pro deponentibus accepit:
c. 26. est receptus *(= recepit)*,
ib. allatus est *(= attulit)*,
c. 28. recepti *(= recipientes)*,

et vice versa:
c. 13. nonnulli sequentes *(= secuti)* erant de ipso exercito.

Participia pro verbis finitis usus est:
c. 6. Et ubi introveniens,

atque enuntiata quae construxit nonnulla nihil continent nisi participia et ablativos absolutos:
c. 14. Sed, hoc audito nuntio, vellocissime surgens, tunc s. i. L., discalciatis pedibus, — continuo adprehenso gladio in m. suis, ut — accederet;
c. 19. Cuius angeli Dei custodientes monumento, d. ac n. psallentes, in ipsa basilica — resonantes.

Formae barbarae in codicibus nullis saepius deprehenduntur quam in vetustissimis 1 *et* 2, *quibus nonnumquam* 1a *aut* $2a^1$ *assistit, atque iidem libri etiam rationem scribendi fere eandem confirmant:*

ae *pro* i: Rei et noxiae *(*1*) c.* 15;
e *pro* a: conpellens *c.* 20 *(cf. V. Boniti c.* 14, *supra p.* 127, 2*)*;
vociferebat *(*1a. 2*) c.* 26;
e *pro* i: *nom.* que *(*1. 2*) c.* 6; *(*1*) c.* 14. 17. 24;
gen. principes *(*1. 2*) c.* 11;
dat. sing. lectione *c.* 3;
dat. plur. (pro acc.) excubies *c.* 18;
se *(pro* si*) prol. (*1. 1*a*. 2, *alias* 1 *solus)*;
i *pro* e: *nom. sing.* illi *(*1*) c.* 20. 24;
ipsi *(*1. 2*) c.* 6. 10;
adv. iniqui *(ita* 1; inique 1*a*. *b*; iniuste 2. $2a^{1.2.3.4}$*) c.* 15; impii *(*1*) c.* 24;
Treiectinse *(*1. 1*a* 2*) c.* 4;
i *pro* a: silentium *(= psallentium) c.* 27;
i *elisa:* deforma *(= deformia) (*1. 2*) c.* 9;
ferens *(= feriens) (*1. 2*) c.* 6. 17;
n *elisa:* subiuxit *(= subiunxit) c.* 20;
n *inserta:* formonsus *(pr. m.* 2*) c.* 2;
formonsa *(*1. 2*) c.* 4 *(cf. Isid. Orig. I,* 26, 9: Formosus sine n scribitur*)*;

t *pro* d: enotare *c.* 24. 28 *(*enodare *V. Elig.);*
nitoribus (1) *c.* 10*;*
u *pro* o: prumtus (1. 2) *c.* 9*;*
v *pro* b: *fut.* manducavit *c.* 15*;* cessavit (1. 1*a*) *c.* 24*;*
x *pro* s: iuxte *(ita* 1*;* iuste *rell.) c.* 15*;*
auxi *(*1 *pro ausi) c.* 19*;*
y *pro* e: monastyrii (1) *c.* 6. *et alibi;*
geminatio omissa: inefabilis (1. 1*b*. 2) *c.* 19;
soliciti (1) *c.* 24*;*
apellans (1. 2) *c.* 12*;*
areptisque (1) *c.* 6. 15*;* areptoque (1) *c.* 16.

Nomen martyris librarius 1 Landibertus *constanter scripsit,* 2 *autem* Landebertus, *sed in c.* 5. *hic quoque illius formam approbat, dum in chartis* Landobercthus[1] *aut* Landobertus[2] *occurrit. In universum ad codicem* 1 *ut optimum eundem vetustissimum scribendi rationem formare fas erat, ad quem etiam* studiant, taciamus, vidiamur, *alia admisi. Attamen ea quae cum in aliis libris tum in* 2 *approbanda erant minime neglexi atque ex libro* 2a¹ *solo formam* Cugubertus *c.* 25. *in textum restitui, dum in reliquis nomen per* H *scribitur* (Hugubertus, Hugobertus, Hugibertus, Hugbertus, Hubertus).

Codicem praestantissimum 1 *primo a G. Waitz b. m. collatum ipse denuo totum ad litteram comparavi et praeterea* 1*b.* 2*a*$^{1.4}$ *a me,* 2. 2*a*³ *ab Holder-Egger v. c.,* 1*a.* 2*a*² *a W. Levison sodali collati sunt. Is etiam* 1*a.* 2*a*⁴ *Romaeque constitutus duas paginas libri* 2 *iterum percurrit, codicis vero* 2*a*³ *capita* 20—23. *praetermissa F. Schneider vir doctissimus nobis petentibus postea contulit. Prologum (c.* 1*) cum* 2*b*¹ *et epilogum (c.* 29*) cum B* 9*c ipse comparavi, hunc cum B* 9*a. b. d W. Levison. Denique e codicibus, quos supra enumerans nomen nullum citavi, Britannici a W. Levison, Gallicani vero a memet ipso examinati sunt.*

Propter homicidium Dodo domesticus Landibertum interficiendum curaverat, quod amici episcopi in Gallum et Rivaldum procul dubio ministros regios iniuriae causa perpetraverant illatae eidem episcopo et servientibus ecclesiae eius, scilicet Traiectensis, atque Dodonem biographus vetustus consanguineum virorum occisorum fuisse enarravit, ita ut de ultione sanguinis cognati cogitari posset, nisi mirabile esset, si ultio ab episcopo omnino innocenti petita esset, cumque 'magnam copiam virorum fortissimorum ad proeliandum' a Dodone contra Landibertum collectam esse legamus, fere de rebellione agi videtur a Dodone domestico iussu Pippini principis opprimenda. Etiam episcopus Lugdunensis hostili animo in ducem Burgundionum, Pippini filium, tunc inflammatus erat[3]*. Certe Landibertus pro fide christiana mortem minime occubuit, sed ex causis admodum profanis periit, licet iam vetustus ipsius biographus (c.* 18*) eum 'martyrium' consummasse contenderit.*

Aliam eamque plane honestam mortis eius causam primus Ado *auctor dubiae fidei*[4] *medio saeculo IX. his verbis memoriae tradidit*[5]*:* XV. Kl. Oct. Tungrensi dioecesi in Leodio villa publica natale sancti Lamberti episcopi. Qui dum regiam domum zelo religionis aecensus increpasset, cum rediens orationi incumberet, ab iniquissimis viris de palatio regio missis improvise conclusus, intra domum ecclesiae occiditur. Cuius sepulchrum creberrimis miraculis illustratur, ac mors eius nihilominus pretiosa in conspectu Domini[6] commendatur. *Verba ad carnifices spectantia*

1) *A.* 677. *inter metropolitanos enumeratur diversus a Traiectensi (Senonensis); cf. K. Pertz, Dipl. I, p.* 44. 2) *Est noster; cf. supra p.* 307, 9. 3) *V. Boniti c.* 19. 4) *H. Quentin, 'Les Martyrologes historiques du moyen âge', Parisiis* 1908, *p.* 649 *sqq.* 5) *Ib. p.* 581. 6) *Cf. Psalm.* 115, 15.

cum rediens — conclusus *a codice Sangallensi n.* 454. *absunt, quibus carere possumus, licet ea interpolata esse vix credam. Ado igitur a censura episcopi disciplinam ecclesiasticam in domum regiam exercentis, quo nomine familiam Pippini II. ducis significari non licuit nisi per prolepsim, mortis causam repetivit, homicidio amicorum eius omnino suppresso, iterque Landiberti ad palatium regium factum finxit, ut erat auctor satis amplae animi conscientiae. Hac fabula inventa, Landibertus choro sanctorum virorum additus est, qui domum regiam, scilicet dissolutos regum Francorum mores, aut increpuerant aut increpuisse dicuntur, scilicet Desiderii episcopi Viennensis*[1], *Columbani*[2], *aliorum. Quid de talis testimonii auctoritate existimandum sit, optimus Valesius*[3] *his verbis iudicavit: 'neque video, qua ratione scire potuerit, quae per annos* 180 *cunctos latuerant nec a quoquam prodita erant', quae sententia plus quam duobus saeculis post G. Kurth*[4] *non impedivit, quominus eundem Adonem biographo A anteponeret.* *Regino*[5] *Adonem expilans pro* iniquissimis viris *distinctius scripsit:* iniquissimo Dodone et aliis viris. *Idem vero magnae temporum perturbationis auctor eo factus est, quod aetate synodi Aquileiensis Landibertum claruisse contendit, quintum universale concilium suscipere diffidentis. Verba enim quae addidit, hanc synodum temporibus Vigilii papae factam esse, ea ad concilium quintum universale spectant, a.* 553. *Constantinopoli celebratum, a posteris vero veluti ab Anselmo ad Aquileiense relata sunt, ita ut martyr noster toto saeculo promoveretur, omniaque quae Regino memoriae prodidit ex Pauli Hist. Langobardorum VI,* 14, *expilavit, qui ipse Bedae Chronicis usus est*[6], *neque vero Sergii papae (a.* 687—701*) nomen attulit, quo omnis error exclusus esset.*

Poeta quidam res gestas martyris in 45. *capita divisas versibus heroicis iussu Stephani pontificis Leodicensis (a.* 901—920*)*[7] *celebravit, hunc ita in fine allocutus:*

Pontifici Stephano sit laus et gloria sacro,
Cuius praecepto dicta haec sunt fulgida metro,

neque vero nomen suum posteris tradidit; Hucbaldum eum fuisse celeberrimum monachum S. Amandi unus contendit[8], *alter negavit*[9], *argumenta sua postea allaturus, quae morte praematura ereptus non attulit. Quicumque carmen composuit, poeta Adonis filum deducens, opprobria 'regiae domui' a Landiberto facta apertius distinxit, de principe Pippino mox 'ad regem' (v.* 333*) transiens, qui pelicem duxisset coniuge viva eamque 'pravi Dodonis' sororem, qua necessitudine infestus huius viri animus in martyrem eo vehementius instigari posset, atque 'trito multis sermone' (v.* 330*) se usum esse contendit. Dodonem fortasse titulo domestici commotus 'domui Pippini principis' attribuit, illeque apud eum duplici odio exagitabatur et nece fratrum, non 'consanguineorum' aut 'proximorum', qui in Vita vetustiore leguntur, et opprobrio sororis, ut episcopum interficeret. Poeta eo plura addere poterat, iterum ad famam provocans (v.* 376*):*

Hinc est fama volans tensis sublimiter alis,

1) *SS. rer. Merov. III, p.* 635. 2) *Ionas, V. Columbani I,* 18 *(p.* 187, 5*).* 3) *Valesius, Res Francicae (*1658*) III, p.* 378. 4) *G. Kurth, 'Étude critique sur saint Lambert et son premier biographe' l. l. p.* 80 *sq.* 5) *SS. I, p.* 552*; ed. Kurze, SS. rer. Germ.,* 1890, *p.* 34. 6) *Auct. Antiq. XIII, p.* 317. *Beda locum e Libro Pontificali LXXXVI, V. Sergii I, deprompsit (ed. Mommsen p.* 215*). De haeresi Aquileiensium v. editionem Ionae p.* 18. 7) *Cf. E. Dümmler, 'N. Archiv' IV, p.* 554 *sqq.* 8) *J. Demarteau, 'Saint Lambert. Vie en vers par Hucbald de Saint-Amand et documents du Xme siècle' ('Bulletin de l'institut archéologique Liégois', Leodii* 1877, *XIII, p.* 383 — 520*). Idem quam de poeta emiserat coniecturam ab adversario defendit in annalibus qui inscribuntur 'Leodium. Chronique mensuelle de la société d'art et d'histoire du diocèse de Liége', Leodii* 1902, *tom. I, p.* 65 *sqq.* 9) *Novissimus editor P. de Winterfeld, MG. Poetae IV, p.* 141.

scilicet Landibertum paenitentiam septem annorum subiisse, cum arma ad resistendum adversariis sumpsisset, eamque poenam eo a martyre solutam esse voluit, quod illo intervallo idem se nulli revelasset (v. 463). 'Ecclesiae sacrae' (v. 466) clavigerum, i. e. custodem, quo nomine Amalgislum thesaurarium (c. 24) intellexit, a Landiberto ad Dodonem missum esse enarravit ei nuntiantem rationem necis reddendam esse. Denique aerem obscuratum esse finxit (v. 399), cum caedes patrata esset. Nomen Landiberti ita interpretatus est, quasi linguae barbaricae vocabulum Latinis 'patriae defensor' (v. 60) esset, licet -bertus *potius 'clarus' significet. Exemplar vitae primigeniae quod poetae praesto erat non ad libros* 1. 1*a.* a^1 *pertinebat (v.* 362. valvas muniminis intrant, Disruptis claustris, *haec om.* 1. 1*a.* a^1, *c.* 13 *ex.), sed alterius classis fuisse videtur (v.* 311. Rioldus = 2. $2a^{1.3}$, *c.* 11*). Defensor patriae Landibertus etiam in Hymno subsequenti (p.* 157*) appellatus est. Versus qui hunc excipiunt 'in laude beati Landberti' compositi a planetarum allegoria incipiunt et celebrato patrono in laudes Legiae urbis desinunt.*

Stephanus episcopus Leodicensis (a. 901—920) affinis Caroli Simplicis[1] *regis Francorum, in schola palatii Caroli Calvi Mettis a puero educatus, sodalis Radbodi*[2]*, moderante Mannone philosopho, deinde canonicus eiusdem ecclesiae, 'vir litterarum et quantum ad canonicos religioni' studiosus*[3]*, cui Hucbaldus V. Rictrudis dicavit*[4]*, cum Vitam Landiberti vetustiorem ob impolitum sermonem nonnullis litterarum peritis festum patroni Leodicensis secum celebrantibus ludibrio esse aegre ferret, eam 'stilo praepollentioris ingenii' in urbaniorem formam redegit*[5] *(inc.:* Igitur gloriosus martyr L. et aeterno regi sacerdos dilectissimus*) opusculumque in novem lectiones digestum Herimanno archipraesuli Coloniensi (a.* 890—924*) emendandum tradidit. Erat a 'fratribus nostris' rogatus, ut barbariei infamiam amoveret, ordinem autem rerum biographi vetusti non immutarit, respuens ea quae de origine caedis aliisque rebus nuper inventa erant, et ne ea quidem quae decessor tradiderat omnia admisit, supprimens nomina, veluti Theodoini aut Baldovei, 'paucosque comites' numero non distincto Landiberto Stabulaum secedenti attribuens, atque ultra sepulturam non perrexit, miracula translationemque (A c. 20 sqq.) omnino praetermittens. Ut ea quae de pelice Pippini, matre Karoli Martelli, enarrata erant affini domus Carolingicae odiosa esse poterant, ita certe de auctore agitur res minus curante quam formam. Orationibus dialogisque nimis valde studebat, quibus excogitatis totam narrationem amplificavit, cumque quae verba legati a Pippino Stabulaum missi ad Landibertum revocandum locuti essent una cum huius responsis ei comperta essent, immo sermo Landiberti in Taxandria apud paganos habitus, ipsum ea ignorasse miramur, quae martyr priusquam occideretur 'in modum crucis' humi prostratus dixisset (L. 9):* Verum, *inquit,* quid eius infelix anima tunc Deo fuerit locuta, quae mortalis valet prodere lingua? *Res sane perparvi momenti vetusto biographo addidit, scilicet patronum suum 'unda sacri baptismatis purificatum' esse (L. 1), neque vero in iis gloriam famamque eiusdem neglexit, enarrans 'tanti sacerdotis paruisse iussionibus' et Childericum regem et exercitum (L. 4), 'eo ignorante' homicidium a clientibus et cognatis eius patratum esse (L. 9), martyri sepeliendo immensum odorem*[6] *caelestem affuisse 'vincentem omnia aromata suavitatis fraglantia'. Pippinum distincte pro 'rege' habuit, verbis biographi vetustioris seductus, eumque 'monarchiam regni et principatum populi' tenuisse voluit (L. 8) neque patronum suum a comitibus excitatum esse passus est, cuneo hostili appropinquante (L. 9).*

1) *Charta Caroli Simplicis a.* 915. *data, Chapeavilli Gesta pont. Tungr., Trai. et Leod. I, p.* 169. 2) *V. Radbodi episcopi Traiectensis, SS. XV, p.* 569. 3) *Folcuini Gesta abb. Lobiensium, SS. IV, p.* 62. 4) *V. supra p.* 93. 5) *Sigeberti Liber de scriptoribus ecclesiasticis c.* 125 *(Migne, Patr. lat. CLX, col.* 573*).* 6) *Odoris illius biographus vetustior (c.* 25*) meminit translationem enarrans, quam Stephanus praetermisit.*

Stephanus igitur potius rhetorem quam historicum se gessit atque eius pluris inter-erat cultui ecclesiastico consulere. Disciplinis scholasticis admodum imbutus ususque sermone tumido eoque saepe obscuro rhythmicum ordinem passim sequitur [1] *atque quae dedit eruditionis specimina ab elegantia adeo differunt, ut sermo eius perparvi aestimetur* [2] *et ad optimos codices recensitus fortasse eo minoris aestimandus sit. Si Vita vetustissima 'haudquaquam cato eloquio' ei edita esse videbatur, ipse stilo altiore usus 'cothurnus' pro 'scandalibus' (L. 6), 'cortem', i. e. cohortem, curtem, pro domo episcopali (L. 9) scripsit vel graeci sermonis vocabula nonnulla ostentavit, ut 'anguis syllogismicus' in prooemio, 'ayus' L. 2 (ἅγιος), 'medicabili caumate' L. 7 (καῦμα). Amicus Musarum textui versus frequenter interposuit et non solum 'Carmen de sancto Landberto', quod eo ipso iubente compositum esse dixi, sed etiam Carmina de sanctis Cassiano et Quintino expilavit et fortasse de S. Benedicta, monentibus P. de Winterfeld* [3] *et A. Poncelet* [4], *cum aliorum versuum origo nondum detecta sit. Nomina propria* Rioldus, Audolecus *ita scripsit, sicut in libris* 2 *V. Landiberti A leguntur, eaque quae his deest maxima c.* 16. *pars etiam exemplari quod ei praesto erat defuisse videtur.*

Etiam 'propria officiorum modulatio' a viris litteratis festum Landiberti cum Stephano agentibus desiderabatur, auctorque musicae artis peritus et officio ecclesiastico intentus cum alia cantica dulci modulamine composuit, tum ecclesiae Leodicensi honorique patroni sui succurrit. Antiphonas igitur et responsoria Vitae Landiberti subnexuit, 'in quibus ordini lectionum series respondet tonorum', atque dulcissima eius melodia, canticum scilicet nocturnum sive matutinale officii martyris, die eius festo saecula plurima cantabatur [5]. *Res gestas Landiberti partim ex vita a se conscripta, partim ex Carmine de Landiberto iteravit, iterum fabulam nuper inventam non attingens. Alteram Vitam Lupi Trecensis locos similes* [6] *exhibentem potius e Stephano pendere quam vice versa monuit A. Poncelet* [7].

1) *Codex* ***Bruxellensis*** *n.* 3236, *antea n.* 14650—59, *saec. X, erat olim (fol.* 1*)* Liber Cornelii Duyn Aemstelredamensis Hagae Comitis Hollandiae anno *(bis scr.)* Domini 1607 *(aut* 1608*) et Musei Bollandiani, ibique signatus P. Ms.* 16, *eique post Vitam et Miracula Remacli* [8] *scripta de Landiberto* [9] *insunt cum alia tum Stephani:*

fol. 18—18′. Versus in laude beati Lantberti, *scilicet iidem de quibus supra egi (ed. MG. Poetae IV, p.* 157*).*

fol. 19—36′. *Vita et Passio Landiberti auctore Stephano una cum epistula, quae manu alia, sed omnino aequali exarata est, manuque saec. XII. fabula nova de causa interitus martyris commemorato Reginone auctore addita est in schedula post fol.* 34. *interposita:* Verum hac narratione finita — in Leodio vico occiditur.

fol. 37—39. Unde supra. Antiphonae et responsoria, *scilicet eadem, de quibus modo disserui, Vitam excipiunt, sicut ei subnexa erant ab auctore.*

1) *J. Demarteau, 'A propos du "Vita sancti Lamberti" par l'évêque Étienne' ('Leodium. Chronique mensuelle de la société d'art et d'histoire du diocèse de Liége'* 1904, *tom. III, p.* 19*), rhythmum animadvertens, hanc novam Passionem compositam esse contendit, quae in ecclesia S. Landiberti decantaretur, nimirum inscius consuetudinis medii aevi. Cf. A. Poncelet, Anal. Bollandiana XXV, p.* 120. 2) *'Histoire litéraire de la France', Parisiis* 1742, *tom. VI, p.* 168 *sqq.* 3) *Mon. Germ. Poetae IV, p.* 178 *sqq.* 4) *Anal. Bolland. XX, p.* 157. 5) *Anselmus, Gesta pont. Tungr. sive Leodic. II,* 20 *(SS. VII, p.* 200*); Balau l. l. p.* 81. 6) *G. Monchamp, 'Les similitudes des "Acta recentiora sancti Lupi" avec l'office et la vie de saint Lambert, par Étienne, évêque de Liége' ('Leodium' l. l. III, p.* 14*).* 7) *A. Poncelet, Anal. Bolland. XXV, p.* 121. 8) *Cf. SS. rer. Meroving. V, p.* 100. 9) *Codicem descripsit J. Demarteau, 'Saint Lambert. Vie en vers par Hucbald de Saint-Amand et documents du Xme siècle' ('Bulletin de l'institut archéologique Liégois', Leodii* 1877, *tom. XIII, p.* 385*).*

fol. 39′—42′. Incipiunt antiqua Dei miracula in honore Lantberti martyr nostris temporibus innovata, *incip.:* Ratum ducitur *(ed. J. Demarteau, 'Bulletin de l'institut archéologique Liégois', Leodii* 1877, *XIII, p.* 515 *sqq.).*

fol. 47′—60′. *Carmen de s. Landiberto (ed. Mon. Germ. Poetae IV, p.* 142 *sqq.).*

fol. 60′. Ymnus sancti Lantberti *(ed. ib. p.* 157*).*

1*) *Codex Bruxellensis n.* 19385 *(novi Catalogi n.* 3253*), saec. XII, parvum magni cuiusdam legendarii fragmentum ad solum Landibertum spectans, quod Gandavi emptum a.* 1845. *ex bibliotheca domini Lavallaye in regiam Bruxellis constitutam transiit*[1], *fol.* 1—10. *Stephani textum exhibet olim XXVI. numeratum, deficiente praescriptione, quae in folio praecedenti extabat, numerusque cognosci nequit nisi ex libro insequenti Sigeberti (v. infra p.* 339, *l.* 33*).*

2) *Codex bibliothecae Vaticanae lat. n.* 8565, *saec. XI, erat olim* Liber monasterii sancti Petri Malmundariensis, *adnotante m. saec. XVI (pag.* 2*), eique insunt*[2]*:*

p. I. et 1—16. *V. Landiberti auctore Stephano, cuius initium vix legi potest, scriptura detrita, sed partim restaurata,*

p. 16—20. *Miracula eadem, de quibus supra,*

p. 20—26. Omelia, *inc.:* Dominus ac redemptor noster — exaltatus,

p. 26—36. *Carmen de s. Landiberto,*

p. 36—37. Versus in laude beati Lantberti.

3) *Codex Trevericus bibliothecae ecclesiae maioris n.* 93 *(antea n.* 102*), saec. XII, olim Paderbornensis, cum fol.* 1. *hi versus manu antiqua illati sint, iam erasi:* Liber apostolorum Petri et Pauli in Patherbrune. Pax servanti, maledictio tollenti. Amen[3], *denique ex libris Christophori Comitis de Kesselstatt, decani Paderbornensis, anno* 1803. *acquisitus, fol.* 42—48′.

4) *Codex Parisiacus n.* 5308, *saec. XII, olim Chesnii, deinde Colberti n.* 18, *tum Regius C* 3593^{3}, *fol.* 50′—55′.

5a) *Codex Lipsiensis bibliothecae urbanae n.* 195 *(Rep. II, fol.* 58*), saec. XII, olim monasterii 'sancti Mauricii et sociorum eius in Altach inferiori et sancti Godehardi' (m. saec. XIV, fol.* 2′*), fol.* 55′. 58—65′, *Stephani librum continet atramento pallidiore eodem fere tempore ad aliud exemplar correctum.*

5b) *Codex Berolinensis Ms. theol. lat. in Quarto n.* 140, *saec. XII, olim 'Gotscalci de Lambach', adnotante manu recentiore in margine superiore fol.* 3, *scriptus in eodem monasterio Lambacensi S. Mariae*[4] *dicato, sicut ex hac exsecrandi formula fol.* 1. *intellegitur:* Quicumque aut libera utens potestate aut qualivis magisterii suffultus auctoritate libellum istum seu codices subscriptos a loco et ministerio s. Mariae alienaverit, a mente sua in hac vita alienetur et de libro viventium nomen eius deleatur et cum iustis, nisi resipiscat, non scribatur, quia heu! plures sunt congregata dissipantes, paucissimi vero quod partum est tempore longo conservantes, *quam catalogus codicum subsequitur et fol.* 1′. *laterculus scriptorum, quae huic libro insunt, fol.* 75′—87′. *textum V. Landiberti continet, litteris primariis pulchre exornatis, atque martyr vestibus pontificalibus indutus fol.* 76′. *pictus est.*

5c) *Codex Admontensis monasterii S. Blasii n.* 664, *antea n.* 51[5], *saec. XI/XII. ibidem exaratus, patronum adnotante m. saec. XIV, fol.* 4′, *eundem:* Iste liber pertinet ad sanctum Blasium, *ad quem etiam charta traditionis Fridaberti* (ad sancti Blasii) *fol.* 255′. *spectat, a S. Blasio olim incipiebat hodie deperdito, nam laterculus vetustus,*

1) *Baro de Reiffenberg, 'Vie de saint Lambert par Étienne et par Renier' ('Bulletins de l'académie royale des sciences et belles-lettres de Bruxelles', Bruxellis* 1845, *tom. XII, p.* 172*).* 2) *Cf. 'Archiv' XII, p.* 261. 3) *Cf. ib. VIII, p.* 608. 4) *Cf. V. Adalberonis ep. Wirziburg. c.* 7 *(SS. XII, p.* 131*); A. Brackmann, Germania pontificia (*1911*) I, p.* 208. 5) *Cf. 'Archiv' VI, p.* 180. *Numerus* 61. *falso legitur 'Archiv' X, p.* 643.

cuius pars prior fol. 255, *posterior fol.* 1. 1′. *extat, hoc exordium sumit:*

(P)rima stat hic Blasii passio scripta sacri,

eiusque loco Amandus vitas sanctorum nunc ducit, inter quas Stephani textus bis scriptus est. Prior fol. 65—68. De S. Lantperto m̄ *absque prooemio incipit:* Igitur gloriosus martir L. et aeterno regi *(L. 1), cum altero parum conveniens (L. 1:* Hic namque p., statim suam, seque*), atque in verbis L.* 4. *desinit his:* quem talibus indiciis Christus dominus mundo disposuit manifestari; *plenus vero Stephani textus fol.* 225—240. *occupat, quem solum contuli. Praeterea libro exeunti insunt fol.* 252—253′. *epistula ad patrem sive abbatem quendam missa de luxuriosis monachorum vestibus, cuius auctor:* Ex qua, *inquit,* re sepius solet evenire, ut cum bona tela fuerit in nundinis, incertum sit, utrum veniat in usum unius regis vel in usum unius abbatis, *et fol.* 255. *ratio quaedam annorum ab initio mundi ad a.* 1098. *ducta.*

5d) *Codex Monacensis lat. n.* 22243 *(Windberg. n.* 43*), saec. XII. iussu Gebhardi secundi abbatis Windbergensis scriptus, fol.* 49—56. [1]

6) *Codex Bruxellensis n.* 7483—86 *(novi Catalogi n.* 3181*), saec. XIII, olim Musei Bollandiani, ibique signatus Q. Ms.* 5, *fol.* 188′—192′. *Stephani librum exhibet absque prooemio, et textus iam in his L.* 6. *verbis desinit:* muri Ierusalem ad tui nominis gloriam et honorem, qui es benedictus in secula. Euangelium: Sint lumbi. *Alter eiusdem libri locus e L.* 7. 8 (Interea infelix — delegavit) *depromptus fol.* 196—198′. *occupat.*

Etiam codices insequentes, de quibus in schedis nostris nonnulla relata erant aut bibliothecarii me certiorem fecerunt, prooemio carent.

7) *Codex Duacensis n.* 856, *antea n.* 805, *saec. XI, olim monasterii beatae Rictrudis Marchianensis* [2], *fol.* 19′—26, *praescr.:* Incipit passio s. Lantberti.

Inspexit L. Bethmann b. m.

8) *Codex Wirziburgensis bibliothecae universitatis Th. fol.* 125, *saec. XII, qui adnotante m. saec. XV (fol.* 126′*) 'ad sanctum Stephanum in Herbipoli' olim pertinebat, cum alia scripta continet tum Vitam Servatii Traiectensis episcopi in duos libros distinctam* [3] *(fol.* 68′—107*) et Stephani librum (fol.* 107—116*), praescr.:* Incipit vita et passio beati Lamperti episcopi et martyris.

Ipse inspexi.

9) *Codex Vaticanus bibliothecae reginae Christinae n.* 542 (110), *saeculi XII, fol.* 19′—22′, *praescr.:* Incipit passio sancti Lamberti episcopi et martiris, *desinit:* alta usque eminentes(!) suspiria. Complevit autem sacratissimus pontifex Lambertus et martyr Christi gloriosissimus cursum sui agonis XV. Kl. Octobris, regnante Deo vivo et vero, cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

Inspexit W. Levison sodalis.

10) *Codex Admontensis n.* 376, *saec. XII, fol.* 152′—161, *prooemio praetermisso a L.* 1. *incipit, ubi lectiones* eterni regis, itaque *pro* denique *cum libris* 5 *conveniunt, sed in calce haud pauca desiderantur textusque gravius immutatus est:*

. . . honorifice sepelierunt. Convenit autem omnis pene provintia, de absentia eius lugentes ineffabili tristicia et ad celos usque alta emittentes suspiria. Complevit autem beatissimus pontifex Lambertus cursum gloriosissimi sui agonis XV. Kal. Octobris, regnante domino Deo vivo et vero, cui extat honor et iubilatio et gratiarum actio per inmortalia saecula saeculorum. Amen.

Initium finemque me petente officiose adnotavit P. Fridericus Fiedler, bibliothecarius monasterii, vir reverendissimus.

11) *Codex Stuttgartiensis bibliothecae regiae Biblia fol. n.* 56, *saec. XIII, olim Zwifaltensis, picturis pulcherrimis ornatus, fol.* 99—101, *(praescr.:* Incipit passio

1) *Cf. Anal. Bolland. XVII, p.* 115. 2) *Ib. XX,* 411. 3) *Bollandiani, Bibliogr. hag. lat. n.* 7633—7636; *ed. Fr. Wilhelm, 'Sanct Servatius',* 1910, *p.* 3—146.

s. Lamperti episcopi et martyris*) in fine totus a Stephano discrepat, transiens in vindictam carnificum (A c. 24) itaque textum concludens:*

Denique pauci ex eis, expleto anno, supervixerunt, quorum alii a demonibus vexati, alii turpissima morte et amarissima praeventi, cum diabolo et angelis eius in igne aeterno cruciantur. Sanctus autem Lambertus insignis martyr palma victoriae coronatus, cum angelis et archangelis et cum omnibus semper exultat in secula seculorum. Explicit passio s. Lamperti episcopi et m.

Ipse inspexi.

12*a) Codex Romanus bibliothecae Vaticanae inter libros reginae Christinae n.* 593, *saec. XII/XIII, cui fol.* 59′. *charta 'officialis sancti Germani in Laya' a.* 1336. *data illata est, fol.* 125—126. *pauca de Landiberti rebus gestis exhibet ex Stephani libro deprompta, praescr.:* Sancti Lamberti episcopi et martiris, *inc.:* Igitur gloriosus antistes Lambertus insigni ex prosapia genitus, Trenectensi pago extitit oriundus, *des.:* vivens et coronatus feliciter intravit, *deficiente fine.*

Inspexit W. Levison sodalis.

12*b) Codex Neapolitanus bibliothecae nationalis VIII B* 51, *saec. XII, fol.* 80′—85′, *iisdem verbis terminatur*[1] *quibus* 12*a.*

Liber Stephani in magnum Legendarium Austriacum admissus in exemplari Sancrucensi saec. XII. ex., fol. 232—235, *in Campililiensi saec. XIII, fol.* 239—242, *in Mellicensi sacc. XV. fol.* 82′—89. *occupat atque Vitam ibi Miracula (A c.* 18—28*) excipiunt sermone partim immutato et in breve coacto*[2].

E permultis qui praeterea in Catalogis bibliothecarum aut in annalibus nostris allati sunt codicibus opusculi Stephani hi enumerantur ordine locorum dispositi:

Admontensis n. 326 (27), *s. XIII*[3],

S. Audomari n. 715, *II, s. XII, fol.* 98—105′, *cum prooemio*[4],

Bruxellenses bibliothecae regiae n. 7482 *(novi Catalogi n.* 3180*), s. XIII, fol.* 104*; n.* 9742, *s. XII, fol.* 171′*; n.* 11550—55 *(ib. n.* 3233*), s. XIII, fol.* 142′, *ubi in fine pro Stephano Sigeberti textus substitutus est*[5],

Bruxellensis bibliothecae Bollandianae n. 5, *olim abbatiae Grimbergensis, saec. XII, fol.* 59—62, *cum prooemio*[6],

Cameracensis n. 863 *(olim n.* 767[1]*), s. XI*[7], *fol.* 161′, *cum prooemio,*

Confluentinus bibliothecae gymnasii n. 7, *s. XIII/XIV, fol.* 69[8],

Duacensis n. 864, *saec. XIII, olim abbatiae Aquicinctinae, fol.* 33′—42′, *absque prooemio*[9],

Escorialensis L. III 8, *s. X*[10].

S. Michaelis (Saint-Mihiel, dép. Meuse)[11] *s. X/XI, desinens in verbis* perennis gloriae et stolam iocunditatis aeternae, *deficiente fine et prooemio s. XI. ex. demum praemisso,*

Monacensis n. 2552, *s. XII, f.* 101,[12]

Neapolitanus bibliothecae nationalis XV AA. 13, *s. XII, fol.* 239—241′, *prologo destitutus, sed translatione auctus desinensque in verbis vitae A c.* 27 *(in.) his:* Post haec universa turba cum sancto ad optatum locum pervenit[13],

Parisiaci bibliothecae nationalis n. 5278, *s. XIII, fol.* 213, *cum Miraculis et Trans-*

1) *A. Poncelet, Analecta Bollandiana XXX, p.* 193. 2) *Cf. Anal. Bolland. XVII, p.* 81. 3) *Cf. 'Archiv' X, p.* 638. 4) *Ib. VIII, p.* 415. 5) *Bollandiani, Catalogus Bruxell. II, p.* 402. 6) *Anal. Bolland. XXIV, p.* 428*; 'Archiv' VIII, p.* 548. 7) *'Archiv' VIII, p.* 434*; 'Catal. gén.' XVII,* 346. 8) *'Archiv' VIII, p.* 613. 9) *Anal. Boll. XX, p.* 415. 10) *Cf. 'N. Archiv' VI, p.* 254. 11) *Cf. 'Archiv' VIII, p.* 449. 12) *Cf. 'N. Archiv' XIII, p.* 579. 13) *A. Poncelet, Analecta Bollandiana XXX, p.* 211.

latione (A c. 24—28, fol. 218'—219'); n. 11759, s. XIV, fol. 99'; n. 14651, s. XV, fol. 242, cum Miraculis et Translatione Vitae prioris (A c. 17—28), sed textu in breve coacto,

Trevericus bibliothecae urbanae n. 1372, s. XII[1].

Quod ad vitas retractatas pertinet, primo prologos tantum edere constitueram, in quibus auctores de consilio suo praefati erant, atque novissima demum hora longiores textus partes admittendas esse censui, ut origo fabulae de honorificentiore martyris morte medio aevo fictae eo clarius demonstraretur, quae cum doctissimos viros tum Wattenbachium[2] *nostrum deceperit. Huc accedebat, quod charta immunitatis ecclesiae Traiectensis hodie deperdita in notitiam nostram non venit nisi per unum auctorum illorum, qui ab historiae patriae studiosis non omnino neglegendi sunt.*

Ad hunc Stephani librum recensendum codices 1. 2. 3. 4. 5*a. b. c adhibui, qui hac ratione inter se coniuncti sunt. Codices vetustissimi, scilicet et* 1, *ex quo* 1* *pendere videtur, in textum admittens locum ibi schedula adnexa m. saec. XII. interpolatum (L. IX. ex.), et alter* 2, *nonnumquam verum textum soli servaverunt:*

L. VIII. ad finem certum usque] 1. 2; ad ceptum u. f. 3; ad f. usque c. 4; certum *om.* 5*a. b. c;*

L. VIIII. in hoc modo] 1. 2; in hoc mundo 3. 4. 5*a. b. c.*

Libri igitur 3. 4. 5*a. b. c ad idem exemplar redeunt atque* 3. 4 *propius inter se coniuncti sunt:*

L. VIII. dereliquisti] reliquisti 3. 4;

L. VIIII. tunc (cum *add.* 3. 4) Deo fuerit locuta,

qui singuli etiam cum libris 5 *cohaerere videntur. Hi vero in prooemio* syllogismi (sill. 5*a*) ictus *pro* sylogismicus, vera eius *pro* veracius *exhibent aliaque insulsa procreaverunt, sed* 5*a fratres suos non semel superat, lectiones exhibens exemplari communi similiores:*

Prooemium: diffinitur] 5*a cum rell.;* differuntur 5*b. c:*

L. VIII. monarchiam] tenebat *m. al. in marg. add.* 5*a, in textum admittunt* 5*b. c:*

L. VIIII. genere] *(*5*a) cum rell.; om.* 5*b. c.*

Codices 1. 3. 5*a. b. c a me,* 2 *a F. Schneider,* 4 *ab H. Lebègue collati sunt, postquam prooemium cum* 2 *W. Levison sodalis, cum* 4 *ipse comparavi.*

Anselmus canonicus Leodicensis, qui Gesta pontificum Tungrensium sive Leodicensium componens suum librum cum Notkeri seu Herigeri opere coniunxit atque hanc compilationem Annoni archiepiscopo Coloniensi a. 1056. *dicavit*[3], *curriculum vitae Landiberti ad vitam vetustissimam A enarravit, id quod ipse testatus est*[4]*:* Tum, *inquit,* vero quantam utriusque vitae, contemplativae scilicet et activae, perfectionem assecutus fuerit, a maioribus nostris conscripta evidenter ipsius declaravit vita, quam his qui non legere haec compendio scribimus. *Praeter hunc auctorem in caede describenda etiam Stephani libro usus est*[5]. *Causam vero interitus non solum statuit a prioribus traditam, sed etiam fabulam postea excogitatam addidit (II, 8), his verbis ad Reginonis chronicon lectores delegans:* Item alia de eodem opinio, *quae opinio in incerto reliquerat, quale regiae domus crimen a martyre increpitum esset. De adulterio autem Pippini a pontifice castigato, de furore pelicis eius, sororis Dodonis, de fratre ultore contumeliae sororis per alteram scripturam a prioribus relictam 'trito sermone' certior factus esse voluit:* Qua, *inquit*[6], vero de causa regiam domum increpaverat, sic habet

1) *Cf. 'Archiv' VIII, p.* 603. 2) *W. Wattenbach, 'Deutschlands Geschichtsquellen' I, p.* 316[7]. 3) *SS. rer. Merov. V, p.* 97. 4) *Anselmi Gesta pont. II, c.* 6 *(SS. VII, p.* 194*).* 5) *Balau l. l. p.* 170*; Van der Essen, 'Étude critique et littéraire sur les Vitae des saints Mérovingiens de l'ancienne Belgique' p.* 42. 6) *Textum Anselmi integrum e codice*

alterius scripturae relatio nobis a prioribus relicta: Rex Pippinus tunc temporis monarchiam regni tenens, sororem memorati Dodonis legitimae coniugi paelicem induxerat *et q. s., atque hanc 'scripturam' G. Kurth*[1] *olim coniecerat Annales quosdam fuisse Stabulenses! Interim verba* monarchiam regni tenens *Anselmus ex Stephano deprompsit, scilicet e codice classis* 5, *pelicisque a Pippino inductae primus poeta testis est, ita ut aetas scripturae illius Anselmo non adeo superior fuisset. Silentium autem vetusti biographi non solum neglegentiae eius attribui poterat, id quod G. Kurth fecit, sed probabilior ratio afferenda erat, quare haec necis honestior causa ab illo praetermissa esse videretur, atque Anselmus primus respectu stirpis Carolingicae id factum esse asseruit:* Hanc, *inquit,* passionis eius causam scriptorem vitae ipsius ideo tacuisse arbitror, ne, ut fit, eorum incurreret offensam, quorum maiores tali notati essent infamia. *Hanc patroni purgandi occasionem Leodicenses avide haurientes auctoritatem pristini auctoris audire noluerunt atque vel nostris diebus adversarii historiae nondum penitus obmutuerunt*[2].

Interim culpa domus regiae ab Adone inventa, a Reginone deprompta, quam ex aliis schedis Anselmus accuratius cognovisse voluit, ab auctore Annalium Lobiensium[3] *ad a.* 982. *pergentium eodem fere modo definita et cum primo fonte iam coniuncta erat, scilicet Alpaidam, sororem Dodonis domestici, meretricem Pippini fuisse, cuius osculum pontifex detestatus esset, reditum autem Landiberti ab Adone commemoratum ad hospitium quoddam Iopilae in villa sumptum idem auctor rettulerat, ubi Pippinum aegrotavisse e Fredegarii Continuationibus (c.* 7*) intellegi licuit. Exilium martyris factione Coloniensis episcopi propter invidiam factum esse voluit, recordatus nimirum civitatem Leodicensem metropoli Agrippinensi subditam esse*[4]*, qua ex necessitudine aemulatio quaedam facile oriri poterat. Ita omnia elementa iam parata iacebant, quibus fabulatores ad maiora temptanda uti poterant, mirorque annales illos viros harum rerum studiosos adhuc fugisse. Ceterum annalista quem dixi anno XII. neque XIII. Hugobertum corpus patroni Leodium reportasse scripsit.*

Sigebertus monachus Gemblacensis Mettis ad monasterium suum regressus et Gesta abbatum Gemblacensium vivo Mysach abbate conscripsit a. 1071. *defuncto*[5] *et vitas sanctorum antiqua robigine inquinatas cultiori aetati accommodavit cum alias tum Landiberti atque hanc bis edidit, scilicet priori eique sensu apertiori et verbis clariori editioni, quam his de causis a quibusdam pluris aestimatam et curiosius transscriptam esse ipse confitetur*[6]*, alteram 'comparationibus antiquorum defloratam*[7] *iuxta consequentiam rerum' adiunxit rogatu Henrici archidiaconi et decani ecclesiae sancti Landiberti Leodicensis, quo auctore etiam epistulae Hildebrandi papae ad Hermannum Mettensem episcopum*[8] *iura Heinrici regis defendens inter a.* 1076. *et* 1084.[9] *respondit aliaque scripta composuit. Sigebertus omnibus qui tunc noti erant fontibus usus potissimum*

Averbodensi edidit G. Kurth, 'Notice sur un manuscrit d'Hariger et d'Anselme, conservé à l'abbaye d'Averbode' ('Compte rendu des séances de la Commission royale d'histoire, ou recueil de ses Bulletins', Bruxellis 1875, *IV. series, tom. XII, p.* 393*).* 1) *G. Kurth, 'Étude critique sur saint Lambert et son premier biographe' l. l. p.* 91. 2) *M. Balau, 'Les causes de la mort de saint Lambert' ('Bulletin de la société d'art et d'histoire du diocèse de Liége', Leodii* 1897, *XI, p.* 37 *sqq.) fidem vetusti biographi strenue defendit, obloquente J. Demarteau scholae legendariae sectatore.* 3) *SS. XIII, p.* 227, *l.* 4, *falso* domini *(*domuni *c.) pro* domum *scriptum est neque editor animadvertit verba ex Adone (Quentin l. l. p.* 581*) expilata esse.* 4) *Notitia Galliarum, Auct. antiq. IX, p.* 595. 5) *Cf. G. H. Pertz, SS. VIII, p.* 504. 6) *Sigeberti Liber de scriptoribus ecclesiasticis c.* 171 *(Migne, Patr. lat. tom. CLX, col.* 587*).* 7) *Deflorare, i. e. floribus privare, excerpere, Sigebertus sensu fere contrario pro 'floribus exornare' accipere videtur.* 8) *Jaffé n.* 5000[2]. 9) *Cf. L. Bethmann, SS. VI, p.* 272; *C. Mirbt, 'Die Publizistik im Zeitalter Gregors VII.',* 1894, *p.* 25 *sq.*

Stephani narrationem sequitur, ex quo etiam versus deprompsit (c. 12. 23), sed praeterea textum biographi vetustioris A relegit, cum verba singula, tum res ab illo praetermissas ex hoc depromens, veluti duos pueros Landibertum comitantes nomenque Theodoini, neque auctorem Carminis neglexit neque Anselmum avideque figmenta auctoris Annalium Lobiensium hausit. Cum Anselmus utramque de nece opinionem etiamtunc distinxisset et antiquitus traditam et recens inventam, Sigebertus utramque inter se coniungens novaque commenta ipse admiscens fabulam splendide exornatam sed quam maxime dubiae fidei construxit hanc.

Dodonis ira ab Alpaide sorore eius, Pippini pelice, bis inflammata erat, ut duplex caedes explicaretur. Cum enim Landibertus solus ex episcopis principem concubinatus arguisset (c. 16), isque ei oboedire coepisset, Dodo instigante sorore amicis suis iniuriam eiusdem se ulturum esse promisit, itaque ipsius consanguinei Gallus et Rioldus episcopum lacessentes et in ecclesiae Traiectensis familiam insurgentes (c. 17), a Petro et Audoleco consanguineis Landiberti eodem inconsulto caesi sunt. Novam iniuriam Landibertus Ioppiliae versatus pelici intulit, quo ad convivium a principe invitatus erat (c. 18), cumque poculum Pippinus primo episcopo offerendum curasset, Maximi scilicet imperatoris exemplum apud Sulpicium Severum, V. Martini c. 20, imitatus, ceterique proceres poculum ab eo sibi porrigi voluissent, pelex idem manibus episcopi clam praereptura erat renitentis repulsamque ad fratrem furiosum detulit, eum obtestata, ut episcopum quam celerrime occidendum curaret. Dolor igitur duplex Dodonem ad necem Landiberti stimulaverat caedemque consanguineorum superavit repulsa sororis. Ioppiliae episcopum commoratum esse Sigebertus in Annalibus Lobiensibus legerat, sed osculum, quod ibi ille detestatus esse dicitur, in poculum mutavit auctor pudicus neque vero in mentiendo adeo parcus.

Vitas Landiberti ex aliorum sanctorum vitis supplere poterat, nam legendarum moles interim valde accreverat atque inprimis Notkerus episcopus Leodicensis laboraverat, ut postquam villa Wintreshovum in pago Hasbaniensi, i. e. in eius dioecesi, sita monasterio S. Bavonis a. 976. ab Ottone II. imperatore restituta[1] *est, Vita et Translatio Landoaldi patroni eiusdem loci sociorumque eius, i. e. Landradae aliorumque, per Herigerum memoriae traderetur*[2]. *Ex his schedis Aprum patrem Landiberti regnumque Dagoberti Sigebertus cognoverat, sed Herisplindem matrem ipse affinxit (c. 1), nomine inepte composito, cuius de origine viri docti frustra meditati sunt*[3]. *Landoaldum iam idem Herigerus statuerat primum Landiberti magistrum fuisse, qua de causa villam illam Aper pater ei concessisset. Ad eandem villam visio spectat, de sancta Landrada sepelienda Landiberto ostensa, quam e virginis biographo*[4], *scilicet e Theoderico abbate S. Trudonis († 1107), Sigebertum in c. 15. deprompsisse credunt*[5]. *Translationem Theodardi episcopi apud Wangiones occisi Sigebertus Landiberto attribuit (c. 6) nondum episcopo electo, aeque ac biographus Theodardi*[6], *dum Anselmus II, 2, eum successorem creatum Wangiones resistentes donis datis ad corpus ecclesiae suae reddendum commovisse tradit*[7]. *Ursini Vitam Leudegarii ad synodum describendam adhibuit (c. 10) Ebroini consilio a Theuderico rege convocatam annosque episcopatus 40 ad calculum biographi Hugberti adnotavit (c. 28).*

1) *MG. Dipl. II, p.* 143. 2) *Ed. O. Holder-Egger, SS. XV, p.* 602 *sqq.; cf. eiusdem auctoris dissertationem, quam inscripsit: 'Zu den Heiligengeschichten des Genter St. Bavosklosters' ('Historische Aufsätze dem Andenken an Georg Waitz gewidmet', Hannoverae* 1886, *p.* 626 *sqq.).* 3) *E. Förstemann, 'Altdeutsches Namenbuch' I, col.* 779 [2], *nomen 'Herisplindis' forte pro 'Heriswindis' scriptum esse statuit.* 4) *Surius, De probatis sanctorum historiis, Coloniae Agrippinae* 1573, *tom. IV, p.* 135 *sqq.* 5) *S. Hirsch, De vita et scriptis Sigiberti, Berolini* 1841, *p.* 292. 302. *Sigebertus, De scriptoribus ecclesiasticis c.* 170. *Vitam Landradae inter scripta Theoderici non attulit.* 6) *Ed. J. Demarteau, 'Saint Théodard et saint Lambert vies anciennes', Leodii* 1886—1890, *p.* 45. 7) *SS. VII, p.* 192.

Historiam illius aevi et inprimis res gestas domus Carolingicae ad Fredegarii chronica et continuationes enarravit, sed ubique iis quae tradita erant sua inventa admiscuit. Eo igitur teste (c. 10) non solum Coloniensis episcopi factione, sicut in Annalibus Lobiensibus legitur, Landibertus sede privatus erat, sed Pharamundus ipse e clericis eiusdem ecclesiae fuerat successor eius. Verbis 'fertur' (c. 10. 24) aut 'traditur' (c. 22) additis periculum ipse suscipere denegavit cauteque a maioribus traditum esse scripsit, unamquamque pelicem ad corpus martyris osculandum accedentem turbine rotatam recessisse. Fertur Dodonis corpus nimii foetoris causa in Mosam proiectum vermibus et tabe corruptum esse.

Landibertum affirmavit (c. 7) a Childerico rege non solum 'a secretis' factum esse, sed etiam, 'ut fertur', 'a commentariis', ita ut omnis Austrasia ex eo pependisset totaque regalis curia eum verita esset. Ignorabat nempe his vocabulis officia haud ita magni nominis designari. Audacter autem iterum mentitus est, etiam Theudericum regem Neustriae in regno nihil aggressum esse, nisi et ipse Landiberti consilium prius adiisset, atque utrumque regem, quamvis simplices, eo tamen praestitisse, quod sapientes audivissent (c. 8). Vita exeunte narratio admodum ieiuna translationem martyris celeriter perstrinxit (c. 26). Quomodo res diversas mente sua inter se coniunxerit, eo intellegitur, quod studia Grimoaldi, filii Pippini, in martyrem, ad cuius tumulum ille oraverat, ex 'defenso matris eius Plictrudis matrimonio' duxerit, pro quo episcopus mortem occubuisset (c. 27). Similiter Grimoaldi necem cum Radbodo duce Frisionum coniunxit, contendens carnificem satellitem eius fuisse; legerat enim in Continuatione Fredegarii c. 7. Grimoaldum filiam ducis illius in matrimonium duxisse, id quod ad sola sponsalia de suo rettulit. Episcopos et abbates aequales Landiberti cum alios in c. 8. enumeravit tum multo vetustiores veluti Austregisilum et Faronem.

Vitam vetustam A Sigebertus in Epilogo (c. 28), sicut in Libro de scriptoribus ecclesiasticis c. 125, primus G o d e s c a l c o *diacono, congregationis S. Landiberti clerico, attribuit Pippini et Karoli Magni temporibus viventi, quem ore parum libero locutum respectu domus Carolingicae veram martyrii causam suppressisse contendit, Anselmi vestigia secutus. Eum iussu Agilfridi episcopi Leodicensis Vitam Landiberti scripsisse voluit, de quo Anselmus*[1] *II, 18, id solum adnotaverat, quod Karolus Magnus Desiderium regem Langobardorum captum a. 774. ad eum misisset*[2]*, atque omnino latet, quo ex fonte Sigebertus de origine libri pretiosissimi tam nova tamque memorabilia referre potuisset, quae omnes scriptores anteriores fugissent. Neque ipsi eum qui praecedit textum conscribenti nomen illud notum fuisse videtur, nam locum Vitae A citans auctoris meminit, nomine nullo addito, et in c. 5:* Is qui habitudinem corporis eius aut novit aut ab his qui eum noverunt didicit, *et in c. 11:* illi qui primus scripsit vitam sancti viri. *Ceterum Godescalcus ecclesiae maioris Leodicensis praepositus priore*[3] *saeculi XI. parte opibus suis res ecclesiasticas liberaliter adiuvit.*

Sigeberto codex V. Landiberti A ad classem 2 pertinens praesto erat, id quod ex lectionibus his intellegitur:

Sigebertus c. 12 (A c. 6): scandalio (scandalibus 2. $2a^{2}$);
ib. quae habebat in manibus relictis *soli* 2. $2a^{1.2.3.4}$ *exhibent;*
ib. exilivit (exiliens 2. $2a^{1.2.3.4}$);
Sigebertus c. 21 (A c. 15): et cum Christo *(pro* Domino *solus* $2a^{2}$*)* vivere;
ib. iudicabit *(pro* iudicat *solus* $2a^{2}$*);*
Sigebertus c. 21 (A c. 16): locus iteratus deest, sicut in 2. $2a^{1.2.3.4}$;
ib. c. 22 (A c. 18): pavore — concutiens universos (et in pavore universus populus conversus est $2a^{3.4}$);

1) *SS. VII, p.* 198. 2) *V. supra p.* 307. 3) *Anselmus II,* 31, *SS. VII, p.* 207.

Sigebertus c. 26 *(A c.* 25*): annus XIII. episcopatus aderat (=* 2a[2.4]*);*
ib. c. 26 *(A c.* 26*):* Harmala.

Eruditionis suae specimen auctor c. 17. *dedit Aeneidos versum (IV,* 13*) citans, floresque Horatii (Sat. II,* 3*) in c.* 18. *carpsit.*

Sigeberti nomen in codicibus nullis quos contuli deprehendere mihi licuit, librumque absque auctoris nomine traditum Chapeavillus primus Renero vel potius R e i n e r o *monacho S. Laurentii Leodicensis paulo post a.* 1182. *defuncto*[1] *attribuit, qui in Martyrologiis et Baronii et Molani inter auctores actorum S. Landiberti enumeratur. At Reinerus ipse inter scripta sua in libello De ineptiis cuiusdam idiotae*[2] *nullam Landiberti vitam citavit, dum Sigebertus non solum ipse duplicem vitae martyris editionem sibi attribuit, sed etiam in Chronica sua iisdem fere verbis utitur quibus in V. Landiberti:*

Sigebertus c. 11: monasticae quietis portum elegit, ibique per septem annos — — habitavit secum *(Chronica a.* 685: monachicae quietis expetit portum, ibique per septem annos habitavit secum*);*
ib. c. 13: in cathedra Traiectensium decenter relocatur *(Chronica a.* 691: Lambertum in Traiectensi praesulatu relocat*),*

atque in hac (c. 10*) elocutiones ei propriae redeunt veluti* exordinare[3], *i. e. ordinibus privare, oppositum verbo* ordinare.

Codices editionis prioris a me adhibiti sunt hi:

1) *Codex* B r u x e l l e n s i s *n.* 3223, *vol. I, antea n.* 9289, *saec. XII, olim 'Liber sancti Laurentii in Leodio' (ita m. s. XIV. fol.* 195'*), ibique notatus* $\frac{L\,L}{8-7}$, *legendarii cuiusdam pars altera, fol.* 32—37', *loco CVII. Sigeberti textum exhibet initio haud raro hiantem, sed praetermissa manu haud multo posteriore suppleta sunt, textumque etiam librarius saec. XV. correxit.*

2) *Codex* P r a g e n s i s *bibliothecae universitatis III E* 8, *saec. XII, fol.* 123—127', *textum mutilum exhibet, qui deficiente folio post* 123. *desinit in verbis c.* 3*:* primevae aetatis mores. At vir illustris Aper et filium suum Lampertum faceret tenatiorem|, *redit fol.* 124. *in verbis c.* 7*:* illius omnis Austrasia, *media in pagina praetermittit et capita* 9. 10 *(fol.* 124'*) et capita* 14—18 *(fol.* 126*) neque ultra verba c.* 21*:* patriarchis fide fulget postremo| *pergit, reliquis foliis deperditis. Praescriptiones capitum immutatae sunt.*

3) *Codex* B r u x e l l e n s i s *n.* 3253, *antea n.* 19385, *saec. XII, post Stephani textum (fol.* 1—10*), de quo supra p.* 332. *egi, fol.* 10—21'. *Sigeberti librum continet numero XXVII. distinctum. Cum ultima pagina (fol.* 21'*) vix ad quartam partem scriptura consumpta sit, praeterea vacua relicta, in ea volumen magni illius legendarii, ad quod hae schedae pertinebant, olim desiisse existimem.*

4) *Codex* T r e v e r i c u s *bibliothecae seminarii ecclesiastici n.* 35, *antea R. No. I,* 11, *saec. XIII, legendarii S. Maximini volumen mensem Septembrem continens, fol.* 83 *sqq., Sigeberti librum item XXVII. numeravit, vocabula singula, immo finem capitis* 11. *praetermisit multaque transposuit aut immutavit, sed scripturam* scandalio *c.* 12. *solus cum codice* 2 *servavit.*

4a) *Codex* C o n f l u e n t i n u s *bibliothecae gymnasii n.* 5, *nunc in archivo regio depositus, saec. XIV, inde a fol.* 74. *passiones gestaque sanctorum a Kalendis Augusti usque ad natale Domini continet, laterculo sanctorum praemisso, inter quos Landibertus fol.* 144' —150'. *occupat. Sigeberti textus libro praecedenti simillimus est eodemque loco c.* 11. *hiat.*

E codicibus quos adhibui editionis prioris, ut 1 *et* 2 *ita* 3 *et* 4 *necessitudine quadam inter se coniuncti sunt:*

1) *Cf. W. Arndt, SS. XX, p.* 561. 2) *Ed. W. Arndt, SS. XX, p.* 603. 3) *Epistula Sigeberti monachi Gemblacensis ecclesiae Leodicensis nomine adversus Paschalem II. a.* 1103, *ed. Jaffé, Bibliotheca rerum Germ. V, p.* 207; *Sackur, MG. Libelli de lite imp. et pont. II, p.* 454, *l.* 26.

c. 1. enituit] 1. 2; eminuit *(?) m. al. corr.* emicuit 3, *et sic* 4; eminuit 4*a*;
ib. inconcussa christianitatis custodia] 3. 4. 4*a*; vel fides *m. al. add.* 1, *habet in textu* 2;
c. 12. quanti aestimata] *recte* 1. 2 *(cf. c.* 22*)*; quam aest. 3; quanta aest. 4. 4*a*.

Praeterea idem liber in codicibus insequentibus legitur, de quibus per catalogos tantum instructus sum:

Bruxellensis n. 3132, *vol. II, antea n.* 98—100, *saec. XIII, fol.* 197—201′[1], *et Londiniensis musei Britannici inter Harleianos n.* 2801, *saec. XIII. in., legendarii Arnsteinensis volumen II, fol.* 179—183′, *ut alibi ita in hac Vita ad librum* 4*a fortasse accedunt:*

Namurcensis n. 2, *saec. XIV, loco* 38 *(folia* 3 *fragmentum libri continentia)*[2].

Posterior eiusdem libri editio multis comparationibus[3] *Scripturae sacrae onerata etiam curriculum vitae Landiberti floribus nonnullis omnino novis exornat. Ibi patronus primum Remacli postea Traiectensium episcopi spiritualis in baptismate filius dictus est (c.* 1*), quae fabula apud Aegidium Aureaevallensem redit. Apri patris ordo viri illustris ad Isidori Origines IX,* 4, *distinctus et secundo tertioque senatorum ordini, scilicet viris spectabilibus et clarissimis, praelatus est. Novum quoque miraculum accessit, quod postea Nicolaus (c.* 2*) pluribus depinxit, scilicet Landibertum puerum ignem in veste attulisse (c.* 3*). Denique Godescalcus auctor ficticius vitam A barbarismi et soloecismi vitiis inquinatam ad honorem sancti martyris aureis litteris scripsisse dicitur (c.* 28*), vere aurigraphus appellatus. Sane ex his additamentis incrementa quaedam legendae colligenda sunt. Interpolator locos prioris editionis c.* 10: zelo invidiae ductus — concitasse, *c.* 12. ibique — inmobilis, *c.* 16: solus zelo zelatus pro domo Domini *praetermisit et c.* 24. Amalgiso *male scripsit pro* Amalgisilo. *Lectiones nonnullae B vel manifesto corruptae cum libris prioris editionis* 2. 3. 4. 4*a conveniunt:*

c. 1. enituit] praeminuit *B*; eminuit 3 *(pr. m.)*. 4*a*;
c. 11. plus nimio res] plus iuniores (vmones *B* 2) d. *B* 1. 2; plus minores d. 2;
c. 12. devotius] *om. B cum* 4. 4*a*;
c. 17. defatigati] defetigati *B* 1 *cum* 3 *(pr. m.), et sic codd. classici,*

atque vocabulum Sigeberto proprium in B immutatum est:

c. 11. nominabilem (nobilem *B* 1; nobiliorem *B* 2) sanctitate *(cf. Sigeberti Chron. a.* 1027*)*,

unde pro explorato habere nequeam, hanc recensionem esse auctoris ipsius neque interpolatoris posterioris.

Codices B nobis in notitiam non venerunt nisi recentiores, in quibus praescriptiones capitum desiderantur.

B 1) *Codex Leodicensis bibliothecae universitatis n.* 210 *(n.* 57*), iussu Roberti de Craenwic abbatis monasterii S. Trudonis anno* 1366. *exaratus, adnotante manu aequali in folio praemisso, primum e tribus passionalis cuiusdam voluminibus a die nativitatis Iohannis baptistae incipiens et die Dionysii desinens, passiones gestaque sanctorum continet, quorum 'memoria apud nos et in nostro monasterio sancti Trudonis confessoris' agebatur, sanctosque tabula praemissa enumerat, atque n. CLXXXIIII. Passio Landiberti fol.* 188—197. *occupat*[4].

Codicem Hannoveram transmissum ipse contuli, postquam J. Brassinne bibliothecarius Leodicensis me petente locos quosdam officiosissime inspexit.

B 2) *Codex Vindobonensis bibliothecae privatae imperatoris Austriaci n.* 9363, *tomus II, fol.* 47′—56′[5], *olim 'liber monasterii Rubeae Vallis in Zonia iuxta Bruxellam, scriptus per manus fratris Iohannis Gielemans sacerdotis professi eiusdem mona-*

1) *Bollandiani, Cat. codicum hagiogr. bibliothecae regiae Bruxellensis I, p.* 45. 2) *Analecta Bollandiana I, p.* 490. 3) *S. Hirsch, De vita et scriptis Sigiberti monachi Gemblacensis, Berolini* 1841, *p.* 286. 4) *V. Anal. Bolland. V, p.* 331. 5) *Ib. tom. XIV, p.* 56.

sterii', anno 1487. *defuncti, scilicet Hagiologium Brabantinorum eiusdem scriptoris, cuius caput* 32. *Landiberto reservavit.*

Cum codicem ipsum Hannoveram transmitti non liceret, F. Schnürer bibliothecae praefectus magna liberalitate tabulas V. Landiberti photographicas parandas curavit paratasque mihi commodavit.

Codices B 1 *et B* 2 *ita inter se differunt, ut alter liber non solum verba nonnulla supponat:*

c. 22. tumularunt] tumulant *B* 1; eius usque ad tempus tumulandum decreverunt *B* 2;
c. 28. *ex.* Pippinum tercium] in regem promotum *add. B* 2,

sed etiam totum miraculum interpolet (c. 27*) ad incursionem Normannicam spectans, quod ex Aegidio Aureaevallensi II,* 12, *librarius deprompsit. Suyskenus*[1] *vero similem textum edens vice versa Aegidium ex Sigeberto pendere credidit. Schedas editor adhibuit descriptas 'ex secunda parte Hagiologii Brabantinorum collati cum Ms. Rubeae Vallis', ita ut ipso codice B* 2 *usus esse videri posset, sed ex schedis suis tot corruptelas attulit, quae in B* 2 *non deprehenduntur, unamque lectionem cum B* 1 *convenientem:*

c. 16. Aab] *Suyskenus cum B* 1*;* Ahab *B* 2,

ut de libro simili quam de eodem cogitare malim. Schedis eius titulus praefixus erat hic: Vita et passio sancti Lantberti episcopi secundum Sigebertum Gemblacensem, *qui in nostris codicibus B non deprehenditur, atque nullus dubito, quin qui has schedas scripsit, Sigeberti nomen per coniecturam tantum assecutus sit. Hoc testimonio satis imbecillo nisus Suyskenus non solum hunc textum sed etiam Reineri nomine editum, quem cum illo fere convenire perspexit, Sigeberto auctori primus attribuit, neque enim ignoravit editionem duplicem ab hoc paratam esse. Reminisci autem oportet hanc opinionem iis quos evolvi codicibus minime confirmari, immo in uno codice nomen auctoris omnino diversum traditum esse.*

Codex M o n a s t e r i e n s i s n. 214, *volumen IV (anteà* 23*), saec. XV, legendarii magni Bodecensis iussu Arnoldi de Holte*[2] *prioris compositi volumen VIII. mensem Septembrem complectens, fol.* 99'—105. *post alteram prologi vitae vetustae partem (praescr.:* Prologus in passionem sancti Lamberti, que est XV. Kalendas Octobris, *inc.:* Cum ecclesiastica tradicione*) Stephani textum exhibet (praescr.:* Incipit passio eiusdem, *inc.:* Gloriosus martir et eterno*) ad verba:* omnia aromata suavitatis fragrantia *(fol.* 104*), scilicet praetermisso fine lectionis IX, cuius loco res post sepulturam martyris gestae ad textum recensionis vetustioris B inde a verbis:* Angeli eciam Dei custodientes *(H. Canisius, Antiquae lectionis tom. II, p.* 185, *editionis prioris) ad verba:* et compedes rumpuntur. Nec minus per accensa crebrius ex divina potencia infra cubiculum, ubi felicem fudit cruorem, luminaria et per trium cecorum illuminacionem ibidem et per que alia multa miraculorum insignia de(clarare dignatus est merita ipsius dominus noster Iesus *in ras.*) Christus, qui vivit et regnat deus per omnia secula seculorum, *subsequuntur, denique (fol.* 105—106'*) his verbis praemissis:* Sequitur ex historia, quam R u b b e r t u s a b b a s edidit de vita sancti Lamberti Traiectensis episcopi, de visione sancto Lamberto ostensa de sepelienda sancta Landrada, *capita Sigeberti* 15—17. *et* 27—28. *adnexa sunt.*

Codicem W. Levison sodalis diligenter examinavit.

Rubbertus ille abbas, qui hanc de vita Landiberti historiam edidisse dicitur, sine dubio celeberrimus abbas Tuitiensis erat, isque 'a puerulo'[3] *in monasterio S. Laurentii Leodicensi educatus, anno* 1129. *aut* 1130. *defunctus est. Rupertus in Chronico S. Laurentii Leodicensis c.* 5[4]. *interfectores Landiberti ibi occidisse voluit, ubi illud monasterium stetit, cumque illos 'mortem m u t u i s sibimet vulneribus intulisse' scripserit, fortasse*

1) *AA. SS. Sept. V, p.* 520. 2) *Moretus in Analectis Bollandianis XXVII, p.* 350. 3) *Reinerus, De ineptiis cuiusdam idiotae libellus I, SS. XX, p.* 595. 4) *W. Wattenbach, SS. VIII, p.* 264.

Sigeberti libro c. 24. usus est. Certe inter ea quae ei Reinerus attribuit scripta Vita Landiberti nulla deprehenditur, quare auctorem codicis Monasteriensis erravisse statuere malim.

Denique Nicolaus sanctae Mariae sanctique Landiberti ecclesiae canonicus et diaconus Leodicensis, cuius inter clericos enumeratur[1]*, a 'dominis et prioribus' suis admonitus, ut Landiberti gesta vetusta recognoscens 'digniorem passionis eius causam' pervestigaret, cum hac de re nihil reperire potuisset in libris eorum, qui vitam et martyrium eiusdem prius conscripsissent, hosque valde miraretur gloriosam tantoque sacerdote dignam martyrii causam silentio praeteriisse alteramque tradidisse, qua et gloria martyris obscuraretur et calumniatoribus occasio irridendi praeberetur, vera necis causa omnino suppressa, omnem de patrono suo maculam abstulit, ita ut summum legendae fastigium iam captum esset. Librum autem suum Wederico Letiensis monasterii (hodie Liessies, dép. Nord) abbati transmisit, quod sub Landiberti patrocinio florebat eiusque reliquias pio amore complectebatur, atque idem abbas a. 1143. die XIV. Kal. Ian. elevationi reliquiarum post triumphum Bulonicum Leodii aderat osque de corpore martyris aliaque secum Letias detulit*[2]*, quae X. Kal. Ian. 'cum gaudio' ibi excepta novam festivitatem procreaverunt. Nescio, an eadem occasione haec Landiberti vita composita sit, cuius auctor librum suum abbati Letiensi dicans etiam reliquiis martyris fidem firmavit*[3]*. Wedericus, qui bibliothecam librorum numero divitem comparaverat scriptoresque una cum cantoribus adsciverat, postquam monasterio Letiensi ex anno 1124. per 23 annos praefuit*[4]*, abbas monasterii S. Vedasti Atrebatensis a. 1147. electus est*[5]*, ita ut post eundem annum liber exortus esse nequeat*[6]*.*

Priores V. Landiberti auctores Nicolaus enumeravit Godescalcum illum et Stephanum neque vero quem potissimum secutus est Sigebertum, etsi eo adeo usus est, ut vel laterculi capitum partem haud parvam ex eo expilaverit. In eodem laterculo Alpaidis pelicatum et necem Landiberti partim ad Annales Lobienses et Reginonis Chronicon enarravit (c. 13. 16). Ad martyrium funusque describendum etiam Stephanum adhibuit eaque quae ab utroque praetermissa erant (c. 16. 17) ex libro primigenio A supplevit, ad quem Godescalci nomen referendum est. Pauca memorabilia etiam apud Anselmum repperit. Auctores suos occasione data non citavit nisi verbis satis generalibus, veluti c. 3: sicut hi conscripserunt, qui quantitatem seu qualitatem formae eius memoriae prodiderunt, *et c. 6. de Theodoeno ea quae apud Sigebertum (c. 11) legerat referens:* ut maiores nostri scriptum reliquerunt. *Fontes autem in universum non ad verbum exscripsit, sed ubique verba aliena cum suis cogitationibus fere commiscuit.*

Atque permulta ad splendorem patroni augendum vel post decessores excogitanda erant, qui et ipsi parum verecundi historiae de suo succurrerant, neque huic con-

1) *Bormans et Schoolmeesters, 'Cartulaire de l'église Saint-Lambert de Liége', Bruxellis* 1893, *tom. I, p.* 63. *Nicolaus a.* 1136. *'ex archidiaconorum et fratrum' S. Landiberti collegio erat.* 2) *Suyskenus, AA. SS. Sept. V, p.* 570, *litteras iteravit, quas baro de Reiffenberg Chronici Letiensis editor ('Monuments pour servir à l'histoire des provinces de Namur, de Hainaut et de Luxembourg', Bruxellis* 1847, *tom. VII, p.* 418*) pendere adnotavit 'ex epistola, quam Wedricus rediens detulit ex civitate Leodiensi'. Cf. M. Jacquin, 'Étude sur l'abbaye de Liessies' ('Compte rendu des séances de la Commission royale d'histoire ou recueil de ses bulletins', Bruxellis* 1902, *tom. LXXI, p.* 325*).* 3) *Cf. verba Prologi:* vestra Letiensis ecclesia specialiter beati Lamberti patrocinio gloriatur eiusque reliquias pio amore indubitanter conplectitur. 4) *Chapeavillus, Gesta pontif. Tungr. I, p.* 373; *I. Heller, SS. XIV, p.* 497. 5) *Cf. Necrologium Vedastinum saec. XVIII ('Nécrologe de l'abbaye de Saint Vaast d'Arras' ed. van Drival, apud Atrebates* 1878, *p.* 19*); Chronicon Letiense ed. de Reiffenberg l. l. p.* 422. 6) *S. Balau, 'Les sources de l'histoire du pays de Liège', Bruxellis* 1903, *p.* 307.

silio contraria timide fugienda sed fortiter superanda erant, ut textus tunc demum in usum fidelium purgaretur. Aper pater comitatus dignitate fungebatur (c. 1) hereditaria, a maioribus sibi relicta. Novum miraculum ad prunas allatas spectans, quod in altera Sigeberti editione legitur, pulchrius exornatum apud Nicolaum redit (c. 2), idque in deterioribus V. Landoaldi codicibus interpolatum in vetustiores huius textus editiones[1] *transiit neque vero in novissimam*[2]. *Expulsionem Faramundi episcopi auctor eo evitavit, quod eum sponte fugisse maluit (c. 8). Landiberto in Taxandria praedicanti 'Theutonicae linguae' peritiam attribuit (c. 9) neque ignoravit ipsum etiam finitimos populos convertisse.*

Maximae autem auctoritatis Landibertus iam apud Chlodoveum II. regem Neustriae (a. 639—657) patrem Childerici fuerat, cui in disponendo regno nihil satis validum esse visum esset, quod episcopus non confirmasset, atque ad patrem Nicolaus non solum per Sigebertum Gemblacensem (c. 7) perductus est, qui Childericum ab eodem regnum Austrasiae defuncto Sigiberto patruo accepisse tradidit, ita ut filium sub patre ibi regnasse credi posset (c. 4), sed etiam per chartam immunitatis ecclesiae S. Mariae Traiectensis, quam in scriniis ecclesiae Leodicensis repertam potius ad Chlodoveum III. (a. 690/1—694/5) referendam esse supra p. 301. exposui. Landiberto monasterium Stabulense relinquente (post a. 682), Remaclum († ante a. 676/9[3]*) etiamtunc illud gubernasse auctor credidit (c. 8).*

Adulterium Pippini cum Alpaide commissum Landiberto amatori castitatis iam sola et dignissima honestae mortis occasio facta est atque dolosae largitiones aliaeque fallaciae in iustum et tenacem pontificem ingruunt neque vero mores eius corrumpere possunt. Reliqui episcopi Austrasiae luxuriam principis non solum non vituperaverant, sed etiam per adulationem dissimulaverant. Dodo contumeliae sororis ultor furorem ad tempus dissimulavit promissisque muneribus episcopum per domesticos et familiares suos mitigare temptavit (c. 14). Galli et Rioldi infestatorum ecclesiae Traiectensis caedes a nepotibus pontificis patrata sive Petri et Audoleci victoria quae a Sigeberto Gemblacensi dicitur omnino praetermissa est. In convivio Iopiliae celebrato (c. 15) Alpais pontifici suum scyphum porrigit sanctificandum, magnisque promissionibus multisque blanditiis Pippinus dissimulato animi motu repugnantem aggreditur, vel minas addens, ut concubinam uxorem legitimam agnosceret. Quae et ipsa Pippini animum admonitionibus Landiberti exasperatum ad eum interficiendum impulit et malitiosa relatione, verbis depravatis et ad deterius persuadendum studiose compositis, Dodoni fratri, quid ille dixisset, nuntiavit. Pontifex satellitibus advenientibus gladium minime arripit, sed ad fidei scutum et ad orationum arma confugit, neque nepotes suos, fustibus arreptis, ad resistendum adversariis se praeparare passus est, sed eos ad paenitentiam reduxit, ut abiectis armis indulgentiam ipsius implorarent. Ante altare SS. Cosmae et Damiani in modum crucis se prosternens lancea percussus est atque carnifex fastigium oratorii armatus ascenderat tegulasque disiecerat. Dodo contumelias sororis in martyrem ultus ob tantum facinus aeternae damnationis interitu adeo punitus est, ut vel posteritati suae iugem poenam et infinitum 'usque hodie' reliquisset opprobrium.

Constantia apostolicae auctoritatis patroni 'angelicae castitatis puritate conspicui' triumphantisque de malitia adversariorum nondum satis laudibus elata erat. In ipsa enim urbe Romana eodem quo Landibertus defunctus est temporis momento mors eius iam cognita erat. Sergio papae (a. 687—701) obdormienti angelus in visione baculum eius pastoralem porrexisse visus est, ut Hugobertum successorem substitueret mox Romam venturum. Hugobertus Aquitanus genere, Theoderico rege comes palatii, Ebroinum de-

1) *Ghesquierus, Acta sanctorum Belgii III, p.* 352. 2) *Cf. Holder-Egger, SS. XV, p.* 603. 3) *SS. rer. Merov. V, p.* 91.

testatus in Austrasiam ad Pippinum se contulerat (c. 12), atque Landiberti consilio per omnia usus, Romam profectus erat, ut eum quem ex disciplina magistri iam concepisset fervorem religionis mundique contemptum ad effectum adduceret (c. 13). Nicolaus haec enarrans lectorem his verbis ad memorabilem Sergii visionem delegavit: Quem, *inquit,* qualiter Sergius papa exceperit eique per angelicam visionem mortem ipsius Lamberti martyris Rome revelaverit, Deo annuente, in sequenti narrabimus. *Sane narravit, eadem nocte, qua Sergius visionem illam vidisset, Hugobertum in proximo urbi vico mansionem accepisse (c. 16), curioseque quaerenti, unde has res omnino novas deprompsisset, his verbis respondit, fidei suae subveniens:* Qualiter autem a papa Sergio eodem die agnitus et de nece dilecti magistri sui Lamberti per signum baculi eius certior factus sit, si quis plenius scire desiderat, libellum illum relegat, quem a viris fidelibus editum, de vita et conversatione ipsius Hugberti ante episcopatum a plerisque apud nos et haberi et legi non est dubium.

Libellum illum de vita et conversatione Hugoberti ante episcopatum acta, quo fidem suam Nicolaus confirmare studebat, nemo ante eum viderat nemoque ante eum de condicione et origine Hugoberti deque eius itinere Romano quicquam enarravit, cumque vel vetustus Hugoberti biographus, cui annorum pontificatus numerum Nicolaus debebat (c. 16), priorem vitam silentio praeteriisset, manifestum erat auctori saeculi XII. eiusmodi res primum afferenti credi non potuisse, nisi libello quodam quasi praesidio se munivisset. Ea vero quae Nicolaus de priore vita enarravit dubiae auctoritatis sunt atque aevi posterioris vestigia adhuc deprehenduntur. Odam enim Hugoberto Aquitano adhaesisse voluit (c. 12), Boggis Aquitanorum ducis viduam, cuius post auctorem Annalium Lobiensium[1] *Sigebertus Gemblacensis in Chronica a. 711. meminit, atque hanc Chronicam ipse in prologo inter fontes suos enumeravit. In eadem Sigeberti Chronica a. 698. et Sergius papa de redarguendis Aquileiensibus bene meritus ante Landiberti martyrium commemoratus est et Tiberius Apsimarus imperator Constantinopolitanus successor Leontii occurrit, de quibus Nicolaum ad eundem fontem in calce libri rettulisse certum est. Iusto igitur iure Carolus de Smedt b. m., vir optimi iudicii, quam maxime dubitavit*[2]*, quin ille de Hugoberto libellus umquam scriptus sit, quem Nicolaus a viris fidelibus editum esse contendit.*

Interim Vitae nonnullae Hugoberti per codices saec. XIV. et XV. traditae cum Nicolai textu fere ad verbum conveniunt atque Vitam III.[3] *capita illius 12. 13. 16. exhibentem ex ipso pendere omnes consentiunt. Quarta vero*[4] *in codicibus saec. XV. tantum tradita 'de vita et conversatione sancti Huberti ante episcopatum eius' eodem modo inscripta est, quo Nicolaus fontem suum citaverat, atque Suyskenus*[5] *et I. Heller*[6] *eum ipsum esse censuerunt. Textu accuratius examinato, haec opinio stare nequit. Vita quarta aeque ac tertia cum Nicolai textu in universum consentit, sed fabula de cervo viso aucta fineque dubiae fidei exornata est, qua ubertate vix commendatur*[7]*. Fabulam enim illam neque a Nicolao neque ab Aegidio Aureaevallensi commemoratam post hos auctores inventam esse apparet atque ante saeculum XV. vix ullum ipsius vestigium deprehenditur, qua Hugobertus venatorum patronus factus est. Utroque deinde textu inter se discrepante et Nicolai et quarti Hugoberti biographi, meliores lectiones iterum apud illum occurrunt, quae ab Aegidio Aureaevallensi iterum confirmantur:*

1) *SS. XIII, p.* 227. 2) *AA. SS. Nov. I, p.* 782. *Van der Essen, 'Étude critique et littéraire sur les Vitae des saints Mérovingiens de l'ancienne Belgique' p.* 52. 3) *AA. SS. Nov. I, p.* 829 *sqq.* 4) *Ib. p.* 832 *sqq.* 5) *Ib. Sept. V, p.* 617. 6) *SS. XXV, p.* 43. 7) *Hanc quaestionem denuo in appendice tractavi; v. infra p.* 429 *sqq.*

Nicolaus c. 16. *cum Aegidio II,* 21.	*V. Hugoberti IV, p.* 833.
propter veritatis et castitatis defensionem et testimonium.	propter veritatis testimonium.
Nicolaus ib. cum Aegidio l. c.	*V. Hugoberti l. l.*
immolatus, et quia in terris martyrum Christi imitari studuit fidem et constantiam, eorum in celesti curia consortium obtinere promeruit (m e r u i t *Aegidius*) et gloriam.	immolatus. Propterea in caelestibus cum sanctis m e r u i t coronari.

Et [visus est ei baculum porrexisse, dicens *om. V. Hugoberti IV*]. In hoc.

Nicolaus ib. cum Aegidio l. c.	*V. Hugoberti IV.*
Et forte memorabilis vir Hugbertus.	Et forte vir Domini Hubertus.

Hugoberti biographus sermonem hic illic corripuit totaque enuntiata praetermisit, quibus egere nequimus. Adiectivum memorabilis *cum* vir *coniunctum, quod apud eum desideratur, ad elocutionem Nicolao familiarem pertinet, atque non solum Nicolaus c.* 13 *(p.* 417, 37*) lectionem:* memorabilis vir *confirmat, sed etiam ipse Hugoberti biographus, sicut iam Stephanus L.* 9 *(p.* 389, 25*) scripserat:* pater memorabilis. *Immo Aegidium Hugoberti biographus iam adhibuerat, nam c.* 13. *verba* Proposuerat siquidem *apud utrumque desiderantur et mox pro verbis* ex disciplina et institutione *apud utrumque legitur* hortatu, *item in c.* 16. meruit *pro* promeruit. *Aegidius medium locum inter Nicolaum et biographum IV. Hugoberti occupat:*

Nicolaus c. 16.	*Aegidius II,* 21.	*V. Hugoberti IV.*
vigiliis et orationibus fatigatus *(cf. Stephani L.* 9, *p.* 389,27: ieiuniis et orationibus nimium erat fatigatus*).*	post matutinorum sollempnia vigiliis et orationibus fatigatus.	post matutinorum officia fatigatus.

Nicolaum Aegidius ita expilavit, ut aeque atque ille ad librum de vita et conversatione Hugoberti ante episcopatum lectores delegaverit; ea vero quae in episcopatu Hugobertus gessisset 'ex libro domini Ionae episcopi' deprompsisse voluit, atque ad haec mox transiens, baculum Roma reportatum confinxit, immo pontificalia celeriter adiecit, quibus in codice autographo vel 'clavis a Petro tradita' accessit, rursus deleta. Idem Aegidii locus in calce Vitae IV. Hugoberti iteratus est, suppresso vero quod apud illum praecesserat Ionae nomine, atque ampliata denuo fabula, de pontificalibus Landiberti iam fuse expositum est, quomodo e loco martyrii ad Hugobertum induendum ab angelis allata essent huncque papa vel episcopum consecrasset atque ipse Petrus ei clavem auream cum potestate ligandi et solvendi tradidisset. Ad hanc molem fabula iam excreverat, sed ultimum additamentum ex parvis initiis exortum Aegidius nondum legerat, sicut etiam primum de cervo viso miraculum ignoraverat, atque manifestum est eum ipsum ex textu deteriore Vitae IV. Hugoberti pendere non posse, sed hunc se omnino posteriorem praebere. De necessitudine quae inter hos fontes intercedat probis argumentis allatis omnino recte iudicasse mihi videtur C. de Smedt.

Chronica Nicolaus non solum Sigeberti Gemblacensis inter fontes suos in prologo enumeravit, sed etiam Reginonis abbatis Prumiacensis, cuius locum celeberrimum ad martyrium Landiberti spectantem legerat (c. 16*). Quod etiam 'Gesta regum Francorum' ibi citavit, vestigia eorum mihi reperire non licuit, sed potius Annales Mettenses habuisse videtur (c.* 5*). Epistula Hieronymi ad Heliodorum in prologo allata est. Epistulae autem diversorum episcoporum, quas auctor adhibuisse voluit, eodem modo dubiae fidei sunt atque 'relatio maiorum scriptaque virorum fidelium', quae appellavit. Ad Gesta Servatii nuper edita*[1] *ea redire videntur, quae in c.* 15. *de origine nominis Legiae et*

1) *Ed. F. Wilhelm, 'Sanct Servatius', Monachii* 1910.

de oratorio Cosmae et Damiani Leodicensi a Monulfo episcopo constructo et consecrato enarravit, isque auctor primus martyrium Landiberti in eodem collocasse videtur. Nicolaus, eius vestigia secutus, 'scripta patrum' citavit. Praeter V. Landoaldi auctore Herigero etiam V. Landradae se usum esse (c. 11) praefatus est, quam auctor eius Sigebertus iam adhibuerat (c. 15).

Eximiam diligentiam Nicolaus locis describendis impendit et inprimis Legiam celebravit, vicum tunc quidem ignobilem, 'nunc' vero meritis patroni 'totius regionis caput et principatus domicilium' (c. 4; cf. c. 12). Iuxta oratorium Cosmae et Damiani Landibertus cellulam suam habebat ex lignis compactam aedificiaque discipulorum usibus necessaria, qui eius exemplo vivebant et instituebantur (c. 15), atque Nicolaus modum et domus episcopalis celebravit et habitus patroni, qui abstinentiae et vigiliis deditus sexagesimum annum iam excessisset.

Horrendum Dodonis exitum, quamque poenam commissi ille luisset cum exercitu suo, in sequenti libello Nicolaus se expositurum esse promisit (c. 16), quem de translatione et miraculis martyris scripturus esset, et fortasse in eodem etiam de incrementis civitatis Leodicensis et de translatione sedis episcopalis tractaturus erat (c. 15), sed is quoque liber a nullo adhuc visus est. Translatio corporis Leodio Traiectum caput 17. occupat ibique metu Pippini eiusque domesticorum martyr in 'ecclesiola' S. Petri sepultus esse dicitur, quae 'basilica' in Vita vetusta appellatur (c. 18).

1) *Codex Remensis n. 1408, antea 1142 (K. $\frac{780}{766}$), saec. XIII. in., formae magnae, fol. 195—208'*[1].

2) *Codex Montensis bibliothecae urbanae n. $\frac{115}{109}$ (8461), antea n. 204, saec. XIII, olim S. Mariae de Camberone, sicut in inferiore margine fol. 1. m. saec. XV. et per totum volumen in imis foliis frequenter adnotatum est, fol. 89 sqq.*[2] *Extrema titulorum verba in laterculo capitum haud raro praetermissa sunt.*

3) *Codex Bruxellensis n. 7483—86 (novi Catalogi n. 3181), saec. XIII, antea musei Bollandiani, ibique signatus Q. MS. 5, fol. 19'—34'. textum Nicolai eo mutilatum continet, quod litterae initiales pictae manu barbara excisae sunt. De initio libri Stephani f. 188 sqq. v. supra p. 333.*

4) *Codex Bruxellensis n. 9598—9606 (novi Catalogi n. 3227), saec. XIII, olim 'Liber S. Laurentii in Leodio', ibique signatus $\frac{L\ L}{A\ 2}$ vel $\frac{M\ M}{4\ 2}$ vel $\frac{L\ L}{4\ 1}$, fol. 9—23', Nicolai librum continet. Insunt diversis temporibus scripta neque eiusdem formae schedasque papyraceas fol. 170. saec. XV. scriptas epistula occupat missa:* Domino Adriano cantori in Sancto Laurencio.

5) *Codex Luxemburgensis n. 100, antea n. 13*[3]*, saec. XIII, olim Aureaevallensis, ubi haec fol. 160'. minio appicta sunt:* Liber sancte Marie de Aureavalle, qui eum abstulerit, anathema sit, *fol. 1—26. Nicolai librum exhibet hiantem folio exciso post fol. 11'. a verbis c. 8:* et magnanimitas in singulari professione *ad c. 9:* et sine inter | (prete). *Prologus in hoc codice non Wederico abbati dicatus est, sed 'omnibus Christi fidelibus', neque vero quae sequitur allocutio 'vestra paternitas' immutata est, ita ut interpolatoris studium mox exaruisse videatur. Locus ad pelices spectans ab osculando martyris corpore prohibitas, qui in c. 17. legitur, ad verbum cum Sigeberti c. 22 (cod. 3) convenit itemque ad interpolationem referendus est, cum Nicolaus auctores suos suo ingenio accommodaverit, atque etiam fol. 26—30. Sigeberti capita 25—28. a verbis:* Legia, que illustrari meruit, *ad verba:* an religiosior in ecclesiastica disciplina *Nicolao adiuncta sunt. Reliquum paginae bipartitae spatium martyrii imago variis coloribus auroque picta occupat, ubi pontifex ante altare SS. Cosmae et Damiani orans*

1) *Cf. 'N. Archiv' XVIII, p. 606.* 2) *Ita folia antiquitus numerata erant, denuo non numerata, quae fol. 87'—104. computaverunt Bollandiani, Anal. Bolland. IX, p. 276; cf. 'Archiv' VIII, p. 470.* 3) *Cf. 'Archiv' VIII, p. 592; F. W. E. Roth, 'N. Archiv' XXXVII, 301.*

a milite gladio iugulatur, quattuor pueris e tecto lanceas corpori impingentibus. Tabula 1. *specimen picturae exhibet c.* 16. *textus Nicolai illustrantis, qui vero unum solum satellitem fastigium oratorii ascendisse lanceaque martyrem transfodisse voluit.*

Librarius pro geminatis litteris l, r, s *simplices saepe scripsit, utque non adeo exercitatus erat,* conspicuis *corrupit in* conspicinis, *sed haud pauca menda corrector quidam sustulit. Littera initiali varii coloris capita distincta neque vero numerata sunt nisi manu recentiore (saec. XVI?).*

6) *Codex Bernensis A.* 8, *saec. XIV, fragmenta amplioris legendarii continet neque textus Nicolai fol.* 36—44'. *integer est, sed foliis excisis, hiat et primo post fol.* 39'. *folium deest, quod antiquitus CCCLXXXII. numerabatur, ita ut textus a verbis c.* 5 *(p.* 412, 6*):* Hildricus, postposito viri D. consilio *ad verba c.* 6: paternam ad D. fudit orationem *desideretur, deinde post fol.* 43'. *folium CCCLXXXVII. veteris legendarii deficit, quocum textus a verbis c.* 11: multitudo ad exequias sacrae virginis convenerat *ad c.* 12 *(p.* 415, 18*):* si non eum copula *periit atque in verbis c.* 13 *(p.* 417, 36*):* speratur et expectatur *liber mutilus desinit, quaternione deperdito.*

Fol. 51'—56'. *chartae traditionum 'domus Alveriae' saec. XIII. scriptae occupant, quarum una debetur* Petro de Balma profecturo Ierusolimam.

Caput 25. *Sigeberti, sicut in libro* 5, *aliaque ex eodem auctore deprompta Nicolai textum etiam in his codicibus excipiunt:*

7) *Codex Londiniensis inter Add. MSS. n.* 18628, *chartaceus formae magnae saec. XV, fol.* 1—17', *praescr.:* Incipit vita seu passio beatissimi Lamberti episcopi et martiris, *absque prologo incipit:* Gloriosus vir Lambertus *(c.* 1*). Capiti* 25. *Sigeberti, quod f.* 15'. *Nicolaum excipit, haec praescripta sunt:* De miraculis Legie ostensis in loco passionis beatissimi Lamberti[1].

8*a*) *Codex Bruxellensis n.* 2493—98 *(novi Catalogi n.* 3155*), saec. XV, fol.* 96—133', *additamentum ex Sigeberto depromptum fol.* 133'—138. *eodem fere modo disponit*[2] *atque codex insequens.*

8*b*) *Codex Gandavensis n.* 562 *(de Saint-Genois n.* 169*), saec. XVI, fol.*2—74[3].

Accedunt codices in annalibus nostris adnotati aut alibi occurrentes hi:

Bruxellensis n. 197 *(novi Catalogi n.* 3131*), anno* 1465. *in monasterio Rubeaevallensi exaratus, fol.* 82'—85, *qui textum in breve coactum exhibet*[4],

Leodicensis seminarii episcopalis n. 6 *G* 25, *saec. XV*[5],

Oxoniensis bibliothecae universitatis n. 17029, *inter d'Orvillianos n.* 151, *antea X.* 1. 5. 4, *chartaceus formae quadratae, saec. XV, fol.* 65', *una cum translatione ex Sigeberto deprompta ad verba c.* 27: periit subita et eternali morte[6],

Romanus bibliothecae Valicellianae H 6, *c. a.* 1600. *e Legendario membranaceo ecclesiae senioris Leodicensis et e codice chartaceo canonicorum S. Martini universitatis Lovaniensis exscriptus, fol.* 121—131[7], *una cum additamento ex Sigeberto deprompto ad verba c.* 27: laudemus universaliter. Amen,

Vindobonensis bibliothecae privatae Caesaris Austriaci n. 9375*a, saec. XV, olim Corssendoncanus, fol.* 9—25[8].

Inter codices 1. 2. 3. 4. 5. 6, *quos cum partibus libri edendis contuli*[9], 1 *et* 2 *locis nonnullis ita eminent, ut lectionem veram soli servaverint:*

1) *Cf. 'N. Archiv' IV, p.* 359. 2) *Catalogus codd. hagiogr. Bruxell. ed. Bollandiani I, p.* 335. *Codicem Hannoveram missum postea ipse examinavi; v. infra p.* 430 *sq.* 3) *Analecta Bolland. III,* 214. 4) *Catalogus codd. hagiogr. Bruxell. ed. Bollandiani I, p.* 101. 5) *Cf. 'Archiv' VIII, p.* 481. 6) *Cf. 'Archiv' VII, p.* 93; *Falconer Madan, 'A summary catalogue of western manuscripts in the Bodleian library at Oxford'* (1897) *IV, p.* 74. 7) *'Archiv' XII, p.* 425; *A. Poncelet, Catal. Lat. Rom. p.* 415. 8) *Anal. Bolland. XIV, p.* 249. 9) *Sed c.* 12. *postea admissum cum codice* 3 *A. Poncelet amicus me petente contulit.*

c. 17. *ex.* Hildeberto] 1. 2 *cum Sigeberto:* Childeberto *Chapeav.;* Hildrico *falso rell.*,
c. 5. Carbonaria seu Argonaria] 2*;* C. seu Arrogona *codex cathedralis S. Landiberti apud Chapeav.;* C. seu arrogantia *rell.*

Nicolaus silvam Carbonariam ad silvam Arguennam (hodie 'la forêt d'Argonne') rettulisse videtur nomenque nomini antiquo aliquo modo adaequasse, licet situs non omnino conveniret. Codex, quo Chapeavillus usus est, lectiones nonnullas 1 *habuisse videtur, veluti c.* 17. crebrosque *pro* celebresque *praebebat, licet prologus ita immutatus esset, sicut in* 5. *Codex* 2 *solus deficit: c.* 17. questibus] questionibus 2.

Bonae codicum 1. 2 *lectiones haud raro libro* 3 *confirmantur:*
c. 13. niteretur] 1. 2. 3*;* mereretur 4. 5. 6*;*
c. 15. 16. *nom.* Alpaidis] 1. 2. 3 (Albhaidis *Frutolfus, SS. VI, p.* 118*;* Chalpaida *Fred. Cont. c.* 6)*;* Alpais *more graeco* 4. 5*;*
c. 17. gloriam et honorificentiam] 1. 2. 3; gl. et honorem *rell.*,

et codices 2. 3 *propius inter se coniuncti sunt:*
lat. c. 5. Francorum regis] Francorum *om.* 2. 3*;*
c. 5. non iam] iam non 2. 3*;*
c. 16. videlicet] *om.* 2. 3*; ib.* etiam] *om.* 2. 3*; ib.* gregem Christi] Christi *om.* 2. 3.

Etsi codices 4. 5. 6 *ex eodem exemplari pendent mendis communibus inquinato, tamen codex* 2 *non solum cum* 3, *sed etiam cum* 4 *convenit:*
c. 4. tandem] tamen 2. 4*;*
c. 15. instituebantur] instruebantur 2. 4.

Libri 4 *et* 5 *verba eadem immutant, transponunt, praetermittunt:*
c. 15. spiritu tactus] t. sp. 4. 5*;*
ib. exhibuit] 1. 2. 3*;* prebuit 4. 5*;* exhibebat *Sigebertus;*
c. 16. domicilium religionis] domum r. 4. 5*; ib.* in visu] *om.* 4. 5*;*
c. 17. pastoris desiderio] corporis, *om.* des. 4. 5,
et 4 *etiam cum* 6 *consentit: Prol.* explicare] explanare 4. 6,

immo tres libri ad idem exemplar redire videntur:
c. 4. universi] 2. 3*;* immensi 1*; om.* 4. 5. 6*;*
c. 5. autem] *rell.;* enim 4. 5. 6*; ib.* possessionibus] *rell.;* possessione 4. 5. 6.

Ad hos codices e *pro* ae *in auctore saec. XII. constanter scripsi neque vero* ci *pro* ti *in eisdem codicibus aeque constanter scriptum est, sed in melioribus recta scriptura frequenter deprehenditur et* tia, tio, tium *fere servantur, dum* cie, ciis *saepe,* ciosus *constanter scribitur; in deterioribus vero, veluti in* 5, ci *passim praevalet. Nicolaus* g *per* i *pronuntians* Seiberti *pro 'Sigeberti' (prol.) et* traiediam *(c. 5) scripsit.*

Guetzelo Rodensis ecclesiae (hodie Klosterrath prope Herzogenrath, antea Rolduc) frater et sacerdos 'particulam passionis sancti Lamberti' in libello vetusti voluminis bibliothecae monasterii Osnabruggensis in monte sanctae Gertrudis positi se repperisse contendit, de qua rem tam miram rettulit, ut ei haud facile fides habenda sit. Vitam enim Odae virginis Rodensis (hodie Sint-Oden-Roey prope Bommel in Brabantia septemtrionali) ecclesiae patronae scripturus, ut materiam colligeret, aliquamdiu apud Philippum episcopum Osnabruggensem (a. 1141—1173 [1]) *versabatur 'ex nobilissimo Rodensium dominio progenitum'* [2], *eiusque ore cum alia quam plurima se accepisse gloriatus est satis*

1) *Cf. Philippi, 'Osnabrücker Urkundenbuch', Osnabruggi* 1892, *I, p.* 212. 2) *Hoc auctoris saeculi XII. de Philippi origine testimonium, qui ex praeposito Daventrensium episcopus Osnabruggensis electus esse perhibetur, haud parvi aestimandum est. Ertmannus auctor satis recens eum ex stirpe comitum de Catzenellenbogen fuisse asseruit, Cronica episcoporum Osnaburgensium, 'Osnabrücker Geschichtsquellen' I, p.* 57. *Albertus vir nobilis, conditor monasterii Rodensis, e cognatis comitum Wassenbergensium et Clivensium erat; cf. SS. XVI, p.* 688.

fabulosa, tum audisse voluit virginem natione Scottam fuisse, id quod ille a 'suis praedecessoribus' cognovisset. Fabulae quam auctor enarravit quasi fundamento esse poterat vetustus ille Passionis Landiberti codex, in quo haec scripta esse dicuntur[1]*:* quod nobilis quaedam puella nomine Oda, de longinquo veniens, Leodii meritis sancti Lamberti curata sit. *Agitur de Oda illa virgine caeca eo loco, ubi Landibertus passus erat, sanata, eamque nobilem fuisse divinare licet neque vero vetustus biographus patriae eiusdem meminit, atque qui e posteribus biographis solus hac de re scripsit Sigebertus c.* 25. *e contrario 'loco proximam' eam fuisse contendit. Verba igitur, quibus Guetzelo nisus locum V. Landiberti ad Odam suam Rodensem rettulit, scilicet* de longinquo veniens, *suspecta sunt, sine dubio excogitata, ut virginem natione Scottam fuisse aliquatenus probaretur. Passionem igitur talem, qualem Guetzelo vidisse voluit, interpolatam esse necesse est atque parum refert*[2]*, utrum de textu A an de Sigeberti libro cogitari liceat. Certe Guetzeloni praeterea ad Vitam Odae omnino fabulosam conscribendam Nicolai liber praesto erat neque enim ignoravit martyrem Alpaidi nec in cibo nec in potu communicare voluisse oratoriumque Leodicense, ubi corpus Hugobertus recondidisset, in honorem Cosmae et Damiani a Monulpho constructum esse. Nemo autem ante eum tradiderat martyrem in Nova valle iuxta Leodium sive Legiam a Dodone quondam principe interemptum esse.*

Aegidius Aureaevallensis Anselmi Gesta pontificum Tungrensium sive Leodicensium fabulis postea exortis inter a. 1247. *et* 1251. *amplificans inprimis Nicolai librum avide hausit*[3] *neque vero Sigeberti opusculum in funere describendo neglexit splendoremque gentis martyris mirabilemque eius virtutem novis inventis cumulavit, scilicet Aprum patrem non solum virum illustrem fuisse, sed etiam 'regum lateralem' (II,* 5*) atque infantem multo plura quam olim Amandum locutum esse, cuius nutrix Lina appellata esset. Ordinem temporum Aegidius ita disposuit, ut Theodoardum episcopum praecedentem a.* 659. *occisum esse statueret (II,* 2*) neque a.* 658, *sicut Sigebertus chronographus, cumque Landibertum anno aetatis* 21. *electum esse contenderit, eum natum esse necesse erat a.* 639*; anno autem* 700. *'aetatis suae sexagesimo' martyrium attribuit. Oratorio Cosmae et Damiani a Monulfo constructo domum episcopalem addidit (II,* 50*) pro cellula ex lignis compacta, cuius Nicolaus c.* 15. *meminit.*

Iacobus a Varagine res gestas martyris summatim breviterque potissimum ad recensionem B descripsit[4]*, ita incipiens:* Lambertus nobilis genere, sed nobilior sanctitate vite et a primevo etatis sue litteris eruditus adeo pro sui sanctitate ab omnibus amabatur, ut post Theodardum magistrum suum Treiectensis ecclesie in episcopum meruit promoveri. *Ad exilium transiens auctor his verbis successoris meminit:* honore debito privaverunt et Ferramundum in eius cathedra statuerunt, *et vitam B imitatus etiam miraculum Stabulense de Landiberto enarravit ad crucem poenas peccati luente. Pro Gallo et Rivaldo, nominibus praetermissis, 'duo maligni' martyrem graviter insectabantur. Meretricem ex traditione posteriore Iacobus deprompsit:* Eo tempore Lambertus Pipinum de quadam meretrice quam tenebat plurimum increpavit, *una cum 'fratre' Dodone. De tempore martyrii haud leviter erravit:* sanctum Lambertum in oratione prostratum perimerunt circa annos Domini dcXX, *mox ita desinens:* Quibus discedentibus (*al.* descendentibus), quidam ex eius famulis evadentes corpus eius occulte ad cathedralem ecclesiam navigio perduxerunt et cum multa civitatis

1) *Prologus V. Odae apud Ghesquierum, Acta Sanctorum Belgii VI, p.* 619. 2) *Cf. Van der Essen, 'Étude critique et littéraire sur les Vitae des saints Mérovingiens de l'ancienne Belgique' p.* 193. 3) *Aegidii Aureaevallensis Gesta episcoporum Leodiensium II,* 5—21, *SS. XXV, p.* 38 *sqq.* 4) *Iacobi a Voragine Legenda Aurea, rec. Th. Graesse, Dresdae* 1846, *p.* 596: Cap. CXXXIII (134). De sancto Lamperto.

mesticia sepulture dederunt. *Editio Bonini Mombritii, Sanctuarium II, fol. L (ed. monachi Solesmenses, Parisiis 1910, II, p. 92), sermonem haud multum immutatum exhibet atque annus emortualis correctus:* sexcentos octaginta *ad verum calculum aliquanto propius accedit. Codex, qui in annalibus nostris*[1] *descriptus est, exordio et fine allato, monasterii Admontensis nunc n. 13, 'eiusdem saeculi', scilicet saec. XI, potius saeculo XIV. exaratus est eundemque Iacobi textum f. 212'. continet. Codicem Hannoveram missum ipse examinari, cum ea quae ei inest vita Sigfrido Hirsch*[2] *digna visa esset, quae accuratius pervolveretur, sed cum pervolvens oleum perdidi.*

Petrus de Natalibus, Catalogus sanctorum et gestorum eorum ex diversis voluminibus collectus, libri VIII. c. LXXXVI (Argentinae 1513, fol. CLXIIII[3]*), 'De sancto Lamberto episcopo et mar.' strictim egit novasque fabulas confingens ita incipit:* Lambertus episcopus et martyr passus est tempore Pipini Francorum regis. Hic enim genere nobilis ex oppido Traiectensi oriundus: ab annis puerilibus sacris litteris eruditus Diotardi episcopi discipulus fuit: a quo et ecclesiasticos ordines usque ad diaconatum accepit. Qui pro sui sanctitate adeo ab omnibus amabatur: ut mortuo Diotardo magistro suo, Traiectensis ecclesie in episcopum ab omni populo mereretur promoveri. Quem Hydricus rex pre omnibus episcopis suis charius diligebat. *Primus memoriae tradidisse videtur, Landibertum ecclesiasticos ordines usque ad diaconatum a Theodardo episcopo accepisse, id quod facile excogitari poterat, sed mox Iacobi vestigia secutus est, alios quoque fontes hic illic adhibens, atque tempora illa ei tam remota erant, ut martyrium, quod Pippino Francorum rege contigisse initio scripserat, desinens ita definiret:* sepulturae dederunt. Passus est XV. Kalendas Octobris circa annum Domini dcx.

Cum vitae primigeniae textus non solum crebrius retractatus, sed etiam ad novos libros condendos adhibitus esset, tanta codicum Vitae Landiberti moles exorta est, quantam haud facile quisquam perlustrare aut in ordinem redigere posset, atque editores in universum publici iuris fecerunt in quem fortuito inciderunt codicem, cumque nemo altius inquisivisset, fieri poterat, ut optima et vetustissima vita usque in nostros dies lateret neque adhuc prodierit nisi ad unum solum codicem parum accurate recensita, omnino neglectis reliquis permultis.

Laurentius Surius, De probatis sanctorum historiis, Coloniae Agrippinae 1574, tom. V, p. 260—268, Stephani librum edidit, 'stylo nonnihil correcto, ubi visum fuit', neque vero prologum ita tractavit, sermonem ibi fere integrum servans, codicemque adhibuit similem nostro 4:

prooemium derisio] irrisio *(= 4. 5a. c),*
ib. verno] vernae *(= 4).*

I. Chapeavillus, Qui Gesta pontificum Tungrensium, Traiectensium et Leodiensium scripserunt, auctores praecipui, Leodii 1612, tomo I. exeunti quattuor vitae Landiberti auctores appendicis loco adiecit. Agmen ducit p. 321—349. textus Godescalci nomine editus, quem anno 770. floruisse editor credidit, scilicet posterior e duabus recensionibus B interpolationibus traditionis recentioris adaucta, qualem in codice Bruxellensi n. 9368, saec. XV, (nobis B 10) repperi, atque e 'duobus vetustissimis codicibus' ab editore adhibitis, scilicet ecclesiae S. Landiberti Leodicensis et monasterii S. Laurentii prope Leodium, hic noster B 10 est. Textum in 14 capita divisum, ut Godescalco attribueret, quem primum biographum fuisse apud Sigebertum legerat, testimonio Theodoini commotus

1) *'Archiv' VI, p. 164.* 2) *S. Hirsch, De vita et scriptis Sigiberti, Berolini 1841, p. 302.* 3) *In editione Lugdunensi a. 1514, fol. CLXVIII'.*

est, ad quod haec p. 330. *adnotavit: 'Godeschalcus scribit ex ore Thiodoeni, qui Lamberti famulus et comes fuit, cum se conferret ad monasterium Stabulense'. Stephani liber, qui p.* 351—370. *sequitur, 'ex vetusto M. S. C. ecclesiae collegiatae S. Petri Leodiensis' depromptus est, simili nostris libris* 5, *'nulla styli mutatione facta', textumque in verbis* et ad caelos usque emittentes suspiria *desinentem frustula libri Godescalci vel potius recensionis B interpolatae ibi excipiebant. Cum Sigeberti monachi librum editori reperire non licuisset, Nicolaum p.* 371—409. *mox adiunxit erutum 'ex M. S. codice ecclesiae cathedralis S. Lamberti, ex quo lectiones sub matutino officio legi solent', liberque prologum exhibebat 'omnibus Christi fidelibus' dicatum, sicut in codice Luxemburgensi n.* 100, *saec. XIII, legitur (nobis* 5*), sed melioris quoque notae lectiones apud Chapeavillum deprehenduntur (cf. supra p.* 348*). Denique quartum eumque ultimum auctorem Renerum credidit fuisse monachum monasterii S. Laurentii prope Leodium circa a.* 1130. *florentem; quem vero p.* 411—434. *ex duobus vetustis codicibus uno S. Laurentii prope Leodium (nobis* 1*), altero Cruciferorum conventus Leodicensis edidit, textum interim intellexerunt Sigeberti esse eum ipsum, quem ille supra frustra quaesiverat, atque Baronius et Molanus quibus nititur Renerum inter actorum Landiberti auctores quinto loco enumerantes, scilicet post Sigebertum et Nicolaum, procul dubio de eius Triumphali Bulonico cogitaverunt:* Qua diebus nostris meritorum gratia, qua signorum gloria sanctus martyr Lambertus quasi Lucifer novus effulserit, *certeque quod Chapeavillus edidit opusculum non post Nicolaum, sed ante eum collocandum erat ex ipso pendentem.*

Ex Chapeavillo Godescalci qui dicitur textus in novam corporis S u r i a n i *editionem (*1618*), September, p.* 172—177, *transiit.*

A. d u C h e s n e, *Historiae Francorum scriptores coaetanei, Lutetiae Parisiorum* 1636, *tom. I p.* 674—675, *particulas selectas vitae primigeniae protulit, quam 'auctori contemporaneo' attribuit, nomen nullum citans. Exemplar quod adhibuit simile erat* 2*a*¹*; cf. c.* 1*:*

praesides] illius temporis *add. cum* 2*a*¹*;*

et infra venerandus — christianus = 2*a*¹.

Ioannes M a b i l l o n, *Acta sanctorum ord. S. Benedicti, Lutetiae Parisiorum* 1672, *Saec. III,* 1, *p.* 69—81, *primus totum textum A, quem 'Godescalco diacono Leodicensi saeculo VIII.' attribuit, restituere conatus 'MSS.' adhibuit, et lectiones deprehendi inprimis codicum alterius classis:*

c. 6. opertus] coopertus *(=* 2*a*¹*),*

c. 7. Et iam] *om. (=* 2*a*²*),*

c. 8. potentiae] potentium *(=* 2*a*². *B),*

unam etiam codicis 1*b:*

c. 13. et supermontare] desuper adscendere (super ascendere 1*b*),

sed finem c. 16. *editor praetermisit atque praeter 'MSS.' 'libro de Gestis Pontif. Leod.' et Henrico Canisio, scilicet recensione B, usus haud raro ex hoc sordido fonte potavit, sicut ultimum prologi enuntiatum inde deprompsit, et a verbis c.* 24 *(infra p.* 377, 12*):* et diversis generibus vocum ululantes, quae humana natura contremiscebat, *textus quem publici iuris fecit fere totus est B.*

M. B o u q u e t, *'Recueil des historiens des Gaules et de la France', Parisiis* 1741, *tom. III, p.* 596 *sq., frustula ex editione Mabilloniana deprompta iteravit.*

Hec equidem[q] partim ex Gestis regum Francorum[2], partim ex Cronicis Reginonis Prumiacensis abbatis et Seiberti[r] venerabilis monachi de cenobio Gemblacensi[s], partim ex epistolis diversorum episcoporum[3], partim ex Vita beati Landoaldi presbyteri seu sancte Landrade virginis, partim ex relatione maiorum et[t] scriptis virorum fidelium excerpere curavi et in libelli huius formam seriemque redegi, imitatus[u] quodam modo apis sollertiam, que ex diversis floribus sucos[v] convehens et in favos disponens[4], varium saporem in unam conmutat mellis dulcedinem. Et quoniam vestra[w] Letiensis[x] ecclesia specialiter[y] beati Lamberti patrocinio gloriatur eiusque reliquias pio[z] amore indubitanter conplectitur, hoc parvitatis[a] mee opusculum sanctitati vestre transmitto, pater venerabilis, summopere vos deprecans, ut non in eo scribentis imperitiam, sed eorum que[b] inscribuntur et martyris attendatis[c] magnificentiam. Valete et[d] orate pro me.

EXPLICIT[e] PROLOGUS.

IV. Prolog. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

Prol. a) *ita* 1. 2. 4 (*cf. p.* 407, *l.* 22. insumpsisse); ::assumpsi 5; assumpsi 6. b) auctoritas (6). c) Godescaldus (?) 1, *corr.* d) Leodi(e *m. al. in litura*)nsis 3. e) sacerdoti:: 2. f) o. v. (4). g) subsanandi (5). 6. h) kal. 4. i) scr. e. 5. k) memorialibus 6. l) principium 6, *corr.* m) erectus 6, *corr.* n) martyrii 6. o) fini:erit 3. p) magnifeste *pr. m.* 5. q) omnia *add., m. rec. expunctum* 4. r) *ita codd.* s) Iemblacensi 1. t) ex 6. u) imittatus *pr. m.* 3. v) succos 1. 3. 4. w) *m. al. corr.* nr̄a 5. x) Leciensis 3. 5 (*pr. m.*). 6; Liciensis 1; *m. al. corr.* Leodiensis 5. y) *om.* 1. z) reliquias :::: (in *in litura scr.*)dubitan ter pio a. 2. a) pravitatis 6. b) q̊ 6. c) atendatis 5. d) *om.* 6. e) *subscr. om.* 4. 5. 6.

1) *Inter episcopos Leodicenses Landibertus* 29, *Stephanus* 39. *ab Anselmo II,* 3. 20. *numeratur.* 2) *Annales Mettenses Nicolaus c.* 5. *adhibuisse videtur, quos in codice Dunelmensi Reginonis Chronicon subsequitur; cf. praefationem B. de Simson p. V.* 3) *De hoc fonte satis dubio v. supra p.* 345. 4) *Similiter Sedulius Scottus, De rectoribus christ. c.* 20 (*ed. Hellmann, 'Quellen und Unters. z. lat. Philol. d. Mittelalt. her. von Traube' I,* 1, 1906, *p.* 89)*:* Sic et apes ex diversis floribus liquida mella in utilitatem dominorum transitura colligunt, quibus gratissimos favos artificiosa dispositione componunt.

INCIPIUNT CAPITULA[a].

1.[b] De nativitate beati Lamberti martyris[c] et sub quibus principibus natus est et sub quo magistro sacras litteras didicerit[d]. Sigebertus c. 1.

2. De fonte, quem apud Wentreshovo[e] orationibus de terra produxit. ib. c. 3.

3.[f] Qualiter beato Theodardo commendatus fuerit qualiterque[g] sub eo vixerit. ib. c. 4.

4.[h] Quomodo post mortem beati[i] Theodardi[k] in episcopum Tungrensis ecclesie electus et consecratus fuerit. ib. c. 7.

5. Quomodo in[l] episcopatu[m] vixerit et qualiter post mortem Hildrici[n] Francorum[o] regis ab Ebroino maiore domus ab episcopatu expulsus sit et Faramundus illic violenter intrusus. ib. c. 10.

6. De eo quod beatus Lambertus in omni patientia, relicto episcopatu, Stabulense cenobium cum duobus pueris expetierit. ib. c. 11.

7. Ubi beatus Lambertus, dum furtive ad orationem properans, media nocte fratres[p] fortuito[q] casu inquietavit[r], et ob[s] hoc penitentie addictus[t], in frigore et nuditate sub horrore hyemalis temporis ante crucem sub divo positam[u] in obedientia abbatis perseveravit[v]. ib. c. 12.

8. Quomodo beatus Lambertus sub Pippino[w], Ansigisi[x] filio, ecclesie Traiectensi[y] honorifice restitutus est[z].

9. Quomodo sanctus Lambertus post reversionem suam Taxandriam ab errore ydolatrie ad Christum convertit[a]. ib. c. 14.

10. Ubi beatus[b] Lambertus et sanctus Willebrordus sese invicem aspexerunt[c] et in Domino dilexerunt[d].

11. De conversione sancte Landrade[e] virginis et de miraculo quod contigit in morte[f] in sepultura eius. ib. c. 15.

12. De conversione Hugberti[g] comitis, postea episcopi, et amite eius Ode vidue, que[h] requiescit in predio Amanio.

13. Quomodo Pippinus[i] princeps[k], abiecta legitima[l] uxore[m] sua Plictrude, Alpaidem, Dodonis sororem, superduxerit et qualiter beatus Lambertus, zelo religionis accensus, eum increpaverit. Ann. Lob. Regino.

14. Quomodo Dodo[n] instinctu sororis sue sanctum Lambertum occidere disposuerit[o].

15. De situ Legie et adiacentium locorum.

16. Quomodo beatus Lambertus a Dodone et sociis eius in villa[p] Legia intra domum ecclesie sanctorum[q] Cosme et Damiani occisus sit. Regino.

17. De exequiis eius. Sigebertus c. 22.

EXPLICIUNT[r] CAPITULA.

IV. Index. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

Index. a) *ita* 1. 2; I. *om.* 3. 5; I. c. libri sequentis *praescr.* 4. 6. b) *numeros om.* 4. 6. c) *om.* 2. d) dedicerit 5. e) *ita* 2; Wentreshovium 1; Wentres ovium 3; Wentresnovum 4; Wendresnovum 6; Wentres honum 5. f) *hunc titulum totum om.* 1. g) que *om.* 6. h) III. *et sic deinceps* 1. i) *om.* 5. k) Hildr *librarius scribere coepit* 5. l) *om.* 5. m) episcopatum 2. n) Hidrici 4. o) *om.* 2. 3. p) fratres *post* fort. c. 2. q) *in litura scr.* 1; fortuitu 5. r) inquietant 6. s) (o *in litura scr.*)b 2; *m. al. superscr.* 5. t) adictus 1. u) positum 6. v) perseveraverit 3. 4; perseveraverat 6. w) Pipino 2. 3 *(sed corr.)*. 4. 6. x) Ansigisi: 3; Ansigi|li 6. y) Tractensi 3, *corr.* z) *ita* 2. 3; sit *rell.* a) *ita* 2. 3; converterit *rell.* b) sanctus 2. 4. 6. c) *ita* 2. 3. 6; aspexerint *rell.* d) *ita* 3. 6; et in D. d. *om.* 2; dilexerint *rell.* e) Landrede 4. 6. f) et *add.* 1. g) *ita* 1. 2; Huberti *rell.*; H. c. *manu recentiore in litura scr.* 5. h) que — Amanio *om.* 2. i) Pipinus 2. 3 *(sed corr.)*. k) *m. rec. in litura scr.* 5. l) legittima 3. m) coniuge 4. 6. n) Do(do *in litura scr.*) 2; Dedo(?) *pr. m.* 5. o) disposuerat 6. p) vila *pr. m.* 5. q) *om.* 5. r) *ita* 1. 2; *subscr. om. rell.*

INCIPIT VITA ET[a] PASSIO SANCTI LAMBERTI EPISCOPI ET MARTYRIS.

Sigebertus c. 1.

C. 1[b]. Gloriosus[c] vir Lambertus et eterno regi sacerdos et martyr electus insigni[d] ex prosapia in Traiecto[e] extitit oriundus[f], qui est super Mosam fluvium grandis[g] vicus, non longe a dirutis urbis Tungrorum[h] menibus. Pater eius Aper, vir illustris, hereditariam a maioribus suis sibi relictam comitatus illic strenue gubernabat dignitatem[i]; mater vero Herisplendis[k] nomine claritatem nobilitatis moribus exornabat pudicitie et honestatis. — — — — — — — — — — — — — — — —

Ib. c. 6.

4. Contigit interea, beatum presulem Theodardum[a] per innocentie viam in territorio Spirensium ad martyrii coronam pervenire. Cuius rei acerbitate et tam lugubri[b] Lambertus consternatus est nuntio[c]. Quamvis[d] enim eum sanctorum martyrum gloria sublimatum non dubitaret, tamen non[e, 1] temperavit a lacrimis, quas eliciebat non incredulitatis diffidentia, sed desiderium[f] caritatis. Angebatur[g] maxime, quod dulcissimi patris saltem supremo non interfuisset funeri. Ut ergo eum quem dilexerat vivum honoraret[h] mortuum, ad solatium universi[i] doloris sui accinxit se constanter ad repetendum corpus exanime sacerdotis et martyris. Et licet id frustra iam primo temptaverit, secunda tandem[k] profectione quod desiderabat obtinuit. Relatum itaque tam sacratissimum pignus non sine magna exequiarum pompa sepelivit eiusque tumulo honoravit villam Legiam, tunc quidem[l] ignobilem vicum, nunc vero ordinatione divina et ipsius beati Lamberti patrocinantibus[m] meritis totius huius regionis caput et principatus domicilium.

Eo siquidem tempore Tungrorum[n] civitas, a[o] Hunis iam pridem funditus eversa, evolutis ab excidio suo plus quam ducentis annis, vix a paucis inhabitabatur, cunctaque sue antique nobilitatis et claritatis insignia vastitatis et solitudinis ipsius magnitudo oblitteraverat[p], solam vero pontificalis cathedre[q] dignitatem, quam a beato Materno[2] primo ipsius civitatis episcopo acceperat, adhuc in ecclesia[r] sancte Marie perpetue virginis inter ipsas murorum suorum ruinas inconcusse retinebat. Et quoniam Traiectenses, qui erant ei versus orientem satis[s] finitimi, rebus multaque populi frequentia tunc in ea regione potentiores habebantur, eorum ordinatione et dispositione Tungrensis sedes, tanquam decrepita et premortua mater a validiore et prudentiore filia, gubernabatur, adeo ut usque ad sacerdotium beati Hugberti[t] non minus Traiectensis quam Tungrensis[u] episcopatus[3] diceretur.

IV. Capp. 1. 4. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

Cap. 1. a) *ita* 2. 6; et p. s. Lambe|, *littera excisa, textus iterum hiat* 3; et — martyris *om.* 5; *praescr.:* Incipit vita beati Lamberti martiris Tungrensis 1; Incipit vita sancti Lamberti *postea minio praescr.* 4. b) *numerum h. l. om.* 1. 2; *capitum numeri desunt* 3. 4; *capita non distincta sunt* 6. c) Igitur gl. v. *incipit* 2. d) *m. rec. in litura scr.* 5. e) Tragecto 5. f) :orion|dus 5; o. ext. 6. g) grandus 5. h) Tongrorum 5. i) ⁊ (= et) *postea add.* 5. k) Herispendis 6.

Cap. 4. a) Thodardum 4. b) lugubri: 1. c) nun:tio, *ras.* c 5. d) Quanvis 3. e) se *add.* 6. f) desiderio 1. 6. g) Augebatur 6. h) honeraret *pr. m.* 5. i) *ita* 2. 3; imensi 1 *om.* 4. 5. 6. k) tamdem *pr. m.* 3; tamen 2. 4. l) i. q. 1. m) patroci(nā *m. al. in rasura maiore*)tibus 5. n) Turgrorum 4, *corr. m. rec.* o) (a hū *m. al. in litura scr.*)nis 5. p) obliteraverat 4; obluctaverat 6. q) chatedre 5, *ut infra.* r) eccła: 4. s) ratis (?) 5, *corr.* t) *ita* 1. 2; *ras.* g 3. 5; Huberti 4. 6. u) Tongrensis 5.

1) *Sigebertus c.* 6: sed ipse temperans dolorem. 2) *Cf. Herigeri Gesta ep. Leod. I, c.* 13 *sqq.* 3) *V. supra p.* 299 *sq.*

Igitur[a] quis Tungrensi ecclesie substitueretur episcopus, multum deliberabatur[b] in ecclesia Dei, multum super hoc[c] tractabatur in aula regis Francorum Clodovei[1] eiusque filii Hildrici[d], qui sub patre regnabat in Austria; nam Sigebertus, Clodovei frater, absque liberis iam obierat. — — — — — — — — — — — — — — — Sigebertus c. 7.

5.[a] Sortitus itaque apicem dignitatis ecclesiastice, studuit pietatis augere opera, qui pontificali auctus erat infula. Non inminuit in eo, sed multiplicavit anterioris vite gratiam collate potestatis excellentia, nec penitus locum habuit in eius animo pestis, que religiosarum mentium statum sepius evertens, his[b] qui ceteris presunt nimis familiaris est: elatio. Mactabat[c] omni die holocaustum Domino non ex pecore[d] alieno, sed ex corpore proprio. Consilium et opus suum semper ad[e] Deum convertebat; cor eius et pedes[f] directi erant ad euvangelizandam[g] pacem. Ib.

Iamque per acceptam superhabundanter spiritualium donorum gratiam opinio eius longe[h] lateque celebriter predicabatur non solum prerogativa meritorum, sed et claritate miraculorum[i]. Unde non inmerito familiariter eo utebatur eiusque se orationibus commendaverat et consilio submiserat Clodoveus[k] rex Francorum[l], nec quicquam in dispositione regni sui videbatur ei[m] satis validum, quod non erat tanti viri prudentia[n] et auctoritate corroboratum. Quante autem[o] existimationis et auctoritatis beatus Lambertus apud regem fuerit, manifeste patet, cum eum idem pacificus rex non solum 'episcopum', sed et 'patrem' et 'apostolicum virum' appellet[2] in eo privilegio, quod promulgavit, ipso sancto presule petente, pro immunitate et possessionibus[p] ecclesie sancte Marie perpetue virginis, in cuius nomine et honore eo tempore Traiecti[q] vigebat post[r] Tungris quedam dignitas pontificalis cathedre: quod privilegium usque hodie apud nos conservari[s] non dubium est.

Similiter post obitum Clodovei sanctum Lambertum intima familiaritate venerabatur Hildricus[t], qui patri successerat[u] in regno Austrie. Siquidem Austria dicebatur ea pars regni Francorum, que a Burgundia usque in mare Fre- Ib.

IV. Capp. 4. 5. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

Cap. 4. a) *c. V. incipit in codd. praeter* 3. 5. b) deliberatur 5; desiderabatur 6. c) *om.* 5; t. s. hoc 4. d) Hyldrici 2.

Cap. 5. a) VI. *codd. praeter* 3. 5. b) hiis 6. c) Ma: tabat *pr. m.* 5. d) pe: core 3. e) *bis scr. erat, sed corr.* 5. f) eius *add.* 1. g) euvangelizandum 3. 6; *cf. Rom.* 10, 15: pedes euangelizantium pacem. h) longę latęque 3. i) *in litura scr.* 1. k) Clodveus *pr. m.* 5. l) *om.* 5. m) esse *add.* 6. n) prudencia:, *ras.* m 5. o) Q. a. *bis scr., sed corr.* 3; Q. enim *(litterae uante enim in litura scr.* 5*)* 4. 5. 6. p) *ita* 1. 2. 3; possessione 4. 5. 6. q) Tra(iecti *in litura scr.*) 5. r) *post* post 4 *litterae ras.* 3. s) servare 1. t) Hyldricus 2; Ildricus 6. u) succenserat 5, *corr.*

1) *Nicolaus duplicem errorem commisit, ratus Childericum a Chlodoveo patre regnum Austrasiae accepisse, qui eo defuncto in illo solio collocatus est, et Sigebertum absque liberis obiisse, illudque, scilicet Childericum a Chlodoveo patre regem Austrasiorum factum esse, iam Sigebertus et in V. Landiberti c.* 7. *et in Chronica a.* 658. *statuerat.* 2) *Chlodoveum regem Francorum, quo regnante Landibertus immunitatis privilegium impetravit, Nicolaus secundum huius nominis (a.* 639—657*) fuisse credidit loco tertii (a.* 690/1—694/5*), sed chartam genuinam apud canonicos ecclesiae maioris asservatam ei praesto fuisse e vocabulis quae citavit colligi licet, et sane in charta Stabulensi a.* 692. *a Chlodoveo rege data legimus:* Ideo vir apostolicus, domnus et pater noster Papolenus episcopus *(K. Pertz, Dipl. I, p.* 55*). Cf. supra p.* 301.

sonum extenditur et hinc[a] Reno[b], illinc[c] silva Carbonaria[1] seu[d] Argonaria[e. 2] concluditur. (Sigebertus c. 7.) Hec tota sancti viri expetebat[f] auctoritatem et consilium, eiusque meritis ecclesia Dei tranquillata[g] est rexque Hildricus[h] aliquandiu bonitate floruit et prosperitate.

Sed quia reges, sicut nec[i] servire cuiquam[k] volunt, ita semper maiorem dominationem desiderare non desinunt[l], Hildricus, postposito viri Dei consilio, abiecto (ib.) germanitatis affectu, animum et manum extendit[3] in regnum fratris sui Theoderici, (ib. c. 9.) qui regnabat in Neustria; eoque expulso, fraterni regni non sine sanguine usurpavit principatum. Sed non est diuturna[m] scelere quesita potentia, nam paulo post Hildricus ob insolentiam morum suorum insidiis quorundam Francorum in venatione exceptus graviterque vulneratus, interiit.

(Ann. Mett. a. 688, p. 5.) At[n] Ebroinus[o. 4] vir[p] crudelis et maliciosus, qui sub Theoderico[q] rege maior domus Franciam sepius[r] turbaverat, audita morte Hildrici[s], sancte religionis habitum reiecit[t]; nam timore Hildrici monachum in Luxovio[u] professus fuerat[5]. Itaque maximum sue factionis exercitum[v] a Burgundia colligens, Theodericum in regnum Francorum reduxit, non quia eum diligebat, sed quia per eum se[w] ulcisci desiderabat. Totam denique iniuriarum suarum ultionem maxime in ecclesiam Dei retorsit, magnosque ac sacerdotales viros, quorum ei sanctitas et libertas vocis (Sigebertus c. 9.) suspecta erat, de medio auferens, alios ex eis exilii[x] proscriptione, alios carcerum et (Ann. Mett. l. c.) tormentorum maceratione afflixit[y]. De quorum numero beatum Leodegarium Augustudunensem[z] episcopum, miris excruciatum[a] modis, Christo[b] martyrem fecit.

(Sigebertus c. 10.) Et quia Lambertus intima et spirituali familiaritate Hildrico coniunctus[c] fuerat, timens predictus vir nequam, ne eum, qui sanctitate et auctoritate ceteros preminebat, sue factionis haberet contrarium et iusticie ac publice libertatis defensorem, eum ab episcopatu Tungrensi expulit et Faramundum quendam,

IV. Cap. 5. 1. 2. 3. 4. 5. 6 *(ad l. 6).*

Cap. 5. a) huic *pr. m.* 5. b) Rheno 2. c) illic 6. d) sive 4. 6. e) *ita* 2; arrogantia *rell.*; Arrogona *codex ecclesiae cathedralis S. Landiberti teste Chapeavillo;* Hannonia *coni. Chapeavillus.* f) expe(te *m. al. in rasura*)bat 5. g) tran : quillata 3. h) Hyldricus 2, *ut infra.* i) servire nec c. 5; nec c. servire 4. 6. k) cui : quam 3. l) *ea quae sequuntur desunt, folio deperdito,* 6. m) diu : turna, *ras.* i 5. n) A(t *in litura scr.*) 5. o) Hebroinus 3. p) *bis scr., sed corr.* 3. q) Theodorico *corr.* Thederico 4. r) *om.* 2. s) Ildrici 5. t) regecit 5. u) *ita* 1. 4; Lux(o *in litura scr.*)vio 3; Luxuvio *rell.* v) excitum (?) *pr. m.* 2. w) *om.* 4. x) exilio 1. 4. 5. y) affli : xit, *ras.* i 5. z) *ita* 1. 2. 3; Augustu | nensem 4; Agustudinensem *corr.* Agustudun. 5. a) *ita* 1. 2. 3. 4; cruciatum 5. b) *corr.* Christi 2; Christi 3, *corr.* c) Hildri(co coniunc *in litura scr.*)tus 5.

1) *De Pippino I. Annal. Mettenses (ed. de Simson p. 2) referunt:* qui populum inter Carbonariam silvam et Mosam fluvium et usque ad Fresionum fines vastis limitibus habitantem iustis legibus gubernabat, *et infra de Pippino II. haec (l. c. p. 8):* Pippinus ad Carbonariam silvam pervenit, qui terminus utraque regna diviserat. 2) *Arguenna silva ('la forêt d'Argonne') intellegi videtur a Carbonaria silva, cuius situm descripsit A. Longnon, 'Géographie de la Gaule' p. 154, ad meridiem propiusque Burgundionibus sita, neque vero alia re Nicolaum auctorem saeculi XII. in hanc regionem incidisse credam nisi litterarum nonnullarum quae inter utrumque nomen intercedit similitudine.* 3) *Theudericum a Francis deiectum esse neque a fratre Sigebertus c. 9. recte statuerat.* 4) *Haec ad Annales Mettenses ed. de Simson, p. 5, redire videntur.* 5) *Ebroinus Luxovium relegatus erat; cf. SS. rer. Merov. V, p. 250.*

ut dicunt, Coloniensem clericum, calcata omni sacrorum canonum reverentia, illuc obtrudendo[a] violenter intronizavit[b]. Sigebertus c. 10.

Quanta autem per hunc invasorem[c] facta fuerit in Tungrensi ecclesia totius divini et humani iuris confusio, bonorum omnium desolatio, quam oppressa equitas, quam dissoluta pravitas, si vellemus scripto prosequi, non[d] iam videremur inchoati operis hystoriam texere, sed traiediam[e] deplorando conscribere[1]. Per hunc Tungrensis ecclesia plus experiendo quam legendo didicit, quia: *Fur non venit, nisi*[f] *ut furetur et mactet et perdat.* — — — — — — — — — — — — — — — — Ioann. 10, 10.

9.[a] Sed et tanta fervebat in[b] eo latitudo dominice caritatis, ut sicut exultabat in Deo de salute fidelium, sic afficiebat cor[c] eius error et perditio vicinorum gentilium.

Nam regio, cui Taxandria nomen est, que a Traiectensi oppido versus septemtrionem[d] vix tribus miliaribus disparatur, necdum euvangelice gratia predicationis cognita, ydololatrie cultu sordebat. Hec siquidem regio vastis et fere continuis paludibus obsita et ob id ne finitimis quidem aliquo commercii iure tunc satis nota et pervia multitudinem agrestis[e] populi in se continebat, cuius mores barbaros[f] ipsa etiam solitudo et superstitio efferaverat. Stephanus L. 8. Sigebertus c. 14.

Hanc constanter ingressus est veritatis predicator Lambertus, et ad illas sanctorum martyrum seu etiam Domini nostri passiones oculos mentis convertens, pro infidelium salute ad omnem non solum conviciorum, sed etiam penarum tolerantiam se preparabat. Et quia incole regionis illius non continebantur civitatibus, sed pluribus et sparsis vicis[g] inhabitabant[h], fana eorum, in quibus ob deorum suorum culturam frequentes et celebres conventus[i] habebant, intrepidus expetebat[k], predicans et annuntians verbum salutis, lumen euvangelii, planeque contestabatur[l] eis, quam profana[m] quamque Deo odibilis esset simulachrorum[n] servitus, dum quod uni et vero Deo, omnium creatori singulariter iure debetur, hoc ad eius iniuriam creature, immo demoniis ab hominibus irrationabiliter exhibetur. Stephanus L. 8.

At barbari superstitionis et inveterati erroris[o] sui valde tenaces mirabantur[p] quidem ad insolitam sancti viri predicationem, sed deorum[q] suorum iniuriam et abiectionem equanimiter ferre non poterant. Cucurrit itaque et commovit fama predicationis eius totam illam provinciam, et suggerentibus et instigantibus templorum sacerdotibus, habitatores eius barbarico more furentes, armati coeunt, unanimiter statuunt, ut inventum Domini sacerdotem prius verborum et verberum contumeliis afficerent et postmodum ignominiose mortis supplicio interimerent.

Sed cum omnis illa furentis populi armata multitudo ad presentiam sancti pontificis irrupisset, tanta in vultu eius lux celestis gratie refulsit, ut divino nutu perterriti, depositis armis et[r] animis, starent parati obedire, qui venerant occidere.

Tunc beatus Lambertus, quia Theutonice[s] lingue peritus erat, et sine inter-

IV. *Cap.* 5. 1. 2. 3. 4. 5. *Cap.* 9. 1. 2. 3. 4. 6.

Cap. 5. a) intrudendo 4. b) inthron. 4. c) i. f. f. *bis scr., sed corr.* 3. d) iam non 2. 3. e) *ita* 2. 4; tragediam *rell.* f) non, *m. saec. XV. superscr.* nisi 5.

Cap. 9. a) *numerus desideratur, distinctione nulla facta,* 1. 3. 4; *prior capitis pars, folio exciso, desideratur* 5; *redit* 6 *(v. supra p.* 412, *l.* 30*)*. b) in eo *om.* 4. c) corpus 6. d) *corr.* septentrionem 3, *et sic* 2. 6; v. s. *om.* 4. e) agresti 6. f) et *add.* 3. g) vi:cis 3. h) et *add.* 6. i) *in litura scr.* 1. k) expe(te *in litura scr.*)bat 1. l) contestaba|(tur *m. rec. add.*) 4. m) *ita* 1. 2; prophana *rell.* n) symulachrorum 2; ydolorum 4. o) :erroris 3. p) mirabiliter (3) *cum Chapeavillo.* q) ::deorum 3. r) armis, animis st., *om.* et 2. s) Theuthonice 1; Teutonice 4.

1) *Ita Rufinus, Hist. eccles. I,* 8, 4 *(ed. Mommsen p.* 65*)*: tragoedia magis quam historia texi videbitur.

prete[a] sermo conserebatur[b], cepit eis retexere[c] humane creationis et prevaricationis originem, et[d] qualiter ob salutem hominum natus ex virgine Dei filius in cruce moriendo gravissimum mortis destruxerit[e] imperium. Cumque eis exposuisset tremendum post hanc brevem et caducam vitam illius extremi diei iudicium, et quam beata et perpetua sanctorum et timentium Deum futura sit retributio et impiorum miserabilis damnatio, compuncti sunt corde, et profusis penitentie lacrimis, se peccasse confessi sunt.

At sanctissimus Christi sacerdos[f] Lambertus, intelligens per Spiritum sanctum visitatum a[g] Deo cor eorum, dixit eis: 'Nemo vestrum salutis sue desperatione frangatur nec pervicacia[h] obdurati cordis a remedio penitentie fontem divine pietatis avertat, quia maximum misericordie sue aditum omnibus salvari cupientibus benignitas nostri patefecit salvatoris, et si vere penitentie affectus in vobis est, solum et verum Deum, creatorem omnium, eiusque unigenitum filium Iesum[i] Christum, redemptorem nostrum, ore et corde credendo confitemini et falsorum deorum simulachra, quorum spurcissimo ritu eum per ignorantiam offendistis, abicite et ad obtinendam omnium peccatorum vestrorum veniam et remissionem sacrosancti baptismatis suscipite purificationem'.

Stephanus L. 8. Cum itaque ad hanc vocem sancti predicatoris certatim ydola sua contrivissent aut abiecissent, confluebant cum maxima humilitate et contritione cordis ad suscipiendum divine regenerationis sacramentum, et baptizata est ab eo infinita populi multitudo.

Et cum ad nutriendam[k] et informandam huius[l] nove christianitatis teneram et quasi adhuc palpitantem rudemque infantiam[m] ecclesias per oportuna loca construxisset et presbyteros ac levitas[n] in eis ordinasset, descendit euvangelice predicationis gratia ad populos ipsi Taxandrie finitimos, quo fluvius Mosa Reni[o] fluminis aquis infectus et tumidus iamque se ipso maior fontique suo per omnia dissimilis non longe a mari[p] Anglico[1] Taxandros et ceteros eiusdem regionis accolas a Fresonibus[q] dividit. —

12[a]. Eo[2] etiam tempore, quo predicti[3] Ebroini crudelitas regnum Francorum

IV. Cap. 9. 1. 2. 3. 4. 5. 6. *Cap.* 12. 1. 2. 3. 4. 5.

Cap. 9. a) *in* |prete *redit* 5. b) conferebatur 6. c) texere 1. d) et q. ob s. *in litura scr.* 5. e) destruxit 1; destruxerat 6. f) confessor *pro* s. 4; Dei *add.* 6. g) cor e. a D. 6; a Deo *om.* 2. h) pernicatia 6. i) r. n. I. Chr. 4; *post* Iesum Chr. *add.* Dominum et 1. k) nutriend(a *in litura scr.*)m 5. l) *om.* 6. m) salvatoris *add., sed m. al. delevit* 3. n) levittas 3, *corr.* o) Rheni 2; fl. R. 3, *corr.* p) mari: , *ras.* s (?) 5. q) Frisonibus 6.

Cap. 12. a) XII[m] *capitulum* 4, *sed capitum numeri a miniatore posteriore fortasse additi sunt;* XI. 1. 2, *et sic deinceps;* XIII. *m. rec. in marg.* 5; *om.* 3; *initium capitis deest, folio exciso,* 6.

1) *Olim Oceanus Britannicus, hodie 'der Kanal'. Comes Hollandiae a.* 1217. *'per mare Anglicum' in Hispanias penetravit; cf. Chron. Albrici a monacho novi monasterii Hoiensis interpolatum, SS. XXIII, p.* 905. *Iura ecclesiae Leodicensis meritis patroni Aegidius II,* 9 *(SS. XXV, p.* 40*) tuitus est:* totaque regio illa, que diversa ab incolis suis sortitur vocabula, et que cursu Mose dextro latere clausa usque in septemtrionalem Occeanum porrigitur, apostolatui martyris Christi Lamberti debetur, quod errorem suum cognoscere, quod christiane fidei gratiam obtinere promeruit, et ideo Leodyensi parrochie, sicut hodie cernitur, subdita est. 2) *De ratione quae inter Nicolaum et V. Hugberti IV. intercedat in Appendice p.* 429 *sqq. disserui.* 3) *Supra c.* 5.

graviter opprimebat, erat[a] adolescens nobilis[b] Aquitanus genere sub Theoderico rege comes palatii Hugbertus[c] nomine et litterarum studiis eruditus et armorum exercitatione strenuus[d, 1]. Hic quia prudentis erat[e] ingenii, considerans Ebroinum[f] ad omnem maliciam promptissimum et precipue ecclesiasticis viris singularem inimicum, execratus omnes actus illius, Franciam Sequanorum deseruit et in Austriam ad Pippinum[g], cuius iusticia et virtus bellica tyrannos circa se[h] fere omnes compresserat, se contulit. Adherebat ei quasi comes individua amita sua Oda[2], que erat Bohggis[i] Aquitanorum[k] ducis recens defuncti vidua.

Cum ergo in parroechia[l] Tungrensi circa memoratum[m] principem vir illustris Hugbertus aliquandiu conversaretur, beati[n] pontificis celebre nomen eiusque angelice conversationis et apostolice doctrine ingens preconium, fama ubique discurrente, cognovit, cupiensque videre et audire eum, descendit[o] Traiectum. Quem vir Dei gratanter excepit multisque diebus secum detinuit, ex cuius sanctissimo[p] contubernio et exemplo frequentique colloquio cor clarissimi comitis[3] adeo immutatum[q] penitusque succensum est celestis patrie desiderio, ut, abiecto milicie cingulo, calcata mundane potencie gloria[r], castris[4] dominicis in clericali habitu ascribi voluerit, tamque pium sancte devotionis affectum mancipasset effectui, si[s] non eum copula legitimi[t] quo alligatus erat retinuisset coniugii. Apostolicum tamen secutus consilium, *habebat*[u] *uxorem, tanquam non haberet,* rebusque secularibus 1. Cor. 7, 29.
sic utebatur, ut domum propriam non tam possidere videretur quam administrare[v]. Denique[w] totus in virum commutatus alium, novo vivendi genere solo habitu mundanam[x] dignitatem[y] profitebatur, re autem ipsa et affectu non miles, sed clericus, non comes, sed[z] Lamberti erat discipulus. Iam enim tunc occulte operabatur in cf. ib. 12, 11.
eo Spiritus sanctus per ministerium[a] sacerdotis sui Lamberti, quod ad salutem multorum postea manifeste latius propagatum est, cum per angelicam visionem in episcopali regimine ipsi beato magistro dignus heres[b] succedens, sancta conversa-

IV. Cap. 12. 1. 2. 3. 4. 5. 6 *(a l.* 18*).*

Cap. 12. a) erant *pr. m.* 5. b) nobili(s *in litura scr.*) 5; *om.* 4. c) *ita* 1. 2. 3. 5; Hubertus 4: *item infra.* d) edoctus 2. e) i. erat 2. f) Hebroinum 3. g) Pipinum 2, *et sic deinceps.* h) *pr. m. superscr.* 4; f. o. circa se 1. i) Boggis 3. k) Acquit. 3. l) *ita* 1; parrochia *rell.* m) menoratum 5. n) Lamberti *add.* 1. o) discendit 5. p) sancto 2. q) commutatum 2. r) (gl. c. domini *in litura scr.*)cis 2. s) si non *m. al. in litura scr.* 5. t) *in* legitimi *redit* 6. u) hab(ebat uxorem *in litura scr.*) 2. v) ammynistrare 4. w) Deinde (1. 4). x) mundan(am *m. al. in litura scr.*) 4. y) pr. d. 4. z) beati *add.* 1. a) mynisterium 2. 4. b) eres 5.

1) *Vitae Hugberti IV. textus interpolatus apud de Smedt (AA. SS. Nov. I, p.* 832*) addit:* Fertur autem, quod die quadam solemni, quando alii christiani seu vicini eius ibant ad ecclesiam, ipse vanitatibus mundi deditus pergebat ad venationem — — monuerat, *scilicet fabulam illam notissimam de cervo viso, per quam Hugobertus noster venatorum patronus factus est.* 2) *Annales Lobienses (SS. XIII, p.* 227*):* Siquidem laicus fuerat antea beatus Hucbertus. Cuius *[vocabulum deest]* sancta Oda, uxor Boggis ducis Aquitanorum, multum non solum Leodicense, sed et alia episcopia praediis suis vidua ditavit, ad ultimum in Leodicensi parrochia requievit, *ex quibus pendet Sigebertus, Chronica a.* 711 *(SS. VI, p.* 329*):* Sancta Oda, uxor Boggis ducis Aquitanorum, sanctitate claret in Gallia, quae aecclesias Dei sua ditavit munificentia, et moriens, in Leodicensi quievit parochia. 3) *V. Hugberti IV:* principis Huberti *pro* comitis. 4) *V. Hugberti IV:* gloria, ascribi voluerit divinis obsequiis, et haec mancipasset pro tunc *(e corr. Bruxell.* 2493*; protinus de Smedt)* effectui *et q. s.*

tione, apostolica predicatione et Traiectensem[a] ecclesiam illustravit et postmodum Leodiensem feliciter fundavit, quam non sine Dei nutu ex ignobili[1] viculo in urbis claritatem, ex filia in matris sublimavit dignitatem.

Sed et amita eius Oda venerabilis matrona, cuius paulo superius memoriam fecimus, doctrinam sancti pontificis gratanter expetebat, depositoque secularis[b] (cf. Luc. 10, 39.) glorie ambitu, humiliter sedens secus pedes eius, audiebat assidue ab eo verba (cf. Matth. 13, 8.) castitatis et sobrietatis, que in corde suo tanquam in terram[c] bonam semen recondens[d] et in his[e] die ac[f] nocte meditans, retulit in[g] tempore suo Deo acceptum sancte viduitatis fructum sexagesimum. Nam Christi sacerdotis Lamberti spirituali exhortatione[h] ad contemptum mundi viriliter accincta, possessionum suarum redditus[i], qui erant amplissimi, in usus pauperum et servorum Dei cepit habundanter erogare. Et ad ultimum, cum post passionem beati Lamberti omnium que habebat[k] Christum scripsisset heredem, in predio suo quod Amanium[2] dicunt non longe a Leodio ecclesiam in honore[l] Georgii martyris extruxit[m], ubi in sancto viduitatis proposito Deo infatigabiliter serviens, feliciter requievit.

Hec quidem et alia multa per sacerdotem[n] suum Lambertum dignatus est[o] Dominus operari, que et[p] si per singula scriberentur, fastidium lectoribus generare viderentur. Nos vero, ut extremam[q] huic operi manum imponamus, iam nunc passionis eius vexillum[r] erigamus.

(Sigebertus c. 16.) 13.[a] Pippinus, ut premisimus[3], eo tempore sub rege Theoderico regnum Francorum strenue gubernabat. Cuius principatum precipue illustrabat et rerum in bellis a se gestarum claritas et cum morum temperantia iusticie equitas. Sed o misera semperque[b] incerta et casui obnoxia humane fragilitatis condicio! Vir tantus et bellator precipuus, superveniente temptatione, de se ipso triumphare[c] non potuit; quem sicut virtus[d] et industria inter adversa bellorum effecerant

IV. Capp. 12. 13. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

Cap. 12. a) Traiectensium 6. b) scl'i:, *ras.* s 5. c) b. t. (4). d) recundens 3. 4; recordans, *sed* a *e corr.* 5. e) hiis 6. f) et 1. g) *bis scr., sed corr.* 6. h) exortat(c)ione 1. 5. i) *ita* 2. 3. 4; reditus *rell.* k) *in litura scr.* 2. l) *ita* 2. 4. 6; in honorem beati G. (1. 5). m) construxit 4. n) sadotem 4, *m. rec. corr.* o) multa *iteratum* 6. p) *om.* 2. q) extremu (?) *pr. m.* 5. r) vexilum 5, *corr.*

Cap. 13. a) *numerus deest, sed caput littera exornata distinguitur* 3. b) que *om.* 6. c) tri :umphare, *ras.* h 3. d) *ita m. al. corr.* 5.

1) *Cf. supra c.* 4 *(p.* 410*).* 2) *Basilicam S. Georgii in vico Amanio constructam (hodie Amay, prov. Liége, arr. et cant. Huy) fere saeculo ante Landiberti passionem extitisse Grimo diaconus testatur in testamento* 3. *Kal. Ian. a.* 12. *Dagoberti regis, i. e. a.* 634, *condito:* (basilica) domni Iorgii in Amanio constructa, ubi amita mea requiescit *(Beyer, 'UB. zur Gesch. der mittelrhein. Territorien', Confluentiae* 1860, *I, p.* 7*), neque vero nomen amitae suae, quae in basilica illa Amaniensi requiescebat, memoriae tradidit. Vita Odae viduae Amaniensis, quam ab Oda virgine Rodae sepulta distinxerunt (AA. SS. Oct. X, p.* 128 *sqq.; v. supra p.* 348*), adhuc generosiorem stirpem quam Nicolaus ei paravit, sed auctor temporum seriem multo magis perturbavit multoque post illum fabulas confinxit, in quas acute inquisivit L. Van der Essen, 'Étude critique et littéraire sur les Vitae des saints Mérovingiens de l'ancienne Belgique', p.* 189 *sqq.). Ecclesia S. Georgii Amaniensis postea collegialis facta est canonicorum saecularium atque inter duodecim abbatias saeculares episcopatus Leodicensis numerabatur.* 3) *Supra c.* 8.

modestum et fortem, sic, superatis aut pacatis[a] hostibus, securitas et potentia resolvit[b] in adulterii turpitudinem[c].

Cum enim filii eius Grimoaldus[d] et Drogo paterne felicitatis gloriam eo maxime [Sigebertus c. 16.] exornarent, quod iam in[e] ipso iuventutis flore a nobilitatis sue splendore non videbantur esse degeneres, Pippinus matrem eorum Plictrudem, uxorem suam legitimam[f], repudiavit eique superduxit[g] puellam elegantem Alpaidem[h] nomine, que erat soror[i] Dodonis, viri inter Francorum proceres nobilis et potentis. Et factum est in oculis totius Francie publicum hoc adulterium.

Sed hec, que tanti principis gloriam maculavit, incestus turpitudo[k] facta est amatori puritatis Lamberto pontifici dignissima honeste mortis occasio. Nam rectores ecclesiarum Austrie, tanti reatum criminis[l] in principe manifeste considerantes, non delictum corripiendo sanare, sed penitus[m] per adulationem dissimulando[n] augere studuerunt, sicque, dum aut beneficia eius amittere[o] aut offensam verentur incurrere[p], facti sunt tanquam *canes muti, non valentes latrare*. [Is. 56, 10.] Sed veritatis preco Lambertus, qui Pippinum[q] spirituali iam[r] dudum diligebat affectu eiusque casum non sine gravi cordis[s] sui afflictione videre poterat, zelum [cf. Num. 25, 11. cf. 1. Macc. 2, 54. 58.] Finees[t] vel Helye[u] tota mente concepit, plusque tanto viro in[v] hac causa prodesse quam placere appetens, ingressus[w] est ad eum in spiritu et verbis Iohannis baptiste, sanctamque pristine[x] dilectionis in corde conservans[y] dulcedinem et in ore sacerdotalis constantie preferens auctoritatem: '*Non licet*', ait, '*tibi eam habere* uxorem'. [Matth. 14, 4.]

Exceperat Pippinus in humilitate cordis verba huius salutaris increpationis, totusque in conspectu beati[z] pontificis[a] confusione plenus visus[b] est velle, quod, redintegrato coniugio et abiecta pelice, obtinere niteretur[c] remedium penitentie. Sed mox, ut amate pelicis species oculis eius se ingessit, animus eger et adhuc incertus, vim tante temptationis ferre non prevalens, facile[d] succubuit, et quod in eo iam videbatur extinctum, revixit[e] acrius illiciti amoris desiderium. [Anselmus II, 8.]

Nec sic destitit Lamberti constantia, sepiusque presentiam Pippini repetens, tanquam bonus et spiritualis medicus infundebat vulneri eius modo increpando aspera, modo demulcendo lenia, aliquando etiam referebat laudando crebros victoriarum eius titulos, patrie[f] valde utiles, asserens eum esse specialiter[g] solum principem, cuius labore[h] et industria per Dei providentiam pax et iusticia vigeret in regno Francie[i] et floreret status religionis ecclesiastice, et ob[k] hoc verendum sibi esse dicebat, ne tante glorie preconium decoloraret huius infamie obprobrium[l].

Interea, dum non cessat pontificis admonitio, dum speratur et expectatur[m] fructuosa principis correctio[n], memorabilis vir Hugbertus[o], per omnia beati viri[p]

IV. Cap. 13. 1. 2. 3. 4. 5. 6 *(ad l. 36)*.

Cap. 13. a) paccatis 3. b) resolv(it *m. al. in litura scr.*) 5. c) turp(itudinem *in litura scr.*) 5. d) Grimualdus 4. 5 (*e corr.* Grumualdus). 6. e) (in i *in litura scr.*)pso 5. f) legittimam 3, *corr.* g) sup superduxit 3, *corr.* h) Alpıadem 4. i) s(oror *in litura scr.*) 5. k) *in litura scr.* 5. l) reatum (criminis in rege non *litteris maioribus in litura scr.*) corripiendo, *mediis omissis,* 1. m) pótius 2. n) disim. 5. o) amitere 5. p) *bis scr., sed corr.* 3; incurere 5, *corr.* q) ::: Pippinum, *ras.* pip 4. r) *om.* 4. 5. 6. s) s. a. c. 6. t) Fyneés 2. u) Helie 1. 5. v) c. in hac 3. w) ingresus 5. x) prestine 5, *corr.* y) servans 1. z) *om.* 2. a) Lamberti *add.* 1. b) visum 6. c) mereretur 4. 5. 6. d) facille 5, *corr.* e) revixit *inter scrib. corr.* reluxit 5, *et sic* 1. 4. 6. f) *om.* 1. g) solum spec. 1. h) labore *(? ras. lineola)* 2; robore 6. i) Francorum 4. k) op (?) *ras.* 5. l) opprium 5. m) *desinit* 6, *foliis deperditis.* n) corexcio 5. o) Hubertus 4. p) Lamberti *pro* v. 4. 5.

usus consilio, Romam profectus est. Proposuerat siquidem triumphalia apostolorum visitare limina, ut fervorem religionis et contemptum mundi, quem ex disciplina et institutione[a] dilecti magistri[1] sui Lamberti iam conceperat, per eorum merita ad effectum perduceret seque[b] sedis apostolice presulis orationibus commendaret[b]. Quem qualiter Sergius papa exceperit eique per angelicam visionem mortem ipsius Lamberti martyris[c] Rome[d] revelaverit, Deo annuente, in sequenti[e. 2] narrabimus[f]; sed nunc narrationis nostre seriem prosequamur[g].

Sigebertus c. 17. Anselmus II, 8. 14.[a] Alpaidis[b] vero[c] illicite copule sibi conscia, in metum suspicionemque devoluta, graviter intrinsecus angebatur fratrique suo Dodoni cotidie deplorabat, quas a Lamberto pontifice perferebat contumelias: qui suam cum principe coniunctionem presumebat vocare fornicationem summoque studio laborabat inurere[d] Sigebertus c. 17. ipsis et omni eorum posteritati tante infamie obprobrium, si per eius importunitatem inter ipsam et principem fieret divortium[e].

Potuit facile ad quamlibet nefandam huius iniurie ultionem mens Dodonis impelli, in cuius pectore naturaliter regnabat superbia et crudelitas, omnemque publicarum[f] legum contempnebat severitatem propter Pippini affinitatem.

Et licet gravi indignatione[g] permotus Dodo[h] ignominiam sororis diluere[i] iam deliberasset sacri peremptione pontificis, non tamen furioso[k] impetu rem exsecutus[l] est; videbat[m] enim tante sanctitatis et auctoritatis virum non posse interfici sine maxima[m] totius Austrie perturbatione et scandalo.

Dissimulato itaque ad tempus furore, et motum sue indignationis[n] contegens aliqua rationis specie, beatum virum per domesticos et familiares suos prius conveniendum[3] iudicavit, studiose pertemptans, si quo modo posset promissis maximis[o] muneribus[4] et obsequiis libertatem vocis eius[p] corrumpere et animi constantiam infringere. Iactabat etiam, quanta in regno Francorum generis sui claritas excrevisset et potentia, quam ipse presul in sui perniciem incitatam graviter sentiret, si sororis matrimonium saltem tacendo non approbaret.

Sed animus, qui zelo religionis fervebat[q], nec blandiciis decipi nec terroribus ad hoc potuit emolliri[r], ut per veritatis silentium videretur tante iniquitati prebuisse[s] consensum[5]. Cuius religionem et constantiam ad contemptum suum[t] vir nequam Dodo retorquens, acriori adversus eum sevire cepit invidia tempusque[u]

IV. Capp. 13. 14. 1. 2. 3. 4. 5.

Cap. 13. a) instutcione 5. b) seque — commendaret *om.* 4. c) atque pontificis *add.* 1. d) *om.* 4. e) sequentibus 2. f) narabimus 5. g) in hunc modum *add.* 3.

Cap. 14. a) *ita* 4; XV. *m. rec. in marg. add.* 5; XIII. 2; *numerus deest, capite distincto* 3; *distinctione caret* 1. b) *ita* 1. 2; Alpias 4; Alpais (3. 5). c) igitur 2. d) ingerere *in litura scr.* 5. e) d:vorcium *pr. m.* 5. f) puplicarum 5. g) indignatio[ne] 4. h) do(lo *in litura scr.*) 2. i) iam d. 4. k) fu(rioso *in litura scr.*) 2. l) exequutus 3. m) videbat — maxima *in litura scr.* 4. n) indign(acionis *m. al. in litura scr.*) 5. o) *ita* 1. 2. 3; maioribus 4. 5. p) *om.* 2. q) (fer *m. al. in litura scr.*)vebat 5. r) emoliri 5, *corr.* s) *ita* 1. 2. 3; prebere 4. 5. t) sui 2. u) temp[q]: q;, *ras.* p (?) 4.

1) *Cf. supra c.* 12 *(p.* 415*).* 2) *Infra c.* 16. 3) *Convenire idem est atque 'in ius vocare', hic vero pro 'sibi conciliare' accipitur.* 4) *Sigeberto c.* 17. *teste Dodo per se et per valentiores sui generis episcopum compescere ab increpatione principis laborabat; corruptionis igitur studia Nicolaus addidit.* 5) *Multo brevius Sigebertus c.* 17: Quem, *inquit,* quia invenit inflexibilem *et q. s., qui mox ad Galli et Rioldi interitum transiit a Nicolao honoris Landiberti causa praetermissum; cf. supra p.* 343.

oportunum[a] querere, quo voluntati sue satisfaceret in eius occisione[b], cuius[c] explende matura evenit[d] occasio[e].

15.[a] Forte his diebus, videlicet circa autumni[b] initium, Pippinus Iopiliam[c] venerat villam regiam et ad ministrandos[d] principales sumptus[e] tam ex se ipsa quam ex adiacentium regionum commoditatibus habilem et copiosam. Sigebertus c. 18.

Eodem etiam tempore morabatur Christi sacerdos Lambertus in viculo, longe superius[1] a nobis dicto Legia: qui in valle situs, inter opaca nemorum, inter ardua montium, fontibus et fluviolis per[f] prona decurrentibus[g], valde erat delectabilis et irriguus. Distat autem a Tungris versus meridiem vix tribus miliaribus[h].

Hunc locum, sicut narrat antiquitas et scripta patrum edocent, cum beatus Monulfus[i] vicesimus primus[2] Tungrorum episcopus forte quadam die cum suis intrasset, captus situ et amenitate eius, substitit, propheticoque spiritu[k] tactus: 'Eia[l]', inquit astantibus, 'locus[m], quem Dominus ad salutem multorum[n] fidelium suorum elegit[3], et quem, per merita cuiusdam servi sui postmodum magnifice illustratum, summis civitatibus adequabit[o]'. Statimque ecclesiolam[p] illic edificari precepit, quam in honore sanctorum Cosme et[q] Damiani martyrum Domino dedicavit[r].

Hec idcirco[s] de statu et habitu Legie interseruimus, ut liquido sciamus, a quibus augmentum acceperit iniciis, et collato huius[t] et illius temporis statu, merito magnificemus Deum in martyre suo Lamberto, patrono nostro, per cuius merita, per cuius corporis presentiam promotus est locus iste in civitatis amplitudinem, in episcopalis cathedre sublimitatem. Quam equidem causam suo tempore, suo ordine, si Dominus permiserit, scribere[u] curabimus[4].

Hunc ergo locum vir Dei Lambertus valde diligebat et frequenter, ut illic orationi aut lectioni liberius vacaret, inhabitabat, quia tunc temporis adeo erat invius et solitarius, ut quandam[v] heremi videretur habere similitudinem[w]. Nam ab occidentali et septemtrionali[x] plaga montibus et silvis maximis[y] claudebatur[z], meridianam vero partem Mosa[a] fluvius, reducto et curvato paululum sinu ambiens,

IV. Cap. 14. 15. 1. 2. 3. 4. 5.

Cap. 14. a) *in litura scr.* 5. b) ocisione 5; occisionem 4. c) iniquitatis *in litura add.* 5; *om. rell.* d) *ita* 1. 2. 3; venit 4. 5. e) occa:sio, *ras.* s 5.

Cap. 15. a) *ita* 4; XIIII. 2; XVI. *m. rec. in marg.* 5; *numeri desunt* 1. 3. b) autunni 4. c) Ioppiliam 2. d) mynistrandos 4. e) sumptus:: 4. f) *in litura scr.* 1. g) decurentibus 5. h) milibus 4. i) Monulphus 1. k) t. sp. 4. 5. l) eya 2. m) locum 2. n) filiorum *add., sed delet.* 5. o) *ita* 1. 2. 3; equabit 4. 5. p) i. e. 2. q) *in marg. add.* 1. r) edificavit 1. s) iccirco 4. t) illius et huius 1. u) *in litura scr.* 2. v) quamdam 4. w) vastitatem 2. x) *corr.* septentrionali 3, *et sic* 2. y) magnis 4. z) per *add.* 5. a) Mo:sa, *ras.* s 5.

1) *Supra c.* 4 *(p.* 410*).* 2) *Ita Herigerus I,* 28 *(SS. VII, p.* 176*).* 3) *Gesta S. Servatii episcopi Tungrensis et confessoris c.* 20 *(ed. F. Wilhelm, 'Sanct Servatius', Monachii* 1910*, p.* 79*), quibus Nicolaus usus est, de Monulfo haec referunt:* Deonantum dein visitaturus castrum hereditarie suum, in proficiscendo comminus conspicans villam situ montium aquarumque cursibus iocundam, vocabulum quesivit, Legia audivit. 'Quam bene', inquit, 'Legia, ut elegerit eam Dominus ad servitutis divine congruam privilegia'. Mox trapedario descendit, locum orationis designavit, constructam domum in honore Cosme et Damiani martyrum Domino consecravit, quam postmodum sanctus martyr Lambertus suo sacro sanguine nobilitavit. 4) *Ad consilium alterius libelli conscribendi Nicolaus in c.* 16 *(p.* 426*) rediit, is vero adhuc non emersit; cf. supra p.* 346.

inaccessibilem[a] faciebat; sed qua orientem spectat, adiri facilius poterat, montanis a Mosa aliquantulum recedentibus seseque[b] iuxta eius ripam quinque fere miliaribus usque Traiectum in directam et speciosam[c] longitudinem clementer extendentibus.

Habebat illic iuxta prefatum[d] sanctorum martyrum oratorium Lambertus compactam[e] ex lignis cellulam et alia huiusmodi edificia suorum usibus necessaria: in quibus hi[f] qui tanti viri digni habebantur contubernio eius moribus[g] vivebant et instituebantur[h] exemplo. Ipsa autem domus pontificis in nulla re differre[i] videbatur a cuiuslibet privati mansione, nullum penitus secularis pompe, nullum libidinis aut luxurie signum, sed multimoda patientie et abstinentie preferens indicia.

Et quamvis extrinsecus in oculis hominum ad declinandam iactantiam moderato et competenti nec penitus abiecto habitu uteretur, intrinsecus tamen caro eius vili et asperrimo atterebatur cilicio. Abstinentie vero eius et vigiliarum seu orationum assiduitatem et instantiam etas imbecillior nullo modo retardabat, que sexagesimum[1] annum iam excesserat. Qui licet summis heremi cultoribus in omni spiritualium perfectione virtutum iure crederetur equalis, specialius tamen et peculiarius ornabatur humilitatis gratia et castitatis. Effulgebat in eius angelico aspectu et paterna dulcedo et episcopalis sanctitatis auctoritas, ut vel sola faciei eius contemplatio aliorum esse maxima posset instructio.

Sigebertus c. 18.

Igitur, ut premisimus[k], cum Pippinus eo tempore ad tractanda regni negocia in Ioppilia aliquandiu resideret et Lambertus Legiam suam sancta et vere angelica conversatione illustraret, evocatur quadam[l] die idem vir Dei pro summis rei publice[m] causis ad palatium, ad quod propter locorum vicinitatem non erat ei laboriosus ac difficilis transitus. Exiguo enim spacio a se invicem distant Ioppilia et Legia, duobus fluviis Mosa et Urta[n, 2] interfluentibus seseque illic commiscentibus[o]. Descendit itaque Ioppiliam, expletisque pro[p] quibus venerat, invitatur[q] a principe ad convivium, multisque eius victus precibus, discubuit, gaudentibus maxime summis et illustribus viris, qui aderant, quod obtinere meruerint.

Cum vero inter prandendum minister Pippino poculum obtulisset, ille religiose admodum innuit porrigendum episcopo, summopere desiderans id resumere, et resumpsit sanctificatum illius benedictione. Exemplum ducis[r] secuti[s] reliqui proceres, qui[t] simul[u] accumbebant, cum pateras suas[3] viro Dei ad benedicendum[v] summa cum devotione transmitterent, essetque inter ipsos pincernas[w], dum alter alterum prevenire contendit, quantum principalis convivii disciplina patiebatur, religiosa quedam decertatio: diabolica non defuit temptatio.

IV. Cap. 15. 1. 2. 3. 4. 5.

Cap. 15. a) inaccesibilem 5. b) seque 2. 3. c) sp(a *in litura scr.*)ciosam 1; spaciosam 2. d) pfat(orum *in litura scr.*) 1. e) cūpacta 5. f) *ita* 1. 2; hii *rell.* g) eius *iteratum* 1. 3 *(sed deletum)*. h) instruebantur 2. 4. i) differ(r *in litura scr.*)e 1; differe 5. k) premisi:|mus 5. l) idem v. D. q. die 4. m) rei pu^p^lice 5. n) Orta 1. o) comiscentibus 4. p) *om.* 4. q) invitatus 2. r) d. *post* s. r. p. *in marg. suppl.* 1. s) se(quti reliqui *in litura scr.*) 2. t) que (?) 2, *corr.* u) si:|mul 5. v) benedicendom 5, *corr.* w) pi:cernas (?) 2, *corr.*

1) *Aetatem Nicolaus ipse finxit.* 2) *L'Ourthe influens Mosam fl. prope Leodium.* 3) *Apud Sigebertum c.* 18: omnes a sancta manu sancti episcopi poculum sibi porrigi efflagitant, *apud Nicolaum suam quisque pateram episcopo sanctificandam obtulit, ideoque apud illum Alpais 'poculum quodlibet de manu episcopi praeripere satagebat', apud hunc scyphum suum eidem ingessit.*

Sigebertus c. 18.

Nam predicta Alpaidis[a], occasione huius pie iocunditatis credens sibi non debere[b] negari, quod videbat omnibus sic distribui, sciphum[c] suum sanctificandum latenter ingessit episcopo. Sensit hoc[d] Lambertus, et conversus ad Pippinum, importunitatem et audaciam mulieris incusat, relictoque prandio, ipsam aulam egreditur, ne per cuiuslibet communionis vel benedictionis consortium reatui impudentis[e] adultere aliquem videretur prebuisse consensum. Statimque immutata et inminuta est tota illa convivantium procerum leticia, timentium, ne, vincente rationem furore, Pippinus per suggestionem mulieris gravius quid agere cogeretur contra salutem et vitam pontificis.

Pippinus tamen, dissimulato[f] magis quam sedato animi[g] sui motu, missis a latere suo honorabilibus[h] viris, Lambertum iterum evocavit ad palatium eumque multis blandiciis et magnis beneficiorum promissionibus est aggressus, quatinus severitatem et constantiam ipsius[i] inflecteret ad approbandum Alpaidis matrimonium, dicens eam claritate et potentia generis sibi convenire, ex qua legitimos[k] principatus sui generaret heredes, nec debere vocari adulterium, sed potius honestatis duplicationem et augmentum[l]. Affirmabat preterea sub attestatione divini nominis non levius se[m] posse ferre huius coniugii discidium, quam proprie vite et honoris dispendium.

Sed cum Lambertus his[n] parum moveretur nolletque prioris sententie rigorem dissolvere, Pippinus dissimulatum[o] hactenus indignationis sue estum intra se non valuit ulterius cohibere, totoque habitu legitimi et christiani principis transgressus[p] modestiam, furore plenus talem se ei exhibuit[q], qualem se vel sacrilegus Ahab[r] Helye[s] vel adulter Herodes Iohanni baptiste. Precepit itaque ei ira tumens, si vite vel honoris sui periculum nollet incurrere[t], ut Alpaidem[u] tanquam honestam principis uxorem placaret sibi humili satisfactione eamque debito salutationis officio honoraret, antequam de palatio recederet; iam enim declinabat dies in vesperam.

ib. c. 16. cf. 3. Reg. 21. cf. Marc. 6, 27.

cf. Ier. 6, 4. Sigebertus c. 18.

Tunc vero amator castitatis et veritatis defensor[v] Lambertus Christi sacerdos, superno religionis fervore succensus, erexit se adversus Pippinum[w] intrepidus, et manifeste in[x] se loquente Spiritu sancto: 'Hactenus', inquit, 'spem salutis tue habens, paterna dulcedine mitioribus verbis ad remedium penitentie te exhortari[y], incitare non destiti tanquam humilem et religiosum vereque christianum principem; sed, ut video, immanitatem perpetrati a te facinoris dedignatur recognoscere sublimitas tue potestatis, nosque[1] per eam coactos, vis divine legis prevaricari preceptum, si tantam[z] tamque manifestam iniquitatem tuam dissimulando voluerimus cum adultera[a] habere dampnate communionis consortium. Vivit omnipotens Deus, cuius ego servus sum, me numquam communicaturum huic fornicarie, ex cuius coniunctione[b]

IV. Cap. 15. 1. 2. 3. 4. 5.

Cap. 15. a) *ita* 1. 2. 3; Alpais 4. (5). b) negare *add., sed delet.* 5. c) scifum 2; ciphum 1; cifum 4. d) venerandus *add.* 1. e) impudendis 5. f) disimulato *pr. m.* 5. g) anim(i *e corr.*) 2. h) venerabilibus 3. i) illius 3. k) legittimos 3, *corr.* l) au|mentum 4. m) se p. *om.* 4. n) p. his 4. o) disimulatum 5. p) transgres(sus *in litura scr.*) 5. q) *ita* 1. 2. 3; prebuit 4. 5; exhibebat *Sigebertus.* r) Achab 2 *(in litura scr.).* 3 *(sed corr.)*; Aáb 1. s) *ita* 2. 3. 4; Helie 1. 5. t) incurere 5. u) Al:paidem, *ras.* a 5. v) beatus *add.* 1; L. d. 4. w) principem 4. x) l. in se 1. y) exortari 5. z) tamtam 3, *corr.* a) tua *add.* 1. 4. b) conui(ctione *m. al. in litura scr.*) 5.

1) *Acc. abs. pro abl. abs.*

pristine virtutis tue gloria tam turpiter obscuratur et, quod gravius doleo, eterne[a] perditionis interitus, nisi resipueris, tibi certissime preparatur. Si vero potestatem, quam a Deo accepisti, commutas in tyrannidem, paratus sum pro veritate, pro castitatis defensione, quascumque intuleris persecutiones, ipsam etiam mortem libenter excipere'. Statimque in his verbis a conspectu Pippini et aula cum Sigebertus c. 19. summa constantia recessit, transmissoque Mosa fluvio, ad dilectam sibi Legie solitudinem regressus est.

16.[a] Alpaidis[b] vero nimia confusione plena et tanquam altera[c] Herodias ad ultionem[d] huius contumelie muliebri furore inflammata[e], Pippini animum, verbis Lamberti graviter exasperatum, facile[f] impulit ad interfectionis eius consilium.

Reginonis Chron. Sigebertus c. 18. Missisque statim[g] per noctem de palatio multis satellitibus[h] et viris audacibus, fratri Dodoni, qui non longe aberat[i][1], quid Lambertus[k] cum duce recenter egerit, quid dixerit, maliciosa mandat relatione[l], verbis depravatis[m] et ad deterius persuadendum studiose compositis. Addit preterea tanquam oleum camino, ut, dum principi placet, dum dolor eius recens est, Lambertum maturet occidere, quia eius[n] vita eorum erat obprobrium[o] et ruina.

Quibus ille auditis[p], totus in rabiem versus, vix se continet; oblatam, quam diu desideraverat, explende huius nefande cedis oportunitatem inhianter arripit, et quamvis[q] a ratione alienus in effusionem innocui sanguinis iam iamque[r] preceps ib. c. 19. ageretur, rem tamen differt in crastinum, metuens, ne crudelitatis sue maximam pateretur iacturam, si Lambertus aut quilibet eius contubernalis[s] latitando aut[t] forte fugiendo huic occisioni eximeretur obscure noctis beneficio[u]. Concepte itaque iniquitatis eum exagitante conscientia, pervigil et quietis impatiens huc illucque ib. velut animi impotens rapiebatur, armatos aggregans et ad tam detestandum[v] facinus informans, sepissime causatus tardiorem noctis recessum, que sola desiderii sui morabatur effectum.

At mitissimus Christi sacerdos Lambertus[w] solitas sacrarum vigiliarum Deo[x] exhibebat[y] excubias, offerens in conspectu altissimi ex ingenti cordis contritione spirituales[z] et placabiles mundissime orationis hostias. Solebat enim, degustata Stephanus L. 9. modici somni[a] requie, post primam noctis vigiliam ad orationem cum[b] silentio solitarius exurgere, atque in fervore spiritus constitutus, uberiores preces, que de caritatis ardore procedebant, effundere, cum[c] pro commisso sibi grege, pro totius cf. 1. Tim. 2,2. mundi et eorum qui in sublimitate sunt salute et tranquillitate supplicabat[d], seu cum[e] de collatis sibi divine misericordie beneficiis modo preterita recolendo, modo presentia vel que reposita sunt in futuro sanctorum premia purissime mentis oculis contemplando et sperando ineffabiles Deo gratias referebat.

IV. *Capp.* 15. 16. 1. 2. 3. 4. 5.

Cap. 15. a) et:ne, *ras.* e 3.

Cap. 16 a) *ita* 4; XV. 2; XII. *m. rec. in marg.* 5; *deest* 3; *distinctione caret* 1. b) *ita* 1. 2. 3; Alpais 4. 5. c) H. a. 1. d) h. u. 1. e) inflamata 5. f) facil(e *in litura scr.*) 5. g) que *iteratum m. al. delevit* 5. h) satellitibus — qui non *in rasura minore* 1. i) aber:at 5. k) Lambertus — dixerit *in litura scr.* 1. l) renacione(?) 5, *corr.* m) dep(ravatis *in litura scr.*) 5. n) vita eius 2. o) r. et o. 3, *corr.* p) illatis 2. q) quanvis 3. r) que *om.* 1. s) contubernabilis, *ras.* bi 5. t) quilibet *add., sed eras.* 5. u) silentio 4. v) detandum 4, *m. rec. corr.* w) Lamber(tus *in litura scr.*) 2. x) *om.* 4. y) exibebat 2. 4. 5. z) spales 5. a) *in litura scr.* 2. b) c̄ 5. c) cum(?) *corr.* tum 4; cum(?) *corr.* dum 5. d) suplicabat 4. e) *corr.* tum 4.

1) *Sigebertus c.* 19*:* Dodo vero ad vicum Avridum secesserat Leodio satis contiguum.

(Stephanus L. 9.) In[a] his itaque cum plus quam mediam noctis[b] illius partem transegisset[c], dato signo, discipulos a somno excitavit; cum quibus nocturnos[1] hymnos[d], ut a sanctis patribus est institutum[e], summa cum devotione celebravit. Quibus sollempniter completis, ad orationem[f] iterum procubuit[2]; quam usque ad ipsius aurore viciniam[g] devote producens, corpusculum suum, longo[h] ieiuniorum et vigiliarum usu attritum[i] exigua somni requie refecturus, in lectulo deposuit, quia eius discretionis[k] spirituali experientie[l] valde notum erat, quod immoderate et irrationabiles pernoctationes[3] et vigilie frequenter deiecerunt, quos somnus superare non potuit.

(Sigebertus c. 19.) Rarescentibus itaque tenebris et apparente iam luce, ecce[m]! Dodo ad explendum detestabile carnificis ministerium[n] furentibus animis veniebat cum armata satellitum suorum multitudine.

(Stephanus L. 9.) Sed et abs[o] re videri non arbitramur huic operi inserendum, quod ad declarandum martyris sui Lamberti meritum omnipotens Deus quibus voluit dignatus[p] est ostendere. Nam quidam ex militaribus viris, qui Dodonis exercitum sequebantur, cum iam in[q] prospectu esset Legia, erectis sursum oculis, viderunt[r] supra[s] cellam[4], (Sigebertus c. 20.) in qua idem vir[t] Dei[u] Lambertus pausabat, in ipso sereno aere victoriosissime[v] crucis Domini signum flammeo colore ultra solis radios rutilare. (Stephanus L. 9.) Ut enim vere credimus, Lamberto, qui mundo[w] crucifixus erat, et per crucem de antiquo[x] hoste promittebatur victoria et per claritatem splendoris in celestibus martyrii[y] gloria.

Dodonis igitur satellites et communipulares, cum atroci tumultu et terribili armorum strepitu ducem suum circumvallantes[z], locum pacis, domicilium[a] religionis, cellam tanti sacerdotis hostiliter sunt aggressi[b], omnibus, qui illic in obsequium eius aderant, ad insolitam armatorum aciem stupentibus atque ipsius mortis expectatione trepidando huc illucque discurrentibus[c].

Vir autem Dei repente a[d] somno excitatus, quid preter solitum vellet tanta suorum inquietudo et trepidatio, non facile inprimis potuit advertere; sed cum a foris furentium inconditum clamorem et armorum collisionem audisset, rem, ut erat, se videlicet peti, veraciter[e] intellexit. (Sigebertus c. 21.) Tandemque[f.5] in se reversus, ad divinum confugit auxilium, et fidei scutum et consueta orationum[g] arma corripiens: '*Exurge*', inquid[h], '*Domine, et iudica causam* meam, *et ne obliviscaris pauperum tuorum in finem*'. (Ps. 73, 22. 19.)

(Stephanus L. 9.) Aderant forte illic duo nepotes eius, Petrus videlicet[i] et Audolecus nomine,

IV. Cap. 16. 1. 2. 3. 4. 5.

Cap. 16. a) In — plus quam *in litura scr.* 5. b) i. n. 4. c) transegesset 5. d) ymnos 3. 5. e) insti¦tutu(m *in rasura maiore scr.*) 4. f) orotionem 4. g) viciam 4, *corr.* h) long(o *in litura scr.*) 3. i) atritum 4. k) discretioni 2. l) experientia 2. m) *in rasura minore* 2. n) myuisterium 4. o) absque 1. 2. p) dignatus: 4. q) *m. al. superscr.* 3. r) viderent 5. s) supra (*corr.* super) cellā :¦, *omissis* in qua — L. p. in 5. t) *bis scr., sed corr.* 3. u) *om.* 4. v) victor(iosisime *in litura scr.*) 5. w) (mun *e corr.*)do 2. x) h. a. 3. y) gl. m. 4. z) circunvallantes 3. a) domum 4. 5. b) agressi 4. c) discurentibus 5. d) a s. *ante* r. 2; a s. *in litura scr.* 5. e) *om.* 2. f) tamdemque 3, *corr.* g) oracionis 1. h) *ita* 3. i) *om.* 2. 3.

1) *Stephanus L.* 9*:* matutinales. 2) *Hanc orationem Nicolaus addidit.* 3) *Sunt excubiae.* 4) *Stephanus L.* 9: domum pontificis. 5) *Verba apud Sigebertum praecedentia haec:* et arripit gladium, quasi se suosque defensurus, *quae a biographo vetustissimo confirmantur, Nicolaus consulto suppressit, sanctitati patroni consulens; cf. supra p.* 343.

viri genere et[a] divitiis insignes et rebus militaribus magnanimes. Hi tam inopinato tamque[b] gravi cum beato viro intercepti periculo, pristine virtutis sue non[c] (V. Landiberti I, c. 15. Stephanus L. 9.) immemores, arreptis fustibus, quos casus obtulerat, in sacrilegos, qui, effractis foribus atrii, interiorem domum pontificis conabantur irrumpere, audaci feruntur impetu, eisque longius proturbatis, mutua se et suos exhortatione ad virtutem exacuentes[d], ad resistendum adversariis se viriliter preparant.

Quod cum mitissimus Christi sacerdos Lambertus subintellexisset, advocatis (Sigebertus c. 21.) nepotibus suis: 'Continete', ait, 'dilecti[e] filii, manus vestras et ab effusione humani[f] sanguinis servate innoxias. Valde enim alienum est a viris fidelibus et nostre disci- (cf. Rom. 12, 17.) pline sectatoribus malum pro malo reddere et illatas manu propria ulcisci[g] velle iniurias. Audite itaque, carissimi, ultima hec patris vestri verba et ad eum, apud (cf. Ps. 129, 7.) quem est misericordia et copiosa redemptio, spem cordis vestri firmiter erigite atque ante eius conspectum omnes reatus vestros humiliter confitendo proprio vos condempnate iudicio'.

Tunc Petrus et Audolecus, per Spiritum sanctum vere penitentie affectu concepto[h], abiectis armis, per humilitatem confessionis implorant salutarem gratiam (Stephanus L. 9.) indulgentie et reconciliationis. Quos cum sacerdos Christi secundum urgentis periculi instantiam absolvisset et episcopali benedictione corroborasset, ait: 'Exite, eia[i]! nunc, vere milites Christi, cum[k] omni fiducia ad eos, qui querunt vos occidere, nobilitatemque anime per contemptum iniuriarum et ipsius mortis viriliter demonstrate, ut, sicut in vobis est causa iustior, conscientia[l] purior, ita et virtus patientie, quam Christus diligit et coronat, effulgeat hodie robustior. De me vero[m], (Act. ap. 21, 14.) pro quo vos plurimum sollicitos[n] video, *Domini voluntas fiat*'. Illi autem, tanquam divino accepto oraculo, statim, velut[o] ad preparatas ingentes corporum delicias (Stephanus L. 9.) festinarent[p], ostio cubiculi inermes, sed vultu interrito proruunt, non carnificum manibus tracti, sed amore ferventes martyrii cervicesque suas furentibus et ferientibus adversariis constanter obiectantes.

Quibus crudeliter interfectis, satellites Dodonis, quasi quodam gustu huius[q] cedis ad acriorem sevicie rabiem instigati, diruptis[r] sepibus, effractis parietibus, (Sigebertus c. 21.) truculentiores beluis introrsus irruunt laniando et mactando inventum illic modicum gregem servorum Dei; qui innocentiam suam etiam[s] inter gladios carnificum conservantes, non resistendo aut fugiendo, sed mortem constanter excipiendo victoriam suam forti patientia maxime decorabant.

At electus Dei sacerdos Lambertus ante altare sanctorum martyrum Cosme et Damiani, martyr mox[t] ipse futurus, in modum crucis se prostraverat, horam martyrii sui in loco sacrato et sacerdoti congruo expectans in summa orationis (ib. Stephanus L. 9.) devotione. Unus autem ex illa sacrilega impii Dodonis caterva ad facinus ceteris audacior super fastigium oratorii armatus incunctanter evolat, tanquam in conspectu principis sui rem gratam, rem facturus egregiam. Statimque disiectis cum (ib.) impetu tegulis, cum beatum virum introspexisset humi prostratum orare, non dedit honorem Deo, sed diabolico exagitatus spiritu, lancea quam tenebat, magno librata conamine, percussit eum et mortali transfodit[u] vulnere. Sic sacrilegus Dodo et

IV. Cap. 16. 1. 2. 3. 4. 5.

Cap. 16. a) et:: 5. b) tā:q;, *ras.* n 2. c) *in litura scr.* 2. d) exacuantes 4. 5. e) dilecti:¦ 5. f) *om.* 4. 5. g) v. u. 3. h) concept(o *m. al. in litura scr.*) 5. i) eya 2. 3. k) c 5. l) (con *in litura scr.*)sciencia 5. m) *ita* 1. 2; *om. rell.* n) s(ol *in litura scr.*)licitos 5. o) velud 3. p) properarent, hostio 4. q) eius 5. r) disruptis 1; dirruptis 3 *(pr. m.)*. 5; dirutis 4. s) *om.* 2. 3. t) *bis scr., sed corr.* 5; mox ipse martir 1. u) tranfodit 3.

Deo odibilis, propter sororis sue adulterium in viro Dei Lamberto apostolice auctoritatis constantiam et salutarem lingue sacerdotalis increpationem per turpe[a] carnificis ministerium nefanda cede ultus, et eterne dampnationis[b] incurrit[c] interi- Sigebertus c. 24. tum et posteritati sue tanti facinoris iugem penam et indeficiens usque hodie dereliquit[d] obprobrium[e].

Sic Lambertus, annis quadraginta Tungrensis[f] ecclesie functus sacerdotio, V. Hugberti I, c. 1. vir divina religione et etate venerabilis, omnium virtutum gratia adornatus[g], angelice castitatis puritate conspicuus[h], Taxandrorum specialis apostolus, tanquam matu- cf. Num. 28, 8. 4. tinum sacrificium in conspectu Domini primo mane immolatus, vere sacerdos et hostia[i] ad basim altaris occubuit atque inter ipsa archana affectuose orationis cf. Lev. 4, 30 verba in laude et contemplatione Dei extremum spiritum exalavit.

O quam *preciosa est in conspectu Domini mors sanctorum eius!* Nam ipsa uni- Ps. 115, 15. versi orbis imperio sublimis et apostolica sede gloriosa urbs Roma mortem et meritum[k] Lamberti in ipso temporis momento iam cognoverat, quo eum divina dispositio in humili et ignobili tunc[l] vico Legia manibus iniquorum laniandum[m] tradiderat.

Siquidem beate memorie Sergius, qui Romane ecclesie sacerdotium vite merito, ut premisimus[1], adornabat, vigiliis et orationibus[2] fatigatus, modicum somnum fragilibus membris[n] indulgens, circa ipsius diei obdormierat auroram, qua sacerdos Christi Lambertus propter veritatis[o] et castitatis defensionem et testimonium per manum scelerati[p] Dodonis consecutus est martyrium. Et ecce! angelus Domini celesti luce conspicuus ei in visione assistens: 'Diligenter', inquit, 'frater, his que tibi a Domino per me manifestantur intende et fidem verbis adhibe, et quod precipitur[q], studiosius exequere! Lambertus Tungrorum episcopus hac ipsa hora intra sanctuarium Domini ab impiis est pro pietate immolatus, et quia in terris martyrum Christi imitari studuit fidem et constantiam, eorum in celesti curia consortium obtinere promeruit et gloriam. En eius pastoralem baculum, in quo[r] gregem Christi[s] sibi creditum vigilanter rexit et pavit, a loco passionis eius tibi subito[t] translatum, suscipe!' Et visus est[u] ei baculum porrexisse, dicens: 'In hoc substitues ad regimen Tungrensis ecclesie tali viro dignum heredem et successorem, ipsius Lamberti doctrina et moribus institutum, a Deo in sacerdotem iam electum, Hugbertum[v] nomine, quem ad apostolorum limina[w] hodie venientem his[x] et his signis inter alios poteris cognoscere[y]'.

Statimque evigilans papa[z], cum de visione adhuc hesitaret, invenit iuxta se repositum, sicut ab angelo in[a] visu acceperat, pastoralem beati Lamberti baculum.

IV. *Cap.* 16. 1. 2. 3. 4. 5.

Cap. 16. a) turbe 5, *corr.* b) dapnacionis 5. c) *om.* 4. d) dereli:quit, *ras.* n 5. e) obprobrium *in litura scr.* 5. f) Tungresis 5. g) ornatus 4. h) conspicinis 5. i) hostia:, *ras.* m 5. k) beati *add.* 1. l) v. tunc 3. 4, *in utroque corr.* m) laniando 1. n) menbris 3. o) c. et v. 4. p) scelerati:, *ras.* s 1. q) pr(ec *in rasura maiore scr.*)ipitur 5. r) quo: 5. s) *om.* 2. 3. t) sub|dito 4. u) ei est 1. v) *ita* 1. 2. 3; Hubertum 4. 5. w) :limina 5. x) *versu exeunte om.* 4. y) recognoscere 3. z) p̄p̄ 2; pappa *pr. m.* 3. a) in v. *om.* 4. 5.

1) *Supra c.* 13 *(p.* 418*). Sergii papae (a.* 687—701*) de redarguendis Aquileiensibus merita Sigebertus a.* 698. *ante Landiberti martyrium enarravit; cf. supra p.* 344. 2) *Stephanus L.* 9 *(supra p.* 389*):* ieiuniis et orationibus nimium erat fatigatus, *Aegidius II,* 21*:* post matutinorum sollempnia vigiliis et orationibus fatigatus, *V. Hugberti IV, c.* 3*:* post matutinorum officia fatigatus. *V. supra p.* 345.

Quem cum timore et admiratione maxima suscipiens et oculis perlustrans, non iam inanem et fantasticam, sed plenam fide et certe divinam esse visionem[a] intellexit, virisque[b] religiosis[c], quos in obsequio habebat, quid viderit, quid audierit, quod signum acceperit, ex ordine aperuit.

cf. Ps. 115, 17. Facta itaque oratione et immolata laudis[d] hostia, ad exequendum visionis preceptum circa apostolorum limina studiosus advenientium perscrutator[e] consedit. Et forte memorabilis vir Hugbertus[f], finito longo peregrinationis sue labore, eadem nocte in proximo urbis[g] vico mansionem acceperat[1].

Qualiter autem a papa[h] Sergio eodem die agnitus et de nece dilecti[i] magistri sui Lamberti per signum baculi eius certior factus sit, si quis plenius scire desiderat, libellum illum relegat, quem a viris fidelibus editum de vita et conversatione ipsius Hugberti[k] ante episcopatum a plerisque apud nos et haberi et legi non est dubium[2].

Sed ad propositum redeamus. Adeptus itaque impius Dodo tam sceleratam victoriam, in multa superbia cordis[l] sui regreditur per vicini montis ascensum, qui nunc Publicus[m. 3] dicitur, qui ab occidentali plaga longo quidem, sed leni tractu et clemente clivo versus orientem se extendens, fere in ipso septemtrionali[n] latere[o] predicti oratorii terminatur.

Quam vero penam pro commisso hoc[p] piaculo et quam horrendum[q] nefarie[r] vite exitum Dodo sacrilegus cum[s] suo exercitu incurrerit, sequens libellus indicare poterit, quem de translatione et miraculis beati Lamberti martyris propicia divinitate scribere disposuimus[4].

Sigebertus c. 22. 17.[a] Igitur pauci, qui ex domesticis[5] sancti viri evaserant[b] periculum mortis,

IV. Capp. 16. 17. 1. 2. 3. 4. 5.

Cap. 16. a) v. *ante* sed pl. f. et c. d. e. 4. b) vir(is *in rasura maiore scr.*)que 4. c) religio(sis *in litura scr.*) 5. d) h. l. 3 *cum Vulg.* e) scrutator 3. f) *ita* 1. 2. 3; Hubertus 4. 5. g) *ita* 1 *(pr. m.).* 3; urbi *rell.* h) pappa *pr. m.* 3. i) dilicti 4. k) (Hug *in litura scr.*)berti 1; Huberti 3. 4. 5. l) c. sui *om.* 1. m) Publi:us, *ras.* c 5. n) septentrionali 2; septrionali 4, *corr. m. rec.* o) ::latere 3. p) *om.* 2. 3. q) horendum 5. r) nepharie 3. s) incurerit cum s. e. 5.

Cap. 17. a) *ita* 4; XIII. 1; XVI[a] 2; XVIII. *m. rec. in marg. scr.* 5; *om.* 3. b) (eva *m. al. in rasura maiore*)serant 4.

1) *Verba* acceperat peregrinus *in V. Hugberti IV, c.* 4. *locus hic excipit:* Qui statim devote ad diu desideratam beati Petri apostoli accessit ecclesiam — in cathedra pontificali reverenter inthronizatur, *scilicet Hugobertum a Sergio agnitum et non solum de Landiberti nece certiorem factum, sed etiam invitum episcopum designatum et divinitus omnibus pontificalibus martyris indutum esse, ab angelis allatis, denique episcopum a papa consecratum clavem auream a Petro apostolo accepisse:* in potestatem ligandi et solvendi ac lunaticis furiosisque sanitatem conferendi. Clavis autem ipsa usque hodie servatur in ecclesia beati Petri Leodii. *Clavem argenteam Servatium a Petro accepisse testis est auctor Gestorum Servatii ep. Tungrensis et conf. c.* 12. *atque ex hoc fonte biographus Hugoberti pendere videtur F. Wilhelm, 'Sanct Servatius', Monachii* 1910, *p. XIX.* 2) *His verbis mendacia sua Nicolaus confirmare nisus est, quae Aegidius iteravit, biographus Hugberti IV. pluribus persecutus est; v. p.* 344. *et* 432. 3) *Publemont. De oratorio Cosmae et Damiani a Monulfo constructo Nicolaus supra c.* 15 *(p.* 419*) egit. Aegidius Aureaevallensis, Gesta ep. Leod. II, c.* 50 *(SS. XXV, p.* 58*), etiam domum episcopalem eadem occasione a Monulfo constructam et dedicatam esse asseruit, fabulam cum Vita A concilians, et haec addidit:* Et ex tunc populi ceperunt locum inhabitare et Villam Publicam nominare a vicino monte, qui Mons Publicus est appellatus a nomine cuiusdam Asiulfi viri. 4) *De hoc Nicolai consilio v. supra p.* 346. 5) *Sigebertus*: satellicio.

licet homicidarum illorum cuneus recessisset, adhuc tamen nimium pavidi et vix sui compotes, sacratissimum sacerdotis et martyris sui corpus exanime inveniunt, precioso proprii sanguinis rore[1] perfusum, in eodem orantis habitu, quo[a] ante altare sanctorum martyrum prostratum mors occupaverat. Quod cum multo gemitu lacrimosisque suspiriis deosculantes, ab oratorio venerabiliter efferunt impositumque navicule per defluum[b] Mose alveum ad vicinum oppidum Traiectum dirigunt sepeliendum. Ruit in obsequium funeris fere tota regio, quam fama tanti sceleris velox nuncia circumquaque iam excitaverat.

Stephanus L. 9. — V. Landiberti I, c. 18. Sigebertus c. 22.

Cum vero navicula portui Traiectensium applicuisset, sacrumque martyris[c] corpus exposuissent, vehementi clamore ploratuque et planctibus[d] utraque fluminis Mose ripa personabat virorum ac[e] mulierum, quorum innumerabilis multitudo extincti pastoris[f] desiderio illuc confluxerat. Pauperum, viduarum, pupillorum ululatus maxime exaudiebatur[g], qui tanto patre, tanto consolatore et defensore invidia et malicia iniquorum se esse destitutos, protensis in celum manibus, conquerebantur. Sed et sacer ecclesiasticus ordo, in lugubri veste suo assidens[h] pontifici[i], exequiarum celebrationem et psalmodie spiritualem[k] modulationem crebris interrumpebant[l] singultibus et suspiriis, que in recordatione amissi patris eliciebat vis interni doloris et amaritudinis. Sic diei[m] subsequentem noctem continuant, nullis questibus[n] pretermissis, quos in tali casu[o] doloris magnitudo suggerebat*.

Sed tantam[p] lugentium multitudinem subitus rumor graviter consternavit. Dicebatur enim, — nec id vanum erat, — Pippinum eiusque domesticos valde super hoc indignari, reputantes ad suam invidiam studiose fieri tam liberam, tam publicam de occisione pontificis popularium[q] querelam, tam illustrem et inter lacrimas gloriosam beneficiorum eius memoriam, tam celebrem circa eius[r] exequias lamentantium frequentiam.

Exterritis itaque omnibus, maxime quia Pippinus non longe aberat[s], communis planctus in silentium vertitur, nec iam credebant posse quemquam ipsorum Dodonis crudelitatem effugere, cui in sacerdotem Domini videbant tantum licuisse. Quapropter hi qui potentiores inter[t] eos videbantur, et penes quos specialius erat eius exequiarum[u] cura, accepto ad invicem consilio, statuerunt ad mitigandam

*) *Codex* 5 *haec addit ex Sigeberti c.* 22 *(cod.* 3*) deprompta:* Traditur eciam a maioribus, quia cum sanctum omnibus exosculandi liber aditus pateret, si qua pelex se ingerebat ad corpus sancti martyris exosculandum, quasi[a] quodam rotata turbine retro cedebat. Per pelicum ergo repulsam clarebat, nimis Deo et sancto martyri pelicem illam hodiosam[b] fuisse, que dublici crimine Franciam infamaverat et sanctam conturbarat ecclesiam.

IV. Cap. 17. 1. 2. 3. 4. 5.

Cap. 17. a) q̊: 3. b) defluunt 3, *corr.* c) c. mr̄is 4. d) plantibus 5. e) et 1. f) corporis, *om.* desiderio 4. 5. g) exaud(iebatur qui *in litura scr.*) 2; audiebatur 4. h) assistens 4. i) *bis scr., sed corr.* 3. k) sp̄alem 5; m. sp. 4. l) *ita* 2. 4; interrumpebat *rell.* m) et *add.* 1. n) questionibus 2. o) *in litura scr.* 5. p) tamtam 3, *corr.* q) (popularium que *in litura scr.*)-relam 2. r) e. e. *in litura scr.* 2. s) abe:rat 1; abereat 5. t) *in litura scr.* 5. u) obsequiarum 3.

Nota *. a) q. q. r. *in litura scr.* 5. b) *corr.* od. 5.

1) *Stephanus:* perfusum sanguinis sui imbre.

principis indignationem sepelire eum in loco humili, minori quidem apparatu, quam exigeret dignitas tanti sacerdotis et martyris.

Erant in ipso oppido Traiecto due celebres ecclesie, quarum una beate Marie perpetue virginis Tungrensium pontificum eo tempore[a] secunda sedes habebatur; altera vero beati Bartholomei apostoli, que sanctissimi[b] confessoris[c] et episcopi Servatii[d] meritis et corpore magnifice decorabatur[1]. Sed in his venerabile beati viri corpus tumulare minime presumpserunt, ne claritas loci augere videretur glo- (Sigebertus c. 22.) riam et honorificentiam[e] sepulti. Unde, mane facto, feretrum eius sine aliqua funeris pompa intulerunt in quandam[f] ecclesiolam[g. 2] sancti Petri apostolorum principis, in qua vir illustris Aper, quem sancti Lamberti patrem supra[h] memoravimus[3], in lapideo sarcophago[i] corpore quiescebat. Erat autem solitaria, sita fere in ipsa Mose ripa, ad orientalem clivum montis, quem incole Castra[k. 4] vocant, habens inter se et Traiectum quasi quendam limitem Iecharam[l. 5] fluviolum[m]. Igitur monumentum hoc aperientes, sacrosancta martyris filii membra in eo cum patris ossibus tunc vere felicibus reverenter[n] composuerunt: astantibus multis fidelibus, quorum devotio in recordatione extincti pastoris nec affectum suum celare nec lacrimas poterat cohibere.

(Stephanus L. 9.) Cum vero beate ille celebrarentur exequie, maxima dulcissimi odoris in eodem loco celitus effusa est fraglantia, cuius mira suavitate omnes qui aderant refecti sunt. Sed magnis maiora succedunt. Nam, clauso et diligenter obsignato martyris tumulo et recedente populi frequentia, sanctorum angelorum cum hymnis[o] celestibus et[p] inmenso lumine illic affuit manifesta custodia. Quorum (Sigebertus c. 23.) presentiam et dulcissimam[q] modulationem multi religiosi viri sepius audire et videre meruerunt, beatique Lamberti martiris vocem, tanquam sibi cognitam,

IV. Cap. 17. 1. 2. 3. 4. 5.

Cap. 17. a) tep:e, *ras.* a 5. b) scissimi: 4. c) Christi *add.* 1. d) Servacii 1. e) *ita* 1. 2. 3; honorem 4. 5. f) quamdam 3, *corr.* g) ecclesiam 4. h) supa memor:avimus 5. i) sarcofago 2; sarchofago 3. 4. k) Cast[a] 2; Castra 4. l) Ihecharam 1; Ihecaram 3. m) fluvium 2. n) veneranter 2. o) ymnis 3. 5, *et sic infra.* p) *om.* 3. q) *ita* 1. 2. 3; dulcissonam 5; dulcisonam 4.

1) *Bartholomei ecclesiam Traiectensem sedente Baldrico II. episcopo (a.* 1008—1018*) Servatii patroni nomen retinuisse contendit Aegidius Aureaevallensis, Gesta ep. Leod. II,* 59 *(SS. XXV, p.* 63*).* 2) *V. Landiberti I, c.* 18*:* ad basilicam sancti Petri. 3) *Supra c.* 1. 4) In monte Castris iuxta Traiectum *loci presbyter oratorium in honorem Mariae Magdalenae saec. XII. in. construxerat; cf. Aegidii Aureaevall. Gesta ep. Leod. III, c.* 22 *(SS. XXV, p.* 98*).* 5) *Sane Iecora fluviolus, hodie Geer (Gall. Jeire), in Mosam fl. influens prope Maastricht, limitem inter episcopatum Leodicensem et ducatum Brabantiae ita faciebat, ut paroecia S. Petri in suburbio Traiectensi sita, quae 'quondam fuerat hereditas S. Lamberti ex parte suorum parentum', usque ad medium rivum pertineret, atque homines in eadem paroecia et in paroecia S. Mariae orti, 'ubi olim nostra sedes fuit posita', pro Leodicensibus habebantur, in oppidis autem Traiecto et Wyck orti pro Brabantinis, quippe quae duci Brabantiae adiudicata essent arbitriis actis a.* 1283 *(cf. L. Crahay, 'Coutumes de la ville de Maestricht', Bruxellis* 1876, *p.* 15*) et a.* 1297 *(Iohannes presbyter de Warnant apud Chapeavillum, Gesta pontif. Leod., Leodii* 1613, *tom. II, p.* 330. *Charta ipsa nondum eruta est; cf. J. Daris, 'Histoire du diocèse et de la principauté de Liège pendant le XIII[e] et le XIV[e] siècle', Leodii* 1891, *p.* 298*).*

protestati sunt se vere audisse inter illum felicem chorum beatorum spirituum sancte et individue Trinitati hymnos decantantium. Sigebertus c. 23.

Que visio cotidie circumquaque divulgabatur, plebsque Traiectensium et tota vicinia cum omni alacritate et devotione sepulchrum martyris frequentabant, publicos celebresque[a] conventus illic agentes; nec iam poterat eos alicuius potestatis violentia absterrere a veneratione martyris, circa cuius sepulchrum tantam considerabant gloriam et magnificentiam nostri redemptoris, qui vivit et regnat[b] Deus[c] per omnia secula seculorum. Amen.

Passus est autem beatus Lambertus quinto decimo Kalendas Octobris sub rege Francorum Hildeberto[d], filio[e] Theoderici regis, quo tempore fastigium Romani imperii invaserat Tyberius[f], qui et Absimarus, Leone[g] ab imperio expulso et in custodiam retruso. Sigebertus c. 28. Sigeberti chron. a. 698.

EXPLICIT[h] VITA ET PASSIO
SANCTI LAMBERTI EPISCOPI ET MARTYRIS.

IV. Cap. 17. 1. 2. 3. 4. 5.

Cap. 17. a) que *pr. m. superscr.* 4; crebrosque 1. b) in unitate Spiritus sancti *add.* 1. c) *om.* 4. 5. d) *ita recte* 1. 2 *cum Sigeberto;* Hildrico *rell.* e) filio: 2. f) Tiberius 1. g) *ita* 1. 2. 3. 4. 5 *cum Sigeberto;* Leontio *recte Chapeavillus.* h) *subscr.:* E. v. beati L. martiris Tungrensis epi 1; vita et *om.* 2; *subscriptionem om.* 3.

APPENDIX.

DE VITA HUGBERTI IV.

Vitae Hugberti IV, de qua supra p. 344 *sqq. disserui, Albertus Poncelet*[1] *S. I. defensor acutus modo extitit, licet fidem auctoritatemque ullam ei attribuendam esse mecum negaverit. Recte monuit, fabulam de cervo viso in melioribus codicibus* 1 *deesse ideoque in libris* 2. 3 *interpolatam esse, atque argumentum quo supra usus sum ex loco interpolato ductum iam expungendum est. Minus autem probasse mihi videtur, Vitam IV. non servatam nisi in codicibus saec. XV. Aegidio Aureaevallensi antiquiorem, immo ante saeculum XII. medium, scilicet saec. XII. in. aut saec. XI. ex. conscriptam esse, atque contrariam opinionem in amicum defendere coactus sum.*

Certe necessitudo quaedam inter V. Hugberti IV. et Gesta pontificum Tungrensium, Traiectensium et Leodiensium abbreviata intercedit, quae a Continuatore III. Gestorum abb. Trud. saec. XIV. ex. expilata sunt[2]*, atque A. Poncelet Gesta ex Vita pendere statuit, ratusque illa, antequam Aegidius autographum suum 'e manibus dimisisset', et fortasse ab Aegidio ipso consarcinata esse, id quod I. Heller olim coniecerat*[3]*, probasse sibi videbatur, quod probare voluit. Interim in Gesta illa nondum tam accurate inquisitum est, ut coniecturas illas pro certo haberi liceat, etsi fons iste quam maxime dignus est, qui altius examinetur. Neque mihi in re neglecta diutius iam immorari licet, sed codice Bruxellensi n.* 19627, *saec. XVI, inspecto affirmare velim auctorem Gestorum, qualia hoc libro continentur, Aegidio esse posteriorem neque illum ipsum. Codex ille ex monasterio*

1) *A. Poncelet, 'L'opuscule De vita et conversatione S. Huberti ante episcopatum' ('Revue Charlemagne, consacrée à l'archéologie et à l'histoire du haut moyen âge',* 1911, *tom. I, p.* 129 *sqq.).* 2) *SS. X, p.* 369. 3) *SS. XXV, p.* 12.

Stabulensi (fol. 46'. 'Liber Monasterii Stabulensis') originem traxit atque abbatum Stabulensium auctor Gestorum meminit et Anglini: Circa tempora ipsius Plictrudis relicta Pipini ecclesiam sancti Petri de Scinate (hodie Chiny) construxit, in qua filius suus beatus Silvinus requiescit et etiam sanctus Anglinus quartus abbas Stabulensis. Hic dum in pago Andaginensi accumberet, apparuit ei angelus et tradidit ei cartam niveam litteris aureis scriptam, monens, ut ibidem monasterium clericorum in honore Petri apostoli construeret, quod et fecit, et eis suum capellanum beatum Berengerum prefecit, qui ibidem requiescit, et ultimi Friderici: Tempore huius obiit dominus Fredericus abbas Stabulensis et Prumiensis anno 1244, quorum Aegidius rationem nullam habuerat. Ad idem monasterium Stabulense nova SS. Petri et Remacli ecclesia spectat 'a domino Poppone abbate' aedificata[1], de qua auctor iterum solus rettulit, atque 'dominum Popponem' celebravit 'pro sanctitate sua' viginti ecclesias regentem. De 'tempore Henrici tercii' episcopi Leodicensis (a. 1247—1274), cuius primis annis, scilicet a. 1251, Aegidius opus suum conscripserat, ita scripsit[2], ut ad praeteritum respexisse videatur. Cum in codice Bruxellensi n. 19627. post fol. 37 (nunc 39) folium excisum sit, eaque quae inde a fol. 38 (nunc 40) subsequuntur manu paulo recentiore et atramento nigriore adiecta sint, finis Gestorum ad hunc librum certo certius determinari nequit, sed locus ad Fridericum abbatem Stabulensem spectans ad eandem originem referendus videtur esse, dum reliqua I. Heller ex Hocsemio pendere fortasse recte contendit. Idem iam perspexit in Gestis abbreviatis et illa redire, quae codicis Aegidii marginibus postea illata sunt, res non adeo fide dignas, et molem novarum fabularum, quarum ne vestigium quidem apud Aegidium deprehenditur, ipsique iam difficilius explicandum esse visum erat, quomodo fieri potuisset, ut haec apud illum frustra quaerantur. Nullo modo Aegidio notas fuisse credam res tales, quales sunt Alpaidis[3] paenitentis largitas, scilicet ecclesia in allodio eius Orpione aedificata, immo totus comitatus eius 'de Turnis' beato martyri iure perpetuo traditus. Quae cum apud Aegidium desiderentur, ea post ipsum conficta esse necesse est, atque Vita IV. Hugberti non tantum in Gestis expilari poterat, sed etiam contraria ratio expendenda erat. Praeterea etiam codex Bruxellensis saec. XVI. interpolationibus adulteratus esse potest atque in folio singulari saec. XIII. ex. exarato[4], cui finis eorundem Gestorum inest, Fridericus abbas Stabulensis desideratur textusque magis quam in Bruxellensi cum Aegidio convenit (SS. XXV, p. 128, 34: dispergeret, non diffugerent cum illo), ita ut inter utrasque schedas distinguendum sit, licet eas concordare temere contenderit I. Heller[5].

Sane quod A. Poncelet de necessitudine inter Vitam IV. Hugberti et Nicolaum intercedente praesumpsit, scilicet Nicolaum expilatorem vitamque eam ipsam esse, quam ille habuisse simulavit, id concedere nequeo, novaque argumenta repperisse mihi videor, quibus probetur textum dubium vel post Aegidii Gesta episcoporum Leodiensium compositum esse.

Vitae Hugberti IV. in utroque codice, qui sibi alter alteri admodum similes sunt, liber Nicolai praecedit, scilicet in codicibus Bruxellensibus n. 2493—8, fol. 96—133', cuius supra p. 347, l. 25, memini (8a), in monasterio Bethleem prope Lovanium scripto, et in altero II, 3028, chartaceo (fol. 29'—54), qui olim erat canonicorum regularium Tungrensium, atque occasione data de condicione textus 8a pauca addere libet. Praescriptio adest: Prologus in vita et passione beati Lamberti Tungrensis episcopi; subscriptio et prologi et textus desideratur atque deficiente laterculo capita singula inscripta sunt. Textus ad codices 1. 2. 3 certe pertinet (c. 5. possessionibus, c. 13. niteretur, c. 14. Alpaidis, c. 17. honorificentiam) atque cum 1 consentit in lat. c. 2: Wentreshovium, cum 2. 3 in c. 4 (universi), cum 2. 4 ib. (tamen), sed deinceps

1) SS. XXV, p. 131. 2) Ib. p. 130, l. 33. 3) Ib. p. 129, l. 32, pro Alpais lege Alpias. 4) St. Bormans, 'Fragment d'une chronique Liégoise inédite du XIIIe siècle' ('Bull. de l'inst. arch. Liégois', Leodii 1862, V, p. 190). 5) Cf. SS. XXV, p. 12, n. 9.

non eisdem mendis laborat quibus 2. 3 *(c.* 16. videlicet, etiam, gregem Christi*) aut* 2. 4 *(c.* 15. instituebantur*) et lectiones peculiares exhibet, quae non deprehenduntur nisi apud Chapeavillum (prol.* exhortati, *c.* 13. pontificis *pro* viri, dilecti *om., c.* 17. Childeberto, excluso *pro* expulso*). Loco intricato c.* 6. *lectionem plerisque libris communem* Carbonaria seu arrogantia *exhibet. Uterque Bruxellensis post prologi verba* et sanctissima conversatione *praetermisit* eius. *Nicolaum fol.* 133'—138 *(praescr.:* De translacione sancti Lamberti et miraculis eius*) Sigeberti c.* 25—27. *in* 8*a excipiunt, quibus subscripta sunt haec:* Explicit legenda de sancto Lamberto.

Vita Hugberti IV, quae in 8*a fol.* 138'—140' *(praescr.* De vita et conversatione sancti Huberti ante episcopatum eius*) occupat, in altero libro autem fol.* 55—56, *a Nicolai c.* 12. *verbis his incipiens:* Tempore quo Ebroini crudelitas, *Hugberti comitis palatii conversionem iterque Romanum (Nicolaus c.* 13*) eiusque adventum post Sergii papae visionem (ib. c.* 16*) iisdem verbis atque Nicolaus iterat, nisi quod pauca non adeo necessaria ibi desunt, atque cum eodem locum c.* 13. *ex. admittit, quo ad visionem Sergii in c.* 16. *enarratam delegatur, etsi continuatio in Vita mox subsequitur, dum Nicolaus verbis:* Sed nunc narrationis nostre seriem prosequamur *sermonem abrumpens ad Landiberti fata iterum transit. Nicolaum autem fontes suos in universum non ad verbum exscripsisse, sed ubique verba aliena cum suis cogitationibus fere commiscuisse supra p.* 342. *iam monui. Interim A. Poncelet l. l. p.* 134. *utriusque textus locos hos paginis oppositis comparantem:*

Nicolaus c. 12.	*V. Hugberti IV. c.* 2.
ex cuius sanctissimo contubernio et exemplo frequentique colloquio cor clarissimi comitis	Huius autem sancti viri beato colloquio et exemplo cor clarissimi principis Huberti

memorabile interpolationis vestigium fugisse videtur, nam Hugbertus et a Nicolao et a biographo 'comes palatii' appellatur atque 'preclari comitis Hugberti' etiam Aegidius II, 21, *meminit: si igitur 'principis' honorem comiti illi biographus IV. supra attribuit, eundem scilicet quem Nicolaus Pippino ('circa memoratum principem', p.* 415, 9*), posterioris originis indicium ipse attulit, splendori generis patroni summam manum imponens. Atque elocutio textus communis omnino ad Nicolaum referenda esse mihi videtur, cum eaedem verborum coniunctiones etiam in reliquo ipsius textu deprehendantur:*

Vita IV. Hugberti	
c. 2 *(= Nicolaus c.* 12*):*	
(p. 415, 12 [1]*)* descendit Traiectum,	*p.* 420, 26 [1]: Descendit itaque Iopiliam,
beato colloquio et exemplo *(Nicolaus p.* 415, 14*:* contubernio et exemplo frequentique colloquio*)*,	*p.* 420, 7: tanti viri digni habebantur contubernio — et instituebantur exemplo,
(p. 415, 15*)* abiecto militiae cingulo,	*p.* 424, 16: abiectis armis,
(p. 415, 16*)* calcata mundanae potentiae gloria;	*p.* 413, 1: calcata omni sacrorum canonum reverentia,
c. 3 *(= Nicolaus c.* 13*):*	
(p. 418, 8*)* dilecti magistri;	*p.* 426, 9: dilecti magistri,
ib. (= Nicolaus c. 16*):*	
propter veritatis [et castitatis defensionem et *add. Nicolaus p.* 425, 20] testimonium.	*p.* 422, 8: pro veritate, pro castitatis defensione *(cf. supra p.* 421, 28*:* amator castitatis et veritatis defensor*)*.

1) *Citavi paginas lineasque editionis nostrae.*

Manifestum est ea quae in utraque paginae parte leguntur ad unum eundemque auctorem redire eaque quae in Vita Hugberti IV. desunt verba non a Nicolao interpolata, sed a biographo Hugberti praetermissa esse, textumque ipsius cum Nicolao comparatum hiare ut supra p. 345. probari, ita ex luculento exemplo intellegitur hoc:

Nicolaus c. 16 (p. 426, 5). immolata [laudis *om. V. Hugberti IV, c. 4)* hostia; *cf. Ps.* 115, 17: sacrificabo hostiam laudis.

Libellus igitur 'De vita et conversatione sancti Huberti ante episcopatum eius' pro fonte Nicolai minime habendus est, sed sola ipsius verba, superfluis nonnullis praetermissis, usque ad eum c. 16. locum iterat, quo idem ad fontem numquam scriptum lectores delegavit, nec plura Aegidius Aureaevallensis, Gesta episc. Leodiensium II, 21, legerat, cum Nicolaum imitatus vel illud ipsum enuntiatum, cuius modo memini (Qualiter autem a papa Sergio eodem die agnitus — — et haberi et legi non est dubium), *expilaverit. Nicolaus his verbis iterum nugas suas abruperat, ut ad martyrii historiam rediret* (Sed ad propositum redeamus), *eumque simili digressione c. 13. ex. similiter abstitisse supra monui. Difficile autem creditu est Aegidio haec Nicolai verba iteranti scripta alia praesto fuisse atque Nicolai librum. Iste mox ad res in episcopatu gestas transiit, Ionae V. Hugberti citans, atque reditum Roma primordiaque pontificalia iisdem verbis descripsit, quibus biographus Hugberti IV. A. Poncelet eum pro expilatore habuit, cum vero propriam V. Hugberti IV. continuationem supra non adhibuerit, sicut etiam initium eiusdem Vitae e Nicolai c. 12. depromptum ignoraverat, contraria opinio anteponenda videtur esse. Et sane e verbis quae apud utrumque auctorem extant haecce ultima V. Hugberti IV:* et in pontificali cathedra inthronizatur *idem Aegidius iam supra I, 14 (SS. XXV, p. 17) de Materno primo Tungrensium episcopo scripserat, unde eum auctorem loci, de quo quaeritur, esse probasse mihi videor. Ipsius textum et pleniorem et integriorem Vita Hugberti IV. esse ex exemplis colligitur, quae supra p. 345. attuli. Ergo si Aegidius cum biographo Hugberti IV. consentit, discordante Nicolao, scilicet locis his:*

c. 13 (p. 418, 6). in sequenti] *Nicolaus;* breviter *Aegidius cum V. Hugberti IV, c. 2;*
c. 16 (p. 425, 27). promeruit] *Nicolaus;* meruit *Aegidius cum V. Hugberti IV, c. 3,*

Aegidii textum a biographo Hugberti expilatum esse necesse est atque codices 2. 3 eo magis quam libri 1 cum Nicolao conveniunt, ita ut vel A. Poncelet l. c. p. 143. locum quendam in his praetermissum non ad interpolationem quandam, sed ad textum genuinum pertinere recte iudicaverit.

Itaque opinionem meam, quam supra exposui, revocare nequeo, scilicet Vitam Hugberti IV. Nicolao et Aegidio posteriorem eo consilio confictam esse, ut libellus ille de vita et conversatione Hugberti ante episcopatum, ad quem Nicolaus dolose appellaverat, tandem aliquando suppleretur. Albertus Poncelet S. I., ut erat scrutator diligens atque acutus, recte perspexit, anteriora argumenta non omnia stare posse, cumque plagulas nostras legisset ei oblatas, eandem quaestionem a nobis diverso modo tractatam esse vidit. Mox litteris datis opinionem suam perhumaniter defendebat, sed altius in rem inquirere non poterat, ad iter se praeparans, ex quo numquam rediturus erat. Qui cum studiis communibus fato prorsus inopinato ereptus sit, dissertationem, quam eo viro quondam scripseram, prelo datam manibus amici perpetua fide nobiscum coniuncti iam sacram esse volo.

B. Krusch.

VITA LANDELINI ABBATIS LOBBIENSIS ET CRISPINIENSIS.

Monasteriorum ut aliorum ita Belgicorum initia saepissime obscura sunt, litteris serius mandata, quam ut alia pro certo accipi possint atque nomina conditorum. In coenobiis autem Hannoniae quattuor, quae Landelinus condidisse fertur, Lobbiensi, Alnensi, Waslarensi, Crispiniensi ne id quidem contigit, cum duobus aliae quoque origines a posteris attributae sint. Recentioribus scriptoribus neglectis, qui narrationibus prioribus conglutinandis, immutandis, augendis instituerunt[1]*, duo fontes antiquiores adhibendi sunt, scilicet Gesta abbatum Lobbiensium saeculo X. exeunte a Folcvino abbate composita et Vita Landelini*[2] *exiguae fidei.*

Cuius auctor monasterio Crispiniensi adscriptus esse videtur, in quo reliquiae Landelini requiescebant, cum de initiis eius narrationem multo uberiorem (c. 6. 7*) exhibuerit quam de primordiis ceterorum. Scripsit autem non ante saeculum nonum satis provectum, cum Vitae Leudegarii auctore qui dicitur Ursino*[3] *et Amandi*[4] *et Bavonis*[5] *ab eo expilatae sint, atque ipse, successorum Landelini mentione facta*[6]*, se aevi remotioris fuisse ostendit. Refert autem, Landelinum tempore Dagoberti regis exortum, cum ab Audberto episcopo Cameracensi (c. a.* 660*)*[7] *litteris instructus et tonsuram clericatus suscepturus esset, a cognatis commotum fugisse et multos dies, Maurosi*

1) *Inter quos potiorem locum occupant Gesta episc. Cameracensium et libelli de fundatione monasterii Lobbiensis (SS. XIV,* 544—555*). Chartae Dagoberti I (Pertz, Dipl. Merov. p.* 168*) et Audeberti (Pardessus II, p.* 31*) ad Landelinum spectantes fictae sunt (cf. J. Warichez, 'L'abbaye de Lobbes depuis les origines jusqu'en* 1200*', Lovanii* 1909*, p. XVIII sq. XXIV). Res traditas cuiuscumque aevi et generis conglutinavit J. Vos, 'Lobbes, son abbaye et son chapitre' I, Lovanii* 1865*, p.* 23 *sqq.; iudicio sano usi sunt U. Berlière, 'Monasticon Belge' I,* 1897*, p.* 197 *sqq., et J. Warichez l. l. p.* 5 *sqq. Cf. etiam O. Hirzel, 'Abt Heriger von Lobbes' ('Beiträge zur Kulturgeschichte des Mittelalters und der Renaissance' ed. W. Goetz VIII),* 1910*, p.* 2 *sqq.* 2) *De qua Vita cf. S. Balau, 'Étude critique des sources de l'histoire du pays de Liége' ('Mémoires couronnés par l'Académie royale de Belgique' LXI),* 1903*, p.* 198 *sqq.; Van Bleyenberghe, 'Annuaire de l'université catholique de Louvain'* 1903*, p.* 350 *sq.; L. Van der Essen, 'Étude critique et littéraire sur les Vitae des saints mérovingiens de l'ancienne Belgique', Lovanii* 1907*, p.* 125 *sqq.* 3) *Cf. V. Landelini c.* 1. 4) *Ib. c.* 4. 5. 5) *Ib. c.* 4. *Ubi verba congruentia e V. Bavonis exscripta esse neque vice versa, concludere licet, comparatis aliis locis Vitae Bavonis c.* 6. 8 *(SS. R. Merov. IV,* 539, 16. 541, 17*).* 6) *V. Landelini c.* 5. 7) *De aetate Audberti cf. infra p.* 439, *n.* 1. *Auctor Annalium Laubiensium erravit, adnotans a.* 637 *(SS. IV,* 11*):* Hoc anno Landelinus, qui et Maurosus, ab Autberto Cameracensi ex praedone conversus, iecit fundamenta Lobiensis ecclesiae, *et a.* 652: Sanctus

nomine accepto, latrocinia exercuisse; tandem eundem visione et admonitione angelica conversum ad Audbertum rediisse et paenitentiam egisse, Romam ter profectum, atque ab Audberto diaconum et presbyterum ordinatum esse[1]. *Ab hoc autem 'licentia cum benedictione accepta', Landelinum cum Adeleno et Domitiano discipulis, sociis itineris Romani tertii, ad Laubacum rivulum se contulisse et, habitationibus monasterialibus constructis, fundamenta coenobii Lobbiensis iecisse, quod muneribus a regibus acceptis ditasset, itemque monasterium Alnense et Waslarense condidisse. Denique eum in alium locum commigrasse et, dimidia parte Amblidgis silvae a domino loci donata, coenobium Crispiniense aedificasse ibique vita defunctum et sepultum esse.*

*Cum igitur auctor Crispiniensis initia quattuor monasteriorum a patrono suo repetat, Folcvinus abbas Lobbiensis (*965—990*), cui Vitam Landelini praesto fuisse non satis constat*[2], *dum res ante Crispinium conditum breviter enarrat*[3], *itineribus Romanis praetermissis, ut origines Lobbienses et Crispinienses Landelino ab Audberto e latrone converso attribuit, ita Alnam et Waslare coenobia, quae Lobbiensibus subdita erant, ab Ursmaro episcopo (†* 713*) constructa esse voluit*[4], *qui a Lobbiensibus ut praecipuus patronus celebrabatur. In quibus rebus utrumque testem multo posteriorem incertae fidei esse manifestum est, ita ut alia quoque a biographo relata vel inde dubia fiant. Atque persona gravissima Audberto episcopo in Vita attributa, quippe qui Landelinum erudiat, convertat, ordinet eique permittat, ut ad coenobium Lobbiense construendum in pagum Hainoense se conferat, potius ad res saeculi noni spectat, quo episcopi Cameracenses Lobbiis auctoritatem dioecesanam exercebant*[5], *quam ad aevum anterius, quo monasterium libertate maiore usum esse videtur eique Ursmarus (†* 713*), Ermino (†* 737*), Theodulfus (†* 776*) abbates dignitate episcopali praediti praeerant*[6]. *Unde suspicio oritur res ab auctore relatas, ne de fabulis pluribus manifestis dicam velut de etymologia nominis*

Landelinus, qui et Morosus, fundator coenobii Lobiensis, — — Eloquius clarent in Gallia. *Sigebertus a.* 651 *(ib. VI,* 324*) et Hugo, Fundatio monast. Lobb. c.* 1 *(ib. XIV,* 544*), initia coenobii a.* 638. *attribuens, Annales Laubienses secuti esse videntur.* 1) *Similiter Rufino interprete (Hist. eccl. III,* 23*) iuvenis coaetaneis persuadentibus dux latronum factus est, quem Iohannes apostolus convertit, ita ut 'eum in omnibus emendatum etiam ecclesiae praeficeret'.* 2) *Folcvinus, cum Vitas Ursmari et Erminonis episcoporum Lobbiensium commemoraverit, Vitae Landelini mentionem non fecit. Quam post aevum Folcvini (c. a.* 980*) compositam esse, G. H. Pertz, SS. IV,* 56 *(n.* 2*), coniecit, id quod vel ob aetatem codicis* 1a *fieri vix potuit. Neque minus Balau l. l. Vitam Landelini saeculo XI. ineunti attribuit; denique Van der Essen l. l. p.* 125 *sqq. eam c. a.* 1000. *post Folcvini Gesta et Vitas Ursmari et Landelini metricas (cf. infra p.* 437. 452*) compositam esse statuit, haud recte, etsi J. Warichez l. l. p.* 7. *et* 264. *opinioni illius accessit. De ordine fontium constituendo cf. e. gr. V. Leudegarii auct. Ursino c.* 1: ex progenie celsa Francorum ac nobilissima exortus, *quae verba integra fere transierunt in V. Landelini c.* 1: e x p r o g e n i e c e l s a F r a n c o r u m a c n o b i l i s s i m a — — o r iundus, *non nisi immutata in Herigeri V. Ursmari (Mabillon, Acta III,* 2*, p.* 609*):* Praeclue F r a n c o r u m c e l s a q u e p r o pagine natum. 3) *Gesta abb. Lobb. c.* 1 *(l. l. p.* 56*).* 4) *Ib. c.* 4 *(p* 57*):* Monasterium quoque in Alna ipse construxit et Lobiis subiecit. Monasterium quoque Waslare dictum versus Teoraciae saltum *(la Thiérache)* in finibus Faniae *(la Fagne)* aedificavit, cui et Dodonem praefecit, *scil. Ursmarus, de quo cf. infra p.* 445 *sq.* 5) *Cf. e. gr. Folcvinum c.* 10 *(SS. IV,* 60*) de elevatione Ursmari a.* 823. *facta:* elevatio facta est iussu et permissu eius, qui tunc erat Cameracensis episcopus; *ib. c.* 11: ordinatio prima facta est in monasterio nostro, agente Theoderico Cameracensi pontifice *(a.* 832*; cf. Gesta episc. Camerac. I,* 43*, SS. VII,* 417*); cf. infra p.* 436*, n.* 3. *Cf. Warichez l. l. p.* 150 *sq.* 6) *Cf. infra p.* 445 *sqq.*

Crispinii (c. 7), minime genuinas esse, sive fabulae cursu temporum immutatae ad eum pervenerunt, sive ipse auctoritati episcopi Cameracensis favens easdem sibi excogitavit, atque 'veridicorum narratio' in prologo allata fidem auctoris potius minuere quam tueri mihi videtur. Miraculum de domino silvae factum (c. 6) ad invasores deterrendos et ad possessionem dimidiae silvae confirmandam usui esse poterat. Itinera Romana Landelini nescio an inde repetenda sint, quod monasteria quattuor Petro apostolo dedicata erant aeque atque ecclesiae ab Amando episcopo conditae[1].

Quae cum aetate auctoris integra extitisse videantur[2], Vita post partem priorem saeculi X. composita esse non potest. Nam unum monasterium Lobbiense procellas temporum sustinuit[3], cum cetera variante fortuna usa sint. Nam Alna cella[4], quae a. 868. Lobbiensibus subiecta erat[5], aliquanto post, dum monasterium Lobbiense ab episcopis Leodiensibus regitur atque a. 889. ecclesiae eorum conceditur, parte media possessionum monachis relicta[6], parti Leodiensi vindicata est[7]; si auctori posteriori fidem adhibere licet, a Nortmannis diruta est, ecclesiamque restitutam Richarius episcopus Leodiensis (920—945), abbate praeposito, novem clericis tradidit[8]. Ubi Albero II. episcopus a. 1144. vitam canonicam secundum regulam Augustini instituit, 'postulante venerabili fratre Radulfo loci ipsius abbate, qui de communi clericorum vita ad regularis professionis se nitebatur transferre propositum'[9]; monachi autem anno demum 1147. redierunt, ordine Cisterciensi introducto[10].

Similes casus monasterii Crispiniensis fuere, quod a. 870, regno Lothariano diviso, Carolo obvenit[11]; 'abbatiunculam', quam a. 921. Sechardus comes beneficio habebat et sedi Cameracensi concessit[12], a. 931. canonici tenebant[13], itemque 'abbatiola' a. 1041/43. canonicorum erat, 'militaribus viris' beneficio data[14]. Monachis locus a. 1080. restitutus est, quo Balduinus II. comes Hainoensis cum Richilde matre, dato pretio, 'abbatiam sancti Landelini in Crispinio, quam tenebant laici advocati, retraxit de manibus eorum', ut fratres Benedictini instituerentur[15].

1) Cf. Krusch, SS. R. Merov. V, 395. 2) V. Landelini c. 5. de coenobio Alnensi: quod fulget principis apostolorum sacris pigneribus ac munitur praeclaris eius virtutibus; ib. c. 8. de Crispinio: ubi — — multa ac stupenda fiunt signa. 3) Cf. Folcvinum (SS. IV, 54—74) et Gesta abbatum posteriora (ib. XXI, 308—333). 4) Cf. Berlière l. l. p. 329 sqq.; Warichez l. l. p. 112 sq. 5) Inter nomina villarum quae possidebat monasterium Lobbiense a. 868/69. Cella in Alna cum appendicibus suis commemoratur (Vos l. l. I, 419; Warichez l. l. p. 182. 185). 6) Charta Arnulfi a. 889 (Vos l. l. I, 426 sqq.; Mühlbacher, Reg. I², n. 1832). Cf. Warichez l. l. p. 44. 7) Hugo, Fundatio mon. Lobb. c. 1 (SS. XIV, 545). 8) Gesta episc. Leod. abbrev. (SS. XXV, 130): Hic reedificavit — — plures ecclesias a Normannis destructas, interfectis abbatibus, monachis et monialibus. In quibus novenos constituerunt clericos. — — Undecima sancte Marie sanctique Petri Alnensis. Ratherius Veronensis ab episcopo Leodiensi Alnam villam accepit (Folcvin. c. 28, p. 69); cf. A. Vogel, 'Ratherius von Verona' I, 1854, p. 210. 425 sqq. 9) Miraeus, Opera diplomatica (ed. Foppens) II, 823. 10) Aegidii Gesta episc. Leod. III, 31 (SS. XXV, 106); cf. Berlière p. 331, L. Janauschek, Originum Cisterciensium tomus I, 1877, p. 108. 11) MG. Capitularia II, 195: Crispinno. 12) Gesta episc. Camerac. I, 68 (SS. VII, 425). 13) Heinricus I. rex a. 931. canonicis in loco Crispin nuncupato devote Domino famulantibus donationem concessit (Sickel, MG. Dipl. I, 65, n. 30). Otto I. a. 973. possessiones dedit ad monasterium quoddam sancti Petri principis apostolorum sanctique Landelini confessoris Christi in villa Crespin constructum (ib. p. 579, n. 426). 14) Gesta episc. Camerac. II, 41 (p. 464). 15) Miraeus l. l. II, 1135

Denique Waslare monasterium[1], *quod a.* 870. *regno Caroli attributum est*[2], *ut a.* 844.[3] *et* 868/69.[4] *Lobbiensium erat, ita saeculo post a Folcvino abbate Ratherio datum est*[5]; *'in villa quoque Waslero' monasterium paucorum fratrum a.* 1041/43. *episcopi Cameracensis erat*[6]. *Ubi a.* 1127, *clericis amotis, monachi constituti sunt*[7].

Vita igitur Landelini ita narrata, ut auctorem in monasteriis illis cum aliis tum Crispiniensi vitam regularem monachorum neque canonicam clericorum vidisse putandum sit[8], *ut non ante saeculum nonum vergens, ita non post decennia prima saeculi decimi composita est, eiusdem, quo codex antiquissimus (*1*a) exaratus est.*

Prologus Vitae Landelini integer fere Vitae tertiae Waldburgis[9] *et Vitae Dodonis abbatis Waslarensis*[10] *praefixus est, quarum auctores codice* 1*b simili usi sunt; narrationem c.* 6. *auctor Vitae Ettonis imitatus est*[11].

1*a) Codex Bruxellensis n.* 3287, *antea II* 975 *et Phillippsianus n.* 366, *saec. X. ex., olim S. Gisleni*[12], *fol.* 46—48. *V. Landelini continet, alio textu eraso.*

1*b) Codex Cameracensis n.* 864 *(*767^{II}*), saec. XI, fol.* 150—153.

2*) Codex Parisiensis n.* 5287 *(Colbert.* 713, *Regius* 3864$^{77}_{B}$*), saec. XIII, fol.* 46′—49′.

Praeterea commemorantur codices Duacenses n. 836 *(*787*), saec. XII. ex., et n.* 846 *(*797*), saec. XII, olim Marcianenses*[13]; *denique codex Bruxellensis n.* 3139, *vol. I, antea n.* 858—861, *a.* 1490, *olim Corssendonckanus, fol.* 278—280′, *qui textum retractatum continet*[14]. *Saeculo XVIII. Vita quaedam Landelini in codice Murbacensi legebatur*[15].

Libros 1*a.* 2 *B. Krusch v. c. contulit,* 1*b ipse adhibui.*

Laurentius Surius, De probatis sanctorum historiis III, Coloniae Agrippinae 1572, *p.* 648—651, *primus V. Landelini e codice generis* 1*b uno loco interpolato (cf. infra p.* 443*) edidit, stilo 'ubi visum est' ex more immutato.*

(= Gallia christiana III, instr. col. 24*); cf. privilegium Urbani II (Jaffé, Reg. I*², *n.* 5726*); Gallia christ. III,* 100. 1) *Cf. Warichez l. l. p.* 113 *sq.* 2) *MG. Capitul. II,* 195*:* Wasloi. 3) *Gesta episc. Camerac. I,* 43 *(p.* 417*): Theodericus episc. Camerac. a.* 844. dedicavit monasterium in Vaslero, petente Hariberto abbate *(Lobbiensi).* 4) *Nomina villarum etc. (Vos I,* 419*; Warichez l. l. p.* 182. 192*):* Cella in monasterio Wasler cum appendicibus suis *(al.* In Fania cella monasterii cum appenditiis eius*).* 5) *Folcvin. c.* 28 *(p.* 70*); cf. Vogel l. l. I,* 425. 6) *Gesta episc. Camerac. II,* 33 *(p.* 463*).* 7) *Gesta abb. Lobb. c.* 17, *SS. XXI,* 319*; Ann. Laub. a.* 1127, *ib. IV,* 22. *Nimirum Waslare idem est atque cella* quae Monasterium dicitur *(Moustier-en-Fagne); cf. Hugonem, Fundat. monast. Lobb. c.* 1 *(SS. XIV,* 545*) de ecclesia,* quae in pago Templutensi *(cf. V. Landelini c.* 5*)* Monasterium dicta et ab eodem Landelino aedificata et Laubiis deputata est. *Cf. de Buck, AA. SS. Oct. XII,* 630*; Warichez l. l. p.* 113. 8) *Cf. V. Landelini, prol.:* monachorum mirabiliter consistit ornatus; *c.* 5: quae monachis feruntur esse congruentia. *Verba c.* 4: ut vita bonorum coenobitarum non esset contentus *e V. Bavonis exscripta sunt.* 9) *AA. SS. Febr. III,* 548. 10) *Ib. Octobris XII,* 634*; cf. etiam infra p.* 441, *n.* 3. *Van der Essen l. l. p.* 129 *sq., quocum Warichez l. l. p.* 10. 14. *facit, erravit, statuens, Vitam Landelini e Dodonis pendere neque vice versa.* 11) *V. Ettonis §* 9—11 *(AA. SS. Iulii III,* 61*).* 12) *Catalogus codicum hagiogr. Latin. bibl. regiae Bruxell. II,* 461. *D. Simon Guillemot Vitam 'Lanteni abbatis' a.* 1671. *e monasterio S. Gisleni Mabillonio transmisit, atque de Vita Landelini agi fortasse recte coniecit U. Berlière, 'Mabillon et la Belgique' ('Revue Mabillon' IV,* 1908, *p.* 28, *n.* 1*), etsi nomen potius cum s. Lauteno convenit.* 13) *Analecta Bolland. XX,* 382. 402. 14) *Teste J. Van den Gheyn, 'Catalogue des mss. de la bibliothèque royale de Belgique' V,* 1905, *p.* 94. *De legendario Corssendonckano cf. A. Poncelet, Analecta Bolland. XXIX,* 12. 15) *Calmet apud Montfaucon, Bibliotheca bibliothecarum manuscriptorum II,* 1739, *p.* 1176.

Iohannes Mabillon, Acta sanctorum ordinis S. Benedicti II, Lutetiae Parisiorum 1669, p. 873—876, textum a Surio expolitum ad apographum bibliothecae S. Cornelii Compendiensis item codici 1b simile restituit.

Godefredus Henschenius et Daniel Papebrochius, Acta sanctorum Iunii II, Antverpiae 1698, p. 1064—66, cum aliis codicibus tum Lobbiensi et Bodecensi [1] usi sunt.

Martinus Bouquet, 'Recueil des historiens des Gaules et de la France' III, Parisiis 1741, p. 524, frustula Mabilloniana iteravit, cum

Iosephus Ghesquierus, Acta sanctorum Belgii selecta IV, Bruxellis 1787, p. 458—462, editionem Henschenianam recudendam curaverit.

Fulbertus, cum paulo post a. 1015, Gerardo episcopo Cameracensi iubente, V. Audberti componeret [2], etiam gesta Landelini retractata partim inseruit [3].

Quod opus fortasse hic illic Philippus de Harvengt, abbas Bonae Spei in Hannonia (1157—1182) [4], una cum Vita Landelini prima ad alteram Vitam conscribendam adhibuit, quam syllabis sententiarum desinentium concinentibus composuit (Germ. 'Reimprosa'). Vitam Philippi (prologus incipit: Sicut bonae conversationis, Vita: Cum huius aeris amplitudo), quam Iacobus de Guisia in Annales Hanoniae (X, 111—120) recepit [5], edidit Nicolaus Chamart, D. Philippi abbatis Bonae-Spei opera omnia, Duaci 1621, p. 773—778; quam editionem iterum excussit Migne, Patrologia Latina CCIII, Parisiis 1855, col. 1349—58 [6].

Nihil nisi epitome huius opusculi Vita est (inc. Landelinus vir sanctus), quam Henschenius l. l. p. 1067—68. e codice S. Salvatoris Ultraiectino eruit [7], errore dubitans, utrum haec an Vita Landelini prima superiore aetate praestaret [8]; editionem eius Ghesquierus l. l. p. 464—467. iteravit.

Denique Vita metrica, quae incipit: Ingenitus genitor per verbum cuncti creator, adhuc inedita in codice Virdunensi n. 77, saec. XI. in., fol. 25—32'. extat [9], auctore ut Mabillonius [10] coniecit Herigero abbate Lobbiensi (990—1007), cuius Vita Ursmari in eodem libro legitur quique etiam gesta Landelini in hac perstrinxit [11].

W. Levison.

1) Codex deperditus est; cf. H. Moretus, Analecta Bolland. XXVII, 343. 2) Gesta episc. Camerac. I, 78 (p. 430); Mirac. Autberti, prol. (Analecta Bolland. XIX, 200). Cf. Van der Essen l. l. p. 273 sqq. 3) V. Autberti c. 6—11 (ed. Ghesquierus l. l. III, 542—546; c. 5—10. ed. Migne CXLI, 360—364). Ghesquierus, textum integrum exhibens, etiam eam partem Vitae habet, quam E. Sackur, 'N. Arch.' XV, 469—472, quasi ineditam e codice Duacensi n. 864. publici iuris fecit. 4) Cf. Berlière l. l. I, 395 sq. atque potissimum eiusdem dissertationem: 'Philippe de Harvengt, abbé de Bonne-Espérance' ('Revue Bénédictine' IX, 1892, p. 24—31. 69—77. 130—136. 193—206. 244—253), ubi p. 247. de Vita Landelini egit. 5) Ed. marchio de Fortia, 'Histoire de Hainaut par Jacques de Guyse' VII, Parisiis et Bruxellis 1829, p. 374—416. Cf. SS. XXX, 130. 6) Non vidi editionem, quam paravit A. Raissius, Coenobiarchia Crispiniana, Duaci 1642; cf. Bibl. hag. Lat. II, n. 4697. 7) Eadem Vita extat in codicibus Carthusiensium prope Traiectum, hodie Ultraiectinis n. 391, vol. II (Eccl. 21), a. 1424, fol. 55—56', et n. 392 (Eccl. 132), saec. XV, fol. 89—90; qui initio a textu edito discrepantes (inc. Eo tempore quo plaga septentrionalis) verba Philippi exscripta magis integra exhibent. 8) Errorem iteravit Van Bleyenberghe l. l. p. 350 sq. neque recte Van der Essen l. l. p. 133. epitomen ante opus Philippi de Harvengt collocavit. 9) Cf. 'Catalogue général des mss. des bibl. publ. des départements' V (4°), 1879, p. 476. 10) Acta III, 2, p. 557; cf. G. Morin, Analecta Bolland. XXIII, 315. 11) Cf. infra p. 452.

INCIPIT[a] PROLOGUS IN[b] VITA SANCTI LANDELINI CONFESSORIS CHRISTI[c].

Benignitas nostri salvatoris[1] semper adest parata in salutem eorum, quos praedestinavit ad capescenda futurae praemia vitae, et sicut ipse in euangelio spiritualiter[d] docuit, quosdam mane, quosdam hora tertia, quosdam sexta et nona, quosdam[e] undecima ad excolendam vineam suam[2] convocat, quia quibusdam in infantia, quibusdam in iuventute vel[f] adolescentia, aliquibus in senectute[3] spiritualis assumere sationis concedit laborem. Nec difficile[g] est in[h] manu ipsius inveteratos scelerum mores corrigere, qui etiam Leviathan dentibus absortos armilla suae misericordiae revocavit ad vitam[4] et ad percipiendam suae bonitatis fiduciam eos ipsos, quos taliter dentibus eius excussit, participes in caelesti curia ascivit[i]. Ex his enim scimus esse prophetas, ex his quam maxime constat iudex ille apostolorum numerus, ex his martyrum triumphalis exercitus[5], ex his insignis[k] confessorum numerus ac monachorum mirabiliter consistit ornatus. De quorum collegio etiam sanctum Landelinum esse constat, de cuius vita ego pauperculus ingenio non sine magno[l] timore aliquantulum[m] proloqui praesumo; sed potens est Deus os[n] meum ad propalanda sui servi magnalia aperire, qui os asinae ad increpationem reseravit prophetae. Itaque ex his, quae mihi veridicorum narratione comperta sunt, aliqua incipiam enarrare.

(cf. Matth. 20, 1. 3. 5. 6. — cf. Iob 40, 20 sq. — cf. Num. 22, 28.)

EXPLICAT[o] PROLOGUS.

INCIPIT VITA[a].

(V. Leudegarii auct. Ursino c. 1.) (1).[b] Gloriosus igitur et acceptabilis Deo Landelinus[c] ex progenię celsa[d] Francorum ac nobilissima in pago Camaracensi[e] et[f] in villa quae vocatur Vallis[6] temporibus Dagoberti[7] inclyti[g] regis exstitit oriundus[h]. Cumque bonae indolis

Prol. Cap. 1. 1*a. b.* 2.

Prol. a) *om.* 2. b) in v. *om.* 1*a.* c) *om.* 2. d) *om.* 2. e) etiam *add.* 1*b.* f) *om.* 1*a. b.* g) dificile 1*a*, *corr.* h) *om.* 1*b.* i) asseruit 2. k) conf. ins. 2. l) *om.* 2. m) aliquantum 2. n) os m. *post* magnalia *collocat* 2. o) Explicit pr. 1*b*; Expl. pr. *om.* 2.

Cap. 1. a) eiusdem, que est (legenda *add.* 1*a*) XVII. Kl. Iulii *add.* 1*a. b*; sancti Landelini *add.* 2. b) *numeri desunt codd.* c) Landellinus 2. d) *om.* 2. e) Camaracens:: *pr. m.* 1*a*; Cameracensi 1*b.* 2. f) *om.* 1*b.* g) regis incl. 2. h) o(ri *m. al. in ras.*)undus 1*b.*

1) *Nescio an auctori Passio Marcellini et Petri c.* 1 *(AA. SS. Iunii I,* 171*) praesto fuerit, quae incipit:* Benignitas salvatoris nostri, martyrum perseverantia comprobata, eo usque processit, ut et fidei amicos coronaret et inimicos eorum ex ipsis inferorum claustris *(cf. infra c.* 2*)* erueret. 2) *Cf. Gregorii M. Homil. in evang. XIX,* 1 *(Migne LXXVI,* 1154*):* Hic itaque pater familias ad excolendam vineam suam mane, hora tertia, sexta, nona et undecima operarios conducit. 3) *Ib. c.* 2 *(col.* 1155*):* Quia ergo ad vitam bonam alius in pueritia, alius in adolescentia, alius in iuventute, alius in senectute, alius in decrepita aetate perducitur, quasi diversis horis operarii ad vineam vocantur. 4) *Cf. ib. XXV,* 9 *(col.* 1195*).* 5) *Cf. hymnum 'Te Deum laudamus' (cf. e. gr. J. Julian, 'A dictionary of hymnology',* 1892, *p.* 1120; *W. Meyer, 'Nachrichten der Göttinger Gesellschaft der Wissenschaften, Phil.-hist. Klasse'* 1903, *p.* 201*):* Te gloriosus apostolorum chorus, te prophetarum laudabilis numerus, te martyrum candidatus laudat exercitus. 6) *Hodie Vaulx prope Bapaume (dép. Pas-de-Calais, arr. Arras, cant. Croisilles).* 7) *Dagobertus 'inclytus' rex potissimum intellegitur primus (*623 — 639*), qui etiam in V. Desiderii Cadurc. c.* 2 *(SS. R. Merov. IV,* 564*) et in V. Aldegundis c.* 2 *(supra p.* 86*) et in Hucbaldi*

puerulus primis adolescere inciperet annis, genitores ipsius eum beato Audberto[a] pontifici[1], qui eum de sacro fonte susceperat, litteris inbuendum commendare studuerunt[b]. V. Leudegar. auct. Ursino c. 1. Cumque iam ad iuvenilem venisset aetatem, voluit eum[c] supradictus[d] pontifex ad clericatus officium tonsorare. Ib. c. 2. Quod audientes quidam ex cognatis eius, venientes[e] coeperunt eum ab amore caelestium suis persuasionibus revocare, dicentes: 'O quanta[f] pulchritudo iuventutis persuadetur mundo[g] renuntiare! Ne[h], quaesumus, frater, ita agas, quia si ita egeris, nescimus, si tibi aut[i] tuis parentibus in nullo penitus utilis eris. Melius est[k] ergo, frater carissimę, ut nobis consentiens relinquas[l] monasterium et nobiscum pergens utaris saeculo et deliciis eius[m], quam velut mortuus hic quiescas. Nam si nobiscum pergas, dabimus tibi[n] omnia quae libuerint[o] animo tuo et faciemus te divitiis affluere et honore[p]'. Haec et his similia revolventes persuaserunt ei, ac fugam iniens discessit a sancto Audberto, ac simul cum eis pergens, more[q] latronum vivebat, rapinis et cedibus occupatus. Pro quo pius pater Audbertus merore confectus, lugebat eum velut mortuum, et revera mortuus erat, quia diabolo serviebat. Orabat tamen[r] sanctus pontifex assiduę Dominum, ut libertatem redderet captivato, vitam mortuo, medelam tribueret diabolico vulnere sauciato[s]. Quid plura? malesane[t] mens quod inique coeperat perficere laborabat, nomenque suum mutans, apellari se Maurosum iubet, ne scilicet indicio inveniretur nominis, qui perditionis se occultarat[u] latebris.

(2). Interea multis diebus in hoc nefario opere perdurans serviebat diabolo, qui fugitivus extiterat Christo. Tandem divina potentia, precibus beati Audberti[a] pontificis invocata, affuit et solito more ac inolita benignitate erroneum filium[b] disposuit reddere sanctae matri[c] ecclesiae. Accidit igitur, ut cuiusdam divitis domum diripere cum suis complicibus solito more festinaret. Cumque adesset nox, in qua tam nefarium opus perficere festinabant[d], accidit Dei dispositione, ut quidam ex sodalibus eius morte deprehensus spiritum exalaret. Interea Maurosus dolore sodalis[e] sui vehementer afflictus, cum se dedisset quieti, videt[f] miseri illius animam a daemonibus ad[g] infernum deduci. Cumque hoc[h] ingenti tremore aspiceret, astitit angelus Domini trementique et[i] terribiliter infit: 'O Landeline, modo

Capp. 1. 2. 1*a*. *b*. 2.

Cap. 1. a) Autbert. *semper* 2. b) studierunt 2, *corr.* c) eum *et nonnulla alia verba ad p.* 440, *l.* 22. dignitatis, *laciniis eculsis, perierunt, sed m. saec. XV. suppleta sunt* 1*a*. d) supradict:: *pr. m.* 1*b*. e) quidam *iterat* 1*a*. f) quantum 1*b*. g) mondo nuntiare 1*a*, *corr.* h) N(eque *m. al. in litura*)sumus 1*b*. i) tibi, tuis tamen par. 1*a*. k) ergo est 2. l) relinquens 1*a*. m) eius(?) *add., sed eras.* 1*a*. n) *om.* 1*a* (*m. saec. XV*). o) libuerit 1*a*, *corr.* p) honorare 1*a*. q) in ore 2. r) autem 2. s) sa:ciata *pr. m.* 1*a*. t) malesana 2. u) occultaverat 1*b*.

Cap. 2. a) Autbert. 1*b*, *et sic deinceps.* b) suum 2. c) matri:, *ras.* s 1*a*. d) festinabat 1*a*, *corr.* e) sodali 1*a*, *corr.* f) vidit 2. g) in 2. h) cum *add.* 1*b*. i) ei *pro* et 1*b*.

V. Rictrudis c. 2 *(Mabillon, Acta II,* 940*) ita audit, neque vero eius nomen satis congruit cum aetate Audberti episcopi (cf. infra n.* 1*), qui Landelinum de baptismate suscepisse dicitur; sed fortasse etiam de Dagoberto II (a.* 656—661. *et* 676—679*) cogitare licet, atque in Vita Dagoberti III, c.* 1 *(SS. R. Merov. II,* 512*), cuius auctor reges huius nominis secundum et tertium confudit, hic quoque 'inclitus rex' vocatur, monente B. Krusch v. c. Folcvinus, Gesta abb. Lobb. c.* 1 *(SS. IV,* 56*) Landelinum tempori attribuit,* quo a Clodoveo septimus Lotharius *(III., a.* 657—673*)* agebat in sceptris. 1) *Nomen Audoberti episcopi Cameracensis a.* 660—667. *in chartis legitur (Pardessus II, p.* 114. 125. 126. 138*); ante a.* 656. *una cum Eligio corpus Fursei transtulit (V. Fursei c.* 10, *SS. R. Merov. IV,* 439*).*

conspice remunerationem tui laboris, cum quali poena tui[a] socii anima deducatur[b] ad inferni loca. Vide ergo[c], quid tibi melius sit, cum tali tormento deduci[d] in baratrum gehennae, an nobiscum perfrui caelesti mansione. Derelinque igitur opera diaboli et assume militiam Christi; abscide a te tenebrosi cordis caecitatem, quo possis intueri clarissimum Christi lumen. Refuge iam nunc hostis[e] antiqui servitutem, quo possis cum Christo regnare post mortem. Audi ergo beatum Audbertum antestitem et recognosce tuum esse spiritualem patrem. Suscipe ab ore[f] eius monita caelestis doctrinae'. Haec vero aliaque multa eum edocens, supernus ille angelicus spiritus caelos petiit.

(3). Exurgens ergo Landelinus, visu valde conterritus, relinquens sodales suos omniaque sua, pedibus suis maturavit ire Camaracum[a], ubi sanctum noverat esse Audbertum, et pedibus eius prostratus, paenitentiam sibi rogat dari retroactorum scelerum. At pius pater eius votis congaudens suscepit eum poenitentem, quem diu fleverat a se recedentem, sinumque ei divinae[b] aperiens misericordiae, reddidit eum sanctae matri[c] ecclesiae. Itaque sub saeculari habitu in monasterio degens agebat praeteritorum[d] poenitentiam criminum, macerans corpus ieiuniis, quod saeculi macularat illecebris. Diuturna igitur excoctus poenitentia, destinavit ad purum[1] relinquere saeculi negotia, ut plenius meditaretur caelestia. Petiit denique supradictum antestitem, ut ab eo perciperet capitis tonsuram militiaeque caelestis assumeret clamidem; ad quod gaudens[e] sanctissimus praesul abscidit eius comam capitis[2], a quo iam dudum depulerat maculas cordis.

(4). Adeptus[a] denique hanc dignitatis gloriam, destinavit ire[b] Romam, ut, qui iam dimiserat saeculi pompam, peregrinationis quoque mercaretur coronam. V. Amandi c. 6. Cum benedictione igitur[c] profectus pii patris Audberti, squalida assumens itinera, tandem[d] Romam pervenit, quo noverat corpore[e] quiescere iudices saeculi. Praedulcia ergo in eorum liminibus figens oscula, orabat ad purum[1] sua emundari[f] crimina[3]. Perfecto autem suo desiderio, celeriter Galliam rediit, diu nolens abesse[g] suo patrono. Tum[h] vir Domini Autbertus[i] sanctitatis in eo considerans vigere[k] virtutem, promovit ad diaconatus ordinationem; ad[l] quod ita apparuit aptus, ut liquido claresceret omnibus, quia[m] Dei gratia ad hoc fuerat electus. Erat enim

Capp. 2—4. 1*a*. *b*. 2.

Cap. 2. a) socii tui 2. b) ad inf. deducitur 2. c) igitur 2. d) seduci 2. e) ant. h. 2. f) eius ore 2.

Cap. 3. a) *ita* 1*a*; Cameracum (Kam. 1*b*) 1*b*. 2. b) divin: *pr. m.* 1*a*; ap. d. 2. c) matri:, *ras.* s 1*a*. d) praeter(itorum pe *m. al. in ras.*)nitenciam 1*b*. e) *m. al. superscr.* 1*b*.

Cap. 4. a) aut (?) *add., sed eras.* 1*b*. b) ire:: 1*b*. c) ergo 2. d) tantem 2. e) iud. s. c. qu. 2. f) emundar: *pr. m.* 1*a*. g) abess: *pr. m.* 1*a*; (ab *superscr.*)esse a suo 1*b*. h) Tunc 1*b*. i) *ita h. l. etiam* 1*a*. k) vigore 2. l) at 2. m) qui(a D. gr. *m. rec. in ras.*) 1*a*; quia ad hoc D. gr. 2.

1) *Is.* 1, 25. *de Ierusalem:* Et convertam manum meam ad te et excoquam ad purum scoriam tuam. 2) *Cf. V. Bavonis c.* 4 *(SS. R. Merov. IV,* 537*):* comam capitis sui abscidere depraecatus est, et adeptus — — clericatus honorem. — — Dimisit comam capitis et invenit coronam gloriae, — — reliquid pompam huius mundi. 3) *Haec temporibus Martini I. papae (*649—653*) facta esse voluit Herigerus l. l. (p.* 610*):*

Arci Martinus Romanae papa beatus
Praeesse videbatur sancte pariterque prodesse.
Huic sua Morosus deplorans crimina prorsus,
Ilicet a noxa meruit laxarier omni,
Accipit et veniam simplex confessio gratam.

animo benignus, simplex[a], humilis[b] ac devotus, oboedientiam cunctis inpendens omnesque puro affectu diligens. Tantum etiam ardorem et cordis conpunctionem (V. Bavonis c. 5.) Dominus ei[c] largitus est, ut vita bonorum coenobitarum non esset[d] contentus, sed magis ac magis semet ipsum erigens in Dei famulatum[e] et cum gemitu et lacrimis in afflictione vigiliarum[f], ieiuniorum et orationum frequenter positus, vitam sanctorum exerceret[g] nec ullo[h] modo daret suo corpori requiem, inediis, nuditate, frigore, siti ac multis tribulationibus[i] se[k] ipsum macerans.

(5). Paucis igitur transactis diebus, iterum[a] secundo Romam adiit, votaque optata (V. Amandi c. 8.) complens ac feliciter remeans[1], a[b] beato Audberto episcopo presbiterii suscepit officium. Sublimatus vero in huius apicem honoris, enarrari non potest[c], quantum excreverit culmine sanctitatis[2]. Iterum ergo augmentare[d] sibi labores cupiens, quamvis defessus iam esset corpore, rursus Romam adiit, cum duobus scilicet[a] discipulis, Adeleno videlicet et Domitiano[e], qui ei iam dudum in praedicatione verbi Dei adheserant, et apostolorum limina adoranda expetiit feliciterque ad pro- (ib. c. 7.) pria remeavit. Cumque[f] igitur in pace reversus fuisset, licentia cum benedictione accepta a beato pontifice[g] Audberto, profectus est in pagum nuncupatum Hainou[h] in locum super fluvium Sambram situm, qui ex nomine rivuli decurrentis[i] in praefatum[k] flumen vocatur Laubacus[l, 3], et ibi construxit sibi et discipulis suis monasteriales[m] habitationes, et quod ille Deo[n] annuente fideliter coepit, postmodum a successoribus[o], qui per eius ministerium in loco eodem aggregati sunt, feliciter est peractum. Construxit etiam[p] aliud monasterium in pago Sambreo[4] nomine Alneo[q, 5], discretum a Laubaco[r] tribus[s] iuxta Sambram milibus, quod fulget principis apostolorum sacris pigneribus[t] ac munitur praeclaris eius virtutibus. Tertium

Capp. 4. 5. 1*a*. *b*. 2.

Cap. 4. a) supplex 1*b*. b) *pr. m. in ras.* 1*b*. c) larg. est ei 2. d) et (?) *pr. m.* 1*a*. e) famulat(u *m. al. in litura*) 1*b*. f) vigilia : :um 1*b*. g) exerc(eret *m. rec. in ras.*) 1*a*; exercens 1*b*. h) :ullo, *ras.* n 1*b*. i) tribulationis (?) *pr. m.* 1*a*. k) semet 1*b*.

Cap. 5. a) *om.* 2. b) a:, *ras.* c 1*b*. c) potens *pr. m.* 1*b*. d) aucm. (?) *pr. m.* 1*a*. e) Domician. *semper* 1*b*. f) que *om.* 1*b*. 2. g) A. p. 2. h) Haynau 2. i) *c.* 8 *litterae add., sed eras.* 1*b*. k) *om.* 1*b*. l) Laubias 1*b*. m) monasterialem habitationes (*corr.* habitationem) 1*a*. n) *ita* 1*b*; dn̄o *m. rec. restauravit* 1*a*; auxiliante Deo feliciter c. 2. o) success. 1*b*. p) et *add.* 2. q) Alno 1*a*. r) Laubiae 1*b*. s) *om.* 2. t) pignoribus 2.

1) *Cf. V. Amandi c.* 7: feliceter remeavit in Galliis. 2) *Cf. Gregorii M. Homil. in evang.* 38, 15 *(Migne LXXVI,* 1291*)*: in honore et culmine sanctitatis excreverat. 3) *Hodie Lobbes locus prope Thuin in Hannonia situs, ubi Coulby rivus in Sabim influit. Cf. V. Erminonis c.* 2 *(infra p.* 462*)*: de monasterio, quod dirivative ex nomine fluvioli decurrentis per monasterium in amne, quae proprie noncupatur Sambra, vocatur Laubacis; *Folcvinus l. l. c.* 1: In quo loco rivulus delabitur in Sambram, quem Laubacum vocant, eundemque putant nomen loco dedisse. *E Vita aut Landelini aut Erminonis pendet V. Dodonis c.* 5 *(AA. SS. Octobris XII,* 635*)*: monasterium quod ex nomine fluvii secus illud decurrentis vocatur Waslerus *(cf. infra p.* 442, *l.* 1*)*. 4) *De pago Sambrensi cf. Piot, 'Les pagi de la Belgique' ('Mémoires couronnés par l'Académie royale de Belgique',* XXXIX*)*, 1879, *p.* 186 *sqq.*; *L. Vanderkindere, 'La formation territoriale des principautés belges au moyen âge' II*, 1902, *p.* 196 *sqq.* 5) *Alne prope Thuin. In nummo Merovingico* Alna vic(o) *legitur; cf. M. Prou, 'Les monnaies Mérovingiennes de la Bibliothèque Nationale'*, 1892, *p.* 512 *(n.* 2482*)*. *Folcvinus l. l. c.* 4 *(p.* 57*) origines coenobii Alnensis et Waslarensis ab Ursmaro episcopo Lobbiensi (†* 713*) repetit; cf. supra p.* 434.

quoque aedificavit coenobium in[a] Templutensi[b] pago[1], Guaslaris[c. 2] dictum, disparatum octo leuguis[d] a Laubias[e] primitivo suo monasterio, quod ut superiora[f] clavigeri[g] regis superni, sancti scilicet Petri, consecrari fecit nomine atque sanctitate. Horum quidem duorum magnis ditavit commertiis habitacula, sed Laubias[h] regiis honoravit muneribus ac villarum famulorumque inedicibili[i] replevit[k] copia. Quicquid etiam piorum regum munificentia passim per Francorum adquisivit regna, praefato Laubiensi[l] coenobio delegavit, ut veneranda fratrum congregatio ibidem[m] Deo serviens non egeret his, quae monachis feruntur esse congruentia[n].

(6). His itaque[a] gestis ac[b] praescriptis locis honorifice structis, fratribusque illic Christo militantibus victibus[c] necessariis affatim attributis, Dei omnipotentis[d], ut credimus, instinctu ac provisione commigravit[e] in alium locum, qui est situs super fluvium Hon[3], adiacetque ei silva nuncupata Amblidgis[f. 4], ibique cum duobus discipulis suis[g], Adeleno scilicet et Domitiano, exstirpare coepit adiacentia virgulta, ut ibidem quoque sibi ac[h] suis construeret dignum habitationis locellum. Quo equidem tempore — mirum dicturus sum — cum autem instanter laborarent, et, ut solet fieri, cappae eorum super arboris truncum iacerent[i] positae, contigit, ut superveniens dominus loci illius silvamque suam eos exstirpantes[k] inveniens, cappas eorum quasi pro vadio[5] auferens, abire inciperet. Sed mira omnipotentis[l] clementia adest statim invocata. Nam dum isdem[m] homo gressum verteret abeundi, mox omnibus membris stupefactus et velut in specię mortis deprehensus, in sua poena sensit, quod non recte circa servos ageret[n] Dei. Provolutus ergo eorum pedibus, rogat sibi veniam dari commissi[o] sceleris, cappasque suas ut reciperent, magnis coepit vocibus expostulare[p], simulque vovens, quod eiusdem silvae medium Deo per manus traderet sancti, si ei pius Dominus quod inique egerat donare dignaretur[q]. Mox mirum in modum a beato Landelino pristinae sanitati[r] redditus divinique verbi praedicatione edoctus, ad propria est cum pace dimissus. Vir autem Domini gratias agens, quod sibi ubique adesset misericordia conditoris, construxit[s] ibidem oratoriolum in honore beati Martini episcopi, et illic cum supradictis discipulis ymnis divinis orationibusque[t] vacans, benignitatem cotidię postulabat[u] Domini.

Capp. 5. 6. 1*a*. *b*. 2.

Cap. 5. a) *om.* 2. b) Tem:plutensi 1*a*. c) Gwaslaris 2. d) leucis 2; milibus 1*b*. e) Laubiis 1*b*; Laubii 2. f) si *add.*, *sed eras.* 1*a*. g) clavieri *pr. m.* 1*a*. *b*. h) Lobias 2. i) inedicibli 1*a*; *om.* 2. k) copia repl. 2. l) Lobiensi 2. m) ibi 2. n) congrua 2.

Cap. 6. a) que *om.* 1*b*. b) a 1*b*. c) *ita* 1*b*; victus n. 1*a*; n. victibus 2. d) *om.* 2. e) in al. comm. 2. f) *ita* 2; Ambidgis 1*a*. *b*. g) *om.* 2. h) a 1*a*. i) iaceret 1*a*, *corr.* k) extirpante::: 1*b*, *corr.*; extirpare 2. l) Dei *add.* 2. m) idem 2. n) Dei ag. 2. o) commissi:, *ras.* s 1*b*. p) precari 2. q) dignetur 2. r) sanitate 1*b*. s) construcsit 1*b*. t) precibusque 2. u) exorabat 2.

1) *Prope Avesnes; cf. Piot l. l. p.* 204 *sqq.; Vanderkindere l. l. p.* 61 *sqq.* 2) *Wallers-en-Fagne (dép. Nord, arr. Avesnes, cant. Trélon), prope quem locum Moustier-en-Fagne vicus memoriam monasterii adhuc servat.* 3) *Hogneau rivus in Haine fluvium influit, de quo pagus Hainoensis vocatus est.* 4) *Balduinus II. comes Hainoensis et Richildis mater a.* 1080, *monachis Crispinium reductis,* reddiderunt Sancto Landelino silvam Ambligis *(Gallia christiana III, instr. col.* 24*), itemque Urbanus II. papa a.* 1088/96. *Raginero 'abbati monasterii sancti Petri, quod est situm in villa quae vocatur Crispinium super fluvium Hon in pago Hainau', cum alias possessiones confirmavit tum* silvam quae Ambligis dicitur *(ib. col.* 26*; Jaffé, Reg. I*², *n.* 5726*). Hodie 'le bois d'Amblisse' (Vos, 'Lobbes' I,* 51*).* 5) *I. e. pignore.*

(7). Quadam etiam die sanctus Dei sacerdos Landelinus, omnia circumquaque[a] lustrans loca, repperit fontem ibidem[b] deesse, quo fratres aquam suis usibus haurire[c] debuissent. Facta autem oratione, baculo suo ictu terram percussit uno, statimque fons mirae profunditatis[d] atque suavitatis ebullivit, qui[e] crispantibus undis decurrere coepit[1]. (cf. Exod. 17, 6; Num. 20, 11.) Illico ob rem quae accidit locum illum Crispinum[f, 2] nominavit*. Coeperunt igitur tunc[g] nonnulli, audita eius sanctitate, e diversis partibus ad ipsum catervatim confluere, adunataque[h] est populi[i] non minima multitudo in eodem loco[k]. At vir Deo plenus, multitudini misceri nolens[l], solitudinem[m] prae omnibus saeculi rebus caram[n] habens, ne scilicet multorum actiones suae mentis ab[o] statu rectitudinis hebetarent obtutum, non longe a loco eodem secedens, sequestrata[p] mansione semoratur[q, 3]. In eo autem loco, ubi fluvius[4] in sese fontis Crispinii[r] colligit sinum, in honore sancti Petri apostolorum principis condens ecclesiam, inter ipsos, ut ita dicam, supernos angelorum choros, etsi necdum visione carnis, mentis tamen contemplatione conversabatur, dicere valens cum apostolo Paulo: *Nostra autem*[s] *conversatio in caelis est.* Philipp. 3, 20.

(8). Visum praeterea est beato Landelino, ut supradictos suos[a] discipulos Adelenum[b] ac[c] Domitianum, discretis mansionibus, absentare deberet, quatinus et ipsi per divini verbi ministerium lucrum animarum Domino suis quique in[d] locis omni[e] die augmentarent[f], ipseque velut avidissimus verae phylosophyae[g] amator contemplationi caelestium[h] liberius vacaret. Locavit igitur sanctum Adelenum[i] procul a suo monasterio prope leugua[k] una super fluvium[l] Hon[m], Domitianum vero ex altera parte quasi leuguis[n] duabus super fluvium Hagnam[o, 5]. Quibus auxiliante superna clementia peractis, sancta et inmaculata Christi hostia, multiplici contusione ignisque examinatione more holocausti divinis[p] iamque immolanda conspectibus, sanctus videlicet et vere Deo[q] dignus sacerdos Landelinus, ipsi, ut ita fatear, caelesti iam propinquabat altario. Cum enim e u m[r] omnipotens Deus p r o labor i b u s, quibus nomen[s] eius cottidie desudabat, remunerare[t] iam decrevisset, (Gregorii M. Dial. I, 8.) senilia membra, quae prolixa carceris[u] huius contriverat[v] angustia, modica coeperunt[w] pulsari febricula. A c c e r s i t i s i t a q u e undique fratribus, indicat se iam corporis ergastulo debere resolvi. (Sulpicii Sev. epist. 3, 9. 10.) Flebilis mox personuit vox una d i c e n t i u m: 'Quid, domne[x] pater, quid, rogamus, erit nobis ultra auxilium[y], cum tu pastor oves Christo adquisitas relinquis, devorandas dentibus diaboli?' Tunc vir Domini lacrimis[z] sic

*) Iam vero a beato Martino Romano pontifice ordinatus *(cf. supra p. 440, n. 3)*, divinae praedicationis vomere Crispinium excolebat, *addit Surius.*

Capp. 7. 8. 1*a*. *b*. 2.

Cap. 7. a) circumquamque (?) *pr. m.* 1*a*. b) ibi 2. c) haurrire 1*b*. d) magnitudinis, *pr. m. superscr.* profunditatis 1*a*. e) et *add.* 2. f) Crispinium 1*b*. g) *om.* 2. h) et adunata 2; que est *eras.* 1*b*. i) non min. pop. 2. k) loco : : : : | At 1*b*. l) fugiens 2. m) sollicitudinem *pr. m.* 1*a*. *b*. n) h. c. 2. o) a 2. p) sequestra 1*a*. q) semotatur 1*b*. r) Crispini 2. s) *om.* 1*b*.

Cap. 8. a) *om.* 2. b) Adhelenum 2. c) et 1*b*. d) *om.* 2. e) o. die *om.* 2. f) augmentaret 1*a*, *corr.* g) phylosopiae 1*b*. h) celesti 1*b*. i) Adhelenum 2; Adelinum *h. l.* 1*b*. k) leuga 1*b*; leuca 2. l) fuvium 1*b*. m) Hun 1*a* (*corr.*). *b*; *cf. p.* 442, 12. n) leugis 1*b*; leucis 2. o) Hamam 1*b*. p) iam *add.* 2. q) dignus Deo 1*b*. r) *om.* 2. s) n. eius *om.* 2. t) eum *add.* 2. u) carnis 2. v) contriverant 2, *corr.* w) c(o)eperint 1*a*. *b*. x) dñe 1*b*. 2. y) auxilii 2. z) obortis l. ait: Non 2; l. sic f. abortis 1*a*. *b*.

1) *Simile miraculum Arbeo in Vita I. Corbiniani c.* 28. *rettulit, monente B. Krusch v. c.* 2) *Crespin (dép. Nord, arr. Valenciennes, cant. Condé).* 3) *I. e. seorsim morari, degere. Cangius.* 4) *Le Hogneau; cf. supra p.* 442, *n.* 3. 5) *Hodie la Haine; cf. p.* 442, *n.* 3.

fatur obortis[1]: 'Non mea, obtimi[a] fratres, vos constristet absentia; aderit prorsus vobis pastor aeternus, dominus omnium Iesus[b] Christus, si eius caritati inhe- [Ps. 2, 11.] rere[c] studueritis attentius. *Servite ei in[d] timore et exultate[e] ei cum tremore.* Nulla enim vobis[f] nocere quibit adversitas, si nulla infestet[g] iniquitas'. His ergo et [Sulpicii Sev. epist. 3, 14.] huiusmodi sermonibus fratres adhortatus, super cineres ac cilicium stratus, astantibus circumcirca[h] quos Christo adquisierat carissimis filiis, animam bonorum actuum floribus adornatam ad angelorum direxit gloriam[2]. Discipuli autem honorifice egregii magistri venerabile corpus in eodem suo coenobio[3] tradiderunt sepulturae, ubi, eius[i] meritis intervenientibus, multa ac[k] stupenda fiunt signa, praestante domino nostro Iesu Christo, cui est honor et postestas per[l] omnia saecula cum Patre Spirituque sancto. Amen.

EXPLICIT[m] VITA SANCTI LANDELINI CARISSIMI CONFESSORIS CHRISTI.

Cap. 8. 1*a*. *b*. 2.

Cap. 8. a) fr. obt. 1*a*, *corr*. b) Chr. Iesus 2. c) st. inh. 2; inh. studueretis 1*b*. d) cum 2. e) exaltate 1*b*. f) nocebit vobis adv. 2. g) dominetur 2. h) *om*. 2. i) int. eius m. 2. k) ac st. *om*. 2. l) *ita* 1*a*; pot. in aeterna saecula. Amen *desinit* 1*b*; pot. per o. secula seculorum. Amen *desinit* 2. m) *ita* 1*a*; *subscr. om*. 1*b*. 2.

1) *Cf. Vergilii Aen. XI,* 41: lacrimis ita fatur obortis. 2) *Nomen Landelini saeculo IX. Kalendario Tornacensi vel potius Cameracensi (cf. Warichez l. l. p.* 13, *n.* 2*), iam Petropolitano, ad diem* 15. *Iunii illatum est (Delisle, 'Mémoire sur d'anciens sacramentaires, Mémoires de l'Académie des Inscr. et Belles-Lettres XXXII,* 1, 1886, *p.* 397*):* Depositio sancti Landelini confessoris, *eodem die quo in codice Martyrologii Bedae Londiniensi musei Britannici Addit.* 19725. *saec. X. in. exarato legitur (H. Quentin, 'Les martyrologes historiques du moyen âge',* 1908, *p.* 26*). Cf. supra p.* 438, *l.* 29. 3) *Scil. Crispiniensi; cf. diploma Caroli regis a.* 921. *datum (Gesta episc. Camerac. I,* 68, *SS. VII,* 425*):* abbatiunculam dictam Crispin, ubi iacet sanctus Landelinus in aecclesia honore sancti Petri dicata.

VITAE URSMARI ET ERMINONIS EPISCOPORUM ET ABBATUM LOBBIENSIUM

AUCTORE ANSONE.

Monasteria Gallicana inde a temporibus Columbani non semel nitebantur, ut, potestate episcopi dioecesani exclusa, ius obtinerent pontificalia a quolibet episcopo percipiendi. Quod cum initio per episcopos vagantes vel ambulantes fieri soleret, inde a saeculo septimo medio etiam abbates occurrunt, qui ipsi dignitate episcopali praediti erant, munere utroque coniuncto[1]. *Cuius rei saeculo VIII. vulgatae exemplum Laubacus monasterium (hodie Lobbes) exhibet, prope Sabim fluvium in pago Hainoensi situm, quem locum ad fiscum regium pertinuisse posteri voluerunt*[2]. *Initia coenobii satis obscura ad Landelinum referuntur, quem, 'licentia cum benedictione accepta' ab Audberto episcopo Cameracensi, eo se contulisse et monasterium construxisse biographus eius saeculo IX/X. voluit*[3], *ratione proprii aevi depicta, quo auctoritas episcoporum Cameracensium inde ab aetate Ludowici Pii in coenobio vigebat, ita ut ordinationes et dedicationes iisdem competerent*[4]. *Quae tamen auctoritas saeculo praecedente minime valuisse videtur, cum ipsi abbates munere episcopali fungerentur, id quod posteri satis mirabantur*[5].

Quorum agmen Ursmarus ducit, qui saeculo VII. exeunte et ineunte octavo monasterium rexit. Folcvinus eum 'sub nomine episcopi et pontificis' in chartis domesticis commemoratum esse testatus est[6], *itemque ab Ansone 'episcopus' aut 'episcopus atque abbas' vocatur*[7]. *Rebus posteriorum neglectis*[8], *paucissima de eo memoriae tradita sunt.*

1) *Cf. ea quae post alios exposuimus B. Krusch, 'N. Arch.' XXV,* 136 *sqq., et ego ipse, 'Die Iren und die Fränkische Kirche' ('Historische Zeitschrift' CIX,* 1912, *p.* 12 *sqq.).* 2) *Folcvini Gesta abbatum Lobbiensium c.* 3 *(SS. IV,* 57*).* 3) *V. Landelini c.* 5 *(supra p.* 441*).* 4) *Cf. supra p.* 434, *n.* 5. 5) *Folcvinus c.* 3 *(l. l. p.* 57*); Ratherii V. Ursmari interpolata (infra p.* 456*); Hugo, Fund. mon. Lobb. c.* 1 *(SS. XIV,* 545*); De fundatione et lapsu mon. Lobbiensis c.* 3. 8 *(ib. p.* 549. 550*).* 6) *Folcvinus c.* 3 *(p.* 57*):* Sed in cartis sub eius tempore factis ac perantiquis membranarum peciolis *(i. e. fragmentis)*, quae continentur in ecclesiae nostrae archivis, inscriptum eum invenimus sub nomine episcopi et pontificis. 7) *V. Ursmari, prol. et c.* 1. 2. 4. 8; *V. Erminonis c.* 2: Ursmarus episcopus atque abbas de monasterio — — Laubacis. 8) *Res traditas quascumque collegit J. Vos, 'Lobbes, son abbaye et son chapitre' I, Lovanii* 1865. *Deinde de rebus Lobbiensibus egit Van Bleyenberghe, 'Annuaire de l'université catholique de Louvain' a.* 1902, *p.* 289—300, *et a.* 1903, *p.* 346—356, *atque potissimum J. Warichez, 'L'abbaye de Lobbes depuis les origines*

A Pippino evocatus regimen monasterii accepisse dicitur 'per Hyldulphi interventum, qui erat unus de proceribus regni maioribus'[1]; *qui Hildulfus dux a.* 707. *obiit et in coenobio sepultus est*[2]. *Ursmarus autem a.* 689. *congregationi praefectus esse*[3], *a.* 697. *ecclesiam principalem in honorem Petri et Pauli apostolorum dedicasse fertur*[4], *itemque altera ecclesia ab eo repetitur, quae Mariae virgini dicata supra coenobium in vertice collis sita erat*[5]. *Ursmarus, qui in Flandria praedicasse traditur*[6], *aeger se regimine abdicavit, Erminone successore instituto*[7]; *obitus die* 18. *aut* 19. *Aprilis a.* 713. *contigisse videtur*[8].

Ermino[9] *successor, e pago Laudunensi oriundus*[10], *iam ante dignitatem abbatis susceptam episcopus ordinatus erat*[11], *atque alii quoque episcopi Vulgisus et Amulvinus aevo eius in monasterio degebant more Scottorum, e quorum numero Abel quidam ibidem morabatur*[12]. *Sub abbate Martinus praepositus monachos gubernabat*[13]. *Ermino post plures annos in regimine transactos die* 25. *Aprilis a.* 737. *vita defunctus est*[14].

Neque multi episcopi postea monasterio praefuere, ordine dioecesano restituto. Theodvinus, cui Karlomannus a. 745 *(Febr.* 6*) donationem concessit*[15], *abbas neque episcopus vocabatur*[16], *atque unus Theodulfus abbas, qui ante a.* 752. *monachos regendos*

jusqu'en 1200', *Lovanii* 1909; *de Vitis Ursmari et Erminonis cf. L. Van der Essen, 'Étude critique et littéraire sur les Vitae des saints mérovingiens de l'ancienne Belgique', Lovanii* 1907, *p.* 71 *sqq.* 1) *Folcvinus c.* 2 *(p.* 56*).* 2) *Ann. Laubacenses a.* 707 *(SS. I,* 7*):* Hildulfus dux obiit, requiescit in Laubaco monasterio; *cf. Ann. Laubienses et Lobienses a.* 707 *(ib. IV,* 12. *XIII,* 227*). Auctor V. Waldetrudis c.* 9 *(Mabillon II,* 869*) laudat* illustrem virum Hildulfum nomine, qui per idem tempus valde inclytus ac nobilis et — — potentissimus erat. *Eum fabulosum esse statuit L. Vanderkindere, 'La formation territoriale des principautés belges au moyen âge' II,* 1902, *p.* 63; *eum eundem fuisse atque Hailedaldum (V. Erminonis c.* 3*) coniecit Van der Essen l. l. p.* 72. 3) *Ann. Laubienses a.* 689 *(SS. IV,* 12*).* 4) *Ib. a.* 697: Dedicatio primae ecclesiae Lobiensis, quae facta est VI. Calendas Septembris; *Folcvinus c.* 4 *(p.* 57*):* Facta est autem haec dedicatio anno qui est 697. dominicae incarnationis, s e p t i m o Kalendas Septembris. *Dies* 26. *Augusti a.* 697. *cum die dominico convenit, quo dedicationes fieri solebant.* 5) *Folcvinus c.* 4 *(p.* 57*). De Alna et Waslari monasteriis v. supra p.* 434. 6) *Folcvinus c.* 4 *(p.* 58*); cf. Ratherii Vitam Ursmari interpolatam (infra p.* 456*). De possessionibus, quas Ursmari* 'instantia et sollicitudine meruisse ecclesiam Lobbiensem' *saeculo XII. opinabantur, cf. libellum de Fundatione mon. Lobb. auct. Hugone c.* 2 *(SS. XIV,* 546 *sq.).* 7) *V. Ursmari c.* 8; *V. Erminonis c.* 5. 8) *Cf. ea quae ad V. Ursmari c.* 8. *adnotavi. — Chartae Pippini, quae a.* 691. *et* 697. *Ursmaro concessae esse feruntur (Pertz, Dipl. Merov. p.* 210. 211; *Mühlbacher, Reg.* I^2, *n.* 7. 9*), a falsario quodam confectae sunt (cf. Warichez l. l. p. XVIII sqq.).* 9) Ermino *neque* Erminus *episcopus in codicibus Vitae* 1*a.* a^{*}. $c^{1.2}$. *d recte vocatur; cf. e. gr. Fredegar. IV,* 78. *et Pardessus II, p.* 236 *(a.* 696/7*):* Ermeno; *Förstemann, 'Altdeutsches Namenbuch'* I^2, 474. 10) *V. Erminonis c.* 1. 11) *Ib. c.* 5*: (Ursmarus)* depositus coepit suadere eis, ut hoc ipsum iugum sancto inponerent Erminoni e p i s c o p o. 12) *Folcvinus c.* 5 *(p.* 58*):* Habuit etiam et cooperatores sive successores eiusdem loci gubernatores et coabbates, sanctum utique Abel Scotum genere et sanctum Vulgisum episcopum et domnum Amulvinum aeque episcopum. Qui utrum sibi vicissim successerint an, sancto Ermino spiritualibus occupato rebus, locum in commune tractaverint, nichil certi reliquit antiquitas; non tacuit tamen, locum Lobiensem eos et tenuisse et gubernasse. *De Vulgiso in monasterio sepulto cf. c.* 7 *(p.* 59*); Abel eundem fuisse atque episcopum Remensem Folcvinus (ib.) coniecit.* 13) *V. Erminonis c.* 8. 14) *Ib. c.* 12. 15) *Folcvinus c.* 6 *(p.* 58*); Mühlbacher, Reg.* I^2, *n.* 49. 16) *Folcvinus c.* 6. 8.

suscepit et a. 776. *obiit, dignitate episcopali praeditus erat*[1], *cum Anso successor a.* 800. *defunctus 'abbas tantum et non episcopus' esset*[2]. *Inde ab aevo Ludowici imperatoris episcopos Cameracenses potestatem dioecesanam in monasterio exercuisse constat*[3].

Theodulfo illo episcopo († 776*) postulante, Anso futurus successor V. Ursmari composuit neque vero multa de sancto litteris mandare poterat nisi miracula et locos communes ad mores eius spectantes, 'de cuius virtutibus multae labefactae essent a memoria'*[4]. *Pauca tantum 'a quodam scripta' ei praesto erant*[4], *fortasse ab Erminone, qui de virtutibus praedecessoris versus abecedarios hodie deperditos conscripserat*[5], *atque a sanctimoniali quadam Malbodiensi ab Ursmaro sanata accepit, quae ei ipsi contigissent*[6]. *Etiam V. Erminonis, cui nomen auctoris non inscriptum est, Anso composuit Folcvino teste*[7], *atque convenit, quod hoc opusculum Pippino rege vivo (*751/2—768*) exortum est*[8]. *Vita Erminonis paulo uberior est quam praedecessoris, cum aetas Ansonis ab aevo illius non adeo distaret, atque ut testimonium Fladberti discipuli eius afferre ei licebat*[9], *ita Vitae narrationes nonnullae insunt ad tempora Caroli maioris domus illustranda haud inutiles. Prologum V. Ursmari maiore ex parte e V. Martini a Sulpicio Severo composita mutuatus*[10], *in moribus sanctorum describendis Vitas Silvestri*[11], *Remedii*[12], *Fursei*[13] *expilavit. Dialogos Gregorii M., nomine auctoris praetermisso, in praefatione V. Erminonis citavit, eosque ei notos fuisse etiam enuntiata quaedam ostendunt ad exemplum illius conscripta*[14].

Vita utraque Folcvino[15] *et auctori Gestorum episcoporum Cameracensium*[16] *et*

1) *V. Ursmari, prol.*; *Folcvinus c.* 8 *(p.* 59*)*; *Ann. Laubienses a.* 776 *(SS. IV,* 13*)*. Theodulfus episcopus de monasterio Laubicis *c. a.* 762. *synodo Attiniacensi interfuit (MG. Capitularia I,* 221; *Concilia II,* 73*)*. 2) *Folcvinus c.* 9 *(p.* 59*)*; *Ann. Laubienses a.* 800. *In libro memoriali Romaricensi (ed. Ebner, 'N. Arch.' XIX,* 64*)* Teodulfus abbas *et* Anso abbas *occurrunt. Corpus Ansonis Oibaldus praepositus tempore Arnulfi abbatis (*1078—94*) invenisse dicitur; cf. Gesta abb. Lobb. c.* 7 *(SS. XXI,* 312*)*. 3) *Cf. supra p.* 434, *n.* 5. 4) *V. Ursmari, prol.* 5) *Ib. c.* 8: de virtutibus sui magistri antecessoresque versus composuit iuxta elementorum summam. *Hymnum de Ursmaro abecedarium, qui in codice Virdunensi n.* 77, *saec. XI. in., fol.* 23—24, *Vitam Ursmari Herigerianam subsequitur (inc.* Ave casta Christi sponsa*), ab Erminone compositum esse, censuit editor Dom G. Morin, 'La plus ancienne vie de S. Ursmer' (Analecta Bolland. XXIII,* 1904, *p.* 315—319*)*; *sed eum Vita Ratheriana niti ideoque fortasse ab Herigero conscriptum esse demonstravi 'N. Arch.' XXX,* 148—151, *consentiente L. Van der Essen l. l. p.* 78 *sqq.* 6) *V. Ursmari c.* 7: sicut multis vicibus ipsa nobis narrare constituit. 7) *Folcvinus c.* 9 *(p.* 59*) de Ansone:* Extat libellus vitae sancti Ursmari ad praedecessorem eius Theodulphum episcopum ab eo conscriptus, item et sancti Ermini alius. 8) *V. Erminonis c.* 9. *de Pippino:* Et ita demum cernimus nos sublimatum eum in universo Francorum regno. 9) *Ib. c.* 6: sicut narrare solet vir vitae venerabilis Fladbertus nomine, discipulus illius, testis valde idoneus. Porro quae narro, eo referente, cognovi. 10) *Id quod monuerunt post Mabillonium editorem M. Manitius, 'N. Arch.' XV,* 194, *et S. Balau, 'Étude critique des sources de l'histoire du pays de Liége' ('Mémoires couronnés par l'Académie royale de Belgique' LXI),* 1903, *p.* 47. 11) *Cf. V. Ursmari c.* 2; *V. Erminonis c.* 4. 5. 12) *Ed. Krusch, Auct. ant. IV,* 2, *p.* 64 *sqq.*; *cf. V. Erminonis c.* 5. Vita sancti Remigii *saeculo X. inter libros Lobbienses erat (Warichez l. l. p.* 256, *n.* 42*)*. 13) *V. Ursmari c.* 2; *cf. V. Erminonis c.* 2. *de additamento Nivialensi.* 14) *V. Ursmari c.* 1—5. 7; *V. Erminonis c.* 6. 7. *Dialogi Gregorii saeculo X. in coenobio Lobbiensi extabant (Warichez l. l. p.* 255, *n.* 8*)*; *iidem et V. Martini Sulpiciana ibidem a.* 1049. *legebantur (cf. catalogum librorum n.* 76. 142, *ed. H. Omont, 'Revue des bibliothèques' I,* 1891, *p.* 8. 13; *Warichez p.* 275. 280*)*. 15) *L. l. c.* 2. 3. 5. 9. 16) *Lib. II,* 37. 38 *(SS. VII,* 464*)*.

biographo priori Vincentii sive Madelgarii[1] *praesto erat, neque V. Ursmari in codicibus, excepto uno (1c), legitur nisi cum V. Erminonis coniuncta, cum haec etiam seorsum descripta inveniatur.*

1*a) Codex Parisiensis n.* 18300 *(antea S. Martini a Campis* 144*), saec. XI, fol.* 75′—79′, *V. Erminonis continet, quae, foliis quibusdam amissis desinit c.* 8 *(p.* 468, *l.* 1*):* Qui cum introisset, ille de; *fol.* 80—86. *V. Ursmari subsequitur, quae, initio destituta, incipit c.* 1 *(p.* 454, *l.* 17*):* pervenire non potuit.

$1a^{*}$) *Codex 'prioratus S. Arnulfi apud Crispeium in Valesia' siti (hodie Crépy-en-Valois, dép. Oise, arr. Senlis), e quo Mabillon utramque Vitam eruit, hodie latet; V. Ursmari ex parte ab editore omissa est.*

1*b) Codex Parisiensis n.* 5307 *(olim Antonii Faure* 27, *deinde Regius* 4182 [5]*), saec. XI, fol.* 136—138. *V. Ursmari, fol.* 138—139′. *V. Erminonis continet.*

1*c) Codex Dublinensis collegii Trinitatis n.* 171 *(B.* 1. 16*), saec. XIII/XIV, olim S. Mariae de Iorevalle*[2], *coenobii Cisterciensis a.* 1150. *in comitatu Eboracensi conditi (hodie Jerraulx Abbey), inter alias Vitas sanctorum Vitam Ursmari absque prologo continet.*

$1c^{1}$) *Codex Monasteriensis bibliothecae Paulinae n.* 217 *(antea* 329*), saec. XV, olim* liber Canonicorum Regularium domus sancti Maynulfi in Bodeken Paderburnensis dyocesis. *fol.* 2—4. *V. Ursmari, fol.* 4—6. *V. Erminonis continet*[3]*: prologus V. Ursmari deest. Ex hoc codice pendet*

$1c^{1*}$) *codex Monasteriensis n.* 214, *vol. II (antea* 21*), olim volumen IV. legendarii magni Bodecensis paulo post saeculum XV. medium auctore Arnoldo de Holte priore descriptum, cui fol.* 150—151′. *V. Ursmari absque prologo, fol.* 151′—153. *V. Erminonis insunt*[4]. *Rationis intercedentis exempla afferantur haec:*

V. Ursmari c. 1. aliquam sustinebit partem] magnam (magonia $1c^{2}$) s. p. $1c.c^{1.1^{*}.2}$;
ib. tantam a Domino gratiam] a D. t. gr. $1c^{1.1^{*}}$;
ib. mater cognovit] c. m. $1c^{1.1^{*}}$;
ib. c. 3 *ex.* hoc cybum] cibum hoc $1c^{1.1^{*}}$; cibum hec $1c^{2}$;
V. Erminonis c. 10. absolutione illius] abs. eius $1c^{1.1^{*}}$.

$1c^{2}$) *Codex Coloniensis archivi urbani inter Wallrafianos n.* 164 *(olim VI.* 21*), volumen primum passionalis aestivalis, a.* 1463. scriptum ad usum monasterii Corporis Christi Canonicorum Regularium in Colonia per manus Symonis Colonie fratris domus eiusdem *(fol.* 310′*), fol.* 240—242′. *V. Ursmari absque prologo, fol.* 248′—250′. *V. Erminonis continet.*

1*d) Codex Sancti Audomari n.* 716, *saec. XIII, olim S. Mariae de Claromarisco, vol. II, fol.* 205′—207, *solam Vitam Erminonis auctore Ansone continet, Ratherii Vita Ursmari fol.* 201—203. *praecedente.*

2*a) Codex Sancti Audomari n.* 791, *saec. X/XI, olim* de libraria Sancti Bertini, *item V. Erminonis continet.*

2*b) Codex Coloniensis archivi urbani inter Wallrafianos n.* 163 *(antea VI.* 18*), saec. XI/XII, olim* liber Sancti Iacobi in Leodio, *fol.* 104′—106′. *V. Ursmari, fol.* 106′—108. *V. Erminonis exhibet.*

2*c) Codex Bruxellensis n.* 3228, *antea n.* 9636—37, *saec. XI/XII, olim S. Laurentii Leodiensis, fol.* 210—211, *V. Erminonis continet.*

1) *Analecta Bolland. XII,* 426 *sqq.; cf. Van der Essen l. l. p.* 286. *Vita Ursmari etiam Fulberto biographo Audberti c.* 11 *(Ghesquieri AA. SS. Belgii III,* 546*) nota erat.* 2) *Cf. T. K. Abbott, 'Catalogue of the Mss. in the library of Trinity College, Dublin',* 1900, *p.* 22. 3) *Cf. H. Moretus, Analecta Bolland. XXVII,* 1908, *p.* 267. 4) *Cf. ib. p.* 298.

$2c^*$) *Codex* U l t r a i e c t i n u s *n.* 391, *vol. I (Eccl.* 20*), olim Carthusiensium prope Traiectum inferius, a fratre Swedero paulo ante a.* 1424. *exaratus, fol.* 264′—265′, *epitomen Vitae Erminonis continet (inc.* Sanctus Erminus in pago Laudunensi, *des.* septimo Kalendas Maii*), quae e codice* 2c *fluxit; cf.*

c. 2. de monasterio] monasterii *2c.* c^*;

ib. vocaret] illum *add.* *2c.* c^*;

ib. sibi eum] eum sibi $1c^1$. *2c.* c^*;

c. 8. ministris] regiis *add.* *2c.* c^*.

Saeculo X. Vita sancti Ursmari *inter libros* L o b b i e n s e s *extabat*[1], *saeculo XII. in bibliotheca monasterii* A q u i c i n c t i n i Vita sancti Germani metrica et sancti Ursmari *quaedam legebantur*[2].

Codices in duas classes discedunt, velut e. gr. ex his locis efficitur:

V. Erminonis c. 3. non multum post hos dies] *ita* 1*a*. a^*. *b*. $c^{1.2}$. *d;* n. p. multos d. 2*a*. *b*. *c;*

ib. c. 10. a suo fere] *ita* $1a^*$. *b*. $c^{1.2}$. *d;* coenobio *add.* 2*a*. *b*. *c*,

alteraque classis e simili exemplari fluxit atque 1*b; cf. e. gr.:*

V. Ursmari c. 2. opera quae] *ita* 1*a*. *c*. $c^{1.2}$; *haec om.* 1*b*. 2*b;*

V. Erminonis c. 5. in oratione devotus, in caritate perfectus] *ita* 1*a*. a^*. $c^{1.2}$. *d cum V. Remedii; haec om.* 1*b*. 2*a*. *b*. *c;*

ib. c. 5. humanitate] *ita* 1*a*. a^*. $c^{1.2}$; humilitate 1*b*. *d*. 2*a*. *b*. *c*.

Liber 1*a praestantissimus quam maxime cum* $1a^*$ *coniunctus est:*

V. Ursmari c. 4: prodendum] pro debito 1*a*. a^*;

ib. c. 4. seminaverat] minaverat 1*a*. *a;*

V. Erminonis, prol. et aliquando] *corr. (eras.* et*)* aliquanti 1*a;* (et *om.)* aliquanti $1a^*$;

ib. c. 2. vocaret ad se faceretque] ad se faceret *om.* 1*a*. a^* *(ubi etiam* que *deest);*

ib. c. 3. sepe dictum] predictum 1*a*. a^*;

ib. c. 6. remanens] *om.* 1*a*. a^*,

neque vero codex $1a^*$ *e* 1*a descriptus esse videtur:*

ib. c. 7. comitibus] *ita* $1a^*$ *cum rell.;* conventibus *m. al. corr.* convenientibus 1*a;*

ib. c. 7. cecidit modo terrena sublimis altitudo. At] *haec om.* 1*a (non* $1a^*$*),*

sed uterque ex eodem exemplari pendere credendus est, nisi forte Mabillonius textum aliunde supplevit.

Codices 1*c*. $c^{1.2}$, *qui aliquanto propius ad* 1*a accedunt quam* 1*b*. *d, artissima necessitudine coniuncti sunt, velut e plurimis locis intellegitur: sed ut aevo recentiore exarati sunt, ita textum haud paucis locis adulteratum exhibent idque magis in V. Ursmari quam Erminonis, e. gr.:*

V. Ursmari c. 2. Quia si grassata esset in ecclesia aura persecutionis] Si enim in (sancta *add.* $1c^{1.2}$) eccl. pers. rabies exorta fuisset 1*c*. $c^{1.2}$;

ib. c. 3. edicere vel scribere] evolvere 1*c*. $c^{1.2}$;

ib. ut cumparari quęat pacientiae beati Iob, quia] ut compararetur beato Iob. Sicut enim ille 1*c*. $c^{1.2}$;

ib. c. 4. Plane quoque arbitror esse prodendum] Illud quoque silentio non est tegendum 1*c*. $c^{1.2}$.

Ex eisdem libri $1c^{1.2}$ *ut regione et aetate ita indole artius inter se coniuncti sunt quam cum* 1*c, modo illis modo hoc longius a lectione genuina recedentibus, e. gr.:*

1) *Warichez l. l. p.* 256, *n.* 43; *cf. supra p.* 447, *n.* 7; *infra p.* 451, *n.* 5.
2) *G. Becker, Catalogi bibliothecarum antiqui,* 1885, *p.* 250, *n.* 127.

ib. c. 1. Teoracense] Toracense 1*c*; *om.* $1c^{1.2}$;
ib. nasceretur in terra] in t. *om.* $1c^{1.2}$; mundo nasc. 1*c*;
ib. c. 3. veritas ait] v. dicit $1c^{1.2}$ *(non* 1*c)*;
ib. locutio illius] *ita* 1*a.* $c^{1.2}$; l. eius (e. l. 2*b)* 1*b.* 2*b*; illius *om.* 1*c*.

Ex libris alterius generis 2*b. c Leodienses artius inter se cohaerent:*

V. Erminonis c. 5. sinceritatem mentis vultus — — pietatem clementissimi cordis] vultus — cordis *om.* 2*b*; mentis — cordis *om.* 2*c*;
ib. c. 10. cum gaudio] *om.* 2*b. c.*

Vitam Erminonis cum 1a *L. Bethmann b. m. contulit, cum* 1*b.* 2*a.* c *W. Arndt b. m., cum* 2*b et iterum* 1*a. b B. Krusch v. c. idemque apparatum Vitae Ursmari totum collegit, exceptis libris* $1c^{1.1^*.2}$, *quos in utraque Vita ipse adhibui, et* 1c, *cuius imaginem photographica arte depictam A. de Burgh v. c. Dublinensis officiosissime in usum meum conficiendam curarit; denique etiam codices V. Erminonis* 1*d.* 2*c* ipse contuli. Textum* 1*a* in universum non curavi nisi fratre* 1a *deficiente, neque codices* $1c^{1.2}$ *ferme adhibui nisi in V. Erminonis, quae a libro* 1c *abest, sed etiam ibi lectiones eorum singulares ubique reieci neque utriusque communes adnotavi, nisi ubi alii libri discrepant aut codex* 1*a desideratur.*

Iohannes M a b i l l o n, *Acta sanctorum ordinis S. Benedicti, saeculum III, pars* 1, *Lutetiae Parisiorum* 1672, *p.* 248 — 250. *V. Ursmari locis compluribus omissis, p.* 564 — 568. *V. Erminonis e codice* 1*a* deperdito publici iuris fecit.*

Godefredus H e n s c h e n i u s, *Acta sanctorum Aprilis II, Antverpiae* 1675, *p.* 560 — 562, *V. Ursmari edidit, usus et codice S. Salvatoris Ultraiectini simili* $1c^{1.2}$ *et Trevirensi S. Maximini (hodie bibliothecae urbanae n.* 1151*), qui re vera Vitam Ratherianam prologo destitutam continet neque opusculum Ansonis (cf. infra p.* 451, *n.* 4*). Idem in tomo III. Aprilis, Antverpiae* 1675, *p.* 375 — 376, *V. Erminonis ad quattuor codices recensuit, scilicet nostros* 2*a. b, Hubergensem Guilielmitarum (in regione Antverpiensi), denique Ultraiectinum S. Salvatoris eundem, cui V. Ursmari debebat*[1].

Martinus B o u q u e t, *'Recueil des historiens des Gaules et de la France' III, Parisiis* 1741, *p.* 643 — 644, *particulas Vitae Erminonis e Mabillonio mutuatus est.*

Isfridus T h y s i u s, *Acta sanctorum Belgii selecta VI, Tongerloae* 1794, *p.* 244 — 249. *V. Ursmari, p.* 348 — 352. *V. Erminonis ex Henschenio iteravit.*

R a t h e r i u s *monachus ille multivagus Lobbiensis, cum, ex episcopatu Veronensi primum eiectus, a. c.* 936 — 939. *Comi apud Azonem episcopum exularet, Vitam Ursmari ab Ansone compositam repperit neque vero sermonem probavit*[2]*:* Apud venerabilem, *inquit,* nuper sanctae Cumanae ecclesiae iusto Dei iudicio exulantes episcopum, reperimus libellum pauca de virtutibus continentem domni ac specialis patroni nostri, sancti videlicet Ursmari episcopi, continentia rerum quidem auro obrizo topazioque praeferenda, locutionis vero soloecismis ita pro sui modulo refertissima, ut difficile fuerit deprehendere, utrum scriptoris neglegentia an dictatoris hoc contigerit insipientia. Quod cum non parum pro tempore nos offendisset, curavimus ea eiusdem operis solummodo corrigere vitia, quibus aut in sensu lectoris naufragari poterat intellectus aut quae nimia sui deformitate fastidium ingererent audientibus. Simplex autem et, ut ita dicamus, pene rusticus, cum totus sermonis

1) *Exemplaria Vitae Erminonis 'ex manuscripto Ultraiectino S. Salvatoris' et e codice nostro* 2*a exscripta iam extant inter collectanea Bollandiana in codice* B r u x e l l e n s i *n.* 3444 *(*7773*), saec. XVII, fol.* 112 — 119'; *cf. J. Van den Gheyn, 'Catalogue des mss. de la bibliothèque royale de Belgique' V,* 1905, *p.* 424.

2) *V. Ursmari auct. Ratherio, prol. (contuli codices Londiniensem Egerton n.* 2797, *saec. XI, fol.* 10' — 17', *et S. Audomari n.* 716, *saec. XIII, vol. II, fol.* 201 — 203*); cf. Folcvin. c.* 20 *(p.* 64*).*

textus altus possit videri sapientibus, a nobis ideo minime visus est penitus commutandus, quia et sanctarum auctores scripturarum ferulas contemnere novimus grammaticorum et doctrinam simplicem piscatorum quam sophismata philosophorum[1] Deo magis placuisse in salvatione conversarum ubique cernimus nationum. Epistolaris vero cuiusdam Ansonis, sancti, ut credi potest, quamquam non adeo diserti viri, quam eidem suo operi praeposuit, praefatio omittenda visa est omnino, quia tanta ei inerat confusio, ut ipsa quoque auctoris in ea lateret omnimodis intentio[2]. *Itaque Vitam tali modo retractans neque quicquam addens nisi exponens, cur diabolus ab initio mendax de Ursmaro vera confessus esset (c. 6), opusculum sive in exilio Cumano, id quod maluerim, sive paulo post (c. a. 941) in Provincia compositum*[3] *'Christicolarum gregi in Laubiensi coenobio degenti' transmisit, quippe cuius monachus quondam fuisset, post paucos annos ipse rediturus*[4].

Laurentius Surius, De probatis sanctorum historiis II, Coloniae Agrippinae 1571, *p.* 663 — 666, *primus V. Ursmari Ratherianam publici iuris fecit; quam cum codice Lobbiensi*[5] *collatam denuo edidit Mabillon l. l. p.* 250 — 255, *unde Petrus et Hieronymus Ballerinii, Ratherii episcopi Veronensis opera, Veronae* 1765, *col.* 195 — 202, *Vitam deprompserunt, iteratam a Migne, Patrologia Latina CXXXVI, Parisiis* 1853, *col.* 345 — 352.

Ratheri opusculum monachus quidam Lobbiensis iterum retractavit et interpolavit, inprimis Folcvini Gestis abbatum Lobbiensium usus[6]. *Fragmentum ad praedicationem Flandrensem et dignitatem episcopalem Ursmari spectans edidit Andreas du Chesne, Historiae Francorum scriptores coaetanei I, Lutetiae Parisiorum* 1636, *p.* 688*; quod*

1) *Cf. Gregorii Turon. Virtutes Martini I, prol. (SS. R. Merov. I,* 586, *l.* 16*), monente B. Krusch.* 2) *Folcvinus c.* 9 *(p.* 59*) Ratherii iudicium de sermone Ansonis secutus esse videtur, de Vitis Ursmari et Erminonis haec proferens:* In quibus quidem veritas historiae, quantum a simplicis eloquentiae viro describi potuit, amplectenda est. De confusione autem dictorum non nostrum est iudicare, quae illis tanta inest, ut incertum sit, utrum ad insinuanda quae noverat, minus licet erudite, quantum ad saeculares, fuerit proclivis, an pro excellentia gestorum sponte parvi penderit regulas artis. 3) *Cf. A. Vogel, 'Ratherius von Verona' I,* 1854, *p.* 102 *sqq.; II,* 155 *sqq.* 193. 4) *Vitam Ursmari Ratherianam servaverunt codices modo laudati Sancti Audomari n.* 716, *vol. II, et Londiniensis Egerton n.* 2797*; deinde Bruxellenses n.* 3223, *vol. I (*9289*), saec. XII, et n.* 3327 *(*9378*), saec. XV (carent prologo); Duacensis n.* 840 *(*795*), saec. XII (absque prologo). Treverensem n.* 1151, *num. loc.* 453, *saec. XIII, olim S. Maximini, prologo destitutum, inspexit B. Krusch v. c.; Treverensem n.* 1376, *saec. XVI. in., item prologo carentem, ipse vidi. Vaticanum Palatinum n.* 582, *saec. X, fol.* 3'— 4, *qui prologo caret neque ad finem perductus desinit c.* 6. prebentis confessionis respon[sum] *(Mabillon p.* 253, 31*), M. Tangl v. c. contulit. Codex Londiniensis inter Cottonianos Nero C. VII, saec. XII, fol.* 58 — 59', *Vitam Ratherianam absque prologo continet fine mutilam, primis verbis paululum discrepantibus (inc.* Beatus Christi confessor Ursmarus*). Denique codex Parisiensis n.* 5371, *saec. XIII, alium prologum exhibet, qui incipit:* Sanctorum quidem ac propensiori cultu *(Catalogus codicum hagiogr. Latin. bibl. Nation. Paris. II,* 436*). — Vita Ursmari (Ratheriana) ab auctore Vitae Dodonis c.* 3 *(AA. SS. Octobris XII,* 635*) citatur; de opere Ratherii neque Ansonis agi patet, comparatis V. Ursmari c.* 3 *(Mabillon p.* 252*) et V. Dodonis c.* 4 *(p.* 635*) atque vel verbis primis (cf. verba utriusque:* bonorum praeconio dignus; *at Anso c.* 1: dignus laude bonorum*).* 5) *E monasterio Lobbiensi duas Vitas Ursmari D. Augustinus Jonneaux a.* 1670. *Mabillonio transmisit; de opusculis Ansonis et Ratherii agi statuit U. Berlière, 'Mabillon et la Belgique' ('Revue Mabillon' IV,* 1908, *p.* 25, *n.* 1*).* 6) *Folcvinum exscriptum esse post Henschenium monuerunt E. Feys et D. van de Casteele, 'Histoire d'Oudenbourg' I, Brugis* 1873, *p.* 10.

e codice Lobbiensi iteraverunt Mabillon p. 255—256, quem Bouquet p. 626—627. secutus est, et Henschenius l. l. II, 561. et 562 sq., cuius textum Thysius p. 252. recepit. Idem fragmentum una cum altero e Mabillonio comperto, adhibitis editionibus, in notis Vitae Ansonianae adiectis (p. 455 sq. et 461) et ipse iteravi, cum codice unico collatum. Codex enim Vitae interpolatae integrae iam latere videtur; sed ipsum additamentum illud seorsum exscriptum (Post decessum a Laubaco — — digressi sumus) atque inter Vitam Walarici (desinit in verbis c. 14: clarum et insignem reddebant, SS. R. Merov. IV, p. 166, l. 12) et Folcvini Gesta abbatum Lobbiensium c. 25. 39 (SS. IV, p. 65—67. et 73 = Miracula Ursmari c. 1—6. et 17, ed. Mabillon, Acta III, 1, p. 257—259. et 262) positum exhibet codex Parisiensis n. 12710, saec. XII/XIII, olim (saec. XVI) 'ecclesiae sancti Folliani (i. e. Foillani) prope Rodium', deinde S. Germani a Pratis n. 646, postea n. 1085, fol. 28'—29, quem H. Lebègue v. c. in usum nostrum officiosissime contulit[1].

Idem fortasse auctor etiam V. Erminonis retractavit atque interpolavit, idque spectans, ut historiam publicam illius aevi gestis Erminonis adiungeret, haud pauca subsidia adhibuit, scilicet Vitas et Ursmari auctore Ansone et Willibrordi Alcvinianam et Vulframni, deinde opus Folcvini, tum Librum historiae Francorum et Annales Mettenses et fortasse eos qui dicuntur regni Francorum, denique Genealogiam domus Carolingicae et auctorem quendam e Clausula quae dicitur de Pippino pendentem. Haec Vita II. Erminonis, quae auctori Chronici Vedastini et Sigeberto praesto fuisse videtur[2], in octo capita divisa, legitur in codice Londiniensi musei Britannici Egerton n. 2797, saec. XI, fol. 17'—24 (praescr. Incipit vita sancti Ermini episcopi et confessoris, inc. Sanctus Domini Erminus, des. plenus dierum migravit ad Dominum viventem etc.). Frustula pauca ad Vitam priorem illustrandam Mabillonius e codice Compendiensi protulit, qui in calce notas temporum adiectas exhibebat, quae in Londiniensi desunt; e quo ipse additamenta auctoris, quae alicuius momenti videbantur, descripta notis inserui.

Denique Herigerus monachus et postea abbas Lobbiensis (990—1007) versibus heroicis Vitam Ursmari enarravit[3], cui Henschenio teste prologum huiusce argumenti praemisit (inc. Primo supremum mira vertigine caelum): 'Proponit lapsum angelorum, creationem mundi et Adami, huius lapsum reparationemque per Christi adventum et triumphum in cruce; deinde progreditur ad evangelium per apostolos et viros apostolicos annuntiatum orbi universo ac potissimum vicinis regionibus, et post versus 190 cum illustri mentione sancti Landelini[4] et monasterii Lobiensis finitur prologus, vitaeque historia datur'. Vitae, quam ipse auctor in Gestis episcoporum Leodiensium I, 21, sub nomine 'cuiusdam metricani' citavit[5], fragmenta e codice S. Vitoni Virdunensi (hodie Virdunensi n. 77, saec. XI. in., fol. 3—22')[6] Mabillon l. l., saeculum III, pars 2, p. 608—611 (cf. p. 557)[7], e codice Gemblacensi[8] Henschenius l. l. II, 558, eruerunt.

W. Levison.

1) De codice fusius egit J. Lair, 'Mémoire sur deux chroniques latines composées au XII[e] siècle à l'abbaye de Saint-Denis' ('Bibliothèque de l'École des chartes' XXXV, 1874, p. 543—580; de Vita Ursmari cf. p. 547); cf. etiam G. Rauschen, 'Die Legende Karls des Grossen' ('Publikationen der Gesellschaft für Rheinische Geschichtskunde' VII), 1890, p. 100 sq. 2) Cf. infra p. 465 (n. 5). 467 (n. 4). 469 (n. 6). 3) Gesta abb. Lobb. c. 2 (SS. XXI, 309) de Herigero: Scripsit metrico stilo Vitam sancti Ursmari. Cf. Koepke, SS. VII, 145; O. Hirzel l. l. (v. supra p. 433, n. 1) p. 28. 4) Cf. supra p. 437. 5) SS. VII, 173. 6) Cf. 'Catalogue général des mss. des bibliothèques publ. des départements' (4°) V, 1879, p. 476; Morin l. l. p. 315; supra p. 437. et p. 447, n. 5. 7) Fragmentum Mabillonianum Bouquet III, 627—628, et Migne CXXXIX, 1125—28. iteraverunt. 8) Exemplar

I.

INCIPIT[a] PROLOGUS[b] IN VITA SANCTI URSMARI EPISCOPI[c].

DOMINO SANCTO[d] ET VERE DOMINO, DEI[e] SERVO CHRISTIQUE ELECTO, THEODULFO[f] EPISCOPO PERFECTORUM[g] VIRORUM COMPARABILI ANSO[h.1] SERVUS INUTILIS SERVORUM DEI[i.2] SALUTEM.

O pię pater, mi domine, sera est inquisitio tua et tarde data mihi scribendi optio[k] vitam sancti Ursmari episcopi, cuius opus[l] mihi[m] explere iniungis, de cuius virtutibus multae labefactae sunt a memoria ob transitum[n] nonnulla annorum curricula[o]. Sed quamvis ex plurimis pauca quęam prodere, quae a quodam scripta reperi[3], gravatus pondere peccatorum fari vereor, metuens illud propheticum testimonium: *Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas et* Ps. 49, 16. Sulpicii Sev. V. Martini 1, 7—9.
assumis testamentum meum per os tuum? Tamen ne inoboediens appaream, tutus tuis sanctis orationibus vallatusque, vitam praefati iam sancti scribere exordiar: primitus siquidem quid[p] matri eius fuerit[q] revelatum de illo, priusquam nasceretur, vel quid ipse gesserit in episcopatus fastigio sublimatus. Quamvis enim ad omnia illius nequaquam potuerim pervenire, adeo[r] ea, in quibus ipse sibi[s] conscius tantum fuit[t], nesciuntur, quia laudem ab hominibus non requirens, quantum in ipso fuit, omnes virtutes suas latere voluit. Nos autem sufficere credimus, si tantum excellentia[u] notamus. Simul et legentibus consulendum est, ne quod[v] his pariet[w] copia congesta[x] fastidium. Obsecro autem eos qui lecturi sunt, ut fidem dictis adhibeant neque me quicquam nisi compertum et probatum scripsisse arbitrentur; alioquin melius est[y] tacere quam falsum dicere.

EXPLICIT[z] PROLOGUS.

INCIPIT VITA VEL[a] ACTUS BEATISSIMI URSMARI EPISCOPI[b].

(1)[c]. Beatus[d] igitur Ursmarus episcopus[e], dignus laude bonorum, in pago Hainau[f.4] vel Teoracense[g.5] in villa quae vocata[h] est Fleon[6] oriundus fuit. Qui a

I. Prol. 1*a**. *b*. 2*b*. *Cap.* 1. 1*a**. *b*. *c*. 2*b*.

Prol. a) *prologum om.* 1*c*. $c^{1.2}$. b) *ita* 2*b*; praefatio 1*b*. c) quod est XIIII. Kl. Mai. *postea add.* 1*b*. d) *ita* 1*b cum Victorii ep., Auct. antiq. IX,* 677; suo 2*b*; meo 1*a**. e) Domini 1*a**. f) *ita* 1*a**; Teod. 1*b*. 2*b*. g) perfectis viris 2*b*. h) Ansus 1*a**. i) Domini 1*a**. k) o vitam *et nonnulla alia verba et prologi et capitum* 1. 3. 4. *abscisa sunt* 1*b*. l) operis 1*b*. m) expl. m. 1*a**. n) transitus 2*b*. o) currilia 1*b*. p) quidnam quod matri 1*a**. q) fuerat 1*a**. r) at 1*a**. s) *ita* 2*b cum Sulp.; om.* 1*a**. *b*. t) n. f. 2*b*, *corr.* u) excellentiora 1*a** *cum codicibus Sulpicii deterioribus.* v) quid 1*b*. w) *ita* 1*b*; pari:: *m. rec. corr.* pariat 2*b*, *et ita* 1*a**; pareret *Sulp.* x) con::sta *m. rec. corr.* congsta *(sic)* 2*b*. y) *om.* 2*b*; maluissem *pro* m. est *Sulp.* z) *ita* 1*b*; *subscr. om.* 2*b*.

Cap. 1. a) *ita* 1*b*; (vel a. *om.*) sancti U. 1*c*. $c^{1.2}$. 2*b*; vel — episcopi *om.* 1*a**. b) et confessoris *add.* 2*b*; XIII. Kl. Maii *add.* 1*c*; quod est XIIII. Kalen. Maii *add.* 1c^{1}; (ep. *om.*) que XVII. Kl. Maii *add.* 1c^{2}. c) *numeri desunt codd.* d) Beatissimus 1*c*. e) *om.* 1*c*. f) Hamoensi 1*c* (*non* 1$c^{1.2}$). g) *ita* 1*b*. 2*b*; Teorascense 1*a**; Toracense 1*c*. h) *pr. m. corr.* vocita 1*b*; vocitata 2*b*.

eius inter collectanea Bollandiana in codice Bruxellensi n. 3444 *(*7773*), saec. XVII, fol.* 502—517, *legitur; cf. J. Van den Gheyn l. l. V,* 429. 1) *De Theodulfo episcopo (†* 776*) et Ansone abbatibus Lobbiensibus (*776—800*) cf. supra p.* 446 *sq.* 2) *Pontifices Romanos inde a Gregorio M. 'servos servorum Dei' sese vocasse notissimum est.* 3) *Cf. infra c.* 8 *(p.* 460*) de Erminone:* de virtutibus sui magistri antecessoresque versus composuit iuxta elementorum summam. 4) *Germ. 'Hennegau', Gall. 'le Hainaut'.* 5) *Hodie la Thiérache.* 6) *Floyon (dép. Nord, arr. Avesnes, cant. Avesnes-Sud). Villa postea Lobbiensium erat (cf. V. Erminonis c.* 7*) et inter 'nomina villarum, quae possidebat monasterium Lobbiense anno XIIII. regni*

Domino[a] est electus e caelo per praedestinationem, priusquam nasceretur[b] in terra per originem. Gravida namque iam matre eius de eo, apparuit illi quidam senex[c] in visu noctis, in manu sua tenens[d] quendam[c] puerulum. Tum inquid[e] ad eam (Gregor. M., Dialog. II,21.) senex: 'Accipe hunc[f] puerum nutriesque[g] eum'. Incubuerat autem tunc magna fames in eadem regione[h]. Respondensque mulier seni[i] ait: 'Unde istum nutriam, domine mi, cum mihi panis desit ob magnitudinem famis, quam patimur in hac terra?' At ille dedit in manu eius panem candidum et dixit[i*] illi: 'De hoc pane nutries illum'. Quae cum accepisset eum, crevit inter[k] manus illius[l] magnus[m] valde. Tunc eadem mulier inquid[n]: 'Hoc quid est quod video vel quid significat[o]?' Respondens autem senex ait illi: 'Filium[p] es paritura, qui de regno aliquam[q] sustinebit partem'. Qui ita[r] demum[s] praedicando adultus sustinuit[1]; siquidem tantam a Domino gratiam consecutus[t] est, quatinus omnes[u] pabulo verbi Dei reficeret[v], qui ad eum gratia colloquendi veniebant. Iterum autem mater (cf. Gen. 28,12.) eius depressa somno aliam visionem[w] intuita est. Scala quippe super terram contra se stabat, cuius cacumen caelos tangebat, et ipse puer scandens[x] per eam caelum ingrediebatur. Sed et ipsa mulier ascendens post eum usque ad[y] cacumen scalae, ad illum tamen poenitus pervenire[z] non potuit. Tunc[a] demum mulier ad se reversa ilico cognovit, veraciter[b] haec omnia suum figurare filium, quem clausum in[c] utero detinebat. Adhuc[d] enim[e] et his similia quam plurima de proprio mater cognovit filio et[f] ante nativitate[g] et[h] postea, quae per singula prolixum[i] est ad[k] (cf. ib. 15,13.) narrandum. Exultans quippe[l] mater agebat[m]: 'Scio praenoscens non ob mea merita, sed per misericordiam Dei, qui[n] ingratis[o] hominibus suam praetendit gratiam, quod[p] magnus filius meus Ursmarus erit[q]. Felix[r] fui[s] in susceptione huius prolis'.

(2). Editum iam[a] puerum adultumque genitores effebum[b, 2] indolem[3] auctoribus sanctarum scripturarum ad imbuendum tradiderunt. Qui[c] instruxerunt eum sacris litteris divinaque lege non mediocriter, sed[d] perfecte; minime[e] saeculariter, sed (Greg. Dialog. II, prol.) monasterialiter ac regulariter alitus[f] est. Ab ipso enim pueritiae tempore[g] aetatis suae cor gerens senile, aetatem quippe[h] moribus transiens mentemque[i] ad astra suspendens,

I. Capp. 1. 2. 1*a (a l.* 17*). a* (ad l.* 13*). b. c.* 2*b.*

Cap. 1. a) Deo (est *om.*) 1*c.* b) in t. nasc. 1*a**; pr. mundo nasc. per 1*c.* c) (senex — quendam *om.*) puerulus 1*a**. d) qu. t. 2*b.* e) ait 1*c.* f) p. h. 1*c.* g) quem nutries. Inc. 1*a**. h) regionē *pr. m.* 2*b.* i) ait seni 1*c.* i*) dicit 1*a**. k) in terra 1*a**. l) et factus est *add.* 1*c* (*non* 1*c*[1, 2]). m) magna 1*a**. n) ait 1*c.* o) significet 1*b.* p) fili 1*b*, *corr.* q) aliqu(am *in ras.*) 1*b*; magnam 1*c.* r) *om.* 1*b.* s) demom 1*b*, *corr.* t) est cons. ut omnes 1*c cum Rath.* u) *om.* 2*b.* v) *reliqua pars capitis non edita est* 1*a**. w) vidit visionem. Sc. 1*c.* x) conscendens 1*c.* y) *om.* 1*c*[1, 2] (*non* 1*c*). z) *in* perv. *incipit* 1*a.* a) Tum 1*b.* b) veratiter 1*b.* c) cl. adhuc det. in ut. 1*c.* d) H(a)ec 1*c.* 2*b cum Rath.* e) etenim 1*a.* f) *om.* 1*c.* g) *ita* 1*a*; nativitatem *rell.* h) *ita* 1*b.* 2*b cum Rath.*; et post 1*a*; et p. *om.* 1*c.* i) longum 1*c.* k) *ita* 1*a. b*; enarrare *pro* ad n. *rell. cum Rath.* l) autem 1*c.* m) aiebat 1*c.* 2*b.* n) etiam *add.* 1*c.* o) gratis 1*a.* p) quia 1*c.* q) erit *ante* filius 1*c* (*ubi* Ursm. *om.*). r) enim *add.* 1*c.* s) *om.* 2*b.*

Cap. 2. a) namque 1*b.* b) eff. ind. *om.* 1*c.* c) et *add.* 1*c.* d) est imbutus *pro* sed p. 1*c.* e) nec 1*c cum Rath.* f) *ita* 1*a. a**; altus 1*b.* 2*b*; al. est *om.* 1*c cum Rath.* g) p. sue t. (aet. *om.*) 1*c cum Greg.* h) *ita Gregorius*; i quipe 1*a*; *om. rell.* i) que *om.* 1*c.*

domini Lotharii regis Francorum' (a. 868/69*), commemoratur (Vos, 'Lobbes' I,* 425*; Warichez l. l. p.* 192*):* In pago Theoracensi — — Fleon. 1) Quod ipse postea verum fuisse ore monstravit et opere *Ratherius.* 2) *I. e.* ἔφηβον, *imberbem; cf. Corpus glossariorum Latinorum ed. Goetz VI,* 392. 3) *I. e. adulescentem; cf. Du Cange s. v.*

minime in voluntate ambulabat propria, sed[a] in voluntate[b] Dei; quocumque illum[c] lex illius constringebat, illuc toto adnixu[d] adplicare curabat manum[e] cordis *(cf. Ier. 30, 21.)* indefessus. Crescente sane[f] aetate, pollebat virtutibus. Erat quidem[g] corpore *(V. Fursei c. 1.)* castus, mente devotus, amabilis a[h] cunctis, aspectu pulcherrimus, prudentiae et[i] temperantiae[k] et[i] fortitudines[l] iustitiaeque[m] possessor. Longanimitate perfectus, ęlemosinis[n] largus, patientia et[i] mansuetudine et[i] humilitate ac piętatę sollicitus, caritate[o] non ficta, anima[p] robustus. Sed et harum[q] omnium[r] virtutum decoravit *(cf. 2. Cor. 6, 6.)* in eo sapientia, quae est omnium[s] creatrix elementorum, et[i] sermo illius iuxta apostoli dictum sale[t] conditus erat. Qui ita per multos annos in sanctis[u] actibus *(Gregor. M. l. I, 8.)* vitam duxit, non cessans[v] cum[w] lacrimis promere viam salutis, et[x] ad instructionem *(Ib. I, 10.)* fratrum de ore eius velud favi[y] mellis dulcedo[z] verborum redundabat. Si quando oportunum tempus loquendi viderat[a], sine aedificatione proximorum horam transire *(Ib. III, 17.)* minime sinebat. Terrena quoque omnia despiciens, Domino inherebat[b], illi *(Ib. I, 5. 8.)* soli vacare desiderans. Oratione[c] frequenter incumbens, cum lacrimis et compunctione[d] cordis deprecabatur Dominum, quatinus sibi[e] totamen ab eo largiretur, quod[f] utcumque illa[g] ageret vel meditaret[h] opera[i], quae in conspectu divinae maiestatis essent accepta. Dominus autem, qui est scrutator renes[k] et corda[l], *(cf. Sap. 1, 6; Apoc. 2, 23.)* pias[m] illius exaudire dignatus est preces*, quoniam[n], episcopum[o] iam ordinatum,

*) *Interpolator Vitae Ratherianae haec post verba c. 4 (Mabillon p. 252):* dignatus est exaudire preces *in codice Lobbiensi inseruit, quae etiam in codice Parisiensi n.* 12710 *(= P; cf. supra p.* 452*) leguntur:* Post decessum[a] a[b] Laubaco sancti Landelini, quem recedere ab eo loco gratia illuminandi Crispinium, ubi nunc requiescit, suaserat spiritus Domini[1], beatus Ursmarus, cui Laubias locum[c] apostolatus et exer- *(Folcvin. c. 2.)* citii sancti delegerat Dominus, verbo predicationis et virtutum meritis clarus, accersitus a Pippino[d] seniore, sub quo regnaverunt Theodericus[e] ab eodem principe in Textricio villa devictus, necnon et filii eiusdem[f] Theoderici[g] Chlodoveus et Childebertus, filius quoque Childeberti[h] Dagobertus, idem monasterium suscepit regendum per Hidulfi interventum, qui erat unus ex principibus regis maioribus. Ubi etiam pastorali intronizatus[i] *(Rather. c. 4.)* cathedra, tanta Domini sublimatus est gratia, ut pene omnes mortales anteiret seculoque inhabitans nihil in se seculi[k] haberet. Quante autem virtutis sit et fame, *(Folcvin. c. 2.)*

I. Cap. 2. 1*a. b. c.* 2*b.*

Cap. 2. a) sed in *om.*, sequens *m. al. suppl.* 1*a.* b) voluntatem 1*a.* c) *ita* 2*b*; eum *pro* illum 1*a*; lex illum c. 1*b*; qu. enim (autem 1*c*) l. divina illum c. 1*c*. $c^{1.2}$. d) *ita* 1*a*; ad(n)isu *rell.* e) studium pie intentionis *pro* manum — virtutibus 1*c* (*non* $1c^{1.2}$). f) *ita* 1*b*. 2*b cum Rath.*; sanctitate *pro* s. a. 1*a*; quippe etate $1c^{1.2}$. g) quippe 1*b*. h) *eras.* 2*b*; *om.* 1*c*. i) *om.* 1*c*. k) temperentiae 1*b*. l) *ita pr. m.* 1*a*; fortitudine *corr.* fortitudini 1*b*; fortitudinis *rell.* m) que *om.* 1*a*. n) ęlemosinas 1*a*, *corr.* o) caritatem habens perfectam 1*c*. p) *ita* 1*b*; animo 2*b*; an. *om.* 1*a*; an. r. *om.* 1*c*. q) horum (1*a. b*); has omnes virtutes decorabat sap. 1*c*. r) *om.* 2*b*. s) cr. omn. 1*c*. t) d. semper erat sale c. 1*c*. u) act. s. 1*c*. v) cessat 1*a*. w) aliis *pro* c. l. 1*c*. x) sed *pro* et ad 1*c*. y) *ita* 1*a*. 2*b*; favum 1*b*; favus 1*c*. z) dulcede *pr. m.* 1*a*. a) videret 2*b*; videbat 1*c*. b) adherebat 1*c*. c) *ita* 1*a*; orationi *rell.* d) cordis comp. 1*c*. e) *ita* 1*a*; tut. s. 2*b*; s. tut. ab eo (ab eo *om.* 1*c*) *rell.* f) *ita* 1*a*; ut quaecumque 1*b*. 2*b cum Rath.*; ut *pro* qu. utc. 1*c*. g) ille 1*b*; *om.* 2*b cum Rath.* h) meditaretur 1*c*. 2*b*. i) op. quae *om.* 1*b*. 2*b cum Rath.* k) *ita scripsi*; renis 2*b*; renum 1*a. b*; qui scrutatur renes 1*c*. l) *ita* 1*b. c*; cordium 1*a*; cordis 2*b*. m) pius 1*a*. n) *ita* 1*a. a**; quo 1*b*. 2*b*; Denique cum 1*c*. o) *ita* 1*a. a*. b*; episcopo (iam *om.*) ordinato 2*b*; episcopus fuisset ordinatus 1*c*.

Nota *. a) discessum *edd.* b) *om. Henschen.* c) *ita Hensch.*; *om. P cum Chesnio et Mab.* d) Pipino *P.* e) Teoder. *P.* f) eius *Mab.* g) Ťeodrici Clod. *P.* h) Childebertus *P, corr.* i) inthronizatur *Hensch.* k) habens *add., sed del. P.*

1) *Cf V. Landelini c.* 6 *(supra p.* 442*); Folcvinus c.* 1 *(p.* 56*). Ursmarum ipsi Landelino successisse minime constat, id quod posteri voluerunt; cf. V. Audberti auct. Fulberto c.* 10 *(Migne CXLI,* 364*); Gesta episc. Camerac. II,* 37. 41 *(SS. VII,* 464*).*

V. Silvestri (Catal. Brux. I, 6). tantam illi gratiam[a] contulit, ut[b] poene omnes anteiret mortales et multi eius exemplo vivere obtarent[c]. Qui ob magnitudinem suae sanctitatis spiritalis[d] effectus

---

Folcvin. c. 2. non magnopere nostrum est commendare. Scit hoc magna pars Gallie et Flandrie, ubi variis molestiis vexatos orationibus et meritis suis sanos reddit cotidie. Per quem cum in partibus Gallie, in Fania[1] scilicet et Theoracia[a], multi per[b] eum conversi fuissent et constructe que adhuc supersunt ecclesie, ib. c. 4. sicut erat lucrandis animabus semper intentus, se ad predicandum Flandrie contulit versus Menapum fines, qui adhuc detinebantur ritu gentis vanis superstitionibus. Cuius miraculis multiplicibus compuncti et predicatione assidua ad fidem conversi, ex magna parte prediorum heredem eum statuunt sibi[c] et eam que est in Laubias ecclesiam Christi. Ipse etiam provintie dominus Aldo nomine, beati Ursmari predicatione ad fidem Christi conversus, donavit de suo dictum vocabulo Aldeburch vicum[2], in quo construxit atque consecravit ecclesiam in honore beati[d] Petri apostoli, et[e] mille passus undique per circuitum[e], de qua postmodum dotavit Laubiensem[f] ecclesiam, cf. Matth. 16, 19. quatinus ipse beatus apostolus, cui a Domino ligandi atque solvendi collata est potestas, patrocinaretur Flandrensibus et[g] Menapibus, qui de diversorum ydolorum cultibus revocati, facti erant una ecclesia Christi. Sunt autem loca in circuitu vici Aldeburch dicti; in quo etiam loco ecclesiam, que adhuc superest, edificaverunt in honore sancti Ursmari. Ubi crebro que et quanta Deus per cf. Ioh. 1, 1; Eccli. 1, 1. eum operatus sit miracula, sola illius colligit scientia, qui ab initio verbum Patris Folcvin. c. 3. constat et sapientia. Et quia locus se optulit reddende dubitantibus et querentibus rationis[g*], cur scilicet dictus sit episcopus, cum Lobia[h] non sit sedes ib. c. 4. episcopalis, pro tempore expediendum est paucis. Quia enim, ut prefatum est, ib. c. 3. intentus erat semper lucrandis animabus et quia multi barbarice gentis, ut supradicti Flandrenses, adhuc detinebantur vanis ydolatrie[i] supersticionibus, predicandi tantum gratia, sicut competebat rudimentis novelle fidei, est ordinatus episcopus, quod factum quoque de sancto Amando legimus. A quo etiam locus Lobiensis[k] tantam dignitatem est adeptus, partim ab hoc, partim quia locus regius regia munificentia est constructus, ut nulli committeretur, nisi primum esset ordinatus episcopus. Que dignitas perduravit[l] etiam in multos successores, qui leguntur fuisse episcopi et abbates. De qua etiam[m] adhuc tantum superest in eo loco, ut abbati liceat uti sandaliis, tunica subdiaconali, habere potestatem ligandi atque solvendi et[n] ubique uti anulo aureo et cirothecis[3]. Sed[o] de his actenus. Nunc revocemus stilum, unde digressi sumus[p].

I. Cap. 2. 1*a. b. c.* 2*b.*

Cap. 2. a) Dominus *add.* 1*b*; divina pietas concessit *pro* cont. 1*c*. b) sanctitate et iusticia *add.* 1*c*. c) optabant, quia ob 1*c*. d) spiritualis 1*b. c.* 2*b*.

Nota *. a) Teor. *Mab.* b) per eum *om. Hensch.* c) *om. Mab.* d) *om. Chesn. et Hensch.* e) et — circuitum *post* A. vicum *collocat Hensch.* f) Laubiensium *Hensch.* g) atque *Hensch.* g*) miraculis, *superscr.* rationis *P.* h) *ita P cum Chesn. Hensch.*; Laubia *Mab.* i) idololatriae *Mab. Hensch.* k) Laubiensis *Mab.* l) etiam perd. *Hensch.* m) (e. *om.*) t. a. *Hensch.* n) atque *Hensch.* o) Sed *om. Mab.*; Sed — sumus *om. Chesn. et Hensch.* p) *in codice Lobbiensi verba Ratherii c.* 6 *(Mabillon p.* 253*)*: Operae pretium vero fore iudico *sequebantur.*

1) *Hodie la Fagne; cf. Piot. 'Les pagi de la Belgique',* 1879, *p.* 200. 2) *Oudenburg locus prope Ostende in Flandria occidentali situs inter 'nomina villarum quae possidebat monasterium Lobbiense' iam a.* 868/69. *commemoratur (Vos, 'Lobbes' I,* 423; *Warichez l. l. p.* 189*)*: In Flandriis Aldenborg; *cf. descriptionem villarum Lobbiensium eiusdem anni (ed. Warichez, 'Bulletin de la commission royale d'histoire' LXXVIII,* 1909, *p.* 260*). Cf. tractatum de ecclesia S. Petri Aldenburgensi c.* 5 *(SS. XV,* 2, 868*); Fundatio monasterii Lobbiensis auct. Hugone c.* 2 *(ib. XIV,* 547*). Aldo possessor sine dubio nomini loci ('antiquum castrum') originem debet.* 3) *V. privilegium Iohannis XV. papae a.* 990 *(Jaffé, Reg. I*², *n.* 3837; *Vos, 'Lobbes' I,* 438*)*: concedimus eiusdem loci abbati annulo aureo ubique et san-

pater[a] multorum est, scripturarum doctor, monasteriorum constructor, pastor ecclesiarum, custos animarum, nutritor orfanorum et[b] viduarum, redemptor captivorum; siquidem a Pippino[c.*] potestatem redimendi[d] acceperat. Qui[e] gregem sibi commissum ita dilexit, sicut ipsa veritas docuit: *Pastor*[f] *bonus animam suam ponit*[g] *pro* Ioh. 10, 11. *ovibus suis.* Quia[h] si grassata esset in ecclesia aura[1] persecutionis, mori ob caulas dominicas minime trepidasset.

(3). V i r q u i p p e i s t e[a] d i s s i m i l i s fuit h i s[b] hominibus, quos nos[c] n u n c Gregor. M. l. l. I, 10. passim[d] c e r n i m u s nostris temporibus, `neque[e] audivimus quemquam[f], qui in corpore[g] talem[h] aut tam prolixum pertulisset[i] martyrium, aut[k] qui tantam[l] cruciationem sustinuisset in vita praesenti. Nos autem idonei non sumus edicere[m] vel scribere, qualis fuit vita illius, praesertim cum novem annis et decem ebdomadas[n] absque alimenta[o] vixerit panis ob egritudinem corporis. Prorsus de cibario, quem[p] ipse sumebat, nullum arbitror hominem carnalem vivere[q] posse nisi per Spiritum sanctum[r], qui ipsum alebat. Omnes[s] autem qui eum[t] videbant ambulantem aut audiebant[t*] loquentem, mirabantur[u] valde, quod tam efficaciter loqueretur vivens absque alimonia[v] panis. Fons autem[w] aquae erat eius poculum[2] et refrigerium, et[x] aliquotiens potum, sed paululum[y] bibebat. Cibus idem ipse tantus erat, quem sumere valebat[z] absque officio dentium. Et tanta erat[a] patientia illius in suis tribulationibus, ut cumparari[b] quęat patientiae beati Iob, quia[c] non peccavit cf. Iob 1, 22. labiis[d] murmurando contra Deum[e] neque dolus inventus est in ore eius; sed laudem[f] Domini iugiter concinnebat[g], sicut propheta ait: *Benedicam Dominum in* Ps. 33, 2. *omni tempore, semper laus eius in ore meo.* Veraciter etenim conicere[h] valemus, quod hic vir sanctus de illo pane vivebat, de quo veritas ait[i]: *Non in pane solo* Matth. 4, 4. *vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei;* quia, sicut superius[k] prae-

*) rege Francorum *add.* 1c. c[1. 2].

I. Capp. 2. 3. 1*a. b. c.* 2*b.*

Cap. 2. a) est p. m. 1*c.* b) *ita* 1*a. c (cf.* 2. *Macc.* 8, 28*)*; ac 1*b.* 2*b.* c) Pipino 1*a. b.* d) captivos *add.* 1*c.* e) Gregem vero sibi 1*c.* f) inquiens *add.* 1*c.* g) dat 1c *cum Vulg.* h) Si enim in eccl. pers. rabies exorta fuisset, mori 1*c.*

Cap. 3. a) sanctus *add.* 1*c.* b) istis 1*c.* c[1. 2] *cum Greg.* c) *om.* 1*c.* 2*b cum Rath.* d) *om.* 1*c.* e) Non enim aud. 1*c.* f) nostris temporibus *iterat* 1*c.* g) positus *add.* 1*b.* h) *ita* 1*b*; tale 1*a.* 2*b;* t. aut *om.* 1*c.* i) pertulerit — sustinuerit 1*c.* k) aut 1*b*, *corr.* l) tãtã *pr. m.* 1*b.* m) *ita* 1*b.* 2*b;* dicere 1*a. a**; evolvere (vel scr. *om.*) 1*c.* n) ebdomadibus 1*c.* 2*b.* o) *ita* 1*a*; alimento *rell.*; alimonia *Rath.* p) quod 1*b. c.* 2*b* (*non* 1c[1. 2]). q) vive 1*b.* r) sustentetur *add.* 1*b*; sustent(aretur *m. rec. in ras.*) *add.* 2*b.* s) (O *in ras.*)m̄s 1*b.* t) ipsum *add.* 1*b.* t*) audi|bant 1*c.* u) mirati sunt 1*a.* v) alimento 1*a*, *corr.; fortasse scrib.* alimenta *(cf. l.* 12*).* w) *om.* 1*c.* x) et — bibebat *om.* 1*c.* 2*b*; refr., tamen al. paululum potus sumebat 1c[1. 2]. y) ex eo *add.* 1*b.* z) absque off. d. v. Tanta denique erat eius pat. in 1*c.* a) *om.* 2*b.* b) *ita* 1*b*; comparari 1*a.* 2*b*; compararetur beato Iob 1*c.* c) *ita* 1*a*; qui 1*b.* 2*b cum Rath.*; Sicut enim ille non 1*c.* c[1. 2]. d) suis *add.* 1*b. c et Rath. cum Vulg.* e) Deum — laudem *om.* 1*a.* f) laudes Domino 1*c.* g) concinebat 1*c.* 2*b*; (sed *eras.* 1*c*) sic et vir sanctus indesinenter Dominum (Deum indes. 1*c*) benedicebat *add.* 1*c.* c[1. 2] (*cf. n.* c). h) dicere audemus 1*c.* i) iait *pr. m.* 1*b.* k) superi:us 1*a.*

d a l i i s in celebratione missae et t u n i c i s s u b d i a c o n a l i b u s u t i, salva etiam vel praemissa sui episcopi auctoritate p o t e s t a t e m l i g a n d i e t s o l v e n d i h a b e r e per eundem beatum Petrum; *cf. privilegium Eugenii III. a.* 1150 *(Jaffé II*[2], *n.* 9418*; Vos II,* 452*); Warichez l. l. p.* 161 *sq. De iuribus eiusmodi abbatibus concessis cf. G. Schreiber, 'Kurie und Kloster' I ('Kirchenrechtliche Abhandlungen' ed. U. Stutz* 65/6*),* 1910, *p.* 152 *sqq.* 1) *I. e. tempestas. Cangius.* 2) *Cf. Rufini Hist. eccl. II,* 17, 22 *(ed. Mommsen p.* 153*):* tantum autem aqua sit eis poculum.

fati sumus[1], ita erat facunda[a] locutio[b] illius dono[c] spiritali[d] quasi fons fluens aut fluvius inundans. Sane ego[e] hoc[f] cybum illius arbitror fore.

(4). Plane quoque[a] arbitror esse prodendum[b], quantum inclitus erat virtute ad purgandum inerguminos. Erat quoddam monasterium, quod vocatur Malbodium[c. 2], haut procul[3] a Laubace[d] coenobio suo, in quo inerant[e] feminae sanctaemoniales[f], turba[g] non modica. (Gregor. M. l. I. II, 19.) Unam[h] siquidem[i] ex his invasit ultor spiritus, hostis antiquus, (ib. III, 14.) coepitque e a m g r a v iter vexare[k], torquęre ac[l] per os illius[m] t u r p i a l o q u i[n]. (ib. III, 6. 14.) Porro illic omnibus habitantibus pavor et orror nimius invasit, ita[o] ut confiterentur, se[p] numquam pertulisse talem pavorem. Tenentes etiam[q] consorores eius eam, dicebant ad daemonem: 'Quomodo ausus es[r] vexare famulam Dei?' Quae subiungentes dicebant: 'Inpurissime daemon, exi ab ea!' Quibus ille respondens[s] ait: 'Non exeam, priusquam Ursmarus veniat et[t] ipse me exire compellat'[4]. Hanc autem[u] veram[v] confessionem non ascribimus ei, qui ab initio mendax fuit et in veritate non stetit, (cf. Ioh. 8, 44.) sed Deo, quo[w] cogente vere[x] dixit, non sponte. Altera vero die, ordinante Domino, affuit beatus Ursmarus episcopus. Cumque[y] dixissent ei de ea quae a diabolo torquebatur puella[z], statim iussit eam sibi[a] exhiberi. Quae cum esset[b] adducta coram eo, at[c] ille non[d] de sua praesumens virtute, sed de Dei omnipotentis confisus auxilio, accepit librum et orsus est legere exorcismum super inerguminae[e] capud, ut per verbum[f] Dei curaretur, ac deinde benedicto oleo linivit oculos naresque eius et os[g]. Quo facto, spiritus[h] inmundus protinus fugit[i] ab ea ita dumtaxat[k], ut ultra contingere eam non auderet. Iam autem liberata puella a daemone, pavor tamen et horror, quem ipse[l] seminaverat[m], athuc[n] inerat[o]. Tunc vir Dei[p] Ursmarus praecepit sibi sal[q] et aquam deferri;

Capp. 3. 4. 1*a. b. c.* 2*b.*

Cap. 3. a) fecunda 1*c.* b) l. eius 1*b*; eius l. 2*b*; ill. *om.* 1*c* (*non* 1*c*[1. 2]). c) dona 1*b.* d) spirituali 1*c.* 2*b.* e) ergo 1*a.* f) c. hoc 1*c*[1]; c. hec 1*c*[2]; haec c. 2*b*; Sane — fore *om.* 1*c.*

Cap. 4. a) ergo 1*b.* 2*b.* b) *ita* 1*b.* 2*b*; pro debito 1*a. a**; prosequi stilo *Rath.;* Illud quoque silentio non est tegendum, quam incl. fuerit 1*c.* c) Melb. 2*b.* d) *ita* 1*a*; Laubaco *rell.* e) erant 1*c.* f) sanctimon. 1*c.* 2*b.* g) parva *pr.(?) m. in marg. add.* 1*b;* parva *pro* modica 2*b.* h) Una 1*b.* i) ex his siqu. 2*b*; Itaque cum unam ex his arripuisset malignus spiritus, cepit eam 1*c.* k) et *add.* 1*a*; atque *add.* 1*c.* l) et 1*c.* m) *ita* 1*a; abscisum est* 1*b;* eius *rell.* n) fari. Tunc omnes illic commorantes p. 1*c.* o) *om.* 2*b.* p) n. se 2*b.* q) Ten. vero pacientem consor., dic. 1*c.* r) ē (*i. e.* est) v. ancillam Christi. Et subi. 1*c.* s) (respon *abscisum*)dit *corr.* dens 1*b.* t) ven.; ipse enim me compellet exire 1*c.* u) licet 1*c.* v) vera 1*b.* w) *ita* 1*c*; quoque 1*a*; *om.* 1*b.* 2*b.* x) vera 1*c.* 2*b cum Rath.* y) sorores *add.* 1*c.* z) p. st. *om.* 1*c.* a) *om.* 1*c.* 2*b.* b) adducta fuisset 1*c.* c) *ita* 1*a. a**; et 1*b*, *corr.*; *om. rell.* d) non pr. de v. sua 1*b*; de sua v. minime pr., cum Dei auxilio totum se armavit contra diabolum. Ac deinde accipiens l. exorsus 1*c.* e) inerguminā 2*b, corr.* f) per coniurationem divini nominis exire compelleretur. Sicque sanctum benedictionis sumens oleum 1*c.* g) omnes artus *pro* os 1*c.* h) pr. sp. imm. 1*c.* i) fuit *pr. m.* 1*a*; aufugit 1*c.* k) Ita demum famula Christi ab ipsa passione sanata est, ut ulterius malignus spiritus ad eam non ausus fuerat accedere. Pavor 1*c.* l) prius 1*c.* m) minaverat 1*a. a**; inimicus, post liberationem puelle *add.* 1*c.* n) *ita pr. m.* 1*a.* o) inter sorores esse videbatur *pro* i. 1*c.* p) *ita* 1*a. a**; Domini *rell.* q) *ita* 1*a. a**; sal et aquam sibi 1*c*; salem *rell.*

1) *Cf. supra p.* 455. 2) *Maubeuge (dép. Nord, arr. Avesnes); cf. supra p.* 79. 3) Duodecim ferme milibus *Ratherius.* 4) *Cf. V. Remedii c.* 6 *(ed. Krusch, Auct. ant. IV, 2, 66):* responsum hostis antiquus reddidit, divini nominis obsecratione constrictus, quod numquam ab alterius de eodem habitaculo nisi huius beatissimi Remedii antestitis emundatione possit expelli.

quibus benedictis, iussit spargi in[a] omnibus locis monasterii, et sic statim[b] omnis pavor cum auctore[c] suo diabolo abscessit.

(5). Alio quoque tempore adducta[a] est ad[b] eum quaedam puella saecularis plena daemonio. Qui[c] iussit, ut sibi in oratorio exhiberetur. Cumque fuisset[d] oblata, praecepit eam solvi a vinculis, quibus tenebatur[e]. Exinde coepit legere super capud infirmae, adiurans inimicum per dominum[f] cunctarum creaturarum, ut recederet a plasma[g] Dei viventis. Conciteque[h] hostis bonorum[i] coepit ancxiare[k], fremere, diversas[l] dirasque voces[m] emittere. Tunc sanctus[n] Ursmarus iussit eam extra oratorium trahi, et ipse nihilhominus progrediens, percussit eam duobus[o] vel Gregor. M. l. I. II, 4.
tribus vicibus de b a c u l o, quem manu gestabat. Tunc[p] spiritus nequam exiit ab[q] ea tam celeriter, acsi ipse ab eo esset percussus[r]. Vir autem Domini reduxit[s] eam infra oratorium in tantum sana[t] mente, quasi numquam fuisset[u] infestatione inimici vexata. Deinde perunguens[v] eam oleo benedicto[w], sospitem[x] remisit ad domum parentum.

(6). Sanctus quippe[a] sepe dictus Ursmarus habebat neptem in monasterio[b] suprascripto[1], quam ipse parvulam sanctae commendaverat[c] Aldegundae[d,2]. Quae postquam adulta crevisset, nata est infirmitas in collo eius seva nimis, quae vulgo[3] dicitur guttreria[e,4], et dicebant ei medici, quod non posset adipisci sanitatem, nisi incideretur caro a[f] ferro et sic[g] cum uncino[h] ferreo foras traheretur. Haec autem facere cogitantes, contigit, illuc advenisse[i] sanctum Ursmarum gratia visendi, et invenit neptem suam graviter egrotam[k]. At ille vocavit ad[l] se medicum et ait[m] illi: 'Dic mihi, utrumne vales[n] sanare eam?' At[o] ille ait: 'Nequeo, nisi cum uncino ferreo, incisa carne, morbum foras traham'. Haec[p] vir Dei[q] agere[r] rennuit propter pietatem, quia tenere eam diligebat, et quia[s] periculosum erat. Sed[t] imponens manum suam sepius die[u] illa super ipsam[v] infirmitatem puellae, dicebat ei: 'Vide, filia, ne patiaris tibi ferrum inponi. Credo enim in Deum, quod ipse te

Capp. 4—6. 1*a*. *b*. *c*. 2*b*.

Cap. 4. a) sp. per monasterium, et 1*c*. b) factum 1*b*; st. o. *om.* 1*c*. c) auctor(e suo *pr. m. in ras.*) 2*b*; cum suo discessit auct. (diab. *om.*) 1*c*.

Cap. 5. a) add. est *post* secularis 1*c*. b) ante 2*b*. c) quam iussit sibi in or. presentari 1*c*. d) Cumque ei obl. f. in oratorio, ut iusserat, precepit 1*c*. e) qu. ligata detinebatur. Tunc cepit 1*c*. f) per creatorem animarum, ut 1*c*. g) *ita* 1*b*. $c^{1.2}$; plasmate 1*a*. *c*. 2*b*. h) Concteque 1*b*, *corr.*; Statimque 1*c*. i) omnium *add.* 1*c*. k) anxiari 1*c*. 2*b cum Rath.* (*non* 1$c^{1.2}$); et *add.* 1*c*. l) *ita* 1*a*. *b*; diversasque (diras *om.*) 2*b*; diversasque ac diras *Rath.*; diversasque et turpissimas v. 1*c*. m) spumans *add.* 1*c*. n) famulus Domini *pro* s. U. 1*c*. o) *ita* 1*b*. 2*b (o eras.)*; duabus 1*a*, *corr.*; bis terque *pro* d. vel tr. v. 1*c*. p) Tum 1*b*; Confestim itaque sp. inmundus exiit 1*c*. q) ab ea tam *om.* 1*b*. r) percussura *pr. m.* 1*a*; (ab eo *om.*) cesus fuisset 1*c*. s) infra or. red. eam 1*b*. t) sanam 2*b*; or. ita sanatam, qu. 1*c*. u) ab *add.* 1*c*. v) perungens 1*c*. 2*b*. w) *om.* 1*c*. x) sospiti 1*a*.

Cap. 6. a) autem vir *pro* qu. s. d. U. 1*c*. b) in eodem mon., quam (i. parv. *om.*) 1*c*. c) commenda *pr. m.* 1*a*; Ald. comm. 1*c*. d) *ita* 1*b*; Aldegundis 1*a*; Aldegundi *rell.* e) gutteria 1*b*; gruttreria 1*a**. f) eius *pro* a 1*c* (*non* 1$c^{1.2}$). g) et *add.*, *sed del.* 1*b*. h) uicino 1*c*. i) s. adv. 2*b*; adv. sanctus 1*a*, *corr.* k) egrotantem 1*c*. l) ad se *om.* 1*c*. m) dixit ei 1*c*. n) valeas 1*c*. o) *ita* 1*a*. *a** *cum Rath.*; Et ait ille 2*b*; Et ille inquid(t) (dixit 1*c*) 1*b*. *c*. $c^{1.2}$. p) Quod 1*c*. q) *ita* 1*a*. *a**; Domini *rell.* r) agere (fieri 1*c*) non permisit pr. 1*c*. $c^{1.2}$. s) *om.* 1*c*. t) Imp. itaque m. 1*c*. u) *ita* 1*b*. *c*. 2*b cum Rath.*; d. i. *om.* 1*a*. *a**. v) vulnus *pro* i. inf. p. 1*c*.

1) *Malbodiensi; cf. c.* 4. 2) *Abbatissae Malbodiensi; de qua cf. supra p.* 79 *sq.* 3) Sermone Franciloquo *addit Ratherius (codd. Londin. Egerton n.* 2797. *et Bruxell. n.* 3223 *[9289] et S. Audomari n.* 716*).* 4) *Gall. 'goitre', Germ. 'kropf'.*

curabit ab ista[a] infirmitate'. Qui[b] nocte eadem ob recuperationem[c] uberrimas[d] preces fudit ad Dominum. Iamque[e] ergo inlucescente die altero, puella a[f] stratu sospes surrexit in tantum, ut nec vestigium quidem infirmitatis in ea remaneret.

(7). Per idem fere[a] tempus in eodem monasterio alia iacebat egrota[b] de[c] languore pessimo, adeo ut, qui eam videre poterant[d], minime dubitarent, quod in hac vita recuperanda[1] non esset, quia nec cibum nec somnum capere poterat. Quae cum audisset adventum tanti viri, coepit dicere virtute qua potuit: 'Obsecro vos, ut rogetis illum ad me venire, quia scio[e] me fore recuperandam[f], si viderim[g] eum[h]'. Quo audito, sanctus Ursmarus, qui diligebat visitare infirmos[i], sine[k] mora Gregor. M. l. I, 10. illuc[l] properavit. Qui[m] cum pervenisset et intuitus eam esset, elevans manum signum que[n] crucis dominicae super eam edidit[o]: in[p] quantum ipsa nobis retulit, febris ilico fugata est, et mulier[q] recuperata a cibo et a[r] somno ac[s] deinceps convaluit, sicut multis vicibus ipsa nobis narrare constituit[t], non dubitans sibi a Deo[u] vitam condonatam per orationem sancti Ursmari.

(8). Post haec igitur beatus Ursmarus episcopus[a], cernens paulatim cotidie suam crescere infirmitatem et diem vocationis suae imminere, curam egit non parvulam[b], ne grex sibi commissus relinqueretur orbatus sine pastore. Tunc auctore Deo, optantibus cunctis, sancto Erminoni[c] discipulo suo curam pastoralem[d] iniunxit, monensque[e] illi, quatinus[f] vigilanti studio pasceret oves dominicas[g] sibi creditas[2]. Qui[h] postea ita egit devotissime; sed et de virtutibus sui magistri antecessoresque[i] versus[k] composuit iuxta elementorum summam[3]. Tunc demum sanctus etiam[l] Ursmarus episcopus[m] beatae memoriae resolutus[n] est de ergastulo 713, April. 18. corporis[4]; qui[o] officio angelorum evectus[p] ad aethera modoque[q] remuneratus trium-

I. Capp. 6—8. 1*a*. *b*. *c*. 2*b*.

Cap. 6. a) ipsa 1*c*. b) Nocte vero eadem 1*c*. c) eius *add.* 2*b*; illius *add.* 1*c*. d) uberrime 1*c*. e) que *om.* 2*b*; ergo *om.* 1*c*. f) de str. 1*c*; ab strato $1c^{1.2}$; sosp. surr. a str. 2*b*.

Cap. 7. a) *om.* 1*c*. b) egrotans 1*c* (*non* $1c^{1.2}$). c) *om.* 1*b*. *c*. 2*b* (*non* $1c^{1.2}$). d) poterant 1*b*. e) scio (credo 1*c*) me esse (*om.* $1c^{1}$) r. 1*c*. $c^{1.2}$. f) recuperare dam 1*a*, *corr.* g) videro 1*b*. *c*. 2*b* (*non* $1c^{1.2}$). h) eam 1*b*, *corr.* i) *in marg. suppl.* 1*b*; aegrotos 2*b*. k) s. m. *om.* 1*c*. l) iluc 1*b*, *corr.* m) Quo 2*b*; Cumque *pro* Qui c. p. et 1*c*. n) *ita* 1*a*; que *om. rell.* o) dedit 1*a*. *a**. p) et sicut ipsa ret. 1*c*. q) et ipsa recuperato cibo 1*c*; et (mulier *om.*) rec. cibo $1c^{1.2}$. r) *ita* 1*a*. *a**; *om. rell.* s) *om.* 1*c*. t) *ita* 1*a*; consuevit 1*a**; studuit 1*b*. 2*b*; convaluit et omnibus palam predicabat, orationibus se sancti viri fuisse salvatam 1*c*. u) Domino 2*b*.

Cap. 8. a) *om.* 2*b*. b) parvam 2*b cum Rath.*; modicam 1*c*. c) *ita* 1*a**. *c*. $c^{1.2}$; Erminono 1*a*; Ermino 1*b*. 2*b*. d) ini. past. 1*c*; past. coniunxit 1*b*. e) *ita* 1*a*. *a**; que *om.* 1*b*. 2*b*; studuitque eum commonere 1*c*; illi *m. al. corr.* illum 2*b*. f) qu. *om.*, ut *superscr.* 1*c*, *et ita* $1c^{1.2}$. g) *om.* 1*c*. h) qu: *(ras. o?)* p. (ita *versu ex. om.*) 2*b*; quod idem p. dev. egit. Miracula enim sui m. 1*c*. i) *ita* 1*a*; antcessorisque *corr.* antecessorisque 1*b*, *et ita rell.* k) ant. sui metrico opere iuxta el. s. versificator optimus edidit. Nec multum post sanctus 1*c*. l) *ita* 1*a*; *om.* 1*a* cum rell.* m) b. m. ep. 1*c*. n) resulutus *pr. m.* 1*a*. o) et 1*c*. p) sullevatus 1*c* (*non* $1c^{1.2}$). q) *ita* 1*a*. *a**; que *om. rell.*

1) *Recuperari idem atque amissas vires reparare, refici. Benedictini apud Cangium h. v.* 2) *Cf. V. Erminonis c.* 5 *(infra p.* 464*).* 3) *I. e. versus abecedarios (cf. p.* 464, 29*); de cuius carminis casibus cf. Gilles Waulde, 'La vie et miracles de St. Ursmer, Mons'* 1628, *p.* 178*: 'ce sacré thresor, qui avoit tant d'années esté conservé, perit l'an* 1546, *quand la bibliotecque de Lobbes fut reduicte en cendres'. Cf. supra p.* 447, *n.* 5. 4) Quartodecimo Kalendas Maii *addit textus Ratherii Mabillonianus (haec desunt in codd. S. Audomari, Bruxell. n.* 9289, *Londin. Egerton., Trever. n.* 1376*), ad quem diem (April.* 18*) Martyrologio Adonis obitus Ursmari postea insertus est (Migne CXXIII,* 249*; cf. H. Quentin, 'Les martyrologes historiques du moyen âge',* 1908, *p.* 477*):* In Laubaco monasterio transitus sancti Ursmari episcopi et confessoris; *quae item in Martyrologio Fuldensi saec. X. leguntur (Analecta Bolland. I,* 22*), conveniente codice Bedae musei Britannici Addit. n.* 19725. *saec. X. in. (Quentin l. l. p.* 26*), cum sive Usuardus sive interpolator*

phat[a] cum angelis[b.*]. Cuius discipuli exsequias[c] devote celebrantes, sepelierunt eum onorifice in Laubace[d] suo[e] monasterio in ecclesia, quae sita est in cacumine montis, ad cuius radices situm est monasterium, et aedificata[f] in onore sanctae Mariae semper[g] virginis, Dei genitricis[1]. Ubi praestantur virtutes[h] et[i] beneficia[k] ad laudem et gloriam nominis[2] domini nostri Iesu Christi, qui vivit et regnat cum[l] Patre una cum sancto Spiritu et nunc et semper et[m] per infinita saecula saeculorum. Amen[n].

II.

INCIPIT[a] VITA SANCTI[b] ERMINONIS[c] EPISCOPI[d].

Dum[e] apostolorum praecepta exemplaque patrum recitantur et victoriae martyrum ac conluctationes confessorum adversus spiritalia[f] nequitiae in caelestibus cf. Eph. 6,12. contra principes tenebrarum rectoresque leguntur, corda audientium conpunguntur[g] adque ad amorem caelestis[h] patriae inflammantur et[i] aliquando, sicut scriptum est[3], melius per exempla quam per praedicamenta gradiuntur, et unusquisque

*) *Interpolator Vitae Ratherianae addit:* Obiit autem XIIII. Kalend. Maii anno dominicae incarnationis septingentesimo tertio decimo, indictione XI, principatus Pippini senioris[a] anno XXV[4], feria tertia hebdomadae paschalis[5]. Folcvinus c. 5.

I. Cap. 8. 1*a. b. c.* 2*b*. *II. Prol.* 1*a. b.* (c[1.2]). *d.* 2*a. b. c.*

Cap. 8. a) in gloria *add.* 1*c*. b) sanctis 2*b*. c) dev. exequias 1*c* (*non* 1c[1.2]). d) *ita* 1*a. b*; Laubaco *rell.* e) mon. suo 1*c*. f) aedificatum 1*b*; est ibi ecclesia *add.* 1*c*. g) *om.* 1*c*. h) virtes 1*c*. i) *om.* 2*b*. k) eius *add.* 1*c* (*non* 1c[1.2]). l) in *pro* cum — infinita 1*c*. m) *om.* 1*a*. n) *subscr.* Explicit feliciter 1*b*, Explicit vita sancti Ursmari episcopi 1*c*. 2*b* (*non* 1c[1.2]).

Prol. a) Inc. *om.* 1c[2]; prologus in *add.* 1*b*. 2*b*. *c*; Inc. praefatio *praescr.* 2*a*. b) beati 1*b*. c) *ita* 1c[1]; Ermenonis *corr.* Erminonis 1c[2]; Herminonis 1*d*; Erminini 1*a*; Ermini 1*b*. 2*b*. *c*. d) confessoris (cuius festivitas est VII. Kalendas Maii *add.* 1*d*) *pro* ep. 1*d*. 2*b*; successoris sancti Ursmari *pro* ep. 2*c*; et confessoris (quod est VII. Kl. Maii *add.* 1c[1]) *add.* 1*a*. c[1.2]; quod est VII. Kl. Mai. *m. al. add.* 1*b*. e) Omni tempore necesse est, fratres karissimi, ut cum *pro* Dum apost. 1*d*. f) spiritualia 1*b*. 2*b*. *c*. g) compungantur — inflammentur 1*d*. h) caelistis 1*b*. i) (et *eras.*) aliquando *corr.* aliquanti 1*a*, *et ita* 1a[*].

Nota *. a) *ita cod. Duacensis n.* 840 (*cf. Analecta Bolland. XX,* 397)*;* iunioris *Mabillon.*

memoriam eius in diem 19. *Aprilis distulerit (ed. Sollerius p.* 219*):* Coenobio Laubiis sancti Ursmari episcopi et confessoris, *eodemque die nomen eius Kalendario saec. IX, quod in codice Ambrosiano M.* 12. *sup.* 8. *legitur (ed. Bresslau, 'N. Archiv' III,* 102*), et Martyrologio Wandalberti in codice Parisiensi n.* 5251, *saec. X, illatum est (d'Achery, Spicilegium II*[2], 47*).* Obiit autem anno 713. dominicae incarnationis, *Folcvino c.* 5. *teste (SS. IV,* 58*), quocum Annales Laubienses et Leodienses (ib. p.* 12*) conveniunt.* 1) *Ecclesiae S. Mariae in monte sitae, ad quam coemeterium pertinebat, saepe post Ansonem apud scriptores Lobbienses et in chartis monasterio concessis mentio fit, e quibus aetate antecellunt charta Ludovici IV. regis a.* 906 *(Mühlbacher, Reg. I*[2], *n.* 2039*; Ch. Duvivier, 'Recherches sur le Hainaut ancien',* 1865, *p.* 327*) et Folcvinus c.* 4 *(p.* 57*) et privilegium Ottonis II. a.* 973 *(Sickel, MG. Dipl. II, p.* 64, *n.* 53*); postea ecclesia S. Ursmari vocata est (cf. Warichez l. l. p.* 121 *sqq.* 317 *sqq.).* 2) *Cf. Acta Sebastiani §* 82 *(AA. SS. Ian. II,* 277*):* in quo loco multa beneficia semper praestitit Christus ad laudem nominis sui. 3) *Gregorii M. Dial. I, prol.:* Et sunt nonnulli, quos ad amorem patriae caelestis plus exempla quam praedicamenta succendunt. Fit vero plerumque audientis animo duplex adiutorium in exemplis patrum, quia, si ad amorem venturae vitae ex praecedentium comparatione accenditur, etiamsi se esse aliquid existimat, dum meliora de aliis cognoverit, humiliatur. 4) *Potius anno* 26. *Pippini.* 5) *Festivitas paschalis a.* 713. *die* 16. *Aprilis celebrata est.*

audiens[a] meliora praecedentium[b] patrum opera, quam[c] se vindicare cognoscat, humiliatur[d] atque ad eorum[e] beatitudinem pervenire quantotius[f] festinat. Ego vero haec ita esse considerans, adiuvante Domino, opto, si possum[g], breviter succinctus[h] transcurrere[i], qualiter in hac luce beatus Ermino[k] episcopus bonorum memoriae[l] dignus versaverat[m].

Sulpicii Sev. V. Martini 2, 1.

(1)[a]. Igitur sanctus Ermino[b] oriundus fuit in pago Laudonense[c] non infimis parentibus*, sed ex[d] mediocri[e, 1] gente[f] Francorum. Et quamvis nobilis esset progenie, nobilior[2] tamen erat mente. Cum autem sacras litteras divinamque scripturam pleniter didicisset, propter incomparabilem vitam et religionem devotissimam ad presbiterii honorem sublimatus est seque[g] commendavit cuidam pontifici nomine Madelgario[h, 3].

(2). Cumque[a] cottidie[b] ad meliora proficeret sub praefato pontifice, coepit[c] fama illius ex bona conversatione longe lateque diffundi[d], ita ut sanctus Dei Ursmarus episcopus[e] atque abbas de[f] monasterio, quod dirivative[f*] ex nomine fluvioli[4] decurrentis per[g] monasterium in amne[h], quae[i] proprie noncupatur Sambra[5], vocatur Laubacis[k], haec audiens vocaret[l] ad se faceretque sibi[m] eum familiarissimum amicum, tactus[n] corde spiritali[o] affectu. Qui cernens illum in[p] bonis versantem operibus, praecepit illi, ut frequenter ad se conveniret gratia visendi. Qui ita crebro agebat et mores perfectos conversationemque sanctam velut apes[q] prudentissima[r, 6] ab eo hauriebat.

*) sicut conici datur ex reditibus, adhuc pro parte provenientibus nobis, eius in eodem pago, ut dicitur, possessionis[7] *addit Vita II, c.* 1.

II. Prol. Capp. 1. 2. 1*a*. *b*. ($c^{1.2}$). *d*. 2*a*. *b*. *c*.

Prol. a) ad *add.* 1a^*. 2*c*, *m. al. add.* 1*a*. b) praecidindum *pr. m.* 1*a*. c) *ita* 1*a*. a^*. *b*; eciam *pro* quam 1$c^{1.2}$; quae sibi (sunt 2*b*) v. c. 2*a*. *b*; a quibus se deviare cognoscit 1*d*; quae se imitari oporteat 2*c*. d) humiliantur *pr. m.* 1*a*. e) beatorum 2*c*. f) quamtotius 1*a*. g) possim 1*a*. a^*. h) succinctimque 2*a*; succincte(que *add.* 2*c*) 1*d*. 2*c*. i) trascurrere 1*b*. k) *ita* 1*a* (*pr. m.*). a^*. $c^{1.2}$. *d*; Herminus 2*a*; Erminus *rell.* l) memoria 1*b*. 2*a*; *cf. p.* 453, 25. laude. m) *ita* 1*a*; versaverit 1a^*. *b*; versatus (convers. 1*d*. 2*c*) est (sit 1*d*; fuerit 2*a*. *b*. *c*) *rell.*; Explicit (prologus *add.* 2*c*) *add.* 1*b*. 2*c*; Finit prefatio *add.* 2*a*.

Cap. 1. a) *praescr.* Incipit vita sancti Ermini episcopi (eiusdem *pro* s. E. ep. 2*c*; et confessoris *add.* 2*a*. *b*) 1*b*. 2*a*. *b*. *c*; *numeri desunt codd.* b) *ita* 1*a* (*pr. m.*). a^*. $c^{1.2}$. *d*; Erminus *rell.* c) *ita* 1*a*. a^*; Laudonensi (*corr.* Laudun. 1*d*) 1$c^{1.2}$. *d*; Laudun. *rell.* d) *om.* 1c^2. 2*b*. e) mediocris *pr. m.* 1*a*. f) *ita* 1*a*. a^*. $c^{1.2}$. *d*; genere *rell.* g) seseque 1*d*. h) Madalgario *fortasse recte* 1*d*.

Cap. 2. a) est *add.*, *sed eras.* 1*a*. b) ad mel. cotidie 1*d*. c) se *add.* 1*d*. d) difundi 1*a*; diffundere 1*d*. e) *om.* 1*d*. f) monasterii *pro* de m. 2*c*. f*) deriv. 1$c^{1.2}$. 2*c*. g) citra 2*c*. h) *ita* 1*a*. *d*; amnem *rell.* i) *ita* 1*a*. *b*; que 1*d*; qui *rell.* k) *ita* 1*a* (*pr. m. corr. e* Laubanis). a^*. *d*; Laubacus *rell.* l) illum *add.* 2*c*; vocaret (ad se faceret *om.*)que 1*a*. a^* (*ubi etiam* que *deest*). m) eum sibi 1c^1. 2*b*. *c*. n) tractus 1*d*. o) *ita* 1a^*. $c^{1.2}$. *d*; spirilitali 1*a*; spituali 1*b*; spirituali 2*a*. *b*. *c*. p) vers. in b. 1*b*; in b. convers. 1*d*. 2*c*. q) apis 1*b*. $c^{1.2}$. *d*. 2*a*. r) prudentissime 1*a*, *corr.*

1) *Cf. Waitz, 'VG.' II,* 1[3], *p.* 266, *n.* 2. 2) *Cf. e. gr. V. Fursei c.* 1: nobilis quidem genere, sed nobilior fide. 3) *Laudunensi; cf. V. Anstrudis c.* 16 (*supra p.* 73). 4) *Coulby rivulo nomen esse dicitur. Cf. Vitae Fursei additamentum Nivialense* (*supra IV,* 450, 4): villa, quae e x n o m i n e f l u m i n i s d e c u r r e n t i s n u n c u p a t u r Bebrona. 5) *Sambre fl.* 6) *De comparationibus apium illo aevo frequentatis cf. W. H. Stevenson, 'Asser's Life of King Alfred',* 1904, *p.* 302 *sq.; Levison, Vitae Bonifatii p.* 22. 7) In pago Laudunensi Ercliacus (*hodie Saint-Erme, dép. Aisne, arr. Laon, cant. Sissonne*) *et a.* 868/69. *Lobbiensium erat* (*Vos l. l. I,* 425; *Warichez l. l. p.* 194; *'Bulletin de la commission royale d'histoire'*

(3). Factum est autem non multum[a] post hos dies, ut homo magnus in palatio Pippini[b], filius[c.1] Ansegisi[d], nomine Hailedaldus[e] iter ageret per territorium Laudonense[f.*]. Cum autem audisset praedictus Madelgarius[g] episcopus transitum tanti viri per suam diocesim, studuit ei praeparare prandium locupletissimum donaque multa valde. Cumque pervenisset vir[h] ille procerus ad domum episcopi audissetque, quod multa ei dona dare decrevisset, arcersivit[i] eum ad se et ait illi: 'Rogo te, ne des mihi quicquam de tuis facultatibus in domo tua, nisi quod petam a te'. At ille respondens dixit: 'Pete, quodcumque volueris, et ego tibi gratanter tribuam'. Tunc gaudens Hailedaldus[k] de sponsione[l] episcopi, dixit ei: 'Petitio[m] mea nihil est aliud, quam ut permittas unum de tuis presbiteris nomine Erminonem[n] ire ad monasterium quod vocatur Laubacis[o.**] adque ibidem stabiliter permanere, ubi sanctus Ursmarus pater monachorum esse[p] cernitur, ut illuc[q] coeptum opus ad finem[r] felicem perducat'. Audiens autem Madelgarius talem petitionem, quamvis moleste accipiens, tamen nec voluit rennuere nec potuit; sed ilico[s] concessit, dicens: 'Pergat, quocumque volueris'. Qui statim misit illum ad sepe[t] dictum monasterium sancti Ursmari. Qui recipiens eum hilariter in suo sancto coenobio ac[u] secundum morem[v] ibidem[w] degentium fecit[x] spondere, obtemperare regulam[y.***] et oboedientiam exibere maioribus, caritatis[z] dilectionem minoribus[a]. V. Martini 2, 4.
Quod ita[b] postea implevit[c] devotus.

*) *Vita II, c.* 2: Sub his ferme diebus, cum Pippinus, filius Ansigisi, in necem patris ab impio impie illatam iustus ultor existeret, Teodericum quoque regem occidentalis Franciae, quae Belgica nuncupatur, Austrasios Francos valde opprimentem fortiter debellasset, Francosque omnes ad pristinam libertatem revocans, collimitanea etiam regna suae ditioni subdidisset[2], contigit, quendam Hahiledaldum, unum ex proceribus eius maiorem[3], sancto Ursmaro satis familiarem, transitum habere per pagum Laudunensem.

**) in cuius structura videor desudare, *addit Vita II, c.* 2.

***) *Vita II, c.* 2*:* Nam more conversorum receptus, monasticam mox est vitam professus.

II. Cap. 3. 1*a. b.* (*c*[1.2]). *d.* 2*a. b. c.*

Cap. 3. a) non post multos dies 2*a. b. c.* b) Pipini 1*b.* c) *ita rell.;* filii *e coniectura rectius* 2*b. c.* d) Ansigisi 1*b.* 2*a. b.* e) Hailedoldus 1*b, ut infra;* Haildaldus 1*d.* f) *ita* 1*a**. *c*[1.2]; Laudon. *corr.* Laudun. 1*a. d, et ita rell.* g) Madalg. 1*d*; Maldeg. 2*b*: *item infra.* h) *om.* 2*a.* i) *ita* 1*a. b*; arcessivit 2*a. c*; accersivit 1*c*[1.2]. *d.* 2*b.* k) Haidaldus *hoc loco* 1*d.* l) responsione 1*d.* 2*b*; positione *m. al. corr.* peticione 1*a*; pollicitatione 1*a**. m) petitionis meae 2*a.* n) *ita* 1*a. a**. *c*[1.2]. *d*; Erminum *rell.* o) *ita* 1*a. a**. *d*; Laubacus *rell.* p) cern. esse 2*b. c.* q) illic 2*a. c.* r) usque *add.* 2*a.* s) iliquo 1*b*; ilio 2*c*; illud 1*c*[1]. t) ad predictum 1*a. a**. u) et 1*a**; *om.* 1*d.* 2*c.* v) *in marg. suppl.* 1*b.* w) ibi 2*a.* x) eum *add.* 2*c.* y) regul(a)e 1*d.* 2*a. c.* z) caritatē 1*b*, *corr.*; autem *add.* 2*c.* a) iunioribus 1*d.* b) *om.* 2*b.* c) dev. i. 2*a cum Sulpic.*; dev. *om.* 1*c*[1.2].

LXXVIII, 1909, *p.* 253*) et postea prioratus coenobii fuit; quam possessionem Erminonis fuisse posteri tradiderunt; cf. Gesta episc. Camerac. II,* 38 *(SS. VII,* 464*); Mirac. Ursmari et Ermini c.* 23 *(ib. XV,* 835*); Hugo, Fundatio mon. Lobb. c.* 2 *(ib. XIV,* 547*); De fundatione et lapsu mon. Lobb. c.* 5 *(ib. p.* 549*). Cf. Warichez l. l. p.* 116 *sqq.* 1) *Barbarice pro* filii. 2) *Haec ex Annalibus Mettensibus a.* 687—691 *(ed. B. de Simson,* 1905, *p.* 1 *sqq.) pendent.* 3) *Cf. Folcvinum l. l. c.* 2 *(p.* 56*) de Hildulfo:* qui erat u n u s de p r o c e r i b u s regni m a i o r ibus.

V. Silvestri (Mombr. II, fol. 279'). ib. (Cat. Brux. I, 6).

(4). Receptus sane secundum ordinem, in tanta se humilitate adque oboedientia constrinxit, ut omnes pene antecederet. Qui imitatus[a. 1] vitam sancti Ursmari mores q u e[b], ad[c] summum apicem[d] christianae religionis adtigit. Dominus e n i m tantam[e] i l l i[f] gratiam contulit, ut nullus esset, qui non illum ex affectu diligeret. Nihil q u i d e m arrogantia, nihil superbia de eius moribus usurpabat, sed omnibus benivolus, in terra positus, caelestibus[g] se h ab i tum moribus ostendebat.

V. Silvestri (Mombr. fol. 280). V. Remedii c. 2. ib. c. 3.

(5). Senescente vero sancto Ursmaro graviterque infirmante*, permiserunt spiritales[a] filii sui ei licentiam deponendi se de culmine regiminis. Qui depositus coepit[b] suadere eis, ut hoc[c] ipsum iugum sancto[d] inponerent Erminoni[e] episcopo[f. 2]. Protinus vox omnium clericorum ac laicorum una efficitur, ita ut nullus in his omnibus inveniretur, qui non[g] eius electione m clamaret**. Sublimatus quoque in fastigio regiminis, statim sic apparuit aptus et devotus officio, tamquam si quod[h] noviter sc a nderat[i] iugiter praefuisset. Fuit itaque in elemosinis largus, in vigiliis sedulus, in[k] oratione devotus, in caritate perfectus[k], in humanitate[l] profusus, in doctrina[m] praecipuus, in sermone paratus, in conversatione sanctissimus, in[3] hospitalitate laetissimus, venerans in eis Christum verum hospitem, et sinceritatem mentis[n] vultus sui serenitate monstrabat et pietatem clementissimi cordis[n] ostendebat in lenitate sermonis. Quicquid ad

Folcvin. c. 4. ib. c. 1. ib. c. 2.

*) *Vita II, c.* 3. *addit:* Rexerat autem idem monasterium Laubacense XVII annorum[4] ferme tempore, Pippino seniore Francis principante. Q u o d q u i d e m a quo dam Moros o, sancto ut credimus viro, Landelini c o g n o m e n t o, per sanctum Autbertum Cameracensem p o n t i f i c e m ibidem ex p r a e d o n e convers o[5], e x t r u c t u m tempore Hludovei iunioris fundotenus[a. 6], tanto ad eadem usque tempora florebat augustius, quanto ditatum munificentia et opibus regiis fuerat copiosius. Tum deinde a iam dicto Pippino principe c u m e s s e t e i d e m t r a d i t u m per Hildulfi i l l u s t r i s s i m i v i r i sibique familiarissimi interventum, quicquid ad utilitatem poterat esse proficuum, ut verus vineae Christi agricola semper sęvit in cordibus subiectorum.

V. Ursmari auct. Ansone c. 8.

**) *Vita II, c.* 3. *de Ursmaro addit:* De cuius vita luculentissime editus apud nos habetur libellus. Sed et a sancto Ermin o de e i u s virtutibus extant versus composi t i a d summam elementorum per alfabetum distincti.

II. Capp. 4. 5. 1*a*. *b*. ($c^{1.2}$). *d*. 2*a*. *b*. *c*.

Cap. 4. a) immit. 1*b*. b) moreque 1*b*, *corr.* c) *eras.* 2*a*. d) apice *pr. m.* 1*a*. e) tanto *pr. m.* 1*a*. f) gr. illi 1*d*. g) *ita* 1*b*; c. se habitu (et *add.* 1*a**) m. 1*a*. *a**; c(a)elestem se habitu (et *m. al. add.* 2*c*) moribus(que *add.* 1$c^{1.2}$. 2*a*) 1$c^{1.2}$. 2*a*. *c*; caelestem (in se *add.* 1*d*) habitum m. 1*d*. 2*b*; c. se aptum m. *V. Silv.*

Cap. 5. a) *ita* 1*a*. *a**. $c^{1.2}$. *d*; spirituales *rell.* b) c. eis s. 2*a*; s. c. eis 1$c^{1.2}$. c) *om.* 1*d*. d) *om.* 1*b*. 2*a*. e) *ita* 1*a*. *a**. $c^{1.2}$. *d*; Ermino (*sequitur parvus locus rasus* 2*c*) *rell.* f) *om.* 1$c^{1.2}$. 2*a*. *c*. g) in *superscr.* 2*a*; in eius electione *V. Silv.* h) *ita* 1*a**; quos 1*a*; quo (co 1*b*; nov. quo *corr.* quo nov. 1*d*) *rell.* i) *ita* 1*a**; scandebat 2*c*; scanderet *rell.*; ascenderat *V. Remedii.* k) *ita* 1*a*. *a**. $c^{1.2}$. *d*; in or. — perfectus *om. rell.* l) *ita* 1*a*. *a**. $c^{1.2}$; humilitate 1*d cum rell.* m) doctrini 1*a*, *corr.* n) mentis — cordis *om.* 2*c*; vultus — cordis *om.* 2*b*.

Nota *. a) fundetenus *c*.

1) *Sequentia e V. Silvestri papae exscripta sunt, quae satis integra nondum edita est, ita ut verba expilata partim apud Mombritium (Sanctuarium II, fol. 279'), partim in Catalogo codicum hagiogr. Latin. bibliothecae regiae Bruxell. I, 6. quaerenda sint. Ipse codices adhibui.* 2) *Cf. V. Ursmari c.* 8 *(supra p.* 460*). Si Folcvinus c.* 5 *(p.* 58*) recte instructus erat, Ermino (†* 737, *April.) monasterium* 25 *annos rexit, e quibus* 3 *sub Pippino (†* 714, *Dec.),* 22 *sub Carolo degit, ita ut a.* 712. *Ursmaro suffectus esse videatur, qui anno proximo defunctus est (cf. supra p.* 460, *n.* 4*).* 3) *Verba* in hospitalitate laetissimus *in V. Remedii desiderantur, sed in V. Eligii I,* 20. *adsunt, ubi idem locus expilatus est.* 4) *Auctor a.* 697 *(v. supra p.* 446, *n.* 4*) pro primo Ursmari habuit.* 5) *Cf. V. Landelini c.* 3 *(supra p.* 440*).* 6) *I. e. funditus, a fundo. Cangius.*

salutem pertinere[a] possit aeternam, non minus implebat beatissimi operis studio, quam (V. Remedii c. 3.) sermonis praedicatione docebat. Maximeque ex[b] omnibus ęnumeratis virtutibus ora- (V. Martini 26, 3.) tioni incumbebat[c], ita dumtaxat, ut fere nullo tempore eum quis potuisset repperire, quo[d] non oraret vel psalleret.

(6). Quem nonnulli ferunt habuisse spiritum prophetiae, sicut narrare solet (Gregor. M. l. l. III, 8.) vir[a] vitae venerabilis Fladbertus[b] nomine, discipulus illius, testis valde idoneus. Porro (ib. II, prol.) quae narro, eo[c] referente, cognovi*. Nam cum Ragenfridus[d] committeret[e] bellum (717.) adversus[f] Carolum[g], eodem namque[h] die, priusquam invicem pugnarentur[i, 1], vir Domini Ermino[k] post matutinas[l] laudes, fratribus quiescentibus[m], ipse secundum consuetudinem solus in oratorio remanens[n] psallebat. Cumque diu decantaret[o], sopor inruit in eum in tantum, ut pene stare[p] non posset[q]. Repugnante autem illo[r] hac[s] reluctante, vox facta[t] est ter ad eum, dicens: 'Caroli[u] est victoria'. At

*) *Vita II, c.* 4: Quo referente, cognovimus ea, quae nos quoque ipsi referimus. Contigit eodem tempore, Pippinum[2] seniorem, cuius superius fecimus mentionem[3], diem obisse nec filium ex legitima coniuge, qui post eius excessum regni teneret principatum, aliquem reliquisse. Siquidem Grimoaldum, quem ex Plectrude propria coniuge susceperat unicum[4], dolo et insidiis Ratbodi ducis Fresonum[5], cuius filiam pater ei desponderat nuptum, ut efferos viri gentilis animos sedaret per tale saltem conubium, ante sanctum corpus beati Lantberti martyris ad orationem prostratum, per quendam eiusdem filiae servum novimus interemptum. Ea tempestate, Francorum gente in diversa vacillante, deficiente quoque naturalium regum successione, Plectrudis, Pippini, ut dictum est, coniunx, Karolum etiam privignum non erubuit custodiae mancipare Colonia civitate[6]. Franci vero Belgicae partis Daniheli cuidam, tonsura clerico, regia stirpe, ut dicebant, genito, suadent comam nutrire sublimatumque regni culmine Hilperici compellant nomine. Qui, ascito sibi Reginfredo duce, mox Karolo per fugam elapso ex Colonia civitate[6] bellum parat intendere. Sed Karolus Austrasiis redditus, velut sidus novum obtenebratis terris dimissum caelitus, primum Dei adiutorio innisus, dein Austrasiorum licet paucorum bellicosa manu vallatus, illis econtra multitudine commixti populi tumentibus occurrit intrepidus.

Capp. 5. 6. 1*a*. *b*. ($c^{1.2}$). *d*. 2*a*. *b*. *c*.

Cap. 5. a) *ita* 1*a*. *a**. c^2; possit pert. 1*b*; pert. posset *rell.* b) et *pr. m.* 1*a*. c) incumbat 1*a*. d) quod 1*b*.

Cap. 6. a) virtute ven. 1*a* *(pr. m.)*. *d*; vite *m. al. in marg. suppl.* 1*b*. b) *ita* 1*a*. *a**. *d*; Flatb. *rell.* c) ipso 2*a*. d) Ragemfr. 1*d*; Regenfr. $1c^{1.2}$. 2*a* *(pr. m.)*. e) committere 1*a*. f) adversum 1*a*, *corr.* g) *ita* 1*a*. *a**. $c^{1.2}$; Kar. *rell.* h) *om.* 2*a*. *b*. *c*. i) *ita* 1*a*; pugnarent *rell.* k) *ita* 1*a*. *a**. $c^{1.2}$. *d*; Erminus *rell.* l) matutinales 2*a*. m) quiescentes *pr. m.* 1*a*. n) *om.* 1*a*. *a**. o) cantaret 1*b*, *corr.* p) ut penetrare *pr. m.* 1*a*. q) possit 1*b*. r) eo 2*b*. s) *ita pr. m.* 1*a*; ac *rell.* t) *ita* 1*a*; ter f. est $1c^{1.2}$; ter *om.* 1*d* *(versu exeunte) cum rell.* u) *ita* 1*a*. *a**. $c^{1.2}$; Kar. *rell.*

1) *De proelio Vinciacensi a.* 717 *(Mart.* 21*) commisso agi videtur.* 2) *Sequentia inprimis ex Annalibus Mettensibus a.* 711—716 *(l. l. p.* 18 *sqq.) et ex Libro historiae Francorum c.* 50. 53 *(SS. R. Merov. II,* 324 *sqq.) hausta sunt.* 3) *Supra p.* 463. 4) *Drogo, alter filius Pippini et Plectrudis, a.* 708. *obierat.* 5) *De insidiis Radbodi nihil constat; cf. Lib. hist. Franc. c.* 50. *Ex hoc capite Vitae II. Erminonis Sigebertus in V. Landiberti c.* 27 *(supra p.* 405*) et in Chronica a.* 699. 713. 714 *(SS. VI,* 328 *sq.) pendere videtur; cf. supra p.* 405, *n.* 1. *et* 2. 6) *Quo loco Carolus custodiae traditus sit, ignoratur. Auctor legerat, Carolum postea bello contra Plectrudem inito Coloniam cepisse (Lib. hist. Fr. c.* 53; *Contin. Fredegarii c.* 10*).*

ille, surgentibus fratribus congregatisque in unum, narravit eis, quod sibi dictum erat[a]. Ac ita postea[b] probavit eventus, quia, fugato Ragenfrido[c] exercituque[d] illius[e] vulnerato fere usque ad[f] internetionem, Carolus[g] universum regnum Francorum redegit[h] in suam potestatem*, sicut dictum fuerat sancto Erminoni[i] episcopo[k].

(7). Nec illud estimo fore silendum, quod dixit per[a] indaginem sancti Spi-
719. ritus, quando interiit vir gentilis nomine Radbodus[b] princeps[c] Frisianorum[d]. Igitur cum completa esset malitia[e] praefati viri Radbodi**, coepit adunare turbas gentilium exercitumque[f] valde copiosum, cupiens inrumpere in Francorum terras, ut suam in[g] eis ultionem exerceret. Haec audientes Franci metuebant eum nimis, reminiscentes[h], quod olim ab eo graviter vulnerati terga vertissent[1]. Tunc misertus Dominus servis[i] suis, non permisit illum intrare[k] in terram Francorum, sed percussit eum, et mortuus est[l, 2]. Contigit autem, ut ipsa[m] die sanctus Ermino[n] equitaretur[o] de suo monasterio ad villam quae vocatur Fleon[p, 3]. Circa horam[q] fere diei nonam paululum praefigit[r] gradum et ait circumstantibus[s] sibi comitibus[t]: 'Vere dico vobis, cecidit[u] modo terrena[v] sublimis[w] altitudo'. At[x] illi[y] qui

*) *Vita II, c.* 4: Qui diem notantes sollicite, invenerunt, sicut sanctus Erminus dixerat ante, victoriam Karoli fuisse. Nam et Vinciaco, sed et antea in Arduenna Amblava fisco victor extitit, fugato[a] Reginfredo[4] cunctoque Francorum exercitu suae ditioni subacto.

**) *Vita II, c.* 5: Nam, Pippino vivente, semper nisus rebellare[5], post eius excessum non timuit etiam Francorum fines irrumpere, terrisque depopulatis, substantiis dilapidatis multisque spoliis asportatis, dum proinde confligeretur utrinque, nostros graviter caesos contigit terga vertisse. Qua tumens audacia, turbas cepit gentilium non modicas sibi conducere, volens iterum eorum terras invadere eosque ad internecionem usque delere.

Capp. 6. 7. 1*a. b.* ($c^{1\cdot 2}$). *d.* 2*a. b. c.*

Cap. 6. a) fuerat 1a*. *d.* b) postmodum prob. 1$c^{1\cdot 2}$; prob. postea 2*b.* c) Regenfr. 1$c^{1\cdot 2}$. *d.* d) exercit:que 2*b.* e) eius 2*a.* f) a 1*a.* g) Corolus *corr.* Carolus 1*a*, *et ita* 1a*. $c^{1\cdot 2}$; Kar. *rell.*; ad *add.*, *sed eras.* 1*a.* h) red:git 2*b.* i) *ita* 1*a. a**. $c^{1\cdot 2}$. *d*; Ermino *rell.* k) *ita* 1*a. a**; *om. rell.*; *cf. p.* 464, *l.* 9.

Cap. 7. a) post 1a*. (2*a*). b) *ita* 1*a. a**. $c^{1\cdot 2}$; Rabbodus *hoc loco* 1*d;* Ratbod. *rell., ut infra.* c) princips 1*a*, *corr.* d) *ita* 1*a. a**. *b*; Fresianorum 1*d.* 2*a;* Frisionorum 1$c^{1\cdot 2}$; Fresorum 2*b*; Fresionum 2*c.* e) malia 1*b*, *corr.* f) exercituque 1*b.* g) ulcionem in ea ex. 1$c^{1\cdot 2}$; in eis ex. ult. 2*a.* h) quia *add.* 1*a.* i) servorum suorum 2*c.* k) intr. *om.*, venire *post* Franc. *m. al. in marg. suppl.* 2*a.* l) *superscr.* 1*b.* m) ipse 1*a*, *corr.* n) *ita* 1*a (pr. m.). a**. $c^{1\cdot 2}$. *d*; Erminus *rell.* o) *ita* 1*a*; (a)equitaret *rell.* p) Fleom 1*a.* q) hora 1*a.* r) *ita* 1*a. a**; figens gr. ait 1$c^{1\cdot 2}$; prçcessit *corr.* prçssit 1*b*; pressit *rell.* s) circumastant. 1*b.* t) conventibus *m. al. corr.* convenientibus 1*a* (*non* 1a*); comitantibus 1*d.* u) cecidit — At *om.* 1*a* (*non* 1a*, *ubi* vobis, quia cecidit). v) et *add.* 1a*. w) sublimit:: 1*b*, *corr.* x) Ac 1c^{1} (*non* $1c^{1*\cdot 2}$); *om.* 1a*. y) illum 1*a*, *corr.*

Nota *. a) fuguto *pr. m. c.*

1) *Radbodus dux, foedere cum Raganfredo inito, a.* 716. *usque Coloniam pervenerat; cf. Lib. hist. Franc. c.* 52: Carlus quoque super ipsos Frigiones inruit ibique maximum dispendium de sodalibus suis perpessus est atque per fugam delapsus abscessit *(Contin. Fredegarii c.* 9: non modicum ibi perpessus est damnum de viris strenuis atque nobilibus, cernensque lesum exercitum, terga vertit*).* 2) *Radbodus a.* 719. *defunctus est.* 3) *Supra p.* 453, *n.* 6. 4) *Cf. Lib. hist. Franc. c.* 52. 53*; Ann. Mettenses a.* 716. 717. 5) *Cf. Ann. Mett. a.* 692. 697.

cum eo[a] erant notantes diem et sollicite requirentes[b], invenerunt, quod percussus ac[c] mortuus esset vir praefatus eodem[d] die eademque hora[e], eo ipso momento, quo sancto Erminoni[f] fuerat revelatum[*, 1].

(8). Non multum, ut arbitror, post hoc tempus[a], dum Carolus[b] iter ageret secus monasterium sancti[c] Erminonis, fertur dixisse suis famulis: 'Eamus ad monasterium Laubacis[d]'. Statimque perrexerunt coqui[2] ac pistores[**] cum reliquis ministris[***] ad monasterium, dicentes: 'Carolus[e] insequitur iter nostrum'. Sanctus vero Ermino[f] cantabat psalmos orabatque in oratorio, quod sibimet ipsi dedicaverat in onore sanctae Mariae semper[g] virginis et sancti Iohannis euangelistae et sancti Andreae. Cum autem repleretur[h] pene[i] omnis locus monasterii de exercitum[k] praedicti[l] principis, praepositus monasterii Martinus nomine misit unum de monachis ad praedictum oratorium, ut suaderet episcopo[m] egredi[n] ad eos ob

*) *Vita II, c. 5. addit:* Et quidem digne, quem nullus veritatis euangelicae potuerat assertor convertere. Ita quippe in reprobum devolutus est sensum, ut, beato V. Vulframni c. 9. Vulfranno docente, fidei suscipiens verbum, cum in baptisterium descendens iam pedem intinxisset unum, eidem non componeret alterum, sciscitatus, qui plures tartarus an paradysus contineret praedecessorum suorum. Quod cum cognovisset: 'Plurimorum', inquit, 'satius est me fore participem, quam artam, ut dicitis, semitam sequentem, nullum praecedentium regum invenire con- cf. Matth. 7, 14. sortem'. Ad haec Christi sacerdos, sancto Willebrordo sibi mandante Magontiacae[3] sedis antistite, cognovit, illum aeterna damnatione perditum ire, a quo fuerit spretus et ipse. Idem vero Ratbodus, subsecuta nocte ludificatus a doemone, V. Vulframni c. 10. iubetur quantotius mittere, qui eat videre, quae sibi parentur divitiae, fruituro his abhinc tertia die[4]. Missoque legato cum quodam doemonum duce, hoc ipsum extra portam praestolante, dirigitur et diaconus fidelis a praedicto pontifice. Aggrediuntur itaque vastam paludibus solitudinem, hominibus et iumentis inhabitabilem, sibi vero ductoris ludificatione tunc quidem calcabilem, postea autem, daemonum principe, qui in throno sublimissimo[a] auro lapidibusque preciosis composito residebat, de adventu diaconi graviter indignante ipsoque diacono crucis signum protendente, pene inremeabilem. Ad crucis ergo signum daemone cum suo apparatu nusquam comparente, legatus diaconi precibus et iam credens vix paludibus eripitur, domumque regressis Ratbodus Dei iudicio percussus interisse narratur, ut[5] sermo sancti Ermini adimpleretur.

**) *Vita II, c.* 6: culinariosque et fartores.

***) regiis *add.* 2*c*.

II. Capp. 7. 8. 1*a. b.* ($c^{1.2}$). *d.* 2*a. b. c.*

Cap. 7. a) illo 1*d*. b) conquir. 1*a*. a^*. c) esset ac m. 2*a*. d) eadem 2*b. c.* e) et *add.* 2*c*. f) *ita* 1*a* (*corr.* Erminono). a^*. $c^{1.2}$. *d*; Ermino *rell.*

Cap. 8. a) tem(pus *pr. m. suppl.*) 1*b*. b) *ita* 1*a*. a^*. c^2; Kar. 1c^1 *cum rell.* c) s. Ermini 1*b*. 2*b. c*; sepe fatum *pro* s. E. 2*a*. d) *ita* 1*a*. a^*. *b. d*; Laubacus *m. al. corr.* Laubacum 2*a*, *et ita rell.* e) *ita* 1*a*. a^*. $c^{1.2}$; Kar. *rell.* f) Erminus 1*b*. 2*a*. *b. c.* g) que *add.* 1a^*. (2*a*). h) *ita* 1*a*. a^*. *d*; repl. *post* princ. *collocant* 1$c^{1.2}$; impler. *rell.* i) plene 1*b*. k) *ita pr. m.* 1*a*; exercitu *rell.* l) praedicto *pr. m.* 1*a*. m) sancto Erminoni *pro* ep. 1$c^{1.2}$; beato viro *pro* ep. 2*a*. n) ad eos egr. 2*a*.

Nota *. a) sublissimo *c.*, *corr.*

1) *Cf. Gregorii M. Dial. II,* 35: requirens subtiliter agnovit, eodem momento fuisse illius obitum, quo vir Domini eius cognovit ascensum. 2) *Cf. Waitz, 'VG.' II,* 2[3], *p.* 74. 3) *Immo Traiectensis. Auctor Willibrordum et Bonifatium confudit.* 4) *E Vita II. Erminonis neque ex ipsa Vita Vulframni (ita SS. R. Merov. V,* 659*) hausit Sigebertus, Chron. a.* 718 *(SS. VI,* 330*); cf. supra p.* 405, *n.* 3. 5) *Ita infra p.* 468, *l.* 15.

Ps. 71, 2. adventu[a] Caroli[b]. Qui cum introisset, ille decantabat[c] hunc psalmum: *Deus, iudicium tuum regi da et iustitiam tuam filio regis.* Tunc, qui missus[d] fuerat, dixit ei humiliter, quod sibi[e] fuerat imperatum. At ille respondens, praecepit illi[f], dicens: 'Egredere hinc[g]'. Qui[h] egressus, ipse nihilominus psallebat. Martinus autem iterum[i] misit alium, simile illi mandatum dans. Profecto sanctus[k] Ermino[l] et hunc iussit similiter egredi, ab oratione tamen non cessans. Denique Martinus, iam felle commotus, ingressus est ad eum cum furore et[m] dixit: 'Mirabile est, quod agis. Cur non egrederis ad nos et dicis[n], quid facere debemus[o], quoniam senior[1] noster* Carolus[p] hic[q] quantotius festinat venire?' At ille, completa oratione hac[r] repletus[s] spiritu prophetiae, dixit[t] illi: 'Vade ad eos qui hic[u] advenerunt foras et, quodcumque habent necesse, impertire illis simulque dic eis[v], ut exeant post dominum suum, quia vere dico tibi, non est Carolus visurus istud[w] monasterium in hoc anno'. Qui parens imperium[x] pii patris, dedit eis omnia necessaria; ac sic sunt omnes[y] a monasterio regressi, et Carolus iter quod coeperat peregit, ut sermo sancti Erminonis[z] impleretur, quod[a] Dominus oranti[b] illi revecf. 1. Reg. 9,15. laverat in auriculam cordis eius.

(9). Iterum fore[a] haud[b] arbitror tacendum, quod Dominus revelare[c] dignatus 714/715. est illi de Pippino[d] **, filio Caroli***, cum nasceretur†, [2]. Itaque, nato puero, con-

*) rex *add.* 2*a*.

**) iuniore *add. Vita II, c.* 7.

***) senioris *add. ib.*

†) *Vita II, c. 7. addit:* Ex legitima quippe coniuge Karolus princeps primum suscepit Pippinum, gubernaculis regni post se potitum, secundum Karlomannum, qui in itinere versus Romam suscepto cum fratre[3], abrenuntiatis saeculi pompis, militavit Christo in Serapti monte, postea vero in cenobio sancti Benedicti Cassino monte[4].

II. Capp. 8. 9. 1*a**. *b*. (*c*[1.2]). *d*. 2*a*. *b*. *c*.

Cap. 8. a) *ita* 1*b*; adventum *rell.* b) *ita* 1*a*. *a**. *c*[2]; Kar. *rell.* c) *in* ille de|| *desinit* 1*a*, *foliis deperditis.* d) missu| |erat 1*b*; m. erat 1*a**. *c*[1.2]. *d*. e) *ita* 1*a**. *b*. *d*; sibi i. f. 2*a*; ei f. i. 2*b*. *c*; s. f. iniunctum 1*c*[1.2]. f) ei 1*c*[1.2]. g) *om.* 1*d*. h) *ita* 1*b*; Quo egresso *rell.* i) *om.* 1*a**. k) scdo (*i. e.* secundo) 1*d*. l) *ita* 1*a**. *c*[1.2]. *d*; Erminus *rell.*; *item c.* 9. 10. m) *om.* 2*a*. n) dices 1*a**; dicas 1*c*[1.2]. *d*. o) debeamus 1*d*. 2*c*. p) *ita* 1*a**. *c*[2]; Kar. *rell.*; *item deinceps.* q) huc 1*c*[1.2]. *d*. 2*a*. r) *ita* 1*a**; *om.* 1*c*[1.2]; ac *rell.* s) sp. pr. r. 1*c*[1.2]. t) dicit 1*a**. u) huc 1*c*[1.2]. 2*a*. v) dicens ut 1*d*. w) hoc 1*a**. x) *ita* 1*b*; imperio *rell.* y) a m. o. 1*c*[1.2]. z) *ita* 1*a**. *c*[1.2]. *d*; Ermini *rell.* a) quem 1*d*. 2*b*. *c*. b) illi or. r. 1*a**; r. or. illi 2*b*. *c*.

Cap. 9. a) *eras.* 2*a*. b) non 1*b*. c) dign. est i. r. 1*a**; est *om.* 2*b*; illi *om.* 1*c*[1.2]. d) Pipin. 1*b*, *ut infra.*

1) *I. e. dominus. Cf. Waitz l. l. II*, 1[3], *p.* 362, *n.* 1. 2) *Pippinus, cum a.* 768 *(Sept. 24) 'anno aetatis 54.' obierit (Chron. Lauriss., SS. I*, 117, *ed. Schnorr von Carolsfeld, 'N. Archiv' XXXVI*, 30; *Ann. necrologici Prum., SS. XIII*, 219*), a.* 714/15. *natus est.* 3) *Pippinus Carlomannum minime Romam prosecutus est; auctor Annales regni Francorum a.* 745 *(ed. Kurze p. 4) aut Mettenses a.* 746 *(ed. B. de Simson p. 37) inde haustos minus recte interpretatus esse videtur:* Tunc Carlomannus confessus est Pippino germano suo, quod voluisset seculum relinquere; et — — praeparaverunt se uterque, Carlomannus ad iter suum et Pippinus, quomodo germanum suum honorifice direxisset cum muneribus. 4) *Ib. a.* 746 *(p. 6):* Tunc Carlomannus Romam perrexit ibique se totondit et in Serapte monte *(i. e. Soracte)* monasterium aedificavit in honore sancti Silvestri. Ibique aliquod tempus

tigit, venisse a Carolo quendam hominem ad monasterium plurime[a] dictum locutumque fuisse cum homine Dei Erminone[b]. Cumque diu loquerentur, subiungens inquid: 'Natus est filius Caroli[c]'. At ille sollicitus de nomine pueri ait: 'Quomodo vocatur nomen eius?' Et ille: 'Pippinus', inquid[d], 'est nomen eius'. Regrediente autem illo[e], sanctus[f] Ermino ait suis familiaribus[g]: 'Iste, inquam, puer habiturus est regnum Francorum solide in tantum, ut nullus de progenię illius ante eum tam solide tenuisse dinoscatur[h]'. Et ita demum[i] cernimus* nos sublimatum eum[k] in[l] universo Francorum regno[l], sicut sanctus Ermino praedixit fore fiendum**.

(10). Igitur[a] alio tempore cum esset idem vir Dei[b] sanctus Ermino apud aliud monasterium, quod vocatum est Elnon[c.2], ubi corpus sancti Amandi re-

*) Et ita cernimus accidisse, cum primus ipse de genere suo super totum regnum Francie rex sit a u c t o r i t a t e a p o s t o l i c a[3] constitutus, *epitome* 2c*.

**) *Vita II, c.* 7. *addit:* Cui non dissona sanctus Eligius Noviomensium episcopus, Spiritu sancto suggerente, praedixit[4]; sed et beatus Willebrordus eisdem pene verbis eadem praenuntiavit, qui sacro quoque eum baptismate innovavit[5]. Etenim praedecessoribus eius optentu humilitatis solummodo principum nomine compellari contentis, hic primus, Zacharia papa iubente, consecratur in regem a Bonefacio[a] pontifice[6]. Postea denique a beato Stephano Romanorum papa et pontifice, contra Haistulfum sibi patrocinari petente, in basilica sancti Dionisii perpetua consignatur benedictione cum filiis et coniuge et omni subsecutura posteritate[7]. Ex prosapia siquidem et ipse erat regali, sicut in regum Genealogia facile potest inveniri[8].

II. Capp. 9. 10. 1*a**. *b.* ($c^{1.2}$). 2*a. b. c.*

Cap. 9. a) sepe 2*c.* b) *ita* 1*a**. $c^{1.2}$. *d*; Ermino *rell.* c) Karolo 1*d.* d) est inquit 2*b.* e) eo 1*a**. f) ait *add.* 1*b*; s. ait E. suis 1$c^{1.2}$. *d.* g) fa:::::: miliaribus 1*b.* h) dignosc. 1*a**. i) demo 1*b*, *corr.* k) eum *ante* cern. *collocant* 1$c^{1.2}$; *om.* 2*a.* l) *ita* 1*b. d*; in u. r. Fr. 1*a**; in universum Fr. regnum 2*a. b. c*; *haec om.* 1c^1 (scs *add., sed del.*). c^2.

Cap. 10. a) Alio ig. 2*b. c.* b) *om.* 1$c^{1.2}$. 2*b. c*; qui dicitur *pro* Dei 1*d.* c) *m. al. corr.* Elnone 2*a*, *et ita* 1*d*; Helnon 1$c^{1.2}$.

Nota **. a) Benef. *c.*

moram faciens et inde ad sanctum Benedictum in Casinum usque pervenit et ibi monachus effectus est. 1) *Anno* 751. *ex. aut* 752. *in. Cf. Continuat. Fredegarii c.* 33: Pippinus — — sublimatur in regno. 2) *Saint-Amand-les-Eaux (Nord).* 3) *Ita e. gr. Sigebertus a.* 750 *(SS. VI,* 332*).* 4) *Eligium († 660) multo ante aevum Caroli defunctum quicquam de Pippino praedixisse non traditum est. Auctori ea fortasse in animo versabantur, quae Eligius de filiis Chlodovei II. praenuntiasse dicitur (V. Eligii II,* 32*).* 5) *Cf. V. Willibrordi auct. Alcvino I,* 23. 6) *Haec, quae ex Annalibus regni Francorum a.* 749. 750 *(ed. Kurze p.* 8*) vel Mettensibus a.* 750 *(ed. de Simson p.* 42*) pendent, exscripta sunt in Chronico Vedastino a.* 750 *(SS. XIII,* 702*).* 7) *Cf. Ann. regni Franc. a.* 753. 754 *(p.* 10. 12*) et Clausulam de Pippino (SS. R. Merov. I,* 465; *SS. XV,* 1*), quam auctor non ipsam adhibuit (cf. l.* 21. consignatur*), sed per Hildvinum (Revelatio Stephani papae, SS. XV,* 3*) aut Reginonem a.* 753 *(ed. Kurze p.* 45*) medium.* 8) *Arnulfus, e cuius genere Pippinus ortus est, nepos filiae Chlotharii regis fuisse traditur; cf. Genealogias domus Carolingicae (SS. II,* 308 *sq. XIII,* 245*).*

quiescit, distans a suo fere[a] triginta milia[b, *], obiit quidam monachus in suo coenobio Winebertus[c] nomine. Qui absens, ut dixi, protinus agnovit statimque monachis ibidem consistentibus supplicavit, quatinus exsequias sui monachi celebrarent et sacras hostias Deo pro absolutione illius offerrent. Qui ita gratanter[d] cum gaudio fecerunt.

(11). Hoc quoque etiam[a] operae praetium est[b] promere, quod nullius[c] umquam personae potentis subcubuit timendo vel adulando, ut minus annnuntiaret V. Martini 20, 1. aut subtraheret verbum praedicationis; sed auctoritas apostolica et praedicatio inflexibilis in eo permansit.

(12). Ad postremum profecto, discipulis suis perfecte instructis traditamque[a] cf. Luc. 12, 42. eis cibariam tritici mensuram, provectus aetate et plenus dierum in senectute 737, April. 25. bona anno septingentesimo et trigesimo[b] septimo ab incarnatione domini nostri Iesu Christi VII. Kal. Maias[c] perrexit ad Dominum[1], cui est honor et gloria et[d] imperium[e] et potestas per infinita saecula saeculorum. Amen[f, **].

*) XL fere milibus *Vita II, c.* 8.

Folcvin. c. 5. **) *Vitae II. textus Mabillonianus haec addit (desunt in cod. Londin.):* Rexit autem iam dictum monasterium Laubiense viginti quinque annorum ferme tempore. Sepultus est secus beatum Ursmarum in oratorio sanctae Dei genitricis Mariae in montis cacumine[2], V. I. Ermin. c. 12. relicto Theodulfo episcopo[3] successore. Obiit autem VII. Kalendas Maias, feria quinta ante hebdomadam rogationum[4], anno dominicae incarnationis septingentesimo Folcvin. c. 5. tricesimo septimo, principatus Caroli senioris vicesimo tertio, indictione quinta.

II. Capp. 10—12. *1a**. *b.* ($c^{1.2}$). *d.* *2a. b. c.*

Cap. 10. a) c(o)enobio *add.* *2a. b. c.* b) milibus *2a.* c) Winib. *1d*; Guineb. *2b. c*; Wiinb. $1c^{1.2}$. d) *ita* *1a**. *b. d*; ita gr. et c. g. f. $1c^{1.2}$; ita e vestigio f. c. g. *2a*; cum g. *om.* *2b. c.*

Cap. 11. a) *om.* *1b. 2a.* b) *om.* *2b*; etiam *add.* *1b*; reor depromere *2c.* c) nullius (nullus $1c^2$; nulli *1a**) — potenti *1a**. $c^{1.2}$.

Cap. 12. a) traditaque eis cibaria (cibarii *in litura* *2c*) trit. mensura *2a. c*; cib. *om.* $1c^{1.2}$. b) trices. *1a**. $c^{1.2}$. *d. 2b.* c) Maii $1c^1$. *d*; Mai $1c^2$. d) *ita* *1a**. *b. d*; *om. rell.* e) pot. et i. *2b. c*; in *pro* imp. — infin. $1c^{1.2}$. f) *subscr.* Explicit vita sancti Ermini episcopi atque confessoris *1b*; Finit de sancto Ermino *2b*.

1) *Cf. Folcvini Gesta abb. Lobb. c.* 5 *(SS. IV,* 58*):* Rexit autem sanctus Erminus idem monasterium sub praefato principe Pippino tribus annis et sub Carolo eiusdem Pippini filio similiter seniore et duce viginti duobus annis. Sicque expletis in regimine viginti quinque annis, participatus est gloriae magistri, decedens octavo Kalendas Maii; *Annales Laubienses et Leodienses a.* 737 *(ib. p.* 12*):* Obiit sanctus Erminus episcopus et abbas. *Nomen eius Kalendario Ambrosiano saec. IX (ed. Bresslau, N. Archiv' III,* 102*) et Martyrologii Wandalberti codici Parisiensi n.* 5251 *(saec. X) ad diem* 25. *Aprilis illatum est (d'Achery, Spicilegium II*[2], 47*):* In Laubace (Laubaco *Ambr.*) monasterio (depositio *add. Ambr.*) sancti Ermininoni (Erminonis *ib.*) episcopi. 2) *Cf. V. Ursmari c.* 8 *(supra p.* 461*).* 3) *Immo Theodvino abbate, cui Theodulfus successit; cf. supra p.* 446. 4) *Ascensio Domini a.* 737. *die* 2. *Maii celebrabatur, ita ut Rogationes (Litaniae triduanae) diebus* 29. *et* 30. *Aprilis et Kalendis Maiis fierent.*

VITA HUGBERTI

EPISCOPI TRAIECTENSIS.

Landiberto episcopo Traiectensi clarissimo, de quo supra p. 299 *sqq. B. Krusch v. d. egit, Hugbertus vel, ut antiquitus sine dubio vocabatur, Chugoberctus successit, pontifex non minus decessore celebratus, etsi perpauca de eo constant plurimaque quae vulgo narrabantur multis saeculis post historiae eius accreverunt*[1]. *Erat discipulus decessoris*[2]; *posteri eum monachum Stabulensem fuisse voluerunt, atque nomen eius 'catalogo virorum illustrium' satis dubiae fidei insertum legebatur, qui in coenobio super altare asservatus nomina eorum continebat, quos 'cum beato Remaclo monasterium Stabulaus prius inhabitare coepisse' credebant*[3]. *Ante habitum clericatus susceptum matrimonio usus est, siquidem Florbertus 'filius' eius commemoratur*[4], *idem sine dubio atque Florebertus episcopus, qui post Hugbertum fastis Leodiensibus illatus est*[5], *etsi inde ab aevo Anselmi dubitaverunt, utrum id de filio carnali an spirituali accipiendum esset*[6]. *De genere episcopi nihil memoriae traditum est; sed ut aevo illo pontifices in universum non fiebant nisi originis nobilis, ita B. Krusch supra p.* 304. *iure monuit, nomen eius in familia quadam usitatum esse videri, quae cum domo Carolingica surgente coniuncta erat. Plectrudis, uxor Pippini II. maioris domus, filia Hugoberti erat non post a.* 706. *defuncti*[7], *atque conici licet, Chugobercthum seniscalcum, qui a.* 693/4. *placito Chlodovei III. regis*

1) *De rebus Hugberti discernendis et iudicandis Iosephus Demarteau duabus dissertationibus meritus est, quae inscribuntur: 'Saint Hubert, sa légende, son histoire', Leodii* 1877; *'Saint Hubert d'après son plus ancien biographe' ('Bulletin de l'Institut archéologique liégeois' XVI,* 1881, *p.* 89—160). *Cf. etiam O. Holder-Egger, 'Allgemeine Deutsche Biographie' XIII,* 1881, *p.* 260 *sq.; S. Balau, 'Étude critique des sources de l'histoire du pays de Liége' ('Mémoires couronnés par l'Académie royale de Belgique' LXI),* 1903, *p.* 40 *sqq.; L. Van der Essen, 'Étude critique et littéraire sur les Vitae des saints mérovingiens de l'ancienne Belgique',* 1907, *p.* 53 *sqq. Denique Carolus De Smedt, AA. SS. Nov. I,* 1887, *p.* 759 *sqq. Hugbertina omnia congessit.* 2) *V. Landiberti I, c.* 25 *(supra p.* 379*); V. Hugberti c.* 1. 2. 3) *V. Hadelini* § 8 *(AA. SS. Febr. I,* 374*); cf. notas ad Aegidii Aureaevall. Gesta episc. Leod. II,* 1. 30 *(MG. SS. XXV,* 37. 46*). Cf. Van der Essen l. l. p.* 124. 4) *V. Hugberti c.* 14: una cum egregio filio suo Florberto prestolantes eramus eius gloriosum egressum. 5) *V. Landoaldi auct. Herigero c.* 9 *(SS. XV,* 603*); Ann. Lobienses (ib. XIII,* 227*); Anselmi Gesta episc. Leod. c.* 17 *(ib. VII,* 198*); Series episc. Leod. (ib. XIII,* 291*).* 6) *Anselmus l. l.; cf. Van der Essen l. l. p.* 54. 7) *Pertz, Dipl. Merov. p.* 93 — 95.

Valentianis interfuit[1], *aut patrem Plectrudis fuisse aut episcopum futurum, quem ex eodem genere originem duxisse et ipse crediderim aeque atque Hugbertum comitem palatii, qui c. a.* 724. *chartae Caroli Martelli qui dicitur Augiensi Iopiliae signum suum subiunxit*[2] *et a.* 747. *in Duna villa in iudicio Carlomanni maioris domus adfuit*[3]. *Certe Chugobertus aut Chuchobertus episcopus, qui die* 13. *Maii a.* 706. *duabus chartis Pippini Epternacensibus nomen apposuit*[4], *proximo loco post Pippinum et Plectrudem coniugem et Drogonem filium primus inter pontifices subscripsit, atque necessitudinem quandam artiorem inter hunc et illos intercessisse inde fortasse haud absone statuere licet.*

E chartis illis Epternacensibus cognoscitur, Landibertum decessorem Hugberti, cum die 17. *Septembris occisus esset, non post a.* 705. *occubuisse*[5]; *sed annus certus non constat, ita ut Hugbertus iam aliquot annis ante in sede Traiectensi successisse possit, atque coniectura B. Krusch, qui de a.* 703/4. *cogitavit*[6], *ut eo ipso monente minus certa est, ita haud adeo a vero aberrare videtur.*

De rebus ab Hugberto episcopo gestis nihil fere compertum est nisi translatio Landiberti praedecessoris, quam anno 13. *episcopatus suscepti die* 31. *Maii fecit*[7], *postquam Leodii basilicam in honorem illius 'paravit'*[8], *atque etiam basilicam Apostolorum vel S. Petri ibidem condidit*[9]. *Cum Leodius antea non vocaretur nisi villa*[10], *inde a Landiberto translato locus pro Traiecto sedes episcoporum 'Tungrensium' factus esse posteris videbatur*[11], *ibique etiam Hugbertus in basilica Apostolorum sepulturam nactus est*[12]. *Unde postea, ut fieri solebat, Leodienses instituta aevi proprii ad Hugbertum referebant: ipsum ius civile oppidanis tribuisse, libram panis libramque vini et modium sapienter constituisse, sede episcopii una cum ossibus Landiberti translata*[13]. *In Arduinna, Texandria, Bracbante pagis convertendis gentilibus operam dedit biographo teste*[14]. *Rebus dubiis vel fictis accedunt translatio Servatii a Iocundo saeculo XI. exeunte fabulose enarrata*[15] *et translatio Madelbertae ab Aegidio e sola fama commemorata*[16]. *Denique ea, quae de conciliis ab Hugberto celebratis a Claudio Despretz iurisconsulto Atrebatensi*

1) *Pertz, Dipl. Merov. p.* 58. 2) *Cf. chartam Caroli, quam, duabus spuriis usus, restituit K. Brandi, 'Die Reichenauer Urkundenfälschungen' ('Quellen und Forschungen zur Geschichte der Abtei Reichenau' I),* 1890, *p.* 102 *(cf. p.* 93. 100; *cf. J. Havet, 'Bibliothèque de l'École des chartes' LI,* 1890, *p.* 691, *n.* 1; *Mühlbacher, Regesta imperii I*², *n.* 37*).* 3) *Pertz l. l. p.* 103; *J. Halkin et C. G. Roland, 'Recueil des chartes de l'abbaye de Stavelot-Malmedy' I,* 1909, *p.* 53; *cf. Mühlbacher l. l. n.* 51. 4) *Pertz l. l. p.* 94 *sq.; cf. Mühlbacher l. l. n.* 14. 15. 5) *Cf. ea quae B. Krusch supra p.* 303 *sqq. et* 306 *sq. disseruit.* 6) *Ib. p.* 306. 7) *V. Landiberti c.* 25 *(supra p.* 378 *sqq.); V. Hugberti c.* 2. *Cf. B. Krusch, supra p.* 306. 8) *V. Hugberti c.* 2. 10. 9) *Ib. c.* 10. 15. 10) *V. Landiberti c.* 11. 12. 20. 21. 11) *Cf. supra p.* 306; *Van der Essen l. l. p.* 58. 12) *V. Hugberti c.* 10. 15. 19. 13) *Anselmi Gesta episc. Leod. c.* 16 *(SS. VII,* 198*). Cf. Sigeberti Chron. a.* 710 *(SS. VI,* 329*); V. Landiberti auct. eodem c.* 26. *et auct. Nicolao c.* 12. 15 *(supra p.* 404 *sq.* 416. 419*); Aegidius Aureaevall. II,* 22 *(l. l. p.* 44*), e quo pendent interpolationes epitomae Vitae Hugberti auct. Iona codicis Bruxellensis n.* 2493—98, *saec. XV (Catalogus codicum hagiograph. Bruxell. I,* 1, *p.* 336*).* 14) *V. Hugberti c.* 3. 15) *Transl. Servatii c.* 6—13 *(SS. XII,* 94 *sqq.); cf. Gesta Servatii c.* 21 *(ed. Fr. Wilhelm, 'Sanct Servatius',* 1910, *p.* 85; *de rationibus inter hunc textum et Iocundum intercedentibus eorumque aetatibus cf. ea quae de editione Fr. Wilhelm dixi in annalibus 'Westdeutsche Zeitschrift' XXX,* 1911, *p.* 510—517*). Servatii cultum re vera aevo Hugberti aut paulo post surrexisse monuit Krusch, SS. R. Merov. III,* 83 *sq.* 16) *Aegidius Aureaevall. l. l. II,* 30 *(p.* 46*):* Postmodum — — corpus eius a beato Hugberto episcopo, ut dicitur, apud Leodium cum magna gloria translatum est.

accepta Iohannes Roberti publici iuris fecit[1], *una cum decem canonibus allatis pro figmentis falsarii habenda sunt non alterius atque ipsius Despretz*[2].

Constat tamen, quo tempore episcopus vita functus sit. Hugbertus Furae 'sexta feria' obiit biographo auctore[3]; *deinde cum anno XVI. post visionibus monitum esset, ut corpus eius elevaretur*[4], *elevatio die dominico facta est*[5] *'in anno tertio Carlomanno in regno praecedente'*[4], *qui annum tertium mense Octobri a.* 743. *iniit. Nomen autem Hugberti bis fastis illatum est, et die* 30. *Maii et* 3. *Novembris. In illum conveniunt Wandalbertus*[6]: Tertius *(Kal. Iun.)* Hucberto papa et Felice dicatur, *et Usuardus*[7]: Ipso die sancti Hucberti episcopi et confessoris; *hunc diem exhibent Kalendarium Corbeiense saec. IX/X*[8]: Translatio sancti Hucberti episcopi, *et interpolator Wandalberti saec. X (cod. Paris. n.* 5251*)*[9]: In Traiecto *(immo Leodii)* depositio sancti Huccuberti episcopi, *et codices Martyrologii Bedae saec. IX. et X. interpolati*[10], *itemque dies III. Non. Nov. in fronte Vitae Hugberti legitur*[11], *cum sanctus in codice Bernensi Martyrologii Hieronymiani errore ad diem III. Kal. Nov. margini inscriptus sit*[12]: In Gallia vico Leudio depositio Hugoberti episcopi et confessoris. *Ut autem a.* 743. *re vera dies* 3. *Novembris dominicus fuit, ita dies* 30. *Maii a.* 727. *sexta feria, ita ut anni* 16 *et menses* 5 *intercesserint, id quod cum 'anno XVI.' a biographo ante elevationem commemorato satis congruit. Unde iam ab Aegidio Bucherio et dies* 30. *Maii a.* 727. *pro die emortuali Hugberti habitus et dies* 3. *Novembris a.* 743. *elevationi optimo iure attributus est*[13]. *Utque uterque dies etiam ab Aegidio Aureaevallensi recte distinctus est*[14], *ita Annales Laubienses*[15] *et Hersfeldenses*[16] *obitum episcopi a.* 727. *inscripserunt:* Sanctus Eg(o)bertus migravit ad Christum, *siquidem de sancto Leodiensi neque de Egberto Hiensi († 729) agitur*[17]; *Annales S. Iacobi Leodiensis*[18] *et alii Leodienses*[19] *et Stabulenses*[20] *et Sigebertus*[21] *minus recte a.* 735. *exhibuerunt.*

Aliquanto post elevationem a. 743. *factam* V i t a I. H u g b e r t i *admodum exigua sermone satis barbaro*[22] *composita est. Auctor episcopo 'familiarius' adhaeserat*[23] *neque*

1) *Historia S. Huberti, Luxemburgi* 1621, *p.* 166 *sqq.; Hartzheim, Concilia Germaniae I,* 1759, *p.* 32 *sq.; De Smedt l. l. p.* 793; *Werminghoff, MG. Concilia II,* 816 *sq.* 2) *Cf. A. Poncelet, 'Les documents de Claude Despretz' (Analecta Bollandiana XXIX,* 1910, *p.* 241 *sqq.).* 3) *V. Hugberti c.* 14; *cf. c.* 12. 4) *Ib. c.* 18. 5) *Ib. c.* 19: Mane prima resurreccionis Domini. 6) *MG. Poetae II,* 586. 7) *Ed. Sollerius p.* 304. 8) *d'Achery, Spicilegium II*[2], 67; *Delisle, 'Mémoire sur d'anciens sacramentaires' ('Mémoires de l'Académie des Inscr. et Belles-Lettres' XXXII,* 1, 1886*), p.* 394. *Cf. Kalendarium Corbeiense saec. X. die* 3. *Nov. (Delisle p.* 358*):* Depositio sancti Hucberti episcopi. 9) *d'Achery l. l. p.* 55. 10) *H. Quentin, 'Les martyrologes historiques du moyen âge',* 1908, *p.* 22, *de codice Vaticano Palatino Lat. n.* 833, *c. a.* 850: Sancti Hunberti confessoris; *p.* 26. *de Londiniensi musei Britannici Add. n.* 19725, *saec. X. in.:* Natale sancti Hucberti. *Cf. ib. p.* 236. 239. 11) *Infra p.* 483. *Martyrologium Fuldense saec. X. festum in proximum diem differt, cf. II. Non. Nov. (Analecta Bolland. I,* 44*):* Depositio Hucberhti episcopi et confessoris. 12) *AA. SS. Nov. II,* 1, *p. [*136*].* 13) *Disputatio historica de primis Tungrorum seu Leodiensium episcopis, p.* 51 *(edita post Chapeavilli Gesta pontificum Tungrensium I, Leodii* 1612*). E recentioribus etiam Mühlbacher l. l. n.* 46. *annum* 743. *probavit, cum Holder-Egger l. l. annos* 728. *et* 744. *praetulerit.* 14) *Gesta episc. Leod. II,* 29 *(SS. XXV,* 45*):* Obiit autem circa annum Domini 730, tercio Kal. Iulii *(immo Iunii),* quamvis eius festivitas recolitur III. Nonas Novembris, quando Karlomannus corpus eius de terra levavit et in altum collocavit. 15) *SS. IV,* 12. 16) *SS. III,* 34; *Lamperti monachi Hersfeldensis Opera ed. Holder-Egger,* 1894, *p.* 12 *sq.* 17) *Cf. De Smedt l. l. p.* 772. 18) *SS. XVI,* 636. 19) *Ib. IV,* 12. 20) *Ib. XIII,* 41. 21) *Ib. VI,* 331. 22) *Auctor casus commutavit, scribens* me *pro* mihi *(p.* 482, 5. 28. 487, 27. 489, 25*),* ei *pro* eo *(p.* 484, 1. 486, 17. 490, 6*),* cui *pro* cuius

solum morti Hugberti interfuit[1] et corpori ex Fura loco Leodium transvehendo operam dedit[2] miraculaque ad sepulchrum ostensa vidit[3], sed etiam antea cum episcopo in Aimala villa moratus est, ubi officio divino canendo cum aliis studuit[4], ita ut eum clericum fuisse pateat, atque Niviellae, iubente Hugberto, cum famulis piscando laborem impertivit, ubi, naviculo merso, invocato sancto incolumis evasit, in qua re enarranda se 'servum eius' professus est[5]. Cumque saepe discipulorum Hugberti meminerit[6] seque de colloquiis eorum et episcopi instructum ostendat atque 'contubernalium' suorum mentionem faciat[7], eum e numero discipulorum fuisse veri simile est, nimirum clericorum iuniorum, qui contubernio pontificis fruebantur. Neque vero multo ante obitum Hugberti ad eum pervenisse videtur, cum, ab initio episcopatus exorsus, de tempore anteacto nihil narret neque de parte priore episcopatus quicquam referat, nisi ea quae e Vita Landiberti ab ipso citata et hic illic exscripta[8] de huius translatione comperta habebat[9], ne de annis quidem episcopatus Landiberti satis accurate instructus[10]. Ex contrario de tempore supremo Hugberti obituque et sepultura (c. 10—17) atque de elevatione a. 743. peracta (c. 18—20) complura enarravit vividis coloribus descripta, neque dubito, quin opusculum haud adeo multo post compositum atque saeculo VIII. si non iam medio, at certe posteriori attribuendum sit, atque convenit, quod, monente B. Krusch v. c.[11], auctor in prologo verba nonnulla e prooemio Vitae Amandi mutuatus est, ita ut ante medium saeculum scripsisse nequeat, atque eum brevi post biographum Landiberti ferme aetate Pippini regis opusculum composuisse coniciens, non adeo aberrasse mihi videor. Sane Vita vel primis annis Karoli Magni attribuenda est, si etiam Vitam Corbiniani ab Arbeone paulo ante a. 769. conscriptam a biographo Hugberti adhibitam esse item B. Krusch v. c. recte me docuit[12]; tamen verba, quibus Arbeo cum auctore nostro concordat, perpauca atque eiusmodi sunt, ut similitudines casu quodam contigisse fortasse potius statuendum sit.

Tamen auctori non ubique fides certa habenda est. Sermonis enim Latini minus peritus, narrationem compluribus locis laciniis exornavit e Vita Arnulfi excerptis[13], id quod primus J. Demarteau perspexit[14], neque solum translationem Landiberti (c. 2) et obitum Hugberti (c. 10. 14) partim verbis illius descripsit, sed etiam tria miracula eadem fere quae in illa leguntur rettulit, ita ut, ipsa verba plus minus mutuatus, ad exemplum biographi Arnulfi enarraverit, mulierem ob opus servile die dominico factum contractam (c. 4) alteramque daemoniacam (c. 6) ab Hugberto sanatas incendiumque ab eo sedatum esse (c. 7). Eiusmodi miracula quamquam pluribus sanctis attributa sunt, tamen iure dubitare licet, utrum auctor Vitae Hugberti ea utrique sancto contigisse crediderit an in

(p. 487, 24. 25. 488, 27), uni genetivo alterum addens pro casu alio (p. 488, 14. 491, 29. 494, 9), accusativum ponens pro ablativo (p. 482, 15. 484, 15. 491, 6. 495, 7. 496, 9) et vice versa (p. 483, 6. 11. 484, 6. 485, 6. 486, 14. 20. 488, 9. 493, 14. 494, 14. 495, 22) similiaque plura. Participium pro verbo finito adhibuit (p. 484, 5. 485, 9. 486, 4. 21. 22. 24. 487, 15. 19. 488, 2. 5. 6. 21. 24. 489, 10. 490, 11. 26. 491, 11. 492, 4. 12. 15. 23. 493, 22. 494, 17. 18. 495, 23. 496, 1. 8) atque imperfectum hic illic formavit participio praesentis verbum auxiliare addens (p. 484, 25. 485, 12. 486, 7. 491, 14. 492, 17. 493, 16). Passim nominativum pro ablativo absoluto posuit, ut multa alia mittam indicibus inferenda. 23) V. Hugberti, prol. (infra p. 482, l. 29).

1) V. Hugberti c. 14. 2) Ib. c. 10. 3) Ib. c. 17. 4) Ib. c. 7. 5) Ib. c. 8. 6) Ib. c. 5: ad condiscipulos dixit; c. 9: aliquibus ex discipulis suis exposuit; c. 11: unus ex discipulis eius interrogans illi; c. 13: Tunc ad se venire iussit unum ex discipulis suis; c. 14: alloquens ait discipulis; c. 16: circumdatus plebe una cum discipulis. 7) Ib., prol. 8) Codice usus est classis prioris; cf. c. 2. in anno XIII. et c. 17. surrecturus cum V. Landiberti c. 25. et c. 18 (ubi resurrecturus codices classis 2). Cf. Krusch, supra p. 310. 9) V. Hugberti c. 2. 10) Cf. infra p. 483, n. 2. 11) SS. R. Merov. V, 403. 428, n. 5. 12) Cf. infra p. 490 (n. 1). 492 (n. 3). 494 (n. 2). 13) Accedit Vita Wandregiseli c. 1 (ib. p. 13), quacum pauca verba prologi conveniunt. 14) L. l. (1881) p. 98 sqq.

maiorem gloriam sancti proprii exemplo alterius finxerit. Tamen ea quae de ultimo tempore episcopi et elevatione Carlomanno praesente facta narravit minime spernenda sunt, aliaque insunt ad instituta moresque illius aevi cognoscenda idonea [1].

1*a) Codex* V a l e n t i a n e n s i s *n.* 510 *(*469*)* [2], *saec. XI, olim S. Amandi, fol.* 37—57.

1*b) Codex* T r e v e r e n s i s *bibliothecae urbanae Cat. mss.* 1376, *Num. loc.* 141 *(antea n.* 578. *et* 394*), saec. XVI. in., olim (fol.* 1*)* codex monasterii sancti Mathie apostoli extra muros Tr(everenses) ordinis sancti Benedicti, *fol.* 68—74. *Vitam I. Hugberti absque prologo continet, quam fol.* 74—76. *Translatio II. eiusdem auctore Iona (SS. XV,* 235—237*; v. infra p.* 476*) excipit.*

2*) Codex* N a m u r c e n s i s *seminarii clericalis maioris, saec. XI* [3], *olim S. Gerardi Broniensis, fol.* 145—148'.

Liber 1*a ut actate praestat, ita ubique fere sermonem rudem melius servavit, saepe* 1*b gemello recentiore accedente, variaeque lectiones plurimae quas codex* 2 *exhibet omnes fere ad res grammaticas et orthographicas pertinent, ad expolienda verba auctoris spectantes. Paucis locis menda* 1*a tolluntur,* 1*b cum* 2 *faciente, neque loci desunt, quibus, utroque errante, liber* 2 *lectionem genuinam servaverit, ita ut omnium codicum ratio habenda sit. Quod ex his locis, quamquam perpaucis, cognoscere licet:*

Prol. quorum ad supernam patriam amor est] *ita* 2; (quorum *eras.*) ad supernae patriae amorem 1*a* (amor ē *falso interpretatus*);

c. 1. ut cum ipso interemptus fuissem] *ita* 1*b*; cum *om.* 1*a;* illo *pro* ipso 2*;* utinam cum ipso interempti fuissemus *V. Landiberti c.* 18*;*

c. 2. celebrantes] *ita* 1*b.* 2 *cum V. Arnulfi c.* 23*;* celebrant 1*a;*

c. 6. per hunc almificum pontificem] *ita* 2 *cum V. Arnulfi c.* 20*;* per *om.* 1*a. b;*

c. 14. In primordio sermonis iustus accusator sui est] *ita* 2*;* iustus *om.* 1*a. b, habet ante* in prim. *V. Arnulfi c.* 22 *(e Prov.* 18, 17*).*

Codicem 1*a a W. Arndt b. m. descriptum E. Sackur b. m.,* 2 *B. Krusch v. c. contulerunt;* 1*b ipse adhibui. In rebus orthographicis librum primum omnino secutus sum neque correctorum rationem habui, qui codicem* 2 *hic illic depravaverunt; denique lectiones peculiares libri* 1*b recentioris plerumque neglexi.*

Wilhelmus A r n d t, *'Kleine Denkmäler aus der Merovingerzeit', Hannoverae* 1874, *p.* 52—70, *ex* 1*a Vitam princeps edidit, ex* 2

Carolus D e S m e d t, *'Compte rendu des séances de la Commission royale d'histoire',* 4. *seriei tomus V, Bruxellis* 1878, *p.* 225—257, *idemque inter Acta sanctorum Novembris I, Parisiis* 1887, *p.* 798—805, *codicibus* 1*a.* 2 *adhibitis, Vitam iterum typis mandavit* [4].

Hugbertus per 98 *annos Leodii in basilica sancti Petri requievit. Deinde vero, cum Waltcaudus episcopus Leodiensis (*810—831*) Andagium cellam a Leodio ad meridiem versus in saltu Arduennensi sitam, quae iam a.* 725. *extitisse videtur* [5], *restaurasset*

1) *Haec Demorteau l. l. (*1881*) p.* 143 *sqq. congessit.* 2) *Cf. 'N. Arch.' II,* 268*; 'Catalogue gén. des mss. des bibl. publ. de France, Départ.' XXV (*8°*),* 1894, *p.* 408. 3) *Specimen scripturae De Smedt editioni priori (v. l.* 32*) adiecit.* 4) *De hac editione cf. B. Krusch, 'Historische Zeitschrift' LXIII,* 1889, *p.* 103 *sqq.* 5) *Anonymus, qui a.* 937. *Vitam Beregisi (AA. SS. Oct. I,* 520—529*) composuit (cf. Van-der Essen l. l. p.* 115 *sqq.), refert chartam donationis 'pro difficultate barbaricae scripturae' intellectu difficilem repertam esse, per quam Grimbertus comes Beregiso abbati vineas Trevericas anno quinto Theoderici regis concessisset. Quae charta si genuina erat atque Grimbertus comes recte pro 'inlustri viro Grimberctho comite palati' habitus est, qui a.* 709/10. *occurrit (Pertz, Dipl. Merov. p.* 70*), Theodericus ille quartus nominis fuit chartaque a.* 725/6. *edita est. Cf. G. Kurth, 'Les premiers siècles de l'abbaye de Saint-Hubert' ('Compte rendu des séances de la Commission royale d'histoire',* 5. *series VIII,* 1898*) p.* 11*; 'Chartes de l'abbaye de Saint-Hubert en Ardenne' I,* 1903, *p.* 3.

monachosque pro canonicis instituisset, monachi, inter quos viri nobiles erant ante congregationi S. Landiberti Leodiensi adscripti, ab episcopo petierunt, ut corpus Hugberti sibi concederetur[1]. *Qui, re per tres fere annos dilata, Hadebaldum metropolitam Coloniensem et Ludowicum imperatorem et episcopos a.* 825. *Aquisgrani congregatos*[2] *secundum statuta a.* 813. *in concilio Moguntiaco edita (c.* 51*)*[3] *consuluit atque, consensu eorum impretato, ossa praedecessoris in Andaginense coenobium transvehenda curavit, quae translatio die* 30. *Septembris a.* 825. *facta est*[1]. *Cumque Vita Hugberti sermone nimis inculto scripta esset, Waltcaudus paulo post* I o n a m *episcopum Aurelianensem studio litterarum clarissimum*[4] *adiit, ut Vitam retractandam susciperet. Qui quamquam se de officio iniuncto miratum esse professus est, cum 'palatina scholasticorum facundia' coepiscopo adesset, tamen inter a.* 825. *et* 831. *obsecutus, opus Waltcaudo transmisit, nihil sibi in* V i t a II. *Hugberti vindicans nisi 'superficiem litteraturae' et sermonem expolitum exornatumque. Atque re vera verba tantum immutavit, rebus integris relictis, adeoque decessorem secutus est, ut, quibus locis ille se ipsum ut praesentem loquentemque induxerat, iis etiam ipse eandem personam servaret, unde a posteris errore pro coaevo sancti habitus est*[5]. *Vitam priorem capitibus quindecim emensus (prologus incipit:* Cum constet propagatricem fore, *Vita:* Post gloriosum beatissimi*), capite* 16. *translationem a.* 825. *factam enarravit (incipit:* Haec de vita et mirabilibus*), de qua Waltcaudi aliorumque relatione instructus erat*[6]. *Operi absoluto epistulam dedicatoriam praemisit, excusationibus de exigua facundia ferme dici solitis plenam*[7] *(incipit:* Cum animus modernorum*).*

Vitam a Iona compositam Anselmus[8] *et Aegidius*[9] *rerum Leodiensium scriptores auctoresque Vitae Beregisi*[10] *et Mononis*[11] *et Chronici S. Huberti Andaginensis quod Cantatorium dicitur*[12] *et Martyrologii Andaginensis*[13] *adhibuerunt.*

Opus Ionae, cuius codices multi extant[14], *integrum Iohannes* R o b e r t i, *Historia S. Huberti, Luxemburgi* 1621, *p.* 11—71, *et* D e S m e d t, *AA. SS. l. l. p.* 806—818,

1) *V. Hugberti auct. Iona c.* 16 *(AA. SS. Nov. I,* 817*; SS. XV,* 235*); cf. Chron. S. Huberti c.* 2. 3 *(SS. VIII,* 569 *sq.; ed. K. Hanquet, 'La chronique de Saint-Hubert dite Cantatorium',* 1906, *p.* 6 *sqq.).* 2) *Cf. Simson, 'Ludwig der Fromme' I,* 239*; Mühlbacher, Reg. I*², *n.* 797*c.* 3) *MG. Concil. II,* 272: Deinceps vero corpora sanctorum de loco ad locum nullus transferre praesumat sine consilio principis vel episcoporum sanctaeque synodi licentia. 4) *Cf. Ebert, 'Allg. Geschichte der Literatur des Mittelalters' II,* 1880, *p.* 225 *sqq.; K. Amelung, 'Leben und Schriften des Bischofs Ionas von Orleans',* 1888; *M. Manitius, 'Geschichte der Lateinischen Literatur des Mittelalters' I,* 1911, *p.* 374 *sqq. Quamquam Ionas sedem suam non commemoravit, tamen vix dubitare licet, quin Ionas* ultimus famulorum Christi famulus, *qui 'coepiscopo' Waltcaudo Vitam Hugberti dedicavit, Aurelianensis fuerit. Monuerim, Ionam alibi simili modo se ipsum 'minimum famulorum Christi famulum' nominasse (MG. Epist. V,* 349. 353*).* 5) *Aegidius Aureaevall. l. l. II,* 21 *(SS. XXV,* 43*); inde pendet Vita III. Hugberti c.* 7 *(AA. SS. Nov. I,* 831*; cf. infra p.* 479, *l.* 26 *sqq.).* 6) *Ionas c.* 16 *(AA. SS. l. l. p.* 818*; SS. XV,* 236*):* sicut saepefati venerabilis antistitis Waltcaudi et quorundam aliorum religiosorum virorum veraci relatu didicimus. 7) *Nonnulla exemplo epistulae a Victorio Hilaro missae (MG. Auct. ant. IX,* 678*) scripta esse videntur.* 8) *Gesta episc. Leod. c.* 16 *(SS. VII,* 198*).* 9) *Gesta episc. Leod. II,* 21—29. 34 *(SS. XXV,* 43—45. 48*).* 10) *V. Beregisi §* 5. 20. 21. 26. 27 *(AA. SS. Oct. I,* 521—528*).* 11) *V. Mononis c.* 12 *(Analecta Bolland. V,* 205 *sq.).* 12) *Chron. S. Huberti c.* 2. 3 *(SS. VIII,* 569 *sq.; Hanquet l. l. p.* 6 *sqq.). Cf. K. Hanquet, 'Étude critique sur la Chronique de Saint Hubert' ('Bibliothèque de la Faculté de philos. et lettres de l'Univ. de Liége' X),* 1900, *p.* 124*; Balau l. l. p.* 376. 13) *Die* 30. *Septembris; cf. fragmentum editum a Kurth, 'Les premiers siècles de Saint-Hubert' (l. l. p.* 100 *sq.).* 14) *Codex antiquissimus est Parisiensis n.* 5609, *saec. IX, ab Hincmaro archiepiscopo monasterio S. Remigii Remensi dono datus.*

publici iuris fecerunt. Particulas cum alii typis mandarunt[1], *tum W. Arndt l. l. p.* 70—82. *epistulam, prologum, indicem capitulorum, translationem a.* 825, *E. Dümmler, MG. Epistolae V, Berolini* 1899, *p.* 348—349, *epistulam*[2], *L. de Heinemann, MG. Scriptores XV,* 1, *Hannoverae* 1887, *p.* 235—237, *translationem ediderunt.*

Coenobium Andaginense, quod postea de nomine Hugberti vocatum est[3] *(hodie Saint-Hubert), in regione saltuosissima situm erat, scilicet media in Arduennensi silva, neque mirum est sanctum ibi patronum venatorum factum esse. Saeculo XI. exeunte, cum miracula eius iterum describebantur*[4], *cultus eiusmodi ibi iam pridem vigebat, atque* erat ab antiquo totius Arduennae primoribus ex debito firmatae consuetudinis, per singulas vices annuae venationis primitias et decimas cuiusque generis ferarum beato Huberto persolvere[5]. *Patrono autem venatorum non magis mirandum est ab iis quoque supplicatum esse, qui morsibus canum rabidorum laesi erant, sicque iam eo aevo privilegium morbi rabiei sanandi Hugberto concessum celebrabatur*[6]. *Deinde, qui venatoribus faveret, et ipsum ante saeculum relictum venationi studuisse crediderunt, eaque fabula e studiis fidelium orta primum ab auctore illo Miraculorum Andaginensi saeculo XI. ad finem vergente breviter litteris mandata est*[7]. *Eodem saeculo etiam in Annalibus Lobiensibus Hugbertum antea laicum fuisse relatum est, primumque ibi Oda, uxor Boggis ducis Aquitanorum fabulosi*[8], *ei quasi amita adiuncta esse videtur*[9], *neque vero quicquam accuratius de Hugberto laico etiam tum enarratum invenitur.*

Quod saeculo XII. factum est, cum res ab eo ante dignitatem pontificalem susceptam gestae, quas neque biographus antiquus neque Ionas attigerant, ab homine descriptae sunt, qui talia minime novisse neque alia referre poterat nisi fabulas inanes atque figmenta, primusque Nicolaus canonicus S. Landiberti Leodiensis narrationes eiusmodi Vitae Landiberti Wederico abbati coenobii Letiensis (1124—47) *inscriptae inseruit, de qua B. Krusch v. c. supra p.* 342 *sqq. pluribus egit. Nicolaus sane, talia referens, libellum attulit,* quem, a viris fidelibus editum de vita et conversatione ipsius Hugberti ante episcopatum, a plerisque apud nos et haberi et legi non est dubium[10];

1) *Editiones universae et huius Vitae et textuum sequentium enumeratae sunt in Bibliotheca hagiographica Latina I, p.* 595 *sq.* 2) *Eandem iam ediderat 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' VI,* 1866, *p.* 126—127. 3) *Cf. Kurth, 'Les premiers siècles' p.* 54. 4) *Cf. Hanquet, 'Étude' p.* 98 *sqq.* 5) *Mirac. II. Hugberti c.* 15 *(AA. SS. Nov. I,* 825; *MG. SS. XV,* 911*); cf. Chron. S. Huberti c.* 58 *(SS. VIII,* 597; *Hanquet l. l. p.* 132*). De Hugberto patrono venandi egit De Smedt l. l. p.* 921 *sqq.* 6) *Mirac. II. Hugberti c.* 14. 21 *(AA. SS. l. l. p.* 825. 827; *SS. XV,* 911 *sq.; Chron. S. Huberti c.* 19 *(SS. VIII,* 578; *Hanquet l. l. p.* 47*). Cf. H. Gaidoz, 'La Rage et St-Hubert' (Bibliotheca mythica I), Parisiis* 1887; *De Smedt p.* 871 *sqq.* 7) *Mirac. II. Hugberti c.* 15 *(l. l.):* quod idem sanctus, priusquam, mutato seculari habitu, propositi sancti ordinem percepisset, huius exercitii fuerit studiosus. Unde et de cetero a quibusque vicinis nobilibus idem studium in eius nomine agitur. 8) *Testimonia nullius auctoritatis ad Boggisum spectantia post Rabanis et Bonnell congessit De Smedt, AA. SS. Nov. I,* 772 *sqq.* 9) *Ann. Lobienses (SS. XIII,* 227; *supra p.* 415, *n.* 2*):* Hoc tempore constat sanctum Hubertum Leodicensem obiisse et Florebertum filium eius successisse. Siquidem laicus fuerat antea beatus Hucbertus. Cuius . . . . *(spatium unius vocis in codice relictum est)* sancta Oda, uxor Boggis ducis Aquitanorum, multum non solum Leodicense, sed et alia episcopia praediis suis vidua ditavit, ad ultimum in Leodicensi parrochia requievit. *Haec in Annalibus Stabulensibus descripta sunt, ubi loco lacunae* amita *legitur (SS. XIII,* 41, *n.* 7*), itemque Oda a biographo ipsius §* 3 amita beati Huberti *vocatur (AA. SS. Oct. X,* 139*). Cf. Balau l. l. p.* 245 *sqq.; Van der Essen l. l. p.* 50. 189 *sqq.* 10) *V. Landiberti auct. Nicolao c.* 16 *(supra p.* 426*).*

sed hic libellus adhuc non comparuit, neque eum umquam extitisse neque Nicolao auctori sublestae fidei in ea re fidem habendam esse, et C. De Smedt coniecit[1], *consentiente L. Van der Essen*[2], *et B. Krusch supra statuit, atque Vitas Hugberti posteriores e Nicolao pendere neque vice versa hunc Vita illius quarta usum esse, contra A. Poncelet b. m., qui novissimus contrariam partem tenuit*[3], *Krusch mihi quidem probavit, ita ut ad argumenta eius (supra p. 344 sq. et 429—432) lectores referre liceat. Nicolaus igitur, historiam Landiberti enarrans, ter (c. 12. 13. 16, supra p. 415 sqq. et 425 sq.) Hugberti mentionem fecit, talia fere referens: Tempore Ebroini maioris domus crudelissimi Hugbertum adulescentem nobilem Aquitanum sub Theoderico rege officio comitis palatii functum esse. Mores autem Ebroini exsecratum, 'Franciam Sequanorum' eum deseruisse seque in Austriam ad Pippinum ducem contulisse, comitante Oda amita, vidua Bohggis ducis Aquitanorum recens defuncti. Deinde Hugbertum in dioecesi Tungrensi apud Pippinum conversatum, audita fama Landiberti episcopi, Traiectum descendisse eiusque exemplo motum militiam saecularem habitu quidem servasse, quia coniugium legitimum eum in illa detinuisset, sed re vera clericum atque discipulum Landiberti pro comite militeque effectum esse (c. 12). Episcopo igitur suadente, Romam eum profectum esse (c. 13), adventumque eius Sergio I. papae (687—701) dormienti ab angelo nuntiatum esse ea hora, qua Landibertus martyrio occubuisset, etiam baculo eius pastorali allato, ut papa eo usus successorem Landiberti illum constitueret; quem eodem die agnovisset et de nece decessoris per signum baculi certiorem fecisset (c. 16).*

Fabulas ab auctore adeo posteriore primum enarratas refutare haud opus est, idque unum iis quae B. Krusch supra exposuit addam, Sergium papam angelica visione de adventu sancti admonitum eumque ecclesiae praeficere iussum ad exemplum Willibrordi referendum esse[4], *de quo Alcvinus similia rettulerat*[5], *reique inde mutuandae fortasse cum depositio Willibrordi paucis diebus (Nov. 7) post festivitatem Hugberti (Nov. 3) celebrata favit, tum sedes utriusque Traiectensis, cum ille Rheni, hic Mosae Traiecti episcopus fuisset, ita ut Vita Willibrordi ad gesta alterius supplenda facilius sese animo obicere posset. Nescio an Hugbertus comes palatii a. 724. et 747. in chartis commemoratus*[6] *auctori notus fuerit*[7] *eumque adduxerit, ut officium eius alteri Hugberto attribueret.*

Opus Nicolai saeculo XIII. medio A e g i d i u s *Aureaevallensis (a. 1251) in Gestis episcoporum Leodiensium conscribendis adhibuit, cui etiam Ionas et Anselmus et auctor Chronici S. Huberti Andaginensis alius alia de Hugberto narranda praebuerunt*[8], *atque Nicolaum adeo secutus est, ut vel libellum illum de vita et conversatione Hugberti ante episcopatum iisdem verbis afferret atque ille*[9], *a quo solo sine dubio de eo instructus erat. Res autem duae apud Aegidium accesserunt, posteris acceptae. Narravit enim, Traiecti inter exequias Landiberti vocem desuper intonuisse, qua Hugbertum eo die Romae per papam ordinatum et consecratum esse nuntiatum esset*[10]; *deinde autem, a Nicolao ad gesta Hugberti episcopalia e Iona comperta transitum faciens, de episcopo Roma Traiectum regresso nova inseruit*[9]: Igitur venerandus presul Hugbertus a Ro-

1) *L. l. p.* 782. 2) *L. l. p.* 51 *sq. et* 64 *sqq.* 3) *'L'opuscule De vita et conversatione S. Huberti ante episcopatum' ('Revue Charlemagne' I,* 1911, *p.* 129—145*).* 4) *Id quod docuit J. Demarteau l. l. (*1881*) p.* 94 *sq.* 5) *V. Willibrordi I,* 7. 6) *Cf. supra p.* 472. *Charta Carlomanni (a.* 747*) pro monasteriis Stabulensi et Malmundariensi data est et Stabulensi Hugbertum monachum adscriptum esse posteri nonnulli voluerunt (cf. ib. p.* 471*).* 7) *Cf. Demarteau l. l. (*1881*) p.* 113 *sqq.* 8) *Gesta episc. Leod. II,* 10. 11. 21—29. 34 *(SS. XXV, p.* 40—45. 48*).* 9) *Ib. c.* 21 *(p.* 43*).* 10) *Ib. c.* 11 *(p.* 41*).*

mana urbe cum baculo et pontificalibus beati Lamberti rediens, secum[1] ferens clavem a beato Petro sibi traditam, a clero et populo Traiectensi honorifice suscipitur et in cathedra pontificali[2] inthronizatur. *Clavem eiusmodi argenteam Servatio episcopo Tungrensi Romae a Petro apostolo quasi 'signum mirabile claudendi caelum et aperiendi potestatis acceptae' traditam esse, saeculo XI. Traiecti finxerant*[3], *ubi in ecclesia S. Servatii clavis inter reliquias adhuc asservatur*[4], *atque rationem similem clavis Leodiensis auctor exposuit, qui paulo post Aegidium*[5] *saeculo XIII. exeunte Gesta pontificum Leodiensium abbreviata conscripsit, haec referens*[6]*:* A papa ergo in episcopum consecratus, cum ibi missam celebraret, apparuit ei beatus Petrus, tradens ei clavem quasi auream in manu gestandam in potestatem ligandi et solvendi et lunaticis furiosisque conferendi sanitatem. Clavis praedicta usque hodie Leodii in ecclesia beati Petri monstratur. *Quae iam in ecclesia S. Crucis Leodiensi asservatur*[7] *atque sine dubio fabulae allatae occasionem nascendi dedit*[8], *etsi minus certus sum, Leodienses exemplum Servatii imitatos esse*[9] *neque talia sibi ipsos excogitasse.*

Narratiunculae igitur de rebus ab Hugberto ante episcopatum gestis iam satis prodierant, historiae Landiberti decessoris aut pontificum Leodiensium insertae, idque solum restabat, ut seorsum exscriptae libellum 'de vita et conversatione sancti Huberti ante episcopatum'[10] *efficerent atque Vitam Hugberti sive primam sive Ionae supplerent, id quod deinde non semel factum est. Atque* V i t a *Hugberti* t e r t i a *(prologus incipit:* Vitam et martyrium beati Lamberti, *Vita:* Eo tempore quo Ebroini crudelitas*), quam primo loco post Ionam et Miracula* D e S m e d t *l. l. p.* 829—831. *publici iuris fecit*[11], *e Nicolai Vita Landiberti ad verbum fere ab auctore satis imperito descripta est*[12], *quippe qui non solum narrationem c.* 12. 15. 13. 16 *(supra p.* 414—416. 419 *sq.* 416—418. 425 *sq.) iteraverit, sed etiam prologum (p.* 408*) expilans testes a Nicolao laudatos velut Gesta Francorum et Reginonem etiam particulis a se ipso excerptis attribuerit, ad quas minime pertinent. Verba quoque nonnulla ex Aegidio (II,* 21*)*[13] *deprompta in plerisque codicibus in calce leguntur, cumque huic dicere liceret, se quaedam e libro Ionae decerpta retexuisse, auctor Vitae, verbis illis paululum immutatis, absurde*

1) *Verba* secum — traditam *in codice Aegidii deleta sunt.* 2) *Nescio an verba haec casu quodam cum Vita I. Hugberti c.* 1. *conveniant:* Electus est igitur Hugbertus pontifex et in chathedra pontificali summo honore collocatus. *At cf. B. Krusch, supra p.* 432, *l.* 21. 3) *Gesta Servatii c.* 12 *(ed. Wilhelm l. l. p.* 47*).* 4) *Cf. Fr. Bock et M. Willemsen, 'Die mittelalterlichen Kunst- und Reliquienschätze zu Maestricht',* 1872, *p.* 1 *sqq.; Wilhelm l. l. p. XVIII. et tab. II; H. Leopold, 'Der Maestrichter Confessio-Petri-Schlüssel' ('Römische Quartalschrift' XXIV,* 1910, *pars* 1, *p.* 131—154*), quae dissertatio saepius ratione critica indiget (cf. A. Poncelet, Analecta Bolland. XXX,* 1911, *p.* 481 *sq.).* 5) *Cf. B. Krusch, supra p.* 429 *sq.* 6) *Poncelet l. l. p.* 144, *qui (n.* 1*) monuit, ex hoc auctore (cuius particulae excerptae leguntur SS. XXV,* 129 *sqq.) saeculo XIV. exeunte hausisse continuatorem tertium Gestorum abbatum Trudonensium I, lib. I, c.* 28. 29 *(SS. X,* 369*) et Chronicon Leodiense a.* 1402 *(ed. E. Bacha, 'La Chronique liégeoise de* 1402*', Bruxellis* 1900, *p.* 63*). Eadem fere verba in Vita Hugberti IV. c.* 5 *(De Smedt l. l. p.* 833*) leguntur (cf. Poncelet l. l.); sed utrum Gesta abbreviata ex hac pendeant an haec ex illis, adhuc minus constat (cf. B. Krusch, supra p.* 430*).* 7) *Cf. Bock et Willemsem l. l. p.* 9. 13. 15 *sqq.; De Smedt l. l. p.* 869 *sqq.* 8) *Ita Van der Essen l. l. p.* 68. 9) *Wilhelm l. l. p. XIX.* 10) *Ita praescriptio codicum vetustiorum Vitae IV; cf. Poncelet l. l, p.* 131. 11) *Saepius lectiones codicum* 3 *et* 5 *in textum recipiendae erant, id quod Nicolao collato patet. Ultima sententia prologi e Sulpicii Severi Vita Martini c.* 1, 9 *(ed. Halm p.* 111*) pendet.* 12) *Cf. Van der Essen l. l. p.* 65 *sq.; Poncelet l. l. p.* 135 *sq.* 13) *SS. XXV,* 43.

asseruit: Sed et de vita et miraculis quae in episcopatu gessit, quae quidem ex libro domni Ionae episcopi — — decerpens meo opusculo alibi indidi, hic aliquid retexere supersedi, *id quod in opusculum non convenit, in quo conscribendo Ionae Vita adhibita non est; tamen haec verba ab uno codice melioris notae*[1] *absunt, ita ut minus certus sim, utrum auctoris an postea addita sint. Codices saeculum XIV. non superant.*

Vita quarta vel 'Conversio' quae dicebatur Hugberti, cuius codices adhuc noti saeculo XV. exarati sunt[2] *(inc.* Tempore quo Ebroini crudelitas*), in codicibus melioribus collectionem quinque librorum ducit, cui praeter eam epitome operis Ionae in tres partes divisa et 'Flores miraculorum' Hugberti e Miraculis eius Andaginensibus exscripti insunt, hic illic interpolationibus paucis insertis*[3]*, atque hic libellus 'de vita et conversatione sancti Huberti ante episcopatum' item e Nicolao pendet, id quod B. Krusch, ut iam monui, supra p. 344 sq. et 429 sqq. exposuit, neque solum auctor relationem illius c. 12. 13. 16 (supra p. 414 sq. 417 sq. 425—426, l. 8) exscripsit, nonnullis omissis, quae auctor tertius receperat, sed etiam res Romae gestas, quas ut futuras Nicolaus potius attigit quam narravit, latius descripsit*[4]*, ea quoque referens, quae in Gestis pontificum Tungrensium abbreviatis de clave a Petro apostolo tradita leguntur*[5]*, atque ut iam Aegidius pontificalium Landiberti mentionem fecerat*[6]*, ita eadem ab angelis e loco martyrii allata esse auctor voluit, quibus sola stola defuisset, quae statim per angelum a Maria virgine, ecclesiae Tungrensis patrona, transmissa esset,* per quam plurima miracula Deus ad declarationem meritorum beati Huberti quotidie operatur, *atque monendum est, stolam quandam Andagii ad rabidos sanandos*[7] *adhibitam esse*[8]*, e qua consuetudine, nisi fallor, fabula illa excrevit. Denique auctor in calce reditum et inthronizationem Hugberti breviter enarravit, verba ab Aegidio*[9] *mutuatus, quem etiam antea praeter Nicolaum adhibuerat*[10]*.*

Vitae quartae primigeniae fabula famosissima nondum inerat de cervo crucifero, qui Hugberto die sollemni venationem excercenti apparuisset, dum vocem audiret, poenam infernalem nisi converteretur minitantem, ad quod monitum exsequendum statim promptum se exhibuisset. Haec narratio (Fertur autem quod die — — quod monuerat) *primo in calce collectionis, quam Vita quarta ducit, 'Floribus miraculorum' subiuncta erat, scilicet Miraculis Hugberti II, 15*[11]*; sed cum loco minus apto ibi legeretur, postea in parte codicum saeculo XV. exaratorum ipsi Vitae inserta est*[12]*, quamquam cum auctoritate Landiberto in Hugberto convertendo a Nicolao attributa discrepat*[13] *fictaque videtur esse exemplo sancti Eustathii vel Eustachii*[14]*, qui iisdem diebus atque Hugbertus colebatur*[15]*, cuiusque Gesta (§ 3. 4) fabulam simillimam continent*[16]*.*

1) *Scilicet a codice 3; cf. p. 479, n. 11.* 2) *Cf. Poncelet l. l. p. 131 sq.* 3) *Cf. Catalogum codicum hagiograph. Bruxell. I, 1, p. 335 sqq.; Poncelet p. 140 sq; infra p. 496, n. 3.* 4) *Cf. supra p. 426, n. 1.* 5) *Cf. supra p. 479.* 6) *Cf. ib. p. 479, l. 1.* 7) *Cf. ib. p. 477.* 8) *Cf. De Smedt l. l. p. 867 sqq.* 9) *Supra p. 478 sq.* 10) *Cf. Krusch, supra p. 345. 432.* 11) *Post verba, quae supra p. 477, n. 7, attuli,* fuerit studiosus; *cf. Poncelet l. l. p. 141 sq.* 12) *Cf. Poncelet l. l. p. 138 sqq.; supra p. 415, n. 1.* 13) *Cf. Demarteau l. l.* (1877) *p.* 12. 14) *Cf. ib. p. 14 sqq. et alteram dissertationem auctoris* (1881) *p. 91 sqq.; A. Monteverdi, 'La leggenda di S. Eustachio' ('Studi medievali' III, 1909, p. 202—204).* 15) *Plerumque die 2. vel 3. Novembris; cf. e. gr. Grotefend, 'Zeitrechnung' II, 2, 1898, p. 97; Catalogus codicum hagiograph. Latin. Paris. III, 713 sq.; G. Zilliken, 'Der Kölner Festkalender' ('Bonner Jahrbücher' CXIX, 1910, p. 110).* 16) *AA. SS. Sept. VI, 124. Originem fabulae ex parte saltem ad Indiam referendam esse statuerunt M. Gaster, 'Journal of the Royal Asiatic Society' 1894, p. 335—340; I. S. Speyer, 'Buddhistische elementen in eenige episoden uit de legenden van St. Hubertus en St. Eustachius' ('Theologisch Tijdschrift' XL, 1906, p. 427—453); R. Garbe, 'Buddhistisches in der christlichen Legende' ('Deutsche Rundschau' XXXVIII, 1, Octob. 1911, p. 125—132); cf. etiam H. Günter, 'Legenden-Studien', 1906, p. 37 sqq.*

Vita quarta[1] *hac interpolatione aucta a* I. Roberti *l. l. p.* 3—11. *et* De Smedt *l. l. p.* 832—833. *edita est; prologus autem etiam ab hoc praemissus (incipit:* Secularibus et spiritualibus personis*) a codicibus abest, excepto Hagiologio Brabantinorum, quod Iohannes Gielemans canonicus Rubeae Vallis c. a.* 1480. *compilavit*[2], *eique auctori iam a I. Roberti iure attributus est*[3].

Denique Vita quarta saeculo XV. ab auctore Vitae quintae *retractata est, qui fabulam de cervo illic minus cohaerentem cum reliqua narratione magis coniungere conatus est aliaque satis inepta addidit. Voluit Hugbertum paganum fuisse atque a Christo crucifixo inter cornua cervi apparente monitum ad Landibertum se contulisse et ab eo baptizatum esse. Fabulis talibus aliisque et e Vita IV. pendentibus et novis compendium subiunxit e Iona haustum*[4]. *Opusculum universum exhibet appendix Legendae Aureae a.* 1483. *Coloniae editae, quae inscribitur:* Historie plurimorum sanctorum *noviter addite laboriose collecte et prolongate, fol.* 360′—362′; *partem priorem (incipit:* Hubertus nobili exortus prosapia*)* De Smedt *l. l. p.* 834—835. *typis mandavit*[5].

1) *Codex* Romanus *Vaticanus Reginae Lat. n.* 1118, *saec. XVI. in., quem* Alexander Petavius senator Parisiensis 1645. *possedit, fol.* 23, *totus Hugberto dicatus (cf. 'Archiv' XII,* 314*), fol.* 1—16. *Vitam et Translationem eius auctore Iona continet, praemissa narratione de tempore ante episcopatum acto, quae e Vita IV. pendere videtur (praescr.:* Incipit legenda sancti Huberti, *inc.:* Tempore, quo Sergius papa; *narratio de cervo adest). Sequuntur fol.* 16—23′. *Miracula eiusdem (AA. SS. Nov. I,* 823—829; *SS. XV,* 2, 910—914*). — Versio Francogallica auctore Huberto Le Preuvost a.* 1459. *composita, quam edidit Ed. Fétis, 'Légende de saint Hubert', Bruxellis* 1846 *(librum non vidi) et comes de Douhet, 'Dictionnaire des légendes du christianisme' (ed. Migne, 'Troisième et dernière encyclopédie théologique', tom. XIV), Parisiis* 1855, *col.* 604—647, *iteravit (de editione Parisiensi a.* 1510—30. *cf. E. Van Arenbergh, 'Biographie nationale de Belgique' IX,* 1887, *p.* 603*), quaeque in codicibus Parisiensibus Francogall. n.* 7025, *saec. XV (cf. A. P. Paris, 'Les manuscrits françois de la Bibliothèque du roi' IV,* 1841, *p.* 75 *sqq.) et 'Nouv. acq. franç.' n.* 10721, *saec. XVI, fol.* 45′ *(cf. H. Omont, 'Bibliothèque de l'École des chartes' LXXII,* 1911, *p.* 25*) legitur (prol. incipit:* 'Comme ainsi que dit', *Vita:* 'Au temps jadis que ung tirant'*), quattuor libris nititur, partim quidem e Vita III. pendens (c.* 1. *et* 4—10*), cuius codex adhibitus* 3 *similis fuisse videtur, sed accesserunt et fabula cervi (c.* 2. 3*) additamento Vitae IV. exornatior et altera narratio cum huius Vitae capitibus c.* 4—6. *comparanda (c.* 10—13*), denique opus Ionae (c.* 13—19. *et* 21—46*), uno miraculo inserto (c.* 20*), et Miraculorum Hugberti liber prior (c.* 47—55*) Francogallice reddita subsequuntur. De versione Vitae IV. Flandrensi cf. Poncelet l. l. p.* 139, *n.* 1. 2) *Cf. Poncelet l. l. p.* 132; *Analecta Bolland. XIV,* 1895, *p.* 11. *Extat in codice Vindobonensi bibliothecae privatae imperatoris n.* 9363; *Vita Hugberti tom. I, fol.* 133′—135′, *continetur (ib. p.* 47*).* 3) *L. l. p.* 120. 4) *Praeterea ex Aegidio (supra p.* 473, *n.* 14*) nota temporis inserta est:* Obiit autem sanctus Hupertus circa annum Domini DCCXXXI. tercio Kalendas Iunii, quamvis eius festivitas recolatur tercio Nonas Novembris, quia tunc corpus eius cum gloria fuit de terra elevatum. 5) *E Vita quinta, etsi nonnulla immutata sunt, versio Germanica pendet, quae legitur in codice olim Coloniensi coenobii virginum viae S. Gereonis ('susteren zo up sent Gereoins straissen'), iam Francisci Schultz professoris Stratoburgensis v. c., a.* 1463. *exarato, utramque partem complectens et priorem fol.* 50—51 *(praescr.:* 'Van sente Hupricht legende', *incipit:* 'Sente Hupricht was geboren van edelen alderen. — — Hi was in der stat Turoen eyn hertzoge ende was eyn heyden. Hi reit eyns op den goiden wijssen vridach iagen in eynen walt', *desinit:* 'Wilchen hilgen man sent Hupricht eynen meichtigen marschalt Christi wir weren soillen op desem eertrich mit goiden wercken, op dat' *etc.) et fol.* 51—53. *epitomen*

Fabulas ceteras veluti figmenta Iohannis Ultramosani († 1400)[1] *asseclarumque atque compilatores medio aevo posteriores mitto.*

W. Levison.

PROLOGUS[a] VITAE SANCTI HUGBERTI EPISCOPI.

[V. Amandi, prol.] Scripturus vitam beati antistitis Hugberti[b], munus illius in hoc opus adesse me[c] deposco, qui se petentibus munificum largitorem piissime spondit[d] adfuturum. [V. Arnulfi, prol. V. Wandregiseli c. 1.] Etenim cum huius sancti pontificis vitae cursum stilo elicere[e] adgredior, vires non suppetunt, inpericia denegante. Adgrediar tamen facultate qua valeo, quia ad illum [V. Amandi, prol.] spem erigo, qui dixit: *Aperi os tuum et ego adimplebo illud.* Et revera illius satis digno praeconio praedicatur, quicquid in sanctis eius mirabile invenitur, salvatore testante, [Ioh. 15, 5. Ps. 150, 1.] qui ait: *Sine me nihil potestis facere;* et iterum psalmigraphus: *Laudate Dominum* [V. Arnulfi, prol.] *in sanctis eius.* Ergo labiis subpremere reticendo nullatenus credimus, quicquid[f] in exemplo bonae accionis divulgata proficiunt atque sectatoribus suis incunctanter[g] parte[h] tribuunt cum sanctis. Veritur[i] a quibusdam meis[k] contubernalibus, simplices atque minus peritos tantum[l] arripere opus, ne, quando manibus[m] virorum peritorum legendum inciderit, pro rusticitatis verba et inconposita oracione derisui habeantur[n] ab eis.. Sed ego nihil horum vereor, cuius studium est imitationi[n*] sanctorum pandere fratribus, ut eorum vitae exemplo accendantur profusius, quorum[o] ad supernam[p] patriam amor est; magisque humiliter peto eruditis atque peritis lectoribus, ac quasi singulorum vestigiis provolutus, ut rusticitati[q] meae et pollutis sermonibus veniam dent, et si quid[r] forte corrigenda invenerint, digna emendacione elucubrent[s]: quia cum summa diligencia vitam sanctorum hominibus enitere in promptu decet[t], ut multis proficiat, quia iuxta [Luc. 11, 33. Matth. 5, 15.] euangelica[u] auctoritate *nemo accendit lucernam et in abscondito ponit neque sub modio, sed supra candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt.* Nunc igitur in [V. Amandi, prol.] nomine indivise[v] Trinitatis narracionis seriem conabor adgredere[w], qualiter beatus Hugbertus episcopali culmine est provectus, qualisque in episcopatu vita eius extitit, vel quem terminum felix[x] eius vita habuerit, in subsequenti opere demonstrabo, quia tanto quaeque de eo vera proferre potero, quanto me contigit familiarius eius praesentiam[y] non deesse[z].

Prol. 1*a*. 2.

Prol. a) Incipit prol. in vita s. Huberti confessoris *praescr.* 2; *prologus deest* 1*b*. b) Hubert. *semper* 2. c) *om.* 2. d) spopondit 2. e) percurrere 2. f) quicq::: xemplo *m. al. corr.* quicquid exemplo 2. g) incontanter 2. h) *m. al. corr.* partem 1*a*, *et ita* 2. i) Petitur 2. k) cont. meis 2. l) t. arr. o. *om.* 2. m) mabus 1*a*, *corr.* n) habeatur 2. n*) *expectes:* imitationem. o) *eras.* 1. p) ad supernae patriae amorem; mag. 1*a*. q) rusticitatis *pr. m.* 2. r) qua 2. s) elugubrent 2. t) *ita* 2; debet *m. al. suppl.* 1*a*. u) ęuuangelicam auctoritatem 2. v) divinae 2. w) aggredi 2. x) f. eius v. *om.* 2. y) m *eras.* 1*a*; praesenti: *m. al. corr.* praesentiae 2. z) Explicit prologus *add.* 2.

Ionae, cui et ipsa Vita inest (praescr.: 'Van sent Hupricht', *incipit:* 'Na dem dode sente Lambertus', *desinit:* 'zo eyme ewigen gedeichtnisse'*) et translatio prior (praescr.:* 'Wie sent Hupricht verhaven was', *incipit:* 'Seistzeyn iair na sent Huprichts dode'*), sed translatio a.* 825. *omissa est, atque in calce pauca verba de remediis morsuum apud Hugbertum repertis accesserunt (desinunt:* 'Ouch eyn eicklich onsynnich krancke beiste als eyn verken of eyn koy, wirt si zo der kirchen sent Huprichts gevoirt, si wirt gesunt'*).* 1) *'Jan des Preis dit d'Outremeuse, Ly myreur des histors', ed. A. Borgnet II,* 1869, *p.* 333—436. *passim. De indole auctoris cf. G. Kurth, 'Étude critique sur Jean d'Outremeuse' ('Académie royale de Belgique, Mémoires in-8⁰, Deuxième série' VII, 2),* 1910.

IN[a] NOMINE SANCTAE ET INDIVIDUAE TRINITATIS INCIPIT VITA SANCTI AC BEATISSIMI HUGBERTI PONTIFICIS, QUOD EST III. NON. NOVB.[1]

(1).[b] Beatissimus igitur Landbertus[c] pontifex, cum pontificali apice XL annis[2] functus[d] esset officio, triumphum sui[e] certaminis martyrii palmam adeptus, martyrum collegio sociatus, exultat in perpetuum[3]. Post cuius sacro[f] martyrio Dominus, qui pro suis ovibus animam[g] posuit, gregem suum lacerare luporum morsibus (cf. Ioh. 10,11.) venenatis non paciens[h], suscitavit eis pastorem, qui iuxta voluntatem suam pastor existeret gregis et imitator sui praecessoris. Electus est[i] igitur Hugbertus[k] pontifex et in chathedra pontificali summo honore collocatus. Officio sibi commisso, omni studio nitebatur sanctorum imitare vestigiis, initoque consilio secundum praeceptum[l] Domini, qui ait: *Vade, vende omnia quae habes et da pauperibus, et habebis* (Matth. 19,21.) *thesaurum in caelum*[m], *et veni sequere me,* fuit* igitur largitor indigencium, refocilator pauperum, sustentator orfanorum, consolator viduarum, adminiculum obpressorum, misertus inopum, monasteriorum visitator, pater miserorum, in tribulacione subveniens, dolentes[n] in merore concussos consolatoria indicens verba, trusos[o] in carcerem exenia[o*] per fenestram mittens, eminentissimus omnium largitor, largus ad dandas elemosinas, argenteis[p] ligatis in palleis iugiter[p*] secum deportans, non surdus auditor ad se clamantes[q], paratus semper daturus[r] invenitur. Paulisper interposito tempore, Iesu favente, nec[s] inmemor erat magistri sui[4] sancti[t] Landberti[u] pontificis beneficia[v]; sed semper recordans et de eius martyrio, quod nuper acciderat, satis intrinsecus dolendo ingerebat suspiria, qui nec lacrimis[w] ab oculis mitigare[5] valebat, sed lurida[x] facie et genas humectas[y] fletus[z] rigando percurrens, amarissimo animo dicendo: 'Non fui dignus ego miser, u t cum[a] ipso interempt u s fuisse m'. (V. Landiberti c. 18.)

*) De cura subditorum *praescr.* 1*b*.

Cap. 1. 1*a*. *b*. 2.

Cap. 1. a) *ita* 1*a; praescr.* Inc. vita sancti Huberti episcopi et confessoris, quod est III. Non. Novb. 2; Vita beati Huberti confessoris atque pontificis ecclesie Leodiensis 1*b*. b) *numeri desunt codd.* c) *ita scripsi;* Lantbertus 2; Lanbertus *hoc loco* 1*a*; Lampertus 1*b*. d) e. f. 2. e) cert. sui 2. f) sacrum marty(i)rium 1*b*. 2. g) suam *add.* 2 *cum Vulg.* h) pociens 1*a*. i) ig. est 2; est *om.* 1*b*. k) Hubert. *semper* 1*b*. l) D. pr. 2. m) c(a)elo 1*b*. 2. n) dolentibus in m. concussis 1*b*; conc. *om.* 2. o) Retrusos in carcere: (*ras.* s?) 2; trusis in c. 1*b*. o*) *ita* 1*b*. 2; xeniae 1*a*. p) argenteos ligatos 2; argentum ligatum 1*b*. p*) iugi 1*a*, *corr.*; iugis 1*b*. q) clamantium paratusque 2 (*non* 1*b*). r) ad dandum i. 2; (dat. *om.*) inveniebatur 1*b*. s) non 1*b*. 2. t) *om.* 1*b*. 2. u) Lantb. *semper* 2; Lambert. 1*b*, *et sic deinceps.* v) benefit(c)iorum 1*b*. 2. w) lac(h)rimas 1*b*. 2. x) *corr.* luridam faciem 1*a*. y) humectans 2. z) *corr.* fletu 1*a*, *et ita* 1*b*. a) *ita* 1*b cum V. Landiberti;* (cum *om.*) ipso 1*a*; cum illo 2.

1) *Hoc die elevatio a.* 743. *facta est; cf. supra p.* 473. 2) *Numerus XL annorum Landiberto episcopo attributus pro rotundo habendus atque iusto maior est, cum Theodardus praedecessor a.* 669/70 *(Sept.* 6*) inter vivos esset (Pertz, Dipl. Merov. p.* 28*; Halkin et Roland l. l. I, p.* 18 *sqq.), Chugobertus successor a.* 706 *(Mai.* 13*) episcopali dignitate frueretur (Pertz l. l. p.* 94 *sq.), ita ut Landibertus medius annos* 36 *superasse non possit. Cf. B. Krusch, supra p.* 303 *sqq.* 3) *Cf. V. Landiberti c.* 24 *(supra p.* 378*):* Martyr Christi sanctus Landibertus i n p e r p e t u o coronatus t r i u m p h at cum Christo post p a l m a m victoriae; in sinu Habraae receptus, e x u l t a t cum cunctis a secula sanctis. 4) *Cf. ib. c.* 25 *(p.* 379*):* Erat autem Cugubertus pontifex in regione illa, qui et aliquando discipulus eius fuerat. 5) *Infra c.* 14: oculis a lacrimis t e r g e n s; *c.* 16: c e s s a r e poterant a lacrimis.

V. Landiberti c. 25. (2).* Iam ista ei[a] dicente per annis[b] XII et crebrius sermocinante, per visiones plurimas et nuntios comminatus est, ut sui sancti magistri corpus, beati Landberti, ab oppido Triiectense[c] de tumulo, in quo humatus iacebat, relevaret et ad locum[1], ubi ipse[d] domnus obiit, remearet. Hoc audito, pontifex magno repletus[e] gaudio et cum omni diligentia perscrutans, si divina fieret voluntas; qui mox per monesteria[f] plurima infra parrochia[g] multa indixit ieiunia, ut quod[h] iussus fuerat celitus implenda cognosceret. V. Arnulfi c. 23. Vir autem electus domnus Hugbertus in anno XIII. consilio inito, coacervata V. Landiberti c. 25. clericorum seu etiam populorum ingente[i] caterva, accitis quoque episcopis et sacerdoti- V. Arnulfi c. 23. bus[2] secum, pariter pergunt ad oppidum, quo in loco sanctus iacebat. Ibique ex- ib. c. 26. cubias celebrantes[k], cum reverentia ab urna lapidis auferentes, cum crucibus et cereis ib. c. 23. huius sancti[k*] grabbato inponunt, atque mox arripientes itinera, cum gaudio remeant ad locum sanctae passionis, nam suavitatis odor nimius aderat. Sed qualia deinceps in itinere[l] repperienda claruerunt miracula, iam[m] tradita sunt in gesta illius sancti[3]. V. Landiberti c. 27. Qui cum laudes[n] ineffabiles transvexus in basilicam, qua[o] successor sancto paraverat, ibique[p] cum gloria in sepulchro[q] novo sepultura[r] dedit[4].

(3). Postea igitur Hugbertus in timore Domini magis confirmatus, amplius ib. c. 5. se certaminam[a] dedit; in ieiuniis, in vigiliis, in castitate, in longanimitate, in[b] omni sanctorum patriarcharum exempla secutus, more apostolico intrepidus verbis doce- cf. 2. Tim. 4, 2. bat, exemplo monstrabat. Oportunis praedicabat, inportunis arguebat. Et multos eradicabat[c] ab errore gentilium et cessare fecit[d] et de longinquis regionibus ad[e] eum festinantes et[f] baptismi unda ablutos septiformi[g] gracia corroborabat. Predicando iugiter[h] et[i] multos et[i] innumerabiles in peccatis delapsos[k] ad viam salutis revocabat[5]. Idola plurima et sculptilia, quae colentes[l] erant in Ardoinna, igne cremanda destruxit, — favillam[m. 6] vel cineres eius[n], — quod[o] postea fanatici[p]

*) De visionibus, quas crebro vidit, *praescr.* 1*b*.

Capp. 2. 3. 1*a*. *b*. 2.

Cap. 2. a) *corr.* ei⁹ 1*a*; eo 1*b*. 2; *cf. p.* 486, 17. 490, 6. b) annos 1*b*. 2. c) Traiectense 1*b*; Traiectensi 2. d) d. i. 2; domnus *om.* 1*b*. e) est *add.* 2. f) monasteria 1*b*. 2. g) parrochiam 1*b*. 2. h) *ita* 2; quos i. 1*a*; quod iussum — implendum 1*b*. i) ingenti 1*b*. 2. k) *ita* 1*b*. 2 *cum V. Arnulfi*; celebrant 1*a*. k*) corpus *add.* 1*b et m. al.* 2; sancta membra *V. Arnulfi*. l) itinera 2. m) iam tr. s. in gestis ill. sancti 1*b*; in gestis ill. sancti iam tr. sunt 2. n) laude ineffabili tr. (transvectus 2) 1*b*. 2. o) quam 1*b*. 2. p) que *om.* 1*b*. 2. q) novo sepulchro 2. r) sepulturae datur (traditur 1*b*) 1*b*. 2.

Cap. 3. a) certamini 1*b*. 2. b) *eras.* 1*a*; in omnibus 1*b*. c) ab err. g. erad. 2. d) faciebat 2. e) ad eum *om.* 2. f) *om.* 1*b*. 2. g) septiformis 1*a*. h) *pr. m. corr. ex* igitur 1*a*. i) *om.* 2. k) dilapsos 2. l) collentes 1*a*, *corr.*; colebantur in A. (*corr.* Arduenna) 1*b*. m) Favillas 2. n) *om.* 2. o) quos 2; *om.* 1*b*. p) fan. hom. *om.* 1*b*.

1) Ad Leodio *V. Landiberti c.* 25 *(p.* 379*)*. 2) *Ib.*: Accessit pontifex cum sacerdotes et levites et cleris psallentes; *episcopi ibi non commemorantur. Cf. A. Poncelet, 'Les documents de Claude Despretz' (l. l. p.* 243*)*. 3) *V. Landiberti c.* 26 *(p.* 381 *sq)*. 4) *Ionas c.* 3: Fabrica autem eiusdem basilicae, qua beati viri conditae sunt reliquiae, qualiter ab eodem sancto viro Hugberto ordinata sit, quia oculis videntium se offert, de ea aliquid dicere supersedi. *Basilicam S. Landiberti Notkerus episcopus* (972—1008*) restauravit; cf. Anselmi Gesta episc. Leod. c.* 25 *(SS. VII,* 203*); B. Krusch, supra p.* 307 *sq.* 5) *Cf. V. Landiberti c.* 10 *(p.* 363*)*: Praedicatione sancta sufficienter corda errantium replebat et ad via veritatis adducebat. 6) *Verba* favillam vel c. eius *pro interpretamento habeam, ab auctore postea addita ad pronomen* quod *explicandum. B. Kr.*

homines more sacrilego[a] venerabant[b], triennio paenitentia illos[c] diiudicans[d. 1]. Ea vero similia in Texandria[e] et in Bracbante[f] plurima simulacra[g] et multa sculptilia [V. Landiberti c. 10.] destruxit[2] et sanctuaria per diversa loca in honore sanctorum martyrum proprio sudore construxit, et velut radius[h] solis splendiflua[3] inluminacione illius Francorum [ib.] regni serenus inluxit.

(4).* Et illud ommitti[a] non convenit. Cum esset almificus[4] sacerdos infra parrochia[b] ipsius in villa Wiodh[c. 5] secunda dominica quadragesime tempus[d], quaedam [V. Arnulfi c. 28.] femina opus[e] servile iniuncta fuerat panem facere: mox, ipsa faciente, manus eius ambae contractae[f]. Cui continuo digiti adficti[6] in palma, ungulae transpunctae ligati adheserunt. At illa continuo velocique cursu heiulando ad sanctum virum perrexit, devoluta ad pedes eius, lacrimabili voce clamitans, adiuvare se postulans. Ipse vero domnus[g] egrediens erat ab ecclesia, circumdatus plebe; dixit ad illam: 'Vade in nomine Domini et emenda[h]; noli facere hoc opus servile amplius[i] in die sancto. Tantum crede, si observaberis[k], sanitatem accipies'. Et statim directi[l] sunt articuli manus illius feminae[m], et abiit incolomis, quae prius venerat infirma.

(5).** Et hoc silendum non est, quod pro suis[a] sanctis meritis Christus contulit. In vico Gabelio[7] habebat ipse domnus tabernaculum stabilitum[b], ut ad navigium per alvęum Mosae qua[b*] duceretur vergente partes illius. Erat autem autumnus[c] tempus, quod[d] omnes aquae aridiores solent[e] esse, et ipsa aqua tantum erat aridior[f], ut pecus per loca transvadaret, ubi navis ponderata nullatenus transire poterat. Haec audiens sacerdos, ilico in[g] merore concussus ait: 'Quid faciemus nunc? Modo dimittenda est haec opera, quae[h] agere[i] cupiebamus[k]'.

*) De quadam muliere *praescr.* 1*b*.

**) De cursu fluvii *praescr.* 1*b*.

Capp. 3—5. 1*a*. *b*. 2.

Cap. 3. a) sacrilogo 1*a*. b) venerabantur 2; venerantur 1*b*. c) *om.* 1*b*. 2. d) diiudicavit 2; indixit 1*b*. e) *ita* 1*a*. *b cum V. Land. et Iona;* Taxandria 2. f) *ita* 1*a cum Iona;* Brachante 1*b*, *corr.;* Braibante 2. g) sim. et m. sc. *om.* 2. h) rad. solis *om.* 2.

Cap. 4. a) obmitti 2; omitti 1*b*. b) parrochiam 1*b*; parrachiam 2. c) Wioth 2; Wioh *Ionas;* villa cui Wych vocabulum est sec. 1*b*. d) *om.* 2. e) opere servili 2. f) sunt *add.* 1*b*. 2. g) episcopus *add.* 1*b*. h) et *add.* 2. i) *om.* 2. k) observaveris 1*b*. 2. l) dilecti 1*a*. m) *om.* 1*b*. 2.

Cap. 5. a) sui sancti 2. b) situm 2. b*) *locus corruptus videtur esse.* c) *radendo corr.* autumni 1*a*, *et ita* 1*b*; autunni 2. d) quo 1*b*. 2. e) e. s. 2. f) arida 2. g) *om.* 2. h) quam 2. i) agre 1*a*, *corr.* k) cupiebam 2.

1) *Cf. e. gr. Paenitentiale Columbani B c.* 24 *(ed. Seebass, 'Zeitschrift für Kirchengeschichte' XIV,* 1894, *p.* 446*):* Si quis autem laicus manducaverit aut biberit iuxta fana, — — si vero cultu daemonum aut honore simulacrorum hoc fecerit, III annis paeniteat. 2) *Etiam Landibertus* fuit aliquando ingressus in Texandria, plurima templa et simulacra ibidem distruxit *(V. Landiberti c.* 10, *p.* 363*).* 3) *I. e. splendore fluens.* 4) *I. e. almum faciens; cf. V. Arnulfi c.* 20: almificum pontificem *(infra p.* 486, *l.* 10*).* 5) *De Smedt de Wihou loco cogitavit ad Argenteau vicum pertinente, qui medio fere itinere inter Leodium et Traiectum in provincia Leodiensi prope Mosam situs est.* 6) *I. e. affixi; cf. Bonnet, 'Latin' p.* 424; *infra p.* 488, *l.* 1. 7) *Hodie Givet (dép. Ardennes, arr. Rocroi), qui locus ad Mosam fluvium situs saeculo XI. et XII. Givel, inde a XIV. Givet vocabatur (S. Bormans et E. Schoolmeesters, 'Cartulaire de l'église Saint-Lambert de Liége' I,* 1893, *p.* 75. 78; *G. Kurth, 'Chartes de l'abbaye de Saint-Hubert' I,* 1903, *p.* 25. 107. 147. 449. 454. 468, *etc.); cf. Kurth, ib. p.* 468, *n.* 1.

Interim[a] tacita mente secum[b] ad celum conspiciens, post paululum ad condiscipulos dixit: 'Quis fuit[c] ille, qui *oravit*[d], *ut non plueret annos tres et menses sex, et rursum*[e] *oravit, et celum dedit pluviam?'* Tunc unus ex illis affatus ait: 'Helias propheta'. At[f] ille: 'Nonne, ecce[g]! ipse Deus vivens adhuc, qui tunc Heliae meritis precem[h] audivit? Nos quoque ieiunemus et oremus, agatque quod vult[i] sua magna pietas'. Mox diurna lux clauditur et tetro[k, 1] noctis inchoat, statim minutatim incipiens pluvia, et[l] tantum erat diffundens[m], ut ante[n] non cessaret, quam omnes aquas[o] alvei ripas supermanaret[p, 2] undas. Et[q] opus suum letus[r] cum prosperitate invindicat[3].

(Iac. 5, 17. 18.)

V. Arnulfi c. 20. (6).* Et hoc notandum est, quod per[a] hunc almificum pontificem Dei virtus
ib. c. 10. claruit. Per idem namque tempus, quo triduanum[b] ieiunium universalis celebrare[c] consuevit ecclesia[4], vir sanctus Dei[d] athleta per oppida et castella praedicando pergeret[e], veniensque Triiecto[f], iuxta consuetam[g] ordinem cum crucibus et sanctorum reliquias[h] atque promiscu i populi generi[i] orandi[k] extra civitate[l] e g r e d i e n s, verba Domini plebem sibi commissam, ut solebat, dulciter infundens, dicebat: 'Si me audieritis et bene peragatis[m], una mecum hereditatem Domini[n], paradisi gloriam caelestis possedebitis'. Ista ei[o] dicente, subito inimicus contra eum invidia[p] deceptus, ecce! ex d i mediis[q] catervis femina arrepta[r] demonio clamare coepit. Hanc ille cum a u disset, s i g n u m crucis iniec i t et dedit alapam ipsius[s], et obmutuit. Quae statim quasi defuncta ad pedes eius tremebunda proruit[t], et per ore[u] eius morbus fluenter in terra decurrens, et[v] ab adversario erepta[w] sanavit.

(7).** Itaque demum ad villam Aimala[a, 5] veniens, cumque iam ad pausum[6] pergeret, dixerunt pueri ipsius[b] a foris venientes, quod micantes acies ignita[c] e caelo viderent[7]. At ille foris[d] progressus, et dum intenta mente ad[e] astra cer-

*) De eius ieiunio *praescr.* 1*b*.

**) Quod quiescere cupivit *praescr.* 1*b*.

Capp. 5—7. 1*a*. *b*. 2.

Cap. 5. a) *sequuntur circiter* 5 *litterae erasae* 1*a*. b) cogitans et *add.* 1*b*. c) fui(t ille *in ras.*) 2. d) *ita* 1*a*. *b cum Vulg;* orabat 2. e) *ita* 1*a*. *b cum Vulg.;* iterum 2. f) At ille *om.* 2. g) i. e. 2. h) preces 2. i) velit 2. k) tetra nox 1*b*. 2. l) in *pro* et 1*b*; *om.* 2. m) fundens 2. n) antea 2. o) *eras.* 1*a*; aquae 2. p) supermearent undis 2. q) sic *add.* 2. r) l. cum pr. vindicat 1*b*; cum pr. l. adimplevit 2.

Cap. 6. a) *ita* 2 *cum V. Arnulfi; om.* 1*a*. *b*. b) tridanum 1*a*. c) *ita* 1*a*. *b cum V. Arnulfi;* cons. cęl. 2. d) athl. Dei 2. e) pergebat 2. f) Traiecto 2; Traiectum 1*b*. g) consuetum 2. h) reliquiis 1*b*. 2. i) *ita* 1*a (corr.* generis*)*. *b;* genere 2 *cum V. Arnulfi.* k) orando 2; causa *add.* 1*b*; gratia *add. V. Arnulfi.* l) civitatem 1*b*. 2. m) peregeritis 2; egeritis 1*b*. n) et *add.* 2. o) eo 2 *(non* 1*b)*. p) dec. inv. 1*b*; inv. exardescens 2. q) *ita* 1*a*; dimidiis 1*b*; mediis 2 *cum V. Arnulfi.* r) a *add.* 1*b*. 2. s) ipsi 1*b*. 2. t) processit 2; corruit *Ionas.* u) ora 1*b*. 2. v) *om.* 2. w) ereptam s. 2; erepta sanataque est 1*b*.

Cap. 7. a) Aimalam venit 2; villam cui Haimala nomen est veniens (adveniente *Ionas*), cum iam 1*b cum Iona.* b) sui 2. c) ignitas 2. d) foras egressus, (et *om.*) dum 2; f. pr. est. Et dum 1*b*. e) *versu ex. om.* 2.

De Smedt de Geul loco cogitavit a Traiecto ad septemtriones versus in finibus Hollandicis prope eundem fluvium sito (prov. Limburg). 1) *I. e. tetritudo?* 2) *I. e. superflueret.* 3) *I. e. evindicat, evincit.* 4) *Ionas c.* 7: cum ieiunium triduanum, quod more sanctae ecclesiae universaliter celebratur et Graeco vocabulo laetaniae, Latine vero rogationes nominatur, instaret. 5) *Émael vicus prope Traiectum in provincia Limburgensi Belgica situs est, ubi Hugbertus Kalendis Decembribus a.* 712. *ecclesiam dedicasse traditur; cf. De Smedt p.* 788; *E. van Wintershoven, 'L'inscription dédicatoire [saec. c. XI] de l'église d'Émael' ('Bulletin de la Société d'art et d'histoire du diocèse de Liége' XIII,* 1902, *p.* 127—141*); L. Van der Essen l. l. p.* 56 *sq.* 6) *I. e. requies.* 7) *Quod signum cum ante incen-*

neret, considerans ait: *Prope est dies Domini,* prope est dies iudicii[a]. O quam beatus est ille, qui paratus est!' His dictis, nunciaverunt ei, quod domus illius[b] arderet. At ille velocissime surgens[c], rapido cursu illuc perrexit, dicens: 'Si ita vult Deus, ut ardeam, ecce! in manu eius sum'. Tunc nos tenentes ei[d] manus, sustentatus, usque ad larem pervenimus[e]. Qui introgressi domum, at contra vidimus[f] per ostium domus minaciter flamma[g] lambere. Mox contra ingentes flammas elevatis manibus ad[h] ore canens[i]: '*Deus, in adiutorium meum intende*', et continuo crucis signo[k] iniecit. A divina potentia ignis in se retortus nihil procul damnum[l] fecit, sed per eius merita evidenter extinxit. Qui sacerdos prudens addidit: 'Ille hostis antiquus, qui hodie in turba murmorio[m. 1] incussit, nunc[n] insecutus ad[o] nos, nec somnum[p] permittit quiescere pausum'. Tunc ad lectula[q] nostra, completa[2] canentes, transivimus quieti.

Isai. 13, 6. V. Arnulfi c. 20. Ps. 69, 2.

(8).* Et hoc notandum est, quod ei contingit[a]. Ad villam Niviellam[3] veniens, faciebat capturam piscium; succinctus ipse stabat in nave[b] ad ea ipsa certamina. Tunc una de manibus sustentatus super stipites, qui figendi erant, et[c] unus ex famulis eius elevato malleo retinere non potuit: sine voluntate vibravit super manum eius, ubi digitis[d] illius gravissime quassavit. Percussaque manu, ad domum revertens[e], in crastina die[f] praecepit nobis ad ipsa festinare opera. At ubi nos introgressi[g] navicula simul cum essemus, inruentes[h] super nos aquarum undas[i], ventoque flante, subito navis periclitabatur, quae media sub aqua scindebat[k]. Qua ipsa[l] mergente, cuncti qui in illa nave[m] eramus in aqua cecidimus. Hoc audito, sanctissimus sacerdos Hugbertus, quod[n] nos[o] omnes sic acciderat[n], pectus[p] percuciens, oculis intentus ad astra, cum lacrimis polo conspiciens, flagitando orabat: 'Tu, domine Iesu Christe, cui mare et venti oboediunt, cui[q] pedes non ponderati super fluctus steterunt, cui[r] spiritus super aquas in principio, antequam lux fieret, ferebatur, te supplex quaeso humilis[s]: porrige nos[t] tua dextera!' Et hoc[u] cur sileam, quod me[v] servo eius in[w] ipsa accione contingit[4]? Cum essem humatus

cf. Exod. 14, 21. Ion. 1, 4. cf. Matth. 8, 26. 14, 25. cf. Genes. 1, 2.

*) De structura operis cuiusdam *praescr.* 1*b*.

Capp. 7. 8. 1*a*. *b*. 2.

Cap. 7. a) Domini 2. b) eius 2. c) currens cursu rap. illu(c *in ras.*) 2. d) eius 2. e) perveniens 1*b*; pervenit 2. f) vidi *pr. m.* 2. g) flammam 2. h) m. adorat c. 1*b*; ad *versu ex. om.* 2. i) cecinit 2. k) signum 1*b*. 2. l) dampni 2. m) murmuria *corr.* murmura 1*b*; murmur 2. n) etiam *add.* 2. o) in 1*b*; persequens *pro* ad 2. p) *corr.* somni 1*b*, *et ita* 2. q) lectulos nostros 2 *cum V. Arnulfi.*

Cap. 8. a) contigit 1*b*. 2. b) navim 2. c) *versu ex. om.* 2. d) digitos 1*b*. 2. e) reversus est. In 1*b*. 2. f) mane facto *add.* 2. g) i. (ingressi 2) naviculam 1*b*. 2. h) inruente 1*a*; irruente 1*b*. i) undae 2; unda 1*b*. k) *ita Arndt;* scandebat, *ut videtur*, 1*a*; scindebatur 1*b*; findebatur 2. l) *om.* 1*b*. 2. m) navi 1*b*; *om.* 2. n) quod — acciderat *om.* 2. o) nobis omnibus 1*b*. p) perc. pectus 2. q) cuius 2. r) cuius 1*b*. 2. s) *om.* 2. t) nobis tuam dexteram (d. t. 2) 1*b*. 2. u) cur hoc 2. v) mihi 1*b*. 2. w) in i. a. contigit 1*b*; contigit in ipsa actione 2.

dium referatur, simili modo post incendium fratrem quendam in caelo 'tamquam flamma ignis signaculum crucis depictum' vidisse biographus Arnulfi c. 20. *narravit.* 1) Murmurio *pro murmure Regula Benedicti c.* 5; *V. Balthildis c.* 2. 2) *Ionas c.* 9: officium completorii cecinimus. *De completorio cf. e. gr. Regulam Benedicti c.* 16 — 18. 3) *Nivelle-sur-Meuse locus in provincia Leodiensi prope Lixhe vicum inter Leodium et Traiectum situs.* 4) *Ionas (c.* 10*) haec retractans personam auctoris prioris servavit:* Mihi quoque, qui haec scripsi, in eodem naufragio tale quid accidit, *et q. s.*

sub aqua devolutus, pars tonice meae inligata adhesit in stipitis[a], qui ficti[1] tenebantur; quod pulsatus usque tercio, exire non valui, sed circumvallatus aqua, [cf. Ion. 1, 9.] moxquę[b] aperto ore dixi: 'Per eius sancta merita mihi succurre, qui creasti mare et arida[c]!' Continuo solutus, inter duos paxillos elapsus, vix natando evasi usque ad litus aquae. Et omnes eius pueri egressi incolomes.

(9). Interdum sanctus Dei grabbato[a] iacens, fortissime passus iniuriam, qui nec soporatus valebat quiescere pausum, sed iugiter laus cantici David plaudebat: [Ps. 50, 3.] *Miserere mei, Deus,* et[b] reliqua. Adhuc sanctus athleta in ipso flagello positus, per tribus[c] mensibus tabo[2] fluebat ex digitis. Una* vero nocte actum est, ut somno [V. Landiberti c. 24.] vix deditus, mox nuntius Dei apparuit illi[d] in visione nocturna, dicens: *In tribu-* [Ps. 80, 8.] *lacione invocasti me, et liberavi te et exaudivi te'.* Et ostendit illi basilicam novam [Ioh. 14, 2.] et ait: *'Multae mansiones sunt in domo patris mei,* et istam, quam cernis, daturus sum tibi, ut possideas illam coram[e] Domino in aeternum'. Et ibi praedixit[e*] eius [cf. Ps. 49, 15.] transitum: 'In[f] tribulacionis tuae post anni circuli[g] eripiam te, et magnificabis me'. Tunc sacerdos ilico[h] expergefactus a somno, considerabat quod viderat, et diem et tempus notans in memoriam[i], sicut illi visum est. Et ipsa ablata visione, hanc aliquibus ex discipulis[k] suis exposuit. Itaque servus Domini commonitus, [V. Landiberti c. 10.] promptior in vigiliis[l], in oracionibus, in ieiuniis, in elemosinis, magis erogavit infra annum iuxta praedictum tempus.

[V. Arnulfi c. 22.] (10). Cumque** iam omnipotens Deus suum athletam ad[a] destinatum bradium[b, 3] volens vocare, ad ultimum urgueretur[c] diem. Quo conperto, tunc[d] electus Dei et sacratissimus pontifex ad basilicam sancti martyris Landberti, quam ipse paraverat[e], veniens, diutissime ad oracionem ad eius tumulum inmoratur[4]. Qui cum lacrimis altare[f] osculans et omnes[g] fratres se in oracione commendans, pro se orare[h] postulans. Deinde progressus ad aliam basilicam, quam in honore*** apostolorum ipse condiderat[i, 5], orando visitaret[k]. At ubi in ipsa basilica ad altare sancti Albini[l], [Ps. 111, 7.] cui[m] reliquias ibi ipse conplexerat, oracione[n] incumbens ait: *In memoriam[o] eternam*

*) De nuncio, qui ei celitus in somno apparuit, *praescr.* 1*b*.

**) De eo, quod sciebat sibi imminere diem obitus sui, *praescr.* 1*b*.

***) beati Petri principis *addit Ionas c.* 12 *(cf. infra c.* 15*).*

Capp. 8—10. 1*a*. *b*. 2.

Cap. 8. a) stipite, qui fictus tenebatur. Quem p. 2; stipitibus, qui fixi t. Quo p. 1*b*. b) quę *om.* 1*b*. 2. c) aridam 1*b*. 2.

Cap. 9. a) iacebat grabatto 2. b) secundum magnam misericordiam tuam *(Ps.* 50, 3*) pro* et rel. 2 *cum Iona.* c) tres menses 1*b*. 2. d) *om.* 2. e) in aet. cor. D. 2. e*) sibi *add.* 1*b*. f) *ita* 1*a*. *b*; De tribulatione tua 2. g) circulum 1*b*. 2. h) exp. ilico 2. i) memoria habuit sicut 2. k) suis disc. 2. l) in ieiuniis, in or., in vigiliis 2.

Cap. 10. a) adestin. 1*a*. b) bravium v. (vellet 2) 1*b*. 2. c) urgeretur 1*b*; cępit urgeri 2; urguetur *V. Arnulfi*. d) *versu ex. om.* 2. e) praeparaverat 2; *cf. p.* 492, 23. f) osc. alt. 2. g) omnibus fratribus 2; se *om.* 1*b*. h) orationem p. 1*b*; orare postulavit 2. i) considerat 1*a*. k) visitavit 1*b*. 2. l) Albani 1*b*. m) cuius 2. n) in orationem inc. 1*b*; orationi incumberet 2. o) memoria (a)eterna 1*b*. 2.

1) *Cf. p.* 485, *n.* 6. 2) *I. e. tabes.* 3) *Ita pro 'bravium' Glossae complures; cf. Thesaurum linguae Latinae II,* 1906, *col.* 2153, *l.* 27. 4) *Cf. V. Landiberti c.* 12 *(p.* 366*)*: in vigiliis diutius inmoratur. 5) *Cf. Sigeberti auctarium Gemblacense a.* 714 *(SS. VI,* 391*)*: Sanctus Hubertus construxit et reditibus ditavit monasterium sancti Petri in Leodio. *Richarius episcopus (*920—945*)* aecclesiam, in qua sanctus Hupertus primum requievit, ampliavit et in honore apostolorum principis consecravit; *cf. Anselmi Gesta episc. Leod. c.* 22 *(ib. VII,* 201*)*.

erit iustus, et[a] reliqua, statim extensa brachia circa parietem, manus aptavit in maceriam[b], presaga voce exorsus ait: 'Tantum hic fodere precipite, quia[c] isto loco miser indignus quiescere cupio, et obsecrate pro me Christo, pręcor vobis[d] propter V. Arnulfi c. 22. Deum, quia p r o p e[e] est meum tempus, et cito veniet dies ille, in quo iudici meo praesentandus a d e r o'. Igitur iuxta condictum[1] illius a XXXmo[f] die sacrum corpus illius ad instar locum reportavimus.

(11). Inde vero egrediens abiit in Bracbante[a], rogatusque est ab aliquibus hominibus[2], ut basilicam aliquam dedicaret. At ille vadens illuc[b] hoc opus implere, cum missarum solempnia sacrificia reddendus[c] erat, unus ex discipulis eius interrogans[d] illi: 'Quomodo iubes[e], ut longum trahamus officium[f], vel minus?' At ille respondit: 'Sicut amplius et melius potes, hodie adimplere[g, 3]'. Tunc beatus Hugbertus sacrificia offerens, cum choro psallencium modolatis[h] vocibus clericorum accentus personans, cum presbiteris, diaconibus cum timiamatibus holocausta super altare deferens, odorem suavitatis in dedicacione[i] templi in mensa Domini accepta cf. Philipp. 4, 18. placuit, et populum qui circumstabat multa in predicacione illius exhortans, ab hora tercia usque sexta[k] predicando perduxit[l] de euangelio. Agebat[m] ad illos: cf. Matth. 3, 2. 'Agite[n] penitenciam, adpropinquabit enim[o] et prope[p] est dies iudicii. Vicina mors cf. Eccli. 14, 12. venire non tardat, sicut dicit Scriptura; vere illo somno omnes capturi sumus. Si quis est de vobis, qui se sentit obvolutum in crimine vel in peccatis delapsum, cito ad medicamenta salubria recurrat, dum adhuc ianua patet, ne anima simul et corpus moriatur. Mala illa quod[q] gessit ex corde paeniteat. Et vos, fratres, pensate et[r] bene perpendite, quid[s] egistis, et nunc recordate[t], quid agitis. Ego miser peccator[u], dum de vobis dico, de me timeo. Si non quantum debeo, vel quantum possum, commoneo. Qui dispicit preconem, timeat iudicem. Ecce! iudex meus in proximo est, qui[v] me dicturus est: "Ubi sunt illi quos docuisti, ubi sunt quos[w] predicasti, ubi te constitui praeesse super gregem meum? *Redde racionem vilicationis tuae,* Luc. 16, 2. quantum exegisti[x], quantum laborasti, quantum mihi lucratus pecunia reportas?" Quid ergo miser tunc responsurus sum, inutilis servus, cum ille in[y] cf. Matth. 25, 31. sua tanta maiestate gloriosus apparet cum sanctis angelis et archangelis, cum thronis et dominacionibus? Districtus iudex veniet exigere et reddere, quod promisit. Tunc, si aliqua bona de vobis proferre[z] potero, dicam ei: "Isti sunt, qui custodierunt cf. Ps. 118, 60. 61. mandata tua et[a] praecepta tua, et legem tuam, me docente, non sunt obliti". Et vos laeti portantes manipulos vestros coram Domino in gaudio sempiterno, et non cf. ib. 125, 6. dirigatur ad nos illa metuenda sententia, quod[b] ille malus et piger servus audire cf. Matth. 25, 26–30. meruit, sed illa[c] desiderabilis, quod fidelis servus promeruit: *In modico fidelis[d] fuisti,* ib. 25, 21.

Capp. 10. 11. 1*a*. *b*. 2.

Cap. 10. a) et rel. *om.* 2. b) et *add.* 2. c) in *add.* 1*b*, *post* isto *add.* 2. d) vos 1*b*. 2. e) meum prope est 2. f) tricesimo tercio 1*b*.

Cap. 11. a) *ita* 1*a*. *b*; Braibante 2; Bracbantum *Ionas.* b) hoc opus impl. illuc 2. c) erat redd. 2. d) interrogavit illum 2; int. illum ait 1*b*. e) in long. iubes tr. 2; pater *add.* 1*b*. f) *om.* 2. g) adimple 1*b*. 2. h) voc. mod. 2. i) dedicationem 2. k) u. ad sextam 2. l) duxit 2. m) Aiebat 1*b*. 2. n) Pen. agite 2 *cum Vulg.* o) regnum caelorum *add.* 2 *cum Vulg.* p) pr. est *om.* 2. q) qu(a)e 1*b*. 2. r) et b. perp. *om* 1*b*. s) quis 1*a*, *corr.*; q̄ (= que) *corr.* q (= quod) 1*b*. t) recordamini 2. u) *versu ex. om.* 2. v) quid me 1*a*; qui mihi 1*b*. w) quibus 1*b*. 2. x) existi 1*a*. *b*. y) in s. t. m. gl. apparuerit 1*b*; gl. in mai. sua (tanta *om.*) app. 2. z) pot. prof. 2. a) et pr. tua *om.* 2. b) quam 2. c) illam desiderabilem, quam f. 2. d) fuisti fid. 2 *cum Vulg.*

1) *I. e. mandatum. Cangius.* 2) *Ionas c.* 12: rogatu tamen quorundam illustrium virorum. 3) *Pro 'adimple'; cf. M. Bonnet, 'Le Latin de Grégoire de Tours' p.* 412.

Matth. 25, 21. 34. *supra multa* et[a] maiora *te constituam, intra*[b] *gaudium domini tui,* et iterum: *Venite, benedicti patris mei, percipite regnum.* In quo[c] regnum[d] feliciter venire mereamini, ipso inperciente, qui vos vocavit ad gloriam et mihi contulit, ut usque huc vos regere potui[e]. Hodię vos omnes Iesu Christo commendo, ut in eius praecepta ex is[f] verbis perseveretis semper'.

(12). Iam ista ei[a] docente et praedicante, peractoque officio, plebe benediccione confirmata[b], egressus de sanctuario iamque in domum prandere ad mensam discumbens, calicem mero acceptum[1], poculum paulatim sumens de manu reddidit et oravit super mensam, eulogiis[c] dedit omnibus, sed ipse parum edens, semper ad caelos defixos[d] habebat oculos. Dies[e] quod consueverat facit. Subito elevatus a mensa, iter suum carpere voluit. E quibus unus anachoreta[f] annis XII[2] suggerens ei, ut adhuc biberet. At ille: 'In regno Dei te videam, sed[g] amplius hic hodie non bibam'. Deinde ad navem[h] miliario secundo peregit[3]. At ubi[i] de nave exiens, in siti valida et frigus corpus eius urebat. Exinde quendam[k] locum petiit paululum quiescere. Et dum sopore[l] fuisset deditus, subito inruerunt pueri eius[m] inter se, cum gladiis extractis obpugnantes. Quo excitato, nihil praevaluit iniquitas. Deinde commotus, ascenso equo, cum manibus sustentatus, usque ad domum propriam[4] nocturnae[n] lucę pervenit. Mox ad oracionem vadit, cum suspirio et lacrimis altaris cornu osculans. Exinde festinus in domum pervenit valde[o] gravatus, lectulo
727, Mai. 25—30. recubans, a prima feria usque ad sexta[p] amplius febrizans[q, 5]. Interim die noctuquę psalmorum cantus incessanter personabat et nullatenus somnum capere potuit, sed de die in diem amplius egrotabat et magis in Deo[r] confortabat. Et intentus ab[s] oracione sanctissimus sacerdos iugiter cum fletu ad[t] Christum postulat auxilium, ut ei cito succurreret, non in hac vita mortali, sed[u] ne diutius habitaret in mundo.

(13).* Quadam vero nocte, cum in ipso flagello durius labore[a] esset perpensus[6], ecce! temptator inter pueros eius minas vel figuras ostendens[b], et[c] postquam dormirent, voce ferina diabolus[d] clamans. Hoc audito, sanctus Dei athleta pro-
Ps. 90, 1. tinus econtra orabat: *Qui habitat in adiutorio altissimi,* et reliqua. Tunc ad se venire iussit unum ex discipulis suis, interrogans, qua hora esset de[e] nocte vel si pullorum cantus esset. At ille inquid: 'Media nox est'. Et ait sanctus Dei: 'Tantum est longa, et quando umquam diurna lux apparere debeat? Ob hoc man-

*) De eo, quod diabolus semper ei insidiabatur, *praescr.* 1*b*.

Capp. 11—13. 1*a*. *b*. 2.

Cap. 11. a) et m. *om.* 2 *cum Vulg.* b) in *add.* 1*b*. 2 *cum Vulg.* c) *corr.* quod 1*a*. d) regno 1*b*; *om.* 2. e) potuissem 2. f) his 1*b*. 2.

Cap. 12. a) eo 2 *(non* 1*b)*. b) est *add.* 2. c) eulogiasque 2; eloquiis 1*b*. d) fixos 2. e) D. quos 2; die quod 1*b*. f) anachorita 1*b*. 2. g) se: *pr. m.* 2. h) navim 2. i) ibi *e corr. (?)* 1*a*. k) paul. quiesc. quendam l. pet. 2; cupiens *post* paul. *add.* 1*b*. l) sopori 2. m) *versu ex. om.* 2. n) nocturno *(sic)* luce 1*b*. o) velde 1*a*. p) sextam 1*b*. 2. q) febricitans 1*b*. r) Domino c. 2; Deo confortabatur 1*b*. s) orationi *pro* ab or. 2; ab *om.* 1*b*. t) Christo *pro* ad Chr. 2; (ad *om.*) Christum *corr.* a Christo 1*b*. u) *ita* 1*b*. 2; se (1*a*).

Cap. 13. a) laborasset percussus 1*b*; laboraret *pro* l. e. p. 2. b) ostendebat 2. c) et p. d. *om.* 1*b*. d) diab. (*om.* 1*b*) clamat 1*b*. 2. e) noctis *pro* de n. 1*b*. 2.

1) *Etiam Corbinianus moribundus vinum moderate potavit, atque Arbeo c.* 34. *verbis persimilibus usus est:* domum ingressus, — — accepto calice *(cf. Matth.* 26, 27*)*, modicum sumpsit, *cumque etiam infra p.* 494, *n.* 2, *similia occurrant, biographum Hugberti pro expilatore habeam. B. Kr.* 2) *Ionas* c. 12: unus anachoritarum, duodecim iam habens in eodem habitu annos. 3) *De Smedt p.* 770. *de Dyle fluvio cogitavit, haud ita longe a Fura loco distante, ubi Hugbertus obiit.* 4) *In Fura loco; cf. infra* c. 15. 5) *I. e. febricitans.* 6) *I. e. examinatus.*

davi tibi, ut tu[a] scias certe, quia[b] hic est in ista domo temptator[c] ille antiquus hostis diabolus, qui non cessat hominem[d] persequi'. At ille dixit: 'Domine pater et pastor[e] bone, cur ista dicis, quia nullam[f] habet potestatem nec virtutem, ubi tu es, unde nos omnes per te salvati sumus et erepti a diaboli persecutione? Et multos, quos vidimus vexatos ab[g] adversario heiulando et vociferando venire, ante te stare non potuerunt, sed pro[h] tua sancta merita de obsessis corporibus fugati[i] delapsi sunt. Verumtamen expugnatus es ab illo nequissimo'. Sanctus vir respondit: 'Bene locutus es; sicut volebas, ita affatus es. Sed vade nunc[k], benedic aqua[l] et sal ad spargendum super nos et oleo[m] sanctifico, et amplius non audebit[n] inferre nobis'. His ita factis, oracio eius sine intermissione fiebat a[o] Domino, et antequam lux diei fuisset, omni cursu peracto, tam nocturnis, matutinis, secunda[p], tercia, sexta, nona vel usque ad vesperam[1].

(14). Mane vero facto[2], sexta feria una cum egregio filio suo Florberto[a] *V. Arnulfi c. 22.* prestolantes eramus eius gloriosum egressum. Tunc electus Dei sacratissimus pontifex alloquens ait discipulis: 'Boni viri et amabiles, obsecrate Christum pro me. Iamque adest dies, in quo iudici meo praesentandus apparebo. Quid faciam? Nihil boni gessi in hoc seculo, omnibus sceleribus et peccatis vallatus coartor, pro quibus Domino, ut veniam merear, obsecro, supplicate'. Haec vir sanctus[b], quia scriptum est: *In primordio sermonis iustus*[c] *accusator sui est.* Interea venit hora, ut sancta[d] illa anima manibus sanctorum angelorum ad Christum gestaretur. Ipse, manibus ad celum elevatis, oculis[e] a lacrimis tergens, dixit: 'Extendite pallium contra os meum, quia redditurus sum, quod[f] accepi'; et agebat[g, 3]: '*Credo*[h] *in Deum Patrem omnipotentem'*; et iterum: '*Pater* *Matth. 6, 9.* *noster'*. Ista dicendo usque[i] ad finem, ad caelum emisit spiritum[4]; beatus inter angelos[k] aethera migratur[l] protinus. Fit autem ilico gaudium magnum procul dubio *V. Arnulfi c. 22.* supernarum virtutum in caelo et ingens luctus pauperum[m] Christi atque[n] monachorum[o]. Adest mox iuxta morem sanctum et sacrum euangelium, quo lecto[p], psallencium luctus et cantus personant voces, usque dum indumentis ei[q] aliis induunt et sancta eius *Ib. c. 23.* menbra lazarizant[5] atque in feretrum[r] cooperto inponunt grabbato.

(15). Igitur iuxta ipsius sancti[a] praecepti elevantes de loco nuncupante[b] Fura[6], ut usque ad[c] Leodium transvexus veniret miliario XXXmo, ubi ipse domnus

Capp. 13—15. 1*a*. *b*. 2.

Cap. 13. a) *om.* 2. b) *ita* 1*b*; qui (1*a*. 2). c) ille t. 2. d) *om.* 2. e) sancte p. *pro* p. b. 2. f) numquam 2; d., cum nullam habeat 1*b*. g) ad 2. h) pro tuis sanctis meritis 1*b*; (pro *om.*) tuo merito sancto 2. i) (fug. *om.*) dilapsi 2. k) et *add.* 1*b*. 2. l) aquam 1*b*. 2. m) o. sanctificato 2; oleum sanctificatum 1*b*. n) se *add.* 2. o) ad Dominum (Deum 1*b*) 1*b*. 2. p) prima *pro* sec. 1*b*.

Cap. 14. a) Floreberto 2. b) aiebat sciens *pro* sanctus 1*b*. c) *ita* 2; *om.* 1*a*. *b*; iustus *ante* in prim. *V. Arnulfi c.* 22 *(e Prov.* 18, 17*)*. d) illa s. 2. e) oculos 2; el. et ab oculis lachrimas 1*b*. f) animam quam *pro* quod 2. g) aiebat 1*b*. (2). h) Crodo 1*a*. i) *om.* 2. k) ad *add.* 1*b*. 2. l) migravit 1*b*. 2. m) puerorum 2. n) et 2. o) turba *add.* 1*b*. p) lector inter ps. *V. Arnulfi.* q) eius 2. r) feretro 2; feretrō *(sic)* 1*b*.

Cap. 15. a) s. preceptum elevant 1*b*; sancta praecepta el. 2. b) (nuncup. *om.*) funera (ut *om.*) 1*b*. c) dum 1*b*; *om.* 2.

1) *Ionas c.* 13*:* sacrumque officium septeno numero dicatum *(cf. e. gr. Regulam Benedicti c.* 16*)*, antequam lux diurna fieret, Domino persolvebat. 2) *Ita V. Landiberti c.* 13 *(p.* 366*):* Mane vero facto. 3) *Ib. c.* 14*:* Canebatque symboli verba, quo continentur fidei sacramenta. 4) *Die* 30. *Maii a.* 727*; cf. supra p.* 473. 5) *Ionas:* quae mortuis debentur, piae officia sepulturae praestantur. Etenim corpus eius ablutum lymphis atque circumdatum tristibus peplis loculo superponunt. 6) *Tervueren oppidum (prov.*

obiit, cum choro[a] psallencium et luctus[b] omnium. Interim nimius[c] aderat virorum ac mulierum ac[d] infancium ploratus. De villis contra sanctum corpus exeunt, pectora percutientes, caput in terra ferientes. Pastores et aratores de longe concurrentes[e], cum lamentacione et[f] planctu[g] valde dicentes: 'Quid nunc facturi sumus, V. Landiberti c. 9. quid ergo erit de nobis? Hic erat defensor noster, adiutor in periculo, dolencium[h] consolator, misertus[i] inopum, pius pastor[k] ovium, nutritor[l] orfanorum, adminiculum viduarum, doctor ecclesiae, monita Christi prebens, patriarcharum exsempla[m] secutus, persecutor diaboli, pompa seculi dispiciens[n], lubricam[o] mundi calcavit'. Universa ib. c. 18. plebs per via semper ista sermocinantes[p], veloci cursu peragrati pedestri[q], cum ib. c. 25. sancto corpore festini pergebant[r] per via[s], transportantes usque ad[t] locum desti- ib. c. 7. natum. Iam cum adpropinquarent locum, et[u] ecce! multitudo populi, sacerdotes cum levitis, monachi cum agmina[v] clericorum, turba copiosa, occurrentes ei obviam cum crucibus et reliquiis sanctorum in[w] adventu sancti, cum turibulis et candelabris, cum hymnis et canticis laudes[x] ineffabiles. Ad ubi simul ad sanctum Dei vene- ib. c. 18. runt, prae nimio dolore omnes in luctu conversi, amarissime plangentes, lacrimabili voce perstrepentes[y] et a[z] fletu nullo modo quiebant[a] temperare. Sed amplius lamentantes ardebant atque dolentes erant: 'O bone pastor, tam cito dereliquisti, quos nutristi! O dulcis medicus noster[b], qui curabas infirmitates nostras! Ve nobis miseros, quia a te divisi remansimus in mundo; non fuimus digni te amplius habere[c] patronem[d]! Sancta tua merita iam adepta sunt caelorum praemia; nos autem populus tuus et oves greges[e] tui facti sumus orfani. Memor sis nostri, ubi tu[f] gloriosus cum Christo recepisti palmam!' Postea vero una cum sancto corpore ib. gratulabundi[g] usque ad basilicam sancti Petri, quam ipse paraverat, deferentes, ibique, multis luminibus[h] accensis, noctem pervigilem ducunt; hymnidicas voces propsallentes[i·1], usque ad solis ortu[k] egerunt.

ib. (16). Crastina die cum decore custodes illius induunt ei albam et casulam, sicut solebat[a] in sacerdotio[2]. Cuius vultus magis pulcher apparebat post obitum, quam fecisset, quando vivus erat in seculo; tamquam rosa fulgens videntes vultu[b] grabbato[c] iacentem defunctum[d], magis[e] fulgebat in vultu quam vivus in seculo. Cumquę intra se, circumdatus plebe una cum discipulis[f], isti ad istos, unus ad

Capp. 15. 16. 1*a*. *b*. 2.

Cap. 15. a) clero 2. b) luctu 1*b*. 2. c) aderat n. 2. d) et 1*b*. 2. e) currentes 1*b*; conspicientes 2. f) *om.* 2. g) ploratu *add.* 2. h) dolens 2. i) miserator 1*b*; mis. inopum *om.* 2. k) ov. pastor 2. l) orphan. nutr. 2. m) *om.* 2. n) desp. 1*b*; contempnens 2. o) lubrica 1*b*. 2. p) sermocinans 2. q) pedites 2. r) pergunt 2. s) viam 1*b*. 2. t) ad l. *om.* 2. u) *om.* 1*b*. 2. v) agmine 2 *(non* 1*b)*. w) in adv. s. *om.* 1*b*. x) l. ineff. *om.* 2. y) perstrepebant 2. z) *om.* 2. a) *corr.* quibant 1*a*, *et ita* 1*b*. 2. b) *om.* 1*b*. 2. c) hare 1*a*. d) patronum 1*b*. 2. e) gregis 1*b*. 2. f) *om.* 2. g) gratabundi 2. h) luminaribus 2. i) psallentes 1*b*. 2. k) ortus *in marg. corr.* ortum 1*b*, *et ita* 2.

Cap. 16. a) fieri *add.* 2; uti *post* sac. *add.* 1*b*. b) vultum 1*b*. 2; in *add.* 1*b*. c) *versu ex. om.* 2. d) defuncti 2. e) magis — lacrimis. Sed *(p.* 493, *l.* 2*) om.* 2. f) discupulis 1*a*.

*Brabant), 'aequali fere spatio Bruxellis et Lovanio distans' (De Smedt); cf. Demarteau (*1881*) l. l. p.* 132 *sqq., De Smedt p.* 770. 1) *Nobis 'vorsingen'.* 2) *Ionas c.* 14: Post haec autem induunt eum, prout erat solitus indui divino altari assistens, subucula scilicet linea atque planeta. *De alba et casula cf. Mabillon, De liturgia Gallicana,* 1685, *p.* 61 *sqq.; L. Duchesne, 'Origines du culte chrétien'*[5], 1909, *p.* 388; *J. Braun, 'Die liturgische Gewandung im Occident und Orient',* 1907, *p.* 57 *sqq.* 149 *sqq.*

unum, alter ad alterum aspectis vultus[a], continuo rigantes supplices nullatenus cessare poterant a lacrimis; sed nimis intra se cum dolore plangentes[a*] de morte eius, aiunt: 'Ecce columna ecclesiae, decus mundi, gemma sacerdotum[b], custos animarum nostrarum! Te dolentes quaerimus, cum ad nos non loqueris; indulge nos[c], quod gessimus[d]!' Omnes curvati[e] genua, pedes eius osculantur: 'Venia quaesumus, Domine; remitte nobis illa[f], quod[g], te docente, non egimus, et illa, quod[h] gessimus, ignosce nobis clemens[i] indulgentia! Absentiam tuam[k] ferre non possumus, V. Landiberti c. 18. quia apud te esse non meruimus'. Tunc omnes oracionem super ipsum fundentes et hymnorum vocem psallentes, cum turibulis et timiamatibus[l] cum magna reverentia in monumento[m] deferunt, quem[n] ipse iam praedixerat.

(17). Dum[a] in sepulchro positus surrecturus iacebat in gloria[b], pro cuius merita[c] Ib. ibi virtus Dei claruit ex virga desuper tumulo breve[d] incisa, nec[e] satis adtingerat; quem nos videntes, bis palmarum longior extenditur, adhuc infra parietis[f] apta stricta repperimus[1]. Deinde cotidie ad illius sancti[g] sepulchro miracula coruscant celitus. Quem[h] nos videntes et audientes ipsum lectum cum strepitu resonantem[i], Ib. c. 19. quando circa ipsum adstantes eramus, et multi alii, qui nobis testati sunt, quando ibi oracionem facientes[k], tamquam in die et in nocte sancti illius chori[l] crepitantem crebrius audierunt, et ipsi in timore et pavore conversi[m], non audebant diutius persistere in basilica[n]; sed pavefacti foris[o] egressi, dicebant: 'Numquam talia vidimus[p] nec audivimus'. Simile[q] factum est, quasi viva[r] res in strato illius moveat[q]. Iam ista et alia plurima[s] signa credentes, per eius sancta merita cognovimus et gratulati sumus, et[t] Deo gracias referentes, quod pro suis multis bonis operibus caelestia[u] regna promeruit ad Dominum salvatorem suum[t].

(18)*. Et iam vero[a] post obitum ipsius praefati antistitis Hugberti in anno XVI. factum est, sicut salvator noster[b] ait: *Nihil opertum est, quod non reveletur,* Matth. 10,26. *et occultum, quod non sciatur.* Voluit itaque Dominus noster, largitor omnium et remunerator fidelium, ut electum suum Hugbertum post multa iam dicta annorum[c] curricula, ut eius sancta opera patenter in mundo clarescerent, iuxta id quod Dominus dixit: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant vestra*[d] *opera bona* Ib. 5, 16. *et glorificent patrem vestrum, qui in celis est,* et[e] iterum: *Non potest civitas abscondi* Ib. 5, 14.

*) De revelacione corporis eius *praescr.* 1*b*.

Capp. 16—18. 1*a*. *b*. 2.

Cap. 16. a) vultibus 1*b*. a*) unus ad alterum *add.* 2. b) mundi 2. c) nobis 1*b*. 2. d) *pr. m. in marg. inf. suppl.* 1*a*. e) genua curvata 2. f) *om.* 2. g) quae 2 *(non* 1*b)*. h) qu(a)e 1*b*. 2. i) ind. cl. 2. k) *om.* 2. l) et *add.* 2. m) monumentum 2 *(non* 1*b)*. n) quod 2.

Cap. 17. a) Cum 1*b*; Dum — gloria *om.* 2. b) gloriam 1*b*. c) meritis 2 *(non* 1*b)*. d) *om.* 2. e) nec s. attingebat 1*b*; (nec s. adt. *om.*) quam (nos *om.*) vid. 2. f) parietes 2. g) sancti (sanctum 2) sepulchrum 1*b*. 2. h) Quod 2. i) person. 2. k) f. tamquam die ac nocte 1*b*; faciebant tam in die quam in n. 2. l) chorum crebrius crepit. aud. 2. m) converti 1*a* (?). n) basilicam 2. o) foras 2. p) aud. et vid. 2. q) Simile — moveat *om.* 2. r) vivaces in stratu 1*b*. s) plura 2. t) et *om.* 1*b*; et — suum *om.* 2. u) regna celestia 1*b*.

Cap. 18. a) *versu ex. om.* 2. b) *om.* 2. c) *om.* 2. d) op. vestra 1*b*. 2 *cum Vulg.* e) et — luceat *(p.* 494, *l.* 1*) om.* 2.

1) *Ionas c.* 14: Quam nos — — ab eodem loco levatam parieti inseruimus conservandam.

[Matth. 5, 14. 15.] *super montem posita*[a], *ut cunctis videntes*[b] *in domo luceat.* Ob hoc sub idem fere[c] [743.] tempus, in anno tercio Carlomanno[d] in regno precedente[e, 1], per divinam dispensacionem commonitus[f] est, et per multa indicia et visiones plurimas ad custodes illius basilicae et ad alios Deo timentes hominibus revelatum est, ut corpus beati Hugberti de tumulo ipsius relevarent[g]. At illi intra se referentes et cogitantes, quid exinde agere deberent[2], consilio accepto, ut per ieiunia et oraciones ad[h] Dominum poposcerent, si eius fieret voluntas, ut hoc agere potuissent, sicut prius fuerat indicatum. At illi ieiunantes post biduo[i] deposuerunt euangelium super altaris[k] basilicae et sacramentorum volumina[3], requirentes auctoritatem de hoc, quod[l] acturi erant, faciendi, ut velocius cognoscerent. Mox, aperto euangelio, hoc [Luc. 1, 30.] primum verbum invenerunt[4]: *Ne timeas, Maria; invenisti enim*[m] *graciam apud Dominum;* et in sacramentorum talia[n] repperiunt primum insertum: *Dirige viam famuli tui*[5].

(19). His ita gestis, in sequenti nocte vigiliis[a] celebrabant, post matutinis[b] vero [V. Landiberti c. 7.] exurgentes sacerdotes cum levitis cum hymnis et voces[c] psallencium, cum crucibus et candelabris. Mane prima resurreccionis Domini accedentes ad basilicam [V. Arnulfi c. 23.] sancti Petri apostoli, ubi almus quiescens[d] tumulum, cum magna reverentia et metu procerum* paulatim auferentes lapidem ab urna, in quo[e] opertus iacebat. Nec audebant adhuc prospicere in monumento, nescientes, vel si aliqua particula de [V. Landiberti c. 25.] illius gleba adhuc pulveris apparuisset. Sed cum timore magno summatim accedentes, lumen ab[f] intro aspicientes, invenerunt gloriosum corpus eius in sepulchro solidum atque inlibatum, mirum suavissimum odorem flagrantem, et respicientes ad caput illius, viderunt vultum eius in sudore conversum tamquam ros humidum, et capilli eius cum corona inlesi prolixiores et integri, non sicut in [Ps. 76, 11.] senectute[g] canitiae, sed sicut in iuventute demutati. Et *haec mutacio dextere ex-* [Luc. 21, 18.] *celsi* est, iuxta illud quod altissimus ait: *Et*[h] *capillus de capite vestro non peribit.* [V. Landiberti c. 19.] Unde omnes laeti congaudentes[i] clamant: 'O Deus omnipotens, creator generis humani! O mundi redemptor, quis potest[k] tua enarrare misericordia, quis tua

*) palatii *addit Ionas c.* 15.

Capp. 18. 19. 1*a*. *b*. 2.

Cap. 18. a) Ad hoc autem lumen candelabro imponitur *add.* 1*b*. b) venientibus 1*b*. c) sub idem tempore *(sic)* fere 1*b*. d) Carolom. 1*b*; Karlom. 2. e) presidenti 1*b*. f) commotus 2. g) revelarent 1*a* *(non* 1*b)*. h) ad *om.* 1*b*; ad Deum poscerent 2. i) biduum 1*b*. 2. k) altare 1*b*. 2. l) quid 1*b*. 2. m) *om.* 2 *(non Vulg.)*. n) volumine *pro* t. 2.

Cap. 19. a) vigilias c. (cęlebrant 2) 1*b*. 2. b) matutinas 1*b*. 2. c) voce 1*b*; vocibus 2. d) quiescebat (in *add.* 2) tumulo 1*b*. 2. e) qua 2 *(non* 1*b)*. f) ab *om.* 1*b*; ab introitu 2. g) sen. cani 1*b*; senectutis c. 2. h) *om.* 2 *(non Vulg.)*. i) *ita* 1*b*. 2; caudentes 1*a*. k) t. (tuam 1*b*) p. enarrare m. (misericordiam 1*b*) 1*a*. *b*; p. tuam inenarr. misericordiam 2; p. t. investigare m. *V. Landiberti*.

1) *Ionas c.* 15: Karlomanno rege tertio iam anno regni Francorum sceptra gerente; *sed agitur de Carlomanno maiore domus (741—747), fratre Pippini.* 2) *Arbeo translationem Corbiniani perpendens (c.* 41*):* coepi, *inquit,* inter memet ipsum conquirere, quid de tanti patris corpore agere debuissem, *et paulo post:* indicto ieiunio, ut — — hoc fieri deberetur, divinam — — deposcere clementiam, ut — — dignaretur ostendere, sibi de eodem ut fuerit corpore voluntas, si *et q. s. B. Kr.* 3) *Ib.:* duos libros super altare deposuere, quorum unus sacratissimum euangelii retinebat textum, alter vero benedictiones atque consecrationes, quibus missarum peragitur sacramentum. 4) *Cf. V. Landiberti c.* 16 *(p.* 369*):* Tunc sanctus vir, areptoque psalterio, ipsum primum verbum reperit. 5) *Versus missae pro itinerantibus celebrandae inerat; cf. Sacramentarium*

valeat[a] cognoscere vestigia, qui[b] tanta in tuis sanctis dignatus es mirabilia ostendere? V. Landiberti c. 19. Quid[c] nos miseri, dubii et tepidi et fragiles, qui eius vita[d] et acta eius[e] bona in secula[f] conspicimus, et ipse[g] nobis doctor et pastor adfuit, et nos cum illo aliti fuimus? Quis ista valeat cogitare aut quis[h] ista conprehendere? Nemo de nobis ista pensabat, nullus ex nobis ista credebat. Nunc[i] modo quid facturi sumus? Quid ergo[k] erit de nobis, quod[l] in novissimis diebus talia numquam vidimus? Quid erimus dicturi ad haec contra[m] ipsum ex duriciam[n] cordis nostri ante iudicem mundi nunc, nisi apud ipsum imploremus Dei misericordia[o], quem ipse semper praedicavit, dare indulgenciam et[p] veniam et odio ex corde dimittere? Ab[q] ipso deprecemur[r] eius pietate, ut remittat nobis illa, quod[s] inique egimus'. Et[t] iam ista eis intra se loquentibus ad[u] invicem et amplius admirantibus, cadaver illius in sepulchro eius[v] videbant, quasi guttulas in faciem eius[w], sicut stillicidia, dicentes: 'O Domine, quis similis tibi in misericordia? quia non solum in[x] caelum ib. c. 19. animas servorum tuorum praemia daturus es, sed etiam cadavera eorum in terra humata custodis. Qualis est apud excelsum regem anima illius, qui talis hodie praeçedit[y]? Quem[z] in limo terrae in[a] tempora plurima obtectum[b] retinuit umbra reclusum, nunc micantem virtutibus reddit fulgentem in seculum'. Qui non tantum conservatum[b] corpus illius sub terra, sed etiam vestimenta eius praetiosa et incorrupta repperimus.

(20). In ipsa quoque die exiit fama in cunctis partibus municipatum[1] illius, necnon et ad palatium nuncius[a] venit, qui dixit, quod[b] domnus Hugbertus per Dei misterio[c], requisitus in monumento, salva[d] vestimenta atque cadaver inlibatus inventus est. Tunc omnes gaudentes et desiderantes a prope et a longe venire[e] et videre gloriam Dei, quod[f] revelatum erat in mundo. Haec audiens vir Dei cf. Rom. 8,18. nobilissimus[g] princeps Carlomannus, statim surrexit de solio[2] suo una cum uxore sua atque obtimatibus suis, qui primati[h] erant eius[i] palacio, et venerunt simul ad sanctum Dei Hugbertum et viderunt, quae acta erant de ipso: mirati[k] sunt valde et laudaverunt Deum in omnibus, quae acciderant in temporibus suis. Et prae gaudio lacrimati sunt omnes et quaerebant faciem eius videre et osculati sunt manus et[l] pedes eius. Tunc iam dictus princeps[3] una cum sodalibus suis arripuit

Capp. 19. 20. 1*a*. *b*. 2.

Cap. 19. a) valet vest. cogn. 2. b) quanta in 2. c) quod 1*a*. d) vitam 1*b*. 2. e) e. b. *om.* 2. f) s(a)eculo c. (conspeximus 2) 1*b*. 2. g) *om.* 2. h) ista quis 1*b*; quis ista *om.* 2. i) (Nunc *om.*) Quid modo 2. k) *om.* 2. l) qui 2. m) c. i. *om.* 2. n) duriti: 2. o) misericordiam, quem (quam 2) 1*b*. 2. p) et v. (et v. *om.* 2) et odium 1*b*. 2. q) Ab — egimus *versu ex. om.* 2. r) deprecemus *(ita fortasse recte)* eius pietatem 1*b*. s) que 1*b*. t) Talia *pro* Et iam ista 2; sic *pro* eis 1*b*. u) ad inv. *om.* 2. v) *om.* 2. w) et *add.* 2; guttulis in f. eius stillantibus et dixerunt 1*b*. x) in caelo an. t. s. 2; animabus in celo s. t. 1*b*. y) procedit 1*b*. 2. z) quae 1*a*. a) per 2; in tempore plurimo 1*b*. b) *om.* 2.

Cap. 20. a) v. nuntius 2. b) *om.* 2. c) misterium 1*b*. 2. d) salvis vestimentis atque cadavere 1*b*; salvo vestimento atque cadavere inv. est illib. 2. e) venere 2. f) qu(a)e revelata 1*b*. 2. g) n. Carlom. pr. 1*b*; (n. pr. *om.*) Karlom. 2. h) primates 1*b*. 2. i) eius palacii 1*b*; eius *om.* 2. k) et mirati 1*b*; miratique 2. l) eius et p. 2.

Gelasianum (Muratori, Liturgia Romana vetus I, 703) et Gregorianum (ib. II, 198); W. Meyer, Gildae oratio rythmica ('Nachrichten der Göttinger Gesellschaft der Wissenschaften, Phil.-hist. Klasse' 1912, *p.* 72*)*: dirige viam famuli tui illius in voluntate tua. 1) *I. e. territorium.* 2) *Ionas c.* 15: regali solio exsilivit. 3) *Ib.*: Rex interea memorabilis Carlomannus una cum optimatibus proceribusque sui palatii.

corpus illius sancti, et inponens eum feretrum[a, 1], gloriam et hymnorum vocibus[b] cum[c] magno honore, cum crucibus et candelabris et turibus[d] plurimis et reliquiis sanctorum multorum patrocinia[e]. Ita sicut odor suavissimus de thimiamatibus V. Landiberti c. 25. exiens flagrat[f], ita corpus eius odorem suavissimum dabat[c]. Ablatus[g] est eum de tumulo, et[h] ferentes eum ante cornu altaris, et cum[i] muneribus suis ditavit, cum[k] palliis[2] atque vasa argentea, et de iure hereditatis suae cum hominibus[l], cum terris tradidit[m] ei et per strumenta[n] cartarum delegavit ad basilicam[3], ubi sanctus Dei exaltatus in gloria quiescens[o] tumulum[p] et est apud Dominum semper corona fulgens. Huius pro tanta[q] sancta merita nobis succurre, Domine, qui semper manes cum[r] Patre in unitate[s] per inmensa secula seculorum. Amen.

EXPLICIT[t] FELICITER[u]. DEO GRATIAS. AMEN.

Cap. 20. 1*a*. *b*. 2.

Cap. 20. a) feretro 2; posuit illud in feretrum cum gloria 1*b*. b) voces 2. c) cantabat et *pro* cum — *l*. 4. dabat 2. d) thuribulis 1*b*; *cf*. *p*. 492, 13. e) Et *pro* patr. Ita 1*b*. f) flagrae 1*a*. g) Quod ablatum secum de t. 1*b*. h) et tulit eum ante 2; (et *om*.) posuit ante 1*b*. i) *om*. 2. k) dit. eum, pallia 2; cum pallis *(sic)* atque vasis argenteis 1*b*. l) atque *add*. 1*b*. m) ei tr. 2. n) testamentum *pro* str. cart. 1*b*. o) quiescit 1*b*. 2. p) in tumulo 2; *om*. 1*b*. q) tanto (s. *om*.) merito 2; sanctis ac tantis meritis 1*b*. r) Deo *add*. 1*b*. s) Spiritus (sancti *add*. 1*b*) *add*. 1*b*. 2. t) *subscr*. *om*. 1*b*. 2; *sequitur Translatio II. auct. Iona* 1*b*. u) feliter 1*a*.

1) *Cf*. *V*. *Arnulfi c*. 23: sancta membra — — grabato inponunt adque mox arripientes itinera; *V*. *Landiberti c*. 18: in faeretroque inditum — — deferunt eum, cleri cum hymnis, *etc*. 2) *Ionas c*. 15: pallia peregrino opere elaborata. 3) *Cf*. *Mühlbacher, Reg. I*[2], *n*. 46 *(p*. 24*)*. *Verba* per strumenta cartarum delegare *in chartis saepe occurrunt*. — *Inter Flores miraculorum Hugberti (cf. supra p*. 480*) miraculum de psalterio litteris aureis exarato enarratur (Catalogus codicum hagiograph. Bruxell. I*, 1, 1886, *p*. 338 *sq*.*)*, *quod* ex dono Karlomanni regis *ad ecclesiam S. Hugberti Andaginensem pervenisset, id quod fraude asseritur, cum miraculum e Chronico S. Huberti c*. 19 *(SS: VIII*, 579; *ed. Hanquet l. l. p*. 52 *sq.) ad verbum fere descriptum sit, ubi de psalterio Ludowici Pii agitur*.

VITAE CORBINIANI EPISCOPI BAIUVARIORUM.

Baiuvarii cum fidem christianam ante dioeceses Bonifatii cura institutas iam amplexi essent, episcopis tunc non utebantur nisi more Scottorum vagantibus, e quibus Haimhrammus Ratisbonensis, Corbinianus Frisingensis ecclesiae patronus colitur, cumque litterarum studiis prius reliquis nostratibus imbuti essent, primum quoque historiae patriae scriptorem indigenam sortiti sunt Arbeonem, qui utriusque episcopi res gestas descripsit ante litteras a Karolo M. reformatas. Cum vero dioecesibus institutis rituque Romano introducto Scottorum instituta in derisum interim venissent, vestigiis illis deletis partis Romanae sectatores eos depinxit verumque rerum aspectum falsis opinionibus vanisque miraculis perturbavit, nihilominus non solum de historia ecclesiastica optime meritus sed etiam de profana, qui de veteribus gentis suae ducibus, quibuscum episcopi illi congressi essent, eorumque consuetudine familiisque res memoria dignas tradiderit stilo rudi, sed electissimo. Ortus enim prope Meranium mediis in Alpibus, ubi lingua Romana fere usque in recentia saecula perstitit, quasi in glacie conservata, cum barbarie Baiuvariorum speciem quandam urbanitatis Romanae coniunxit nomenque 'concivis' gentis cuiusdam Alpinae nobis servavit, diebus Augusti armis populi Romani subactae.

I. Corbiniani adventus in Baiuvariam.

Corbinianus primo Theodonem ducem Baiuvariorum adiit, qui illam provinciam sibi suisque filiis quadrifariam diviserat[1] *Theodeberto, Theodoaldo, Grimoaldo. Theodo, qui una cum Folchaid uxore in capite ducum defunctorum vetusti Libri Confraternitatum ecclesiae S. Petri Salisburgensis*[2] *collocatus est, Radasponae versabatur religionisque christianae studiosus episcopos peragrantes secum retinere laborabat. Sicut Haimhrammum*[3] *in Pannoniam profecturum Avarisque fidem christianam allaturum provinciae illius curam gerere maluerat episcopi aut abbatis nomine, ita etiam Corbinianum honoribus collatis sibi obstringere desiderabat, quem e Galliis per Alamanniam et Germaniam eo progressum esse Arbeo enarravit. 'Gurbinianus episcopus' inter 'episcopos vel abbates defunctos' eiusdem Libri confraternitatum S. Petri Salisburgensis secundum locum post Haimhrammum episcopum occupat ante Agnellum episcopum Sabionensem*[4] *et Vivilonem Pataviensem.*

1) *Arbeo, V. Corbiniani* c. 15. 2) *MG. Necrologia II*, p. 26. 3) *V. Haimhrammi* c. 4. 4) *S. Herzberg-Fränkel, 'N. Arch.' XII*, p. 68.

Erat autem Baiuvariorum gens non tam recens conversa, sicut Arbeo existimavit, quam obsoletis Scottorum ritibus depravata, qui inde ex Columbani temporibus ecclesia Gallicana potiti usque in gentem illam excurrerant. Eustasius abbas Luxoviensis († 629) plurimos Baiuvarios ad fidem christianam converterat atque reversus per sagaces quos miserat viros coeptum laborem continuandum curaverat[1], *unde in Martyrologio Hieronymiano a monachis Luxoviensibus collecto*[2] *Afrae martyris Augustanae memoria haud uno loco redit. Cum sede Romana Theodo dux primus e gente illa necessitudinem quandam iniit, orationis causa cum aliis*[3] *Baiuvariis c. a. 716. ad Petri apostoli limina profectus, eaque occasione Gregorius II. papa, ecclesiasticarum rerum defensor et adversariorum fortissimus oppugnator, ut erat animo constans*[4], *uti nitebatur, ut dissoluto vinculo Gallicano ecclesiam Baiuvariorum sedi apostolicae adiungeret.*

Gregorius igitur papa eodem anno tres legatos in Baiuvariam ire iussit, praecepto[5] *dato, ut ecclesiam illam reformarent, sacerdotes canonice ordinatos rectamque fidem tenentes secernerent a contraria parte illisque munere ecclesiastico secundum ordinem Romanum fungendi potestatem traderent, his ministerii loco motis successores subrogarent; antistites autem, trium episcoporum conventu adhibito, ordinarent non solum fide probatos virosque bonae opinionis sed etiam eruditos. Quod episcopi ordinati prohibebantur (c. 5), ne Afros passim ad ecclesiasticos ordines accedentes susciperent, papa formula vetustiore*[6] *usus est eadem, ad quam haud multo post synodale formavit Bonifatio*[7] *episcopo datum. Nam in illa regione potius Scottorum ordinationes parti Romanorum minus legitimae videri poterant et certe in capitulari papali distinguendae sunt rationes communes a peculiaribus provinciae Baiuvariorum convenientibus. Agitur autem ibi de abstinentia a cibis immundis (c. 7), de ieiunio in dies festos extenso (c. 10), de sublata paenitentia pro cottidianis excessibus (c. 12), fortasse propter sacerdotis omnium rerum scientiam*[8], *de satana cum cultoribus eius ad angelicam dignitatem reducto*[9] *(c. 13), de dissidentium oblationibus, ne in ecclesiam admitterentur, antequam reconciliati essent (c. 11). Haec quae castigantur peccata cum consuetudinibus Scottorum aliquo modo cohaerere alii coniecerunt*[10], *aliis obloquentibus. Ad res ecclesiasticas ordinandas papa legatos suos cum duce provinciae, scilicet Theodone, deliberare iussit de conventibus sacerdotum et iudicum universorumque gentis illius primariorum congregandis. Denique in uniuscuiusque ducis territorio episcopia disponenda singulisque sedibus subiacentes paroeciae terminandae erant, tribusque aut eo amplius dioecesibus constitutis, praecipuae sedis locus archiepiscopo reservandus erat, id quod diversarum rerum eventu impeditum est. Sedes enim metropolitana 'praeordinata' non condita est nisi a Leone III. papa*[11] *a. 800. Salisburgi neque praeterea ulla operae laborisque legatorum illorum vestigia supersunt. Sed eos re vera in provinciam Baiuvariorum abiisse vix negem, cum non videam, quomodo capitulare papale in codices eiusdem regionis transire potuisset, nisi a legatis ipsis illuc allatum esset, et praescriptio, in qua*

1) *V. Columbani II, c.* 8. 2) *'N. Arch.' XX, p.* 439; *XXIV, p.* 322. *Meae opinioni assensus est Theodorus Mommsen, Gesta pontif. I, p. XVI.* 3) *Ita recensio vetustior Libri pontif., ed. L. Duchesne I, p.* 398. 4) *Ib. I, p.* 396. 5) *Superest Gregorii II. capitulare a.* 716. *datum (MG. Leges III, p.* 451 *sqq.), vetustissimum historiae Baiuvaricae documentum.* 6) *Gelasii papae constitutio, quam episcopi in ordinatione sua accipiant, Jaffé, Reg. n.* 675². 7) *MG. Ep. III, p.* 267. *Eundem textum formula Libri diurni (ed. Th. Sickel p.* 5) *exhibet:* Synodale quem accipit episcopus. 8) *Ita Aldebertus; cf. Acta synodi Romanae a.* 745 *(MG. Ep. III, p.* 318, *et Concilia II, p.* 40). 9) *Similiter Clemens Scottus, ib.* 10) *F. Nagel, 'Zur Kritik der ältesten bayerischen Geschichte' ('Forsch. zur deutsch. Gesch.'* 1878, *XVIII, p.* 347 *sqq.).* 11) *(Kleimayrn), 'Nachrichten vom Zustande der Gegenden und Stadt Juvavia', Salisburgi* 1784, *'Diplomatischer Anhang' p.* 58; *MG. Ep. V, p.* 61.

Martinianus episcopus, alter legatorum, 'frater noster' appellatur Dominique auxilium euntibus exoptatur, ab episcopo aequali curiae Romanae composita videtur esse.

Ea quae illi capitulari subscripta sunt: Datum iussione Idus Mad. imperante domino augusto Anastasio a Deo coronato magno imperatore anno tercio pontificatus eius, *admodum depravata inter se vix conciliari aut omnino non intellegi possunt, ita ut pretiosissimum documentum ea de causa vel confictum esse crederetur*[1], *nullusque adhuc verum textum restituere poterat. At persimilis clausula alteri eiusdem papae epistulae eodem die, sed paucis annis post ad Bonifatium datae*[2] *adhaeret, eaque collata locum desperatum ita emendandum esse existimem:* Dat[a] Idus Mad. imperante domno [pi]issi[m]o augusto Anastasio a Deo coronato magno imperatore anno tercio, po[st consulatum] eius [anno tertio, indictione XIIII]. *Librarius compendium* $\overline{\text{pc}}$ [3], *i. e.* post consulatum, *interpretatus est* pontificatus, *quod in codicibus epistularum Bonifatii item falso explicatum est* imperii eius, *cumque annos imperii eosdem numerarent post consulatum imperatores, qui soli imperare coeperant, alter tertius annus excidit unaque cum eo indictio. Cum autem anno primo Anastasii imperii primoque post consulatum die* 1. *Octobris indictio XII. convenisset*[4], *indictio XIV. anno III. Idibus Maii numerabatur; dies enim natalis imperii Anastasii in diem* 4. *Iunii a.* 713.[5] *incidit. Quod vero Anastasius ineunte a.* 716, *scilicet mense Ianuario aut Februario, rebellibus se dedens*[6], *tonsus et Thessalonicam relegatus est, medio mense Maio fama istius rei vix Romam perlata esse poterat*[7], *alteroque rebelle mox alteri succedente, difficile dictu erat, quis modo imperaret, inprimis apud homines remotos, et certe Anastasius sive Artemius ipse a.* 719. *imperium recuperare conatus est*[8]. *Quae quomodocumque se habent, nullo modo lectionem tam vetusti aspectus qualis est* Mad. *immutare et* Mar. *substituere licet, quod codex quidam deperditus exhibuisse dicitur.*

II. Corbiniani peregrinandi studium.

Corbinianus episcopus hospitalitate Theodonis ducis haudquaquam capiebatur, sed relicta eius sede ad Grimoaldum filium eius se contulit, qui in castro Frigisinga[9] *cum uxore Pilidrud commorabatur vidua Theodoaldi fratris sui defuncti. Frigisinga castrum Grimoaldi ducis aut 'castrum publicum', 'urbs' vel 'oppidum', 'locus' vel 'locus publicus' moenibus cinctum erat atque intra moenia 'domus' vel 'domus publica' vel ecclesia S. Mariae constructa aut sita erat.*

Nec Grimoaldi ducis comitati Corbinianus cessit, ut diutius apud eum resisteret, sed peregrinationes suas continuabat et inprimis loca remota desiderabat. Fines Baiuvariorum a meridie ingressus ad castrum Maiense venit, in superiore Athesis sive Venustica valle situm, ubi a custodibus Grimoaldi retentus est, donec commeatum accepisset[10]. *Iam ad Valentini confessoris sepulchrum orandi causa se contulit in praefato castro situm. Regionem*

1) *S. Riezler, 'Zur älteren bairischen Geschichte' ('Forsch. z. Deutschen Gesch.' XVIII, p.* 520*), fidem documenti probis argumentis defendit, quam Nagel l. c. temere in dubium vocaverat.* 2) *Die* 15. *Maii a.* 719*; cf. MG. Ep. III, p.* 258. 3) *Cf. Jaffé, MG. Ep. III, p.* 225. 4) *Cf. Miracula b. Anastasii martyris (Anal. Boll. XI, p.* 233*):* Imperante domino nostro piissimo perpetuo augusto Anastasio magno imperatore anno primo et post consulatum eiusdem serenitatis anno primo *et infra:* Et dum haec fieret die Kalendas Octobris istius duodecimae indictionis, *scilicet a.* 713, *die* 1. *Octobris.* 5) *Pagi, Critica in Annales eccl. Baronii, Coloniae* 1705, *tom. III, p.* 178. 6) *Theophanes a.* 707. 7) *Inter Byzantium et Romam litterae quinque menses aut plures exigebant; cf. L. M. Hartmann, 'Mitt. d. Inst. f. österr. Geschichtsforsch.' XIII, p.* 243. 8) *Theophanes a.* 711. 9) *Jellinghaus in altera editione operis E. Förstemann, 'Altdeutsches Namenbuch, II. Ortsnamen' col.* 943[2], *originem nominis e Germ. 'Frî' duxit.* 10) *Arbeo, V. Corbiniani c.* 23.

illam Alpinam circumiens, loco secreto dexterae Passeris fl. ripae delectabatur, cui nomen erat Cainina, hodie Kains vel Kuens, vicus prope Meran situs, confiniumque castri Maiensis ei quam maxime idoneum esse visum est ad religionis cultum exercendum suoque more vivendum.

Studium illud quo fervebat peregrinandi ut ritui Scottorum conveniebat, ita cum consilio Gregorii II. papae vix aegreque conciliandum erat, ut, firmis dioecesibus distinctis et metropolitano constituto, ecclesia Baiuvariorum disciplinae sedis Romanae adiungeretur.

III. Castrum Maiense. Venostes cum Breonibus.

Erat in confinio Raetiae et Italiae, postea Baiuvariorum et Langobardorum, deinde Germaniae et Italiae atque dioecesium Curiensis et Tridentinae Venustica vallis[1], cuius memoriam nomen Vintschgau hodieque servat. Hanc Venostes olim incolebant gens Alpina auspiciis Augusti sub imperium populi Romani redacta[2]. Drusus[3] enim et Tiberius frater Raetos Vindelicosque a. 15. ante Chr. n. aggressi, gentes aditu difficillimas perdomuerunt cum alias tum Venostes cum Breunis, Drusique filius Tiberius Claudius caesar viam Claudiam Augustam[4], quam pater direxerat, per superiorem Athesis fluvii vallem usque ad Danuvium fluvium perduxit, id quod lapis miliarius testatur, a. 1552. in loco Töll repertus eodem, quo episcopatus Frisingensis a. 1305. curiam villicalem et teloneum possidebat[5]. Eodem fere loco[6] ara Dianae stetit, a. 217. aut 246. erecta, cuius titulum ita legit Mommsenius: **In h(onorem) d(omus) d(ivinae) sanct. Dianae aram cum sign(o) Aetetus Augg. nn. lib(ertus) p(rae)p(ositus) stat(ionis) Maiensis XXXX Gall(iarum) dedic(avit) Id. Aug. Praesent(e) c(onsule).** Locum illum, ubi ara reperta est, ut stationem quandam publicanorum fuisse certissimum est, ita Mommsenius negavit eam ad Gallicum vectigal pertinuisse, de altera Magia cogitans, quae prope Curiam sita in tabula Peutingeriana picta est (hodie Mayenfeld), atque praepositum illum coniecit lapidem dedicasse, cum abiens ad praeposituram stationis Maiensis promotus esset. Difficile vero creditu est stationem illam Maiensem cum castro Maiensi non cohaerere, quod haud procul a loco situm erat, ubi ara reperta est.

Breuni veloces, quorum Horatius, Carm. IV, 14, 11, meminit, a Strabone inter Illyrios numerati[7], e gentibus Alpinis a. 15. devictis nomen suum institutaque Romanorum diutissime servaverunt, tot barbarorum dominationes longaevitate superantes, vestigiaque eorum vel post Arbeonem deprehenduntur. Raetia provincia, ad quam gentes illae pertinebant, postea bipartita in dioecesim Italiae comprehensa erat, cumque Romanis Gothi successissent, pristina instituta vix mutaverunt, ducique Raetiarum a Theoderico rege a. 507/511. mandatum est[8], ut Breones corrigeret mancipia aliena auferentes.

1) Arbeo l. l. c. 15. 2) Plinius, Hist. nat. III, 136, tropaeum Alpium servavit ad hanc victoriam spectans. 3) Mommsen, C. I. L. III, p. 706; J. Jung, 'Roemer und Romanen in den Donauländern', Oeniponti 1877, p. 2 sqq.; K. Atz, 'Über die römischen Strassen-Castelle und Standlager in Tyrol' ('Mitth. der k. k. Central-Commission zur Erforschung und Erhaltung der Kunst- und hist. Denkmale', Vindobonae 1887, XIII ('Neue Folge'), p. LXI sqq. 4) C. Planta, 'Das alte Raetien', Berolini 1872, p. 75 sqq.; Th. Mommsen, 'Römische Gesch.' Berolini 1885, V, p. 19 n. 5) Cf. M. Fastlinger, 'Die wirtschaftliche Bedeutung der Bayrischen Klöster in der Zeit der Agilulfinger', Friburgi 1903, p. 16. 6) Monente Mommsenio C. I. L. V, p. 543. potius in valle Ziel rivi super Partschins quam in loco Töll, de quo cogitavit A. Roschmann, 'Glaubwürdige Nachrichten über das Leben und vormahlig berühmte Grabstatt zu Mays in Tyrol des Heiligen Valentini, Bischoffs zu Passau und beeder Rhätien Apostels', 1746, p. 62. 7) F. Stolz, 'Die Urbevölkerung Tirols', Oeniponti 1892, p. 46 sqq. 8) Cassiodorus, Varia I, 11.

Breones militaribus officiis assueti[1], *civilitatem premere dicebantur armati, habebantque et castellum et ecclesiam. Ecclesiae autem utriusque Raetiae ad metropolitanam Aquileiensem provinciam pertinebant, sed in tribus, scilicet in Breonensi*[2], *Tiburnensi, Augustana, Galliarum episcopi sacerdotes constituerant, scilicet Francorum episcopi episcopos*[3]. *Franci enim hereditatem Gothorum rei publicae Romanae invidebant, sed progressus eorum Iustiniano imperatori reprimere licuit nonnullique illius regionis episcopi ad sanctam rem publicam et ad Aquileiensem provinciam redierunt.*

Fortunatus poeta[4] *ex Italia Turones profecturus c. a.* 565. *Raetiam percurrit Aenumque Breonis transmisit atque eadem via opus suum de Vita Martini in Italiam remittens post Baiuvarios vicina Breonum loca enumeravit, quae iterum ad Aenum fl. collocare videtur, tum Valentini ecclesiae meminit, antequam Noricum occurreret. Valentinus Raetiarum episcopus aevo Severini in illa regione pro salute animarum laboraverat, abbas Lucilli presbyteri, qui c. a.* 480. *homo decrepitus depositionem eius annua sollemnitate die* 7. *Ianuarii celebrabat*[5]. *Abbas ubi fuerit, ibi monasterium stetisse necesse est vel potius cellam, cumque sepulchrum eius in valle Venustica Corbinianus reppererit, vix de Breonum episcopo*[6] *cogitare velim. 'Valentini templa', quorum Fortunatus meminit, a meridie Breonum sita erant, indeque iter Aguntum versus in Noricum flectebatur. Brionas castrum, cuius basilicam S. Laurentio sacram idem poeta IX,* 14, *propter miraculum versibus celebravit, Gregorius Turonensis*[7] *Italiae attribuit, supplens nomen a Fortunato praetermissum. Castrum illud, cuius memoria omnino excidit, prope monasterium Wilten*[8] *(Veldidena) et Oenipontum quaesiverunt, ubi etiam S. Laurentii capella extat, et via ab Aquileia Veldidenam per Aguntum ducebat*[9]. *Cum autem Agunto Oenipontum versus proficiscenti vallis Venustica cum castro Maiensi ad occidentem sita restet, nonnulli de alia quadam Valentini ecclesia cogitaverunt, quam in monte Brenner aut inter Sterzing et Mauls*[10] *aut prope Brixinum*[11] *vel Bruneck*[12] *sitam Fortunatus attigisset. Valentini enim ecclesiae in illa regione haudquaquam rarae sunt. E contrario vir de Breunorum historia optime meritus A. Jäger*[13] *situm castri Brionas cum itinere per vallem Venusticam conciliaturus illud iacuisse statuit prope vicum Landeck, ita ut Fortunatus in viam*

1) *Th. Mommsen, 'N. Arch.' XIV, p.* 497, *de bucellariis cogitavit.* 2) *Suggerendum Mauricio imperatori Venetiarum vel II. Retiae episcopi a.* 591; *MG. Ep. I, p.* 20. *Veram lectionem pro 'Beconensi' Mommsenius, reperto codice, restituit ('N. Arch.' XVII, p.* 191*), quam Bollandiani coniectura iam assecuti erant. Novam coniecturam 'Virunensi', 'Verunensi' superstruxit J. Friedrich, 'Die ecclesia Augustana in dem Schreiben der istrischen Bischöfe an Kaiser Mauritius vom J.* 591. *und die Synode von Gradus zw.* 572 *u.* 577' *('SB. der phil.-philol. u. d. hist. Kl. der K. B. Akad. d. Wissensch.', a.* 1906, *Monachii* 1907, *p.* 330*).* 3) *Sacerdotes in hac epistula pro episcopis accipiuntur neque pro presbyteris, sicut G. Strakosch-Grassmann, 'Gesch. der Deutschen in Oesterreich-Ungarn', Vindobonae* 1895, *I, p.* 262, *statuit.* 4) *Fortunatus, Carminum Praefatio §* 4; *V. Martini IV,* 647; *Paulus, Hist. Langob. II,* 13. 5) *Eugippii V. Severini, ed. Mommsen c.* 41. 6) *Ita A. Hauck, 'Kirchengesch. Deutschlands' I, p.* 360[3]. 7) *Gl. Mart. c.* 41. 8) *F. C. Zoller, 'Gesch. und Denkwürdigkeiten der Stadt Innsbruck', Oeniponti* 1816, *p.* 10; *P. H. Scheffel, 'Die Brennerstrasse zur Römerzeit', Berolini* 1912, *p.* 59 *sqq.* 9) *Itinerarium Antonini ed. Parthey et Pinder p.* 133 *sq.* 10) *Ita F. C. Zoller l. l. p.* 4. 11) *Ita A. Strakosch-Grassmann l. c. p.* 263. 12) *L. Steinberger, 'Über Namen u. Gesch. d. Brennerpasses' ('Mitt. d. Inst. f. österr. Geschichtsforsch.'* 1911, *tom.* 32, *p.* 616*).* 13) *A. Jäger, 'Über das rhätische Alpenvolk der Breuni oder Breonen' ('SB. der phil.-hist. Kl. d. Akad. d. Wissensch.', Vindobonae* 1863, *tom. XLII, p.* 429 *sqq.). Eius opinionem imopugnavit Josephus Egger, 'Die Barbareneinfälle in die Provinz Rätien und deren Besetzung durch Barbaren' ('Archiv f. österreichische Geschichte', Vindobonae* 1901, *XC, p.* 369*), superiori Aeni fl. valli regionem prope Kufstein anteponens.*

Claudiam deflexisset, quae per angustias Arlberg et Brigantium Augustam Vindelicorum ducebat[1]. Sane Berengarius II. rex Italiae ex Suevia per Venustam vallem in Italiam a. 946. profectus est[2] atque in eadem valle antiquissimus et praecipuus Valentini cultus florebat, dum reliquae eiusdem patroni ecclesiae non commemorantur nisi recentiore aevo. Certiora de castro illo ex verbis poetae colligi non licet, sed gens Breonum ab Aeno fl. trans Brenner montem, cuius nomen cum illa cohaerere nuper negaverunt[3], usque ad Sterzing vicum habitasse videtur[4].

Langobardi in Italiam inruentes cum Francis congressi sunt, qui castra in territorio Tridentino sita a. 590. diruerant[5], cumque uni eorum hi pepercerint, intercedentibus episcopis Tridentino et Sabionensi, fortasse recte conclusum est, Bauzanum et vallem Venusticam Langobardis tunc paruisse. Certe civitates et castra episcoporum Istriae et Venetiae, qui ad Mauricium imperatorem a. 591. litteras dederunt, ne per Gregorium I. papam imperiali pondere ad consensum damnationis trium capitulorum cogerentur, utque iussu imperatoris vis illa removeretur, Langobardis tunc subdita erant[6], etsi sub rem publicam redire vehementer desiderabant, eoque imperatorem sibi conciliare studebant, quod alias minabantur cives se defunctis ordinationes a Galliarum 'archiepiscopis' petituros esse neque a metropolitano Aquileiensi, commemorantes ea quae sub Iustiniano gesta esse supra dixi. Suggestioni illi primo loco Ingenuinus episcopus s. ecclesiae secundae Raetiae[7] subscripsit, quem Sabionensem fuisse constat[8], neque facile explicari potest, qua de causa Raetiam II, scilicet Vindeliciam[9], pro Raetia I. scripserit, ad quam civitas eius re vera pertinebat; nisi forte Vindelicia amissa nomen secundae Raetiae in partem primae transiit Tirolensem, id quod acute coniecit C. Planta[10]. Eam vero quam Ingenuinus una cum episcopis Venetis optaverat dominationem ei videre non licuit, nam Langobardis iterum barbari successerunt.

Baiuvarii, qui Suavis ab oriente finitimi iam Iordanis aevo erant[11], scilicet medio saeculo VI, eodem exeunte ad meridiem versus progressi in Sclavorum provinciam irruerunt, sed res adversas subierunt[12], antequam hostibus pulsis finibus illis potiri valebant. Bauzanum et reliqua castella occupaverunt, eisque comes Baiuvariorum praeerat, quocum c. a. 680. Alahis dux Langobardorum in Tridentina civitate constitutus conflixit[13].

Quamvis Breones Baiuvariorum dicioni iam subditi essent, tamen viri eorum nobiles originis Romanae minime obliti sunt. Dominicus ille 'Preonensium plebis concivis'[14] et genere et forma Romanus erat, cumque idem in Vallenensium partibus occurrisset Frisin-

1) Cf. Planta l. l. p. 76 sqq.; J. Näher, 'Die römischen Militärstrassen und Handelswege', Argentorati 1888, p. 5[2]. 2) Liutprandi Antap. V, 26, SS. III, p. 334. 3) Originem nominis ad 'Chunradum Prennerium in Mittenwalde' (c. a. 1300) eiusque praedium rettulit L. Steinberger l. c. novaque argumenta addidit in 'Mitt. d. Instituts f. österreichische Geschichtsforsch.' 1912, tom. 33, p. 696 sq. 4) G. Strakosch-Grassmann l. l. p. 387. episcopatum Breonensem eundem atque Sabionensem fuisse contendit, id quod iam F. W. Rettberg, 'Kirchengesch. Deutschlands' II, p. 281. displicuit. 5) Greg., H. Fr. X, 3; Paulus, H. Lang. III, 31. 6) Ep. Mauricii ad Gregorium I. a. 591, MG. Ep. I, p. 22. Cf. W. Meyer, 'Die Spaltung des Patriarchats Aquileja' ('Abh. d. Ges. d. Wissensch. z. Göttingen, phil.-hist. Klasse' 1898, p. 7). 7) Veram lectionem iterum e codice eruit Th. Mommsen l. c. p. 191. 8) Paulus, H. Langob. III, 26. 31. 9) Eugippii V. Severini c. 15; cf. H. Kiepert, 'Lehrbuch der alten Geogr.' p. 367. 10) C. Planta, 'Das alte Rätien' p. 236. 246; G. Strakosch-Grassmann l. l. p. 264; J. Egger, 'Die Barbareneinfälle in die Provinz Rätien' l. c. p. 367. 11) Iordanes, Getica c. 55 (Auct. antiq. V, p. 130, 18). Locus ad Cassiodori aevum spectat monente Mommsenio (l. l. p. XXXIII) neque cum Baumann ('Forsch. z. deutsch. Gesch.' XVI, p. 239 sq.) pro interpolatione habendus est. 12) Paulus, H. Lang. IV, 10. 39. 13) Ib. V, 36. 14) Arbeo, V. Corbiniani c. 37.

gensibus, scilicet in Aeni valle, castrum Brionas vix alibi atque ad eundem fluvium quaerendum est. Breones constitutionis Romanae memoriam etiam saec. VIII. retinebant[1], *sed nobiles illi possessores Romani, qui certe non restabant nisi rari*[2], *traditionem Romanam cum institutis Germanicis procul dubio copulaverant. Anno* 827/8. *Quarti[nus], cuius ad gentem fortasse spectat lapis sepulchralis Latinus Aureliae Rufinae matris Aelii Quarti[ni] repertus prope Mauls*[3], *'nationis Noricorum et Pregnariorum' (i. e. Breonorum) una cum matre Clauza, i. e. Claudia, praedia 'ad Wipitina in castello' (i. e. Sterzing) et ad Bauzanum una cum mancipiis Urso, Secundina, Mora, Marcellina, Tata monasterio 'ad Inticha, quod dicitur Campo Gelau' (hodie Innichen) dono dedit confirmavitque*[4]. *Fines linguae Romanae in his regionibus Alpinis ultra saeculum IX. latius patuerunt quam hodie atque in pago Venustico lingua forensis vel saec. XIV. Romana erat*[5], *quam procuratores etiam tunc intellexerunt, neque in superiore valle Venustica linguae Romanae nostra successisse dicitur nisi saec. XVIII*[6].

In locum Breonum nomen Innetinorum sive Vallenensium[7], *i. e. incolarum vallis Aeni, postea successisse videtur et certe actores Innetinos a Venusticae vallis*[8] *Baiuvarii distinxerunt, utque Breonibus castrum Brionas praesidio fuerat, ita Maiense castrum*[9] *in Venustica valle situm fines Baiuvariorum tuebatur, qui suos custodes ibi disposuerant. Cum nihilominus Langobardi castro postea potiti essent*[10], *portam urbis custodes eorum iam servabant*[11], *itaque 'caput Italiae' promotum erat*[8]. *Erat autem in eodem castro oratorium*[12] *sive ecclesia*[13] *beati Valentini confessoris, cuius corpus ibi sepultum erat*[14], *atque patrimonium Valentini Zenonis patrocinio fruebatur protectoris urbis Veronensis patronique in inundationibus invocati. Castrum cum ecclesia in praecipiti loco positum erat, praeterfluente Passere amne*[15], *ponteque transito, abrupta saxa montis una cum cavernis conspiciebant, quibus solis hoc latere ascendi poterat. Scopuli igitur ingentes huic urbi formam dederunt.*

Castrum Maiense Venusticae vallis, quod a Magia vico Curiensi differt, ad quem Mommsenius lapidem in valle Venustica repertum rettulit, sicut Breonense ita et ipsum tam funditus sublatum est, ut vel de eius situ dubitari liceat. Alii[16] *enim illud in dextera Passeris ripa ibi stetisse credunt, ubi oppidum Meran hodie cernitur, alii*[17] *in sinistra ripa, ubi hodie vicus Obermais extat ad Naif rivum situs, atque inter utramque*

1) *Cf. C. Hegel, 'Gesch. der Städteverfassung von Italien', Lipsiae* 1847, *II, p.* 127. 185 *n.; J. Jung, 'Roemer und Romanen in den Donauländern', Oeniponti* 1877, *p.* 157. 2) *M. Büdinger, 'Oesterreichische Gesch.', Lipsiae* 1858, *I, p.* 93; *J. Jung l. l. p.* 218. 3) *Cf. Zoller l. c. p.* 7; *Jäger l. l. p.* 404, *n.; C. I. L. V,* 1, *n.* 5083. 4) *Cf. Bitterauf, 'Die Traditionen des Hochstifts Freising' I, p.* 472; *p.* 62. 5) *de Ottenthal, 'Die deutsch-romanische Sprachgrenze im Vinstgau zu Ende des* 14. *Jahrh.' ('Mitth. d. Inst. f. Österreich. Geschichtsforsch.' II, p.* 112 *sqq.). In reliquias nationis Romanae inter Baiuvarios dispersae diligenter inquisivit G. Strakosch-Grassmann l. l. I, p.* 385 *sqq. De nominibus locorum Romanis linguaeque eiusdem vestigiis in valle Venustica deprehensis disseruit J. Egger l. c. p.* 92. 6) *v. Hormayr, 'Werke' I, p.* 309. 7) *A. Jäger l. l. p.* 432, *n.* 241. 8) *Arbeo, V. Corbiniani c.* 15. 9) *Ib. c.* 23. 30. 43. 10) *Ib. c.* 33. 11) *Ib. c.* 37. 12) *Ib. c.* 25. 13) *Ib. c.* 38. 43. 14) *Ib. c.* 23. 15) *Ib. c.* 40. 16) *Dr. David Schönherr, 'Über die Lage der angeblich verschütteten Römerstadt Maja', Oeniponti* 1873; *C. Stampfer, 'Geschichte der Stadtmauern von Meran' ('Programm des k. k. Ober-Gymnasiums in Meran'), Meranii* 1888, *et 'Geschichte von Meran der alten Hauptstadt des Landes Tirol', Oeniponti* 1889. 17) *Post Roschmann l. l. Dr. B. Mazegger, 'Römer-Funde in Obermais bei Meran und die alte Maja-Veste', Merani* 1887, *p.* 23, *et 'Die Geschichte der Stadtmauern von Meran, Prof. Cölestin Stampfer und die Maja-Frage', Oeniponti* 1889.

partem certamen non incruentum exortum est. Mihi quidem res se ita habere videtur, ut natura locorum, cursus Passeris amnis praeterfluentis, abrupta ripa, locus in confinio situs Cainina, hodie Kains vel Kuens[1]*, magis ad regionem Meran spectare videantur, dum nomen ipsum vico Mais suffragatur. Certe praedium ecclesiae Frisingensis Mais, a.* 931. *'Meies' scriptum*[2]*, ad castrum illud revocandum est, itemque Conradus sacrista a.* 1187. *castrum 'Mâisc' appellavit*[3]*, quod paulo ante more vetustiore 'Mages' scriptum est*[4]*. Ecclesia 'ad Maies' sanctae Mariae sacra erat*[5]*, et sicut Tridenti ita 'Maii' mercatus habebatur*[6]*. Zenonis vero patrocinium alteri ripae magis favere videtur, in qua prope Meran mons Zenonis situs est, iam Zenoburg*[7]*, nullusque olim de altero loco cogitavit. Bartholomeus Tridentinus monachus ordinis fratrum Praedicatorum, qui c. a.* 1244. *Librum epilogorum in gesta sanctorum edidit, Valentini sepulchrum his verbis descripsit*[8] *(c.* 65*):* **Fuit et tertius Valentinus episcopus, qui in ecclesia Zenonis, que sita est in monticulo super flumen Passere inter castrum Tyrolensi et villa Mays, cum sancto Corbiniano Frisingensi (ifligensi *c.*) episcopo sepultus fuit,** *eique testimonia Viti Arnpeckhii et Iohannis Freiberger accedunt, de quibus infra disserendum est. Utraque opinio fortasse ita inter se concilianda est, ut statuas castrum Maiense in utramque Passeris ripam se extendisse et etiam Meran vicum inclusisse*[9]*, qui a.* 857. *appellatur 'Mairania'*[10]*, 'in valle Tridentina' situs.*

Venostes ad dioecesim Tridentinam antiquitus pertinuisse etiam inde concludi licet, quod Victor II. praeses Curiensis saec. VIII. in lapidibus sepulchralibus componendis marmor venire iussit modo 'de Triento', modo 'de Venostes'[11]*, quae nomina eundem locum significare videntur. Episcopus autem Tridentinus metropolitano Aquileiensi subditus erat. Episcopatus Tridentinus usque ad locum Forst supra Marling vicum situm protendebatur, finesque eius Athesim transgressi iuxta Passerem ita porrigebantur, ut paroecias et Mais et arcis Tirol includerent, quae cum Teriolis castello convenire videtur, cui et praefectus legionis III. Italicae transvectioni specierum deputatae et tribunus*

1) *Arbeo, V. Corbiniani c.* 23. 25. *Ipsi regioni Maiensi locum Caininam demum attribuit interpolator V. Corbiniani B c.* 27, *quo C. Stampfer, 'Gesch. der Stadtmauern von Meran' l. l. p.* 7. *nititur.* 2) *MG. Dipl. I, p.* 64. 3) *SS. XXIV, p.* 320. 4) *Miles quidam praedium Mages a.* 1140/7, *ecclesiae Brixinensi tradidit; cf. O. Redlich, Acta Tirolensia, Oeniponti* 1886, *I, p.* 159. 5) *Charta a.* 1237*; v. Voltelini, Acta Tirolensia II, p.* 426. 6) *Charta a.* 1236*; ib. p.* 106. 7) *C. Stampfer, 'Geschichte von Meran der alten Hauptstadt des Landes Tirol', Oeniponti* 1889, *p.* 340. 8) *Lütolf, Bartholomeus Tridentinus ('Theologische Quartalschrift, Tübingen* 1881*', LXIII, p.* 469*).* 9) *Ita A. Huber, 'Beiträge zur älteren Geschichte Oesterreichs' ('Mitth. des Instituts für Österr. Geschichtsforsch.' II, p.* 370*). Etiam K. Atz, 'Über die römischen Strassen-Castelle und Standlager in Tyrol' l. l. p. LXX, de Maia disserens duo castra ad ripas Passeris sita fuisse statuit minusque Meranii ad radicem montis Zenonis extitisse, sed V. Valentini citavit dubiae fidei. De ruinis Romanis quae in hac regione supersunt novissime disputans Paul Clemen, 'Tyroler Burgen' ('Mitth. der k. k. Central-Commission zur Erforschung und Erhaltung der Kunst- u. hist. Denkmale', Vindobonae* 1893, *XIX, 'N. F.' p.* 17 *sqq.), etiam ante Romanorum tempora castra prope Meranium in monte Kuchelberg fuisse exposuit recteque monuit totam illam regionem Maiae nomine appellatam esse, quem secutus P. H. Scheffel, 'Die Brennerstrasse zur Römerzeit', Berolini* 1912, *p.* 16, *Meranium anteposuit.* 10) *A. Eichhorn, Episcopatus Curiensis in Rhaetia,* 1797, *p.* 19*; cf. J. Ladurner, 'Ursprung, Namen und Wappen der Stadt Meran' ('Archiv f. Gesch. u. Alterthumskunde Tirols', Oeniponti* 1864, *I, p.* 311*); Mühlbacher, 'Karoling. Reg.' I, n.* 1427[2]. 11) *Th. Mommsen, Inscriptiones conf. Helveticae Latinae ('Mitth. der antiquarischen Gesellschaft in Zürich' X, p.* 106, *n.* 26 *sq.). Cf. A. Eichhorn, Episcopatus Curiensis p.* 18.

gentis per Raetias deputatae in Notitia dignitatum[1] attributi sunt. Iura vero capituli Tridentini episcopus Curiensis in controversiam vocavit[2], sicut iam olim Francorum episcopi in hanc regionem penetraverant, piique homines eidem subveniebant, praedia sua ibidem sita ei tradentes.

IV. Pilidrudis ducissae insidiae.

Corbinianus Frigisingam in palatium deductus omnia quae secum ferebat in castro Maiensi reliquit partemque tantum comitatus sibi assumpsit[3], eo redire vehementer cupiens, neque enim conversatio aulica ei placere poterat.

Grimoaldus dux viduam fratris sui in matrimonium duxerat, licet talis coniunctio pro incesta haberetur[4], qualem etiam Gregorius II. papa legatis suis in Baiuvariam euntibus scribens a. 716. interdixerat. Pilidrud genere praeclara genitricem suam ex Galliis secuta erat, cumque et forma decora esset et ingenio abundaret, Theodoaldo marito[5] defuncto, mox alterius ducis favorem sibi conciliaverat. Corbinianus autem faciem Grimoaldi ducis videre noluit, priusquam coniugem suam dimisisset[6], aeque ac Columbanus olim adulterinas Theuderici regis permixtiones ita abhorruerat, ut nec in regias domus devertere voluisset[7]. Per 40 dies ibi retentus, cum nihil effecisset, recessit, comitibus relictis, qui excedentes cottidie admonere non cessarent, ut ad divortium consentirent. Tandem ad promissionem sese separandi perducti paenitentiam egerunt et tunc demum Corbinianus commune cum eis in palatio sumpsit convivium. Similiter Iudacaile rex Brittanorum cum Dagoberto quondam ad prandium discumbere noluerat, 'eo quod esset religiosus et timens Deum valde'[8].

Loci illius amoeni, cuius supra meminimus, Corbinianus recordatus ducem paenitentiam agentem facile commovit, ut vicum Caininam a possessoribus iusto pretio dato sibi emeret, atque rerum futurarum providus in regione castri Maiensis habitaculum construxit, oratorium moenibus cinxit, suscipiens praeterea curam patrimonii Valentini sibi iniunctam in monte Zenonis siti, quo imminentibus periculis se recipere posset.

Morum enim immanitas necessitudinem cum duce intercedentem facile perturbare poterat. Grimoaldus prandium comedens panem signo crucis munitum dilecto cani proiecit, id quod Corbinianus conspiciens, indignatione commotus, tripodem dextro pede subvertit, ut argentea vasa per pavimenta cenaculi volverentur, iterumque communem cibum cum duce sumere recusavit. Pilidrud separati matrimonii non immemor invidiae fomitem eo magis accendebat, immo Corbiniano necem iam parare studebat, iramque eius depingens Arbeo verba eam fecisse narravit haec: 'hoc ob principis despectum egisse episcopum Brittanorum origine ortum'[9], quibus veram patroni sui condicionem praeterea anxie celatam temere revelavit. Brittonibus venientibus vel falsis sacerdotibus haereticis aevo Bonifatii clerus partis Romanae bellum indixerat[10] atque Corbinianum ad illos pertinuisse, ut iam ante divinare licuit, ita genuinus Arbeonis textus hoc

1) Ed. O. Seeck p. 200 sq. 2) Hans de Voltelini, 'Beiträge zur Gesch. Tirols' ('Zeitschrift des Ferdinandeums für Tirol und Vorarlberg'), Oeniponti 1889, p. 18. 3) Arbeo, V. Corbiniani c. 23. 4) E. gr. Conc. Aurelian. a. 511, c. 18: Ne superstis frater torum defuncti fratris ascendat. 5) Si Waltrat Theodoaldi nomini in Libro Confraternitatum eccl. S. Petri Salisburgensis addita (MG. Necrologia II, 26) uxor eius fuerit, id quod verisimile est, Pilidruth alteram uxorem eidem successisse opus sit, sed mirabile est eam cum Grimoaldo illos coniuges ibi praecedere. 6) V. Corbiniani c. 24. 7) Ionas, V. Columbani I, 19. 8) Fredeg. IV, 78. 9) V. Corbiniani c. 26. 10) Epistula Gregorii III. papae episcopis Baiuvariae et Alamanniae missa c. a. 737; MG. Ep. III, p. 292.

loco manifesto aperuit. Satisfactione accepta episcopus mitigatus communi mensae iterum intererat.

Habebat quidem Corbinianus Arbeone teste (c. 27) in villa publica Frisingensi 'domum propriam', scilicet episcopalem S. Mariae dicatam, sed cum clero suo cottidie montem vicinum ad occidentem castri illius situm frequentabat, ut in S. Stephani oratorio (hodie Weihenstephan) matutinas laudes celebraret, eundemque locum secretiorem mox ad habitandum sibi elegit, miraculis quibusdam commotus. Voces enim psallentium luminaque ex fenestris tectoque ecclesiae radiantia, odor incredibilis suavitatis ut alibi ita hic famae loci servierunt, ut iam exigua domus ad manendum iussu Corbiniani ibi construeretur, qui ministris laborantibus subveniens vel fontem baculo suo e monte elicuisse dicitur[1] *exemplo Moysis (Num. 20, 11). Quare qui hodie adest fons 'Korbiniansbründl' appellatur.*

Cella igitur Corbiniani, in qua more Scottorum cum ministris suis degebat, montem propinquum prope oratorium S. Stephani occupabat, ibique multo post celeberrimum monasterium Weihenstephanense ad regulam S. Benedicti conditum est. Ecclesia autem maior Mariae sacra in ipso quo castrum situm erat monte altero orientem versus stabat[2], *ibique etiam Grimoaldus dux cum Pilidrude habitabat, quorum filius iuvenis aegrotans per mulierem rusticam carmine nefando praestigiisque saluti redditus erat. Corbinianus ad vespertinas laudes persolvendas ad Mariae ecclesiam in castrum versus pergebat, cum in mulierem illam incidit maleficiis ei iam antea suspectam, ipsamque viri comitabantur carnibus onusti vivumque animal deducentes, munera scilicet, quibus in palatio affecta erat. Iam furore commotus ex equo prosiluit, anumque propriis manibus caedens, cuncta quae ei data erant pauperibus ad portam divisit neque urbem introiit, sed domum reversus perfidiam ducissae deflebat. Haec vero cum cruentatam mulieris faciem vidisset, vitae episcopi non adeo politi veneno insidiari conabatur neque vero maritum de illo consilio certiorem fecit, sed vicario vel subactori, qui Nino*[3] *appellatur, procul dubio alteri iudici Frisingensi, post comitem locum tenenti, clam praecepit*[4], *ut collectis famulis episcopum interimeret, quando ex eadem villa recessissent.*

Recedentibus autem ad aliam villam montemque S. Stephani praetereuntibus, quidam e comitatu cum Ermberto Corbiniani fratre congressus insidias prodidit, episcopum scilicet eadem nocte a vicario interemptum iri, fraterque in montem reversus eum monuit, quare intempesta nocte ad aliam villam equo vehebatur. Adversarii domum Corbiniani crepusculo circumdantes, cum eam vacuam repperissent, cuncta everterunt. Episcopus in castrum Maiense cum clero suo se contulerat, quod Langobardi tunc tenebant, ducissae renuntians, ipsam cum suis in foveam ruituram esse, quam sibi paravisset. Grimoaldus, cum uxoris insidias audisset[5], *illum revocare nitebatur, sed is periculo mortis denuo se offerre nolebat.*

Mox res adversae adeo in domum Grimoaldi ducis ingruebant, ut nemo ex ea remanserit. Puer carus, cui mulier rustica diaboli artibus subvenerat, finem vivendi fecit; dux ipse ab insidiatoribus interemptus est. Pilidrud uxor eius Carolum principem a. 725. in Gallias secuta est victorem e finibus Baiuvariorum reversum[6], *eaque postea propriis facultatibus exuta egena in Italia diem supremum obiit. Tota eorum progenies pulchritudine formae insignis regno privata periit et vel vicarius ille ignominioso fine extinctus est*[7], *quo adiutore mulier usa erat.*

1) *Arbeo, V. Corbiniani c.* 28. 2) *Situm locorum tabula exhibet picta apud M. Merian, Topographia Bavariae,* 1644, *ad p.* 15. 3) *Vide ea quae de eo nomine ad c.* 29. *adnotavi.* 4) *Arbeo, V. Corbiniani c.* 29. 5) *Ib. c.* 30. 6) *Fredeg. cont. c.* 12. 7) *Arbeo, V. Corbiniani c.* 31.

V. Hucperti ducis auspicia. Corbiniani mors et sepultura.

Grimoaldo defuncto successit Hucpertus dux, filius Theodeberti[1] *fratris illius neposque Theodonis, atque post Theodonem et Theodebertum in Libro confraternitatum vetustiore monasterii S. Petri Salisburgensis*[2] *Grimoaldus praecedit Theodoaldum, qui certe ante illum mortuus erat, hoc ordine disposito:* Theoto, Theotperht, Crimolt, Theodolt, Tassilo, Hucperht. *Theodebertum Paulus*[3] *ante Theodonem collocare videtur, unde quidam*[4] *ad coniecturas temerarias confugerunt, regnumque eius in Brevibus Notitiis*[5] *inter Theodonis interpositum est, qui infirmans filio suo ducatum Baiuvariae commendasset, ita ut deinceps Theodonis acta ad Theodebertum referantur. Thassilo si filiis Theodonis quartus adnumerandus sit, tamen parum constat, utrum regnaverit*[6] *necne, neque in ducatu Frisingensi inter Grimoaldum et Hucpertum tertius locum habet neque cum quadrifaria Theodonis divisione inter se filiosque ille convenire videtur.*

Hucpertus regnum iniens Corbinianum summo honore affectum ex castro Maiensi revocavit revocatumque tanti existimavit, ut sacro fontis lavacro eum sibi coniungeret[7]. *Quod quomodo intellegendum sit, parum patet, cumque difficile creditu sit, Hucpertum Theodonis nepotem nondum baptizatum esse, Corbinianus fortasse prolem eius de fonte suscepisse putandus est, sicut Secundus episcopus Tridentinus Agilulfi regis filium*[8]. *Hucperti uxori nomen fuisse videtur Rattrud*[9].

Hucperti sororem Guntrut Liutprandus rex Langobardorum in matrimonium duxerat, qui apud Theodebertum patrem eorum adulescentulus exulaverat, isque initio regni sui (ex a. 712*)*[10] *plurima Baiuvariorum castra ceperat*[11] *cum alia tum Maiense, unde fortasse recte conclusum est, simultates quasdam inter Grimoaldum et Hucpertum intercessisse*[12]. *Ad Liutprandum Paulo teste magis orationibus quam armis fisum Corbinianus octavo die ante obitum suum Ermbertum fratrem suum germanum misit*[13], *ne patrimonium Maiense sibi eriperet utque eius permissu corpus suum, quod beato Valentino vivus deputasset, ibidem sepeliretur. Mortis praescius etiam ab Hucperto duce petivit, ut cadaver suum eo deferendum curaret, quo vivus pollicitus esset, cumque omnia praeparasset, balneo lotus tonsusque et veste indutus primo sacrificium ut solebat Deo obtulit, deinde domum ingressus modicum vini sumpsit, antequam finem vivendi fecit*[14].

Nomen eius die 8. *Septembris codici Salisburgensi (hodie Monacensi lat. n.* 15818*) Martyrologii Bedani scripto saec. IX, sed postea interpolato, illatum est*[15]*:* VI. Id. Sep. Corbiniani confessoris, *scilicet ipso nativitatis Mariae die, quo etiam dedicatio ecclesiae maioris Frisingensis eidem dicatae celebrabatur, atque inter Notas necrologicas ecclesiae maioris Frisingensis post a.* 983. *compositas utrumque festum ita coniunctum est*[16]*:* VI. Id. Sept. S. Corbiniani atque dedicatio eius ecclesiae.

1) *Notitia Arnonis, ed. W. Hauthaler, 'Salzburger Urkundenbuch' I, Salisburgi* 1910, *p.* 6. 2) *MG. Necrologia Germaniae, ed. S. Herzberg-Fränkel II, p.* 26. 3) *Hist. Langob. VI,* 21. 35. 43 *et* 44. 4) *B. Sepp, 'Die bayerischen Herzoge aus dem Geschlechte der Agilulfinger und die falschen Theodone' ('Oberbayerisches Archiv f. vaterl. Gesch.' L, p.* 16*).* 5) *Ed. W. Hauthaler l. l. p.* 21. 6) *S. Herzberg-Fränkel, 'Über das älteste Verbrüderungsbuch von St. Peter in Salzburg' ('N. Arch.' XII, p.* 66*).* 7) *Arbeo, V. Corbiniani c.* 32. 8) *Paulus, Hist. Lang. IV,* 27. 9) *MG. Necrol. II, p.* 26. 10) *L. Bethmann et O. Holder-Egger, 'Langobardische Regesten' ('N. Arch.' III, p.* 245*).* 11) *Paulus l. c. VI,* 58. 12) *Riezler, 'Gesch. Baierns' I, p.* 80. 13) *Arbeo, V. Corbiniani c.* 33. 14) *Ib. c.* 34. 15) *H. Quentin, 'Les martyrologes historiques du moyen âge', Parisiis* 1908, *p.* 30. 16) *A. Lechner, 'Mittelalterliche Kirchenfeste u. Kalendarien in Bayern', Friburgi* 1891, *p.* 19*; MG. Necrologia III, p.* 81.

Corbinianus in ecclesia beatae Mariae sepultus est, donec uterque legatus redisset[1], *cumque mense transacto tandem corpus Frigisinga amoveretur, Magata puella*[2] *se gloriabatur, episcopi defuncti concubinam se fuisse, id quod per ludum et iocum dixisse dicitur, sed talia ne hoc quidem modo de Columbano umquam dicta esse credam, a cuius simplicitate etiam reliqui eius mores haud parum distabant. Corpus eius per pagum Vallenensium et per plebem Breonensium usque ad castrum Maiense perductum est. Ministri episcopi cum ad portam 'urbis'*[3] *a custodibus repulsi essent, qui dolum insidiasque suspicarentur, litteris Liutprandi regis Ticino advenientibus, quibus corpus summo honore suscipi iubebatur, illud in ecclesia Valentini cum magna reverentia humo tradiderunt*[4]. *In monte S. Stephani Frisingensi deficiente fonte quem dixi humus per* 40 *annos arida remansisse dicitur, donec corpus reportatum esset, cumque translationem a.* 765. *factam esse infra demonstraverim, sequitur Corbinianum a.* 725. *diem supremum obiisse vel paulo post, si numerum rotundum ut in V. Hugberti*[5], *ita in Corbiniani liberius interpretari licet.*

VI. Bonifatius vicarius apostolicus et Ermbertus episcopus Frisingensis.

Corbiniano defuncto Eremvulfus apud Hucpertum ducem et in ecclesia Baiuvariorum aliquid valebat, qui item a Scottorum parte stetisse videtur et certe cum consuetudinibus ecclesiae Romanae parum conveniebat, nam a sectatoribus earum inter haereticos numerabatur[6]. *Bonifatius eum schismaticum iuxta canonum decreta damnans abiecit populumque ab eius secta liberavit. Idem perficienda suscipiens ea, quae Theodone duce quondam incepta erant, paucis annis, postquam ille Romam advenit, i. e. a.* 719[7], *a Gregorio II. papa auctoritatem acceperat ad gentes quascumque infideles properandi, ut Germaniae populos praedicationis causa inspiceret*[8], *reversusque per praerupta Alpium iuga etiam Baiuvariorum fines peragraverat. Episcopus autem propter multitudinem paganorum conversam die* 30. *Novembris seu natali Andreae ordinatus, qui a.* 722. *cum die lunae conveniebat, cum dominicus a sede apostolica legitimus*[9] *ordinationis episcopalis dies sanctus esset, simile mandatum apostolicum a papa acceperat, quod legati apostolici a.* 716. *ab eodem*[10]. *Sacrum pallium Gregorius III. papa, alterius successor, ea condicione ei c. a.* 732. *concesserat, ut inter archiepiscopos censeretur*[11] *et ius praedicationis exerceret et episcopos ordinaret. Pallio ornatus hacque potestate praeditus Bonifatius Hucperti ducis terras adiit multasque ecclesias visitans Eremvulfum exauctoravit.*

Gregorius III. papa Bonifatio tertio Romam profecto mandatum a. 738. *renovavit*[12] *episcopisque in provincia Baiuvariorum et Alamannia constitutis praecepit, ut norma catholicae ecclesiae suscepta non solum gentilitatis ritum, sed etiam doctrinam Brittonum falsorumque sacerdotum abicerent, utque conciliis interessent, ubicumque terrarum Bonifatius ea instituisset*[13]. *Unus autem Vivilo (Phyphylo) Pataviensis, quem papa ipse aliquot annis ante ordinaverat, ex omnibus ad quos idem tunc scripsit episcopis approbandus erat, itaque Bonifatio vicario apostolico haud pauca a.* 739. *ad veram fidem renovanda erant Baiuvarios extra ordinem ecclesiasticum viventes visitanti, auctore Odi-*

1) *Arbeo, V. Corbiniani c.* 35. 2) *Ib. c.* 36. 3) *Ib. c.* 37. 4) *Ib. c.* 38. 5) *V. supra p.* 304. 6) *V. Bonifatii auct. Willibaldo c.* 6 *(ed. W. Levison p.* 36*).* 7) *MG. Ep. III, p.* 258. 8) *V. Bonifatii l. c. c.* 5 *(ed. W. Levison p.* 22*).* 9) *L. Thomassinus, Vetus et nova ecclesiae disciplina, Lugduni* 1705, *II, l.* 2, *c.* 12, *n.* 10 *sqq. Annus* 721, *quo dies* 30. *Novembris dominicus erat, nullo modo conciliari potest cum numeris traditis, quos novissimus expendit M. Tangl, 'Die Briefe des h. Bonifatius' p.* 11. 10) *V. supra p.* 498. 11) *Gregorii III. ep. ad Bonifatium, MG. Ep. III, p.* 279; *V. Bonifatii c.* 6 *(p.* 35*).* 12) *Gregorii III. epistula ad omnes episcopos, presbyteros, abbates, MG. Ep. III, p.* 290. 13) *Eiusdem epistula ad episcopos in provincia Baioariorum et Alamannia constitutos, MG. Ep. III, p.* 292.

lone duce, qui Hucperti[1] *successor ducatum interim acceperat. Expulsis falsis episcopis et inprimis Brittonibus vagantibus, totam provinciam consentiente duce in quattuor dioeceses divisit singulisque singulos praefecit episcopos rite ordinatos. Ecclesiae Frisingensi Ermbertus Corbiniani frater tunc praepositus est episcopus*[2]*. Hierarchia Romana instituta, provincia Baiuvariorum in bonum ordinem redacta et ab ecclesia Francorum fere seiuncta est, ita ut consilium a Gregorio II. a.* 716. *conceptum per Bonifatium iam ad effectum adductum esset. Eidem Zacharias papa a.* 744. *non solum ius praedicationis in Baiuvariorum provincia confirmavit, sed etiam omnem Galliarum provinciam apostolica vice iniunxit*[3]*, ut scilicet spirituali auctoritate reformaret, quicquid christianae religioni vel canonum institutis contrarium ibi repperisset*[4]*.*

Ermbertus primus episcopus Frisingensis ad normam ecclesiae Romanae rite ordinatus, qui ecclesiam S. Haimhrammi in vico Helphindorf dedicavit[5] *in Necrologiis Kal. Ian. celebratur et in Weihenstephanensi*[6]*:*

Erimbertus Frisingensis eps.,

et in Notis ecclesiae maioris Frisingensis[7] *(saec. XI):*

Erimbertus secundus huius sedis episcopus obiit, *et*

Erambertus Frig. eps. ob.

Ioseph successor eius ultimum locum in tertia serie episcoporum defunctorum Libri confraternitatum monasterii S. Petri Salisburgensis occupat[8]*.*

VII. Anni primorum episcoporum Frisingensium ducumque Baiuvariorum.

Anni episcoporum Frisingensium ex annis ducum Baiuvariorum concludendi sunt, quos chartis traditionum Frisingensium subscriptos novissimus editor non semper recte definisse mihi videtur.

Odilo dux, qui ante a. 739. *Hucperto succedens Chiltrudem filiam Caroli principis defuncti (†* 741*) auctore Sunnichilde nepte sua in Baiuvariam confugientem in matrimonium duxerat atque contra fratres ipsius Carlomannum et Pippinum a.* 743. *rebellaverat*[9]*, computante calculatore scrupuloso comite Hundt*[10]*, die* 18. *Ianuarii a.* 748. *defunctus est, ideoque charta Frisingensis* ‘anno XII. Oatiloni ducis’ *die* 12. *Februarii data anno* 748.[11] *attribui nequit, sed annus* 747. *ad Hundtii calculum retinendus est,*

1) *Neque vero Hucperti filius erat; cf. W. Rettberg, ‘Kirchengesch. Deutschlands’ II, p.* 183*; Th. Breysig, ‘Jahrb. d. fränk. Reiches’ p.* 89*; M. Fastlinger, ‘Die wirtschaftliche Bedeutung der Bayerischen Klöster in der Zeit der Agilulfinger’, Friburgi* 1903*, p.* 9*; Hauck, ‘Kirchengesch. Deutschlands’ I, p.* 504 [3]*. Odilonis neptis Sunnichildis concubina Caroli principis erat, quam una cum Pilitrude a.* 725. *ex Baiuvaria abduxerat.* 2) *V. Bonifatii c.* 7 *(p.* 38*):* secundus Erembercht, qui Frigisingensi ęcclesiae superspeculatoris tenuit principatum. *Cf. Gregorii III. ep. ad Bonifatium a.* 739. *datam, MG. Ep. III, p.* 293. 3) *Zachariae ep. ad Bonifatium, MG. Ep. III, p.* 316. 4) *Cf. O. Fischer, ‘Das Legatenamt des Bonifatius und seine Mission unter den Sachsen’ (‘Forsch. zur Deutschen Gesch.’,* 1886*, XXVI, p.* 646*).* 5) *Charta a.* 772*, ed. Theodorus Bitterauf, ‘Die Traditionen des Hochstifts Freising’, Monachii* 1905*, tom. I, p.* 79 *(‘Quellen und Erörterungen zur bayerischen und deutschen Gesch. N. F.’ tom. IV); SS. rer. Merov. IV, p.* 455. 6) *MG. Necrologia III, p.* 203. 7) *Ib. p.* 79. 84. 8) *Herzberg-Fränkel, ‘N. Arch.’ XII, p.* 69*; sed cf. p.* 68. 9) *Cont. Fred. c.* 25 *sq.* 10) *Friedrich Hector comes Hundt, ‘Über die Bayerischen Urkunden aus der Zeit der Agilolfinger’ (‘Abhandl. d. hist. Kl. der Bayrischen Akad. d. Wissensch.’, Monachii* 1873*, XII, p.* 168*; cf. E. Mühlbacher, ‘Regesten unter den Karolingern’ I, p.* 30 [2]. 11) *Ita Bitterauf, l. l. I, p.* 28*; cf. p. LVII.*

quodque eam Tassilo, filius Odilonis[1], *his verbis confirmavit:* **Et post haec ego Tassilo dux Baioariorum hanc epistulam confirmavi propria manu,** *neque Odilonis signum inter subscriptiones deprehenditur, tamen haec traditio facta est 'in manus Ioseph episcopi in praesentia Oatiloni ducis' neque eo defuncto atque confirmatio Tassilonis verbis 'post haec' ad tempus posterius refertur in finem transponenda, quem locum alibi occupat*[2]. *Si Odilo mense Februario a.* 747. *duodecimum regni annum agebat, a.* 736. *primus eiusdem annus erat neque a.* 737. *ducatum iniisse potest, sicut B. Sepp et Bitterauf statuerunt. Si autem Ioseph episcopatui Frisingensi a.* 747. *mense Februario praeerat, Ermbertum decessorem eius non post Kal. Ian. eiusdem anni e vivis excessisse oportet.*

Ad eundem calculum vetustissima charta traditionis Frisingensis die 12. *Septembris anno VIII. 'Oatilonis' data 'ad domum sanctae Mariae semper virginis in loco Frigisinga, ubi Ermbertus episcopus sacerdos praeesse dinoscitur', cum Hundtio iterum a.* 743. *restituenda est, quam Bitterauf in annum insequentem temere rettulit. Certe Tassilo a.* 741. *natus*[3] *a mense Ianuario a.* 748. *ducatum suum auspicabatur, quodque Zacharias papa Odilonem Kal. Mai. a.* 748. *regnasse credidit*[4], *mors eius monente Hundtio Romae tunc nondum nota erat, novaque quam tarde tunc Romam pervenerint, supra vidimus (p.* 499*).*

Iosephus episcopus Frisingensis, cuius memoria die 17. *Ianuarii celebrabatur*[5], *cum a.* 763, *die* 29. *Iunii hortator fuisset ad monasterium Scarantiense (hodie Scharnitz ad radices Karwendel montis) condendum*[6], *quod Reginpertus cum aliis rebus tum villis in pago Vallenensium sitis instruxerat et dioecesis 'inconiacentis' Frisingensis episcopo subiecerat, non ante diem* 17. *Ianuarii a.* 764.[7] *obiit, cumque iam die* 7. *Maii a.* 765. *successor eius publicam synodum seu placitum Frigisingae convocasset*[8], *praeterea tantum de hoc anno cogitari potest, cui M. Fastlinger*[9] *mortem eius attribuit, dum inter utrumque haesitat Hundtius*[10].

VIII. Translatio Valentini Pataviam, Corbiniani Frigisingam.

Valentini corpus Langobardi e castro Maiensi ablatum in urbe Tridentina sepulturae interim tradiderant, sed Tassilo dux Baiuvariorum, qui Liutbergam filiam Desiderii regis Langobardorum in matrimonium duxit, sedente Iosepho episcopo Frisingensi in patriam idem rettulit relatoque 'meliorem insulam'[11] *designavit, sepulturam in domo et ecclesia episcopi parans. Cum urbis nomen Arbeo memoriae non tradiderit, alter biographus B eius textum supplens et Iosephi nomen expungens Pataviam civitatem, hodie Passau, nominavit, et situs oppidi inter Aenum et Danubium constituti*[12] *cum insula comparari poterat. Ecclesia Pataviensis anno primo Odilonis ducis transacto aedificata et a Virilone consecrata erat, si nota vetusta*[13] *ad eam referenda est, quae ad eccle-*

1) *Notitia Arnonis, ed. W. Hauthaler l. l. p.* 7. 2) *Charta Frisingensis a.* 757, *ed. Bitterauf I, p.* 37. *Traditio rei dominicae acquisitae consensu ducis egebat; cf. H. Brunner, 'Die Landschenkungen der Merowinger und der Agilolfinger' ('SB. d. Akad. d. Wissensch. zu Berlin'* 1885, *p.* 1185*).* 3) *Cf. E. Mühlbacher, 'Reg.' I, p.* 30. 4) *MG. Ep. III, p.* 360. 5) *Notae Necrologicae eccl. mai. Frisingensis (MG. Necrologia III, p.* 79. 84*); Necrologium Weihenstephanense (ib. p.* 204*).* 6) *Bitterauf l. l. p.* 47. 7) *Ita Bitterauf l. l. p.* 48. 8) *Ib. p.* 51. 9) *Max Fastlinger, 'Das Todesjahr des Hl. Korbinian' (v. Deutinger, 'Beiträge zur Geschichte, Topographie und Statistik des Erzb. München und Freising. Fortgesetzt von Specht', Monachii* 1901, *tom. VII, 'Neue Folge' I, p.* 52*).* 10) *'Jahresbericht des hist. Vereins von Oberbayern'* 1881/2. *XLIV. et XLV, p. XIII.* 11) *V. Corbiniani c.* 41. 12) *Eugippii V. Severini c.* 19 *(ed. Mommsen p.* 29*).* 13) *Mon. Boica XXVIII,* 2, *p.* 53.

siam quandam S. Mariae spectat; illa vero S. Stephano sacra erat, eiusque ante fores Valentinus in tumulo postea quiescebat[1]*, cuius etiam nomen eadem adsumpsit, sicut ex chartis a. 774. aut postea datis intellegitur. Ad hanc translationem festum referendum est die 4. Augusti Calendario Salisburgensi saec. XI. illatum*[2]*:* Translatio Valentini conf. *Annus vero, quo eadem facta est, accuratius definiri nequit*[3].

Corbiniani corpus cura et decore carens et etiam lumine paupertatis causa saepe privatum in castro Maiensi remanserat, quod occasione matrimonii Tassilonis cum Liutberga Baiuvariis cum aliis castris, quae Langobardi eis olim eripuerant, redditum esse fortasse recte coniecerunt[4]. *Arbeo*[5] *Iosepho defuncto sedem Frisingensem nactus, cum patrono cui a pueritia adhaeserat debitos honores tribuere minime posset, corpus eius Frigisingam reducere vehementer desiderabat, sed voluntatem defuncti violare parum tutum esse poterat, qui corpus suum vivus Valentino deputavisset, quamvis interim ablato. Neque sacerdotes dioeceseos Frisingensis, quos episcopus haesitans ad concilium convocavit, gravissimam rem decidere audebant, sed cum Arbeone convenerunt, ut triduano ieiunio indicto praesagio divino relinqueretur, quid agendum esset. Cum mox visiones non solum septem e sacerdotibus Frisingensibus, sed etiam Sindperto episcopo, scilicet Ratisponensi, apparuissent, res ad suam voluntatem decisa esse Arbeoni videbatur, isque ad Tassilonem ducem profectus ei proceribusque desiderium suum exposuit, qui una voce constituerunt, ut corpus reportaretur. Misit igitur Arbeo ad Maiense castrum, qui monumento aperto sarcopha-*

1) Mon. Boica XXVIII, 2, p. 7: ad altarem beati Stephani martyris Christi, itidem confessore sancto Valentino in Batabis civitate in tumulo quiescente. 2) A. Lechner, 'Mittelalterliche Kirchenfeste u. Kalendarien in Bayern', Friburgi 1891, p. 135. 3) Neque enim M. Fastlinger, 'Das Todesjahr des hl. Korbinian' l. l. p. 52 sqq. annum 764. probasse mihi videtur, argumentis satis imbecillis usus. Cavere oportet Vitam et Translationem Valentini a Bollando et Henschenio editam, AA. SS. Ian. I, p. 1094 sqq., cuius auctor tabula plumbea usus vult esse vetustate et terrae putredine partim diruta, quae occasione tertiae translationis a. 1120 (a. 1090. in codice legebatur) iuxta corpus Valentini inventa esset, neque vero sanioribus criticis (veluti F. W. Rettberg, 'Kirchengesch. Deutschlands' I, p. 220; E. Dümmler, 'Piligrim von Passau' p. 7 sq.; J. Friedrich, 'Kirchengesch. Deutschlands' I, p. 338) de fide sua persuasit, perspicientibus haec conficta esse ad Valentinum Patariae civitati episcopum vindicandum, quacum non coniunctus erat nisi translatione. Auctori mendaci Valentini missionem apostolicam describenti Corbiniani res gestae ante oculos versabantur, a quo corpus illius Maiis 'in suam civitatem' relatum esse finxit. Nostris diebus haec figmenta meliorem opinionem sortita sunt apud Nirschl, 'Der heilige Valentin erster Bischof von Passau und Rhätien', Magontiaci 1889, Vita illa usum, quasi de tabula saec. V. ageretur, et G. Ratzinger, 'Forschungen zur Bayerischen Geschichte', Campoduni 1898, p. 438, tabulam de altera translatione interpretatum, quam a. 768. factam esse tunc existimavit, isque ad auctoritatem J. Jung appellavit, qui minime ea scripsit, quae ei supposita sunt, et vocabulum 'montana' non solum in V. Corbiniani (A c. 23; B c. 17) occurrit, sed etiam auctoribus saec. XII, veluti Nicolao (supra p. 420, 1) notum erat. Acriore iudicio usus in rectum cursum rediit A. Seidler, 'Die Bleitafel im Sarge des hl. Valentin', 'Veröffentlichungen aus dem Kirchenhistor. Seminar München, III. Reihe' n. 1, 1907, p. 254—274, cuius argumentis in universum assentiri possum. 4) M. Büdinger, 'Österreichische Geschichte' I, p. 108; S. Abel, 'Jahrb. d. Fränk. Reiches unter Karl d. Gr.' ed. Simson (1888) I, p. 59[2]; S. Riezler, 'Gesch. Baierns' I, p. 154; A. Huber, 'Beiträge zur älteren Gesch. Österreichs' ('Mitth. des Instituts f. Österr. Geschichtsforsch.' II, p. 370). 5) 'Arbeo' nomen in vetustissimis chartis Frisingensibus inde ex a. 747 (Bitterauf l. c. p. 28) scriptum est vel 'Arbio' (ex a. 754, Bitterauf p. 34), rarius 'Arpio' (a. 764—7. 769. 815, Bitterauf p. 49. 60. 288), quod Latine vertitur Heres (Goth. 'arbi' = hereditas, 'arbja' = heres; cf. Förstemann, 'Altdeutsches Namenbuch' I, col. 141[2]), atque nomine Latino

gum terra eruerent[1], *agminique montes transgresso episcopus ipse cum plebe ad Aeni portum occurrit*[2]. *Sepulchrum Corbiniani ecclesiae S. Mariae Frisingensi novum splendorem acquirere poterat miraculaque patrata liberalitatem fidelium excitaverunt.*

Concilium sacerdotum Frisingensium, in quo de Corbiniano reducendo agebatur, idem procul dubio est atque synodus illa publica seu placitum ineunte Arbeonis episcopatu, scilicet a. 765. *die* 7. *Maii, ad Frigisingam condictum, et sane tunc tres diaconi et quattuor clerici cum episcopo suo ad 'domum sanctae Mariae' convenerant praeter laicos, inter quos tres comites enumerantur. Poapo vir nobilis, qui hereditatem suam domui sanctae Mariae tunc tradidit, usum et fructum sibi filiisque suis reservavit, ita ut rem post obitum eius 'rector, qui tunc tempore ipsi monasterio sanctae Mariae ad gubernandum praeesset, in suam faceret revocare dominationem'*[3]. *Erat igitur cum ecclesia maiore monasterium quoddam coniunctum, cuius in chartis Iosephi episcopi mentio non fit, et quaeritur, num Arbeo ipse idem instituerit. S. Mariae iam die* 5. *Novembris a.* 765. *patrocinium 'Christi confessoris Corbiniani' (in litura scr.) accesserat*[4], *qui etiam a.* 767. *una cum illa commemoratur*[5]. *Anno autem* 769. *die* 24. *Februarii ipsius nomen ita praevalebat, ut traditio*[6] *quaedam 'ad sepulchrum sancti Corbiniani confessoris Christi in loco Frigisingas' facta sit, 'ubi ipse pretiosus in corpore humatus esse cernitur', vel 'ad domum sancti Corbiniani', utque donator constitueret, ut rem post obitum suum 'rector, qui tunc monasterium sancti Corbiniani ad gubernandum haberet, in suam faceret revocare dominationem'. Dedicatio ecclesiae maioris, quae etiam postea S. Mariae et S. Corbiniani, haud raro vero solius S. Mariae nomine nuncupabatur, ipso die nativitatis eiusdem celebrabatur*[7], *sicut supra monui*[8]. *Cum autem anno* 765. *eodem, quo synodus celebrata est, Corbiniani nomen in titulo ecclesiae primum appareat, ipsam corporis translationem eodem factam esse oportet. 'Translatio S. Corbiniani' die* 20. *Novembris Breviario Frisingensi saec. XIII/XIV. illata est*[9], *qui dies cum charta a.* 765. *die* 5. *Novembris data haud facile conciliandus est, unde M. Fastlinger*[10] *coniecit, etiam translationem Corbiniani primo cum die nativitatis S. Mariae coniunctam esse, id quod probari nequit. Annum vero* 765. *idem recte computasse mihi videtur.*

IX. *Arbeonis episcopi Frisingensis vita.*

Arbeo Corbiniani corpore translato quam maximas opes ecclesiae Frisingensi affluere vidit honorque debitus paupertate finita novo patrono ad sepulchrum eius iam impendebatur cum ab aliis tum ab episcopo ipso, qui procul dubio in eadem regione Maiensi natus[11] *iam in pueritia patrocinium eius expertus erat hocce modo. Cum enim*

auctor se ipsum appellavit in V. Corbiniani, itaque in chartis persaepe nominatur, in una a. 757 *(Bitterauf p.* 36*) vel cum hac interpretatione:* Heres id est Arbeo. *Apud posteros vero forma 'Aribo' praevalebat, quae fortasse ex radice pendet longe diversa, eamque Catalogi episcoporum Frisingensium saec. XII. sqq. exhibent, SS. XIII, p.* 356. *De nomine Graeco Cyrini, quo auctor in V. Haimhrammi utitur, vide ea quae disserui SS. rer. Merov. IV, p.* 455.

1) *Arbeo, V. Corbiniani c.* 43. 2) *Ib. c.* 44. 3) *Bitterauf l. l. I, p.* 52. 4) *Ib. p.* 53. 5) *Ib. p.* 54. 6) *Ib. p.* 59. 7) *Charta a.* 817; *ib. p.* 324. 8) *Supra p.* 507. 9) *A. Lechner, 'Mittelalterliche Kirchenfeste und Kalendarien in Bayern' p.* 85. 10) *M. Fastlinger, 'Das Todesjahr des Hl. Korbinian' l. l. p.* 7. 11) *Neque obstat, quin Heres episcopus parentelae nexibus coniunctus esset cum Alpun matrona alodem in vico Langenpettenbach possidente (charta Frising. a.* 772; *ed. Bitterauf l. l. p.* 72*), quo loco nisus comes F. H. Hundt ('Jahresbericht des histor. Vereins von Oberbayern'* 1881/2, *XLIV. et XLV; p. VII) eius patriam haud procul a castro Frisingensi sitam fuisse coniecit, nam virum tantae nobilitatis, quanta episcopo Frisingensi conveniret, inter nobilissimas illius provinciae familias parentes habuisse*

puer parvulus nocte sollemnitatis eius, scilicet diei 8. Septembris, iuxta muros ecclesiae Valentini incaute decurrisset pedeque lapsus e praecipitio castri devolutus esset, saxo cuidam adhaesit, fluctibus Passeris amnis ad latus montis intumescentibus, cumque pontem transgressi eum conspexissent, arreptis funibus per saxorum cavernas usque ad iacentem ascendentes, illaesum eum reppererunt atque ad pristinam stationem deportaverunt[1].

Quibus auspiciis cum puer accrevisset, Ermberto a. 739. episcopo Frisingensi instituto ad enutriendum traditus est[2] *et fortasse clericus inferioris ordinis*[3] *traditioni cuidam ecclesiae S. Mariae Frisingensi concessae intererat*[4]*; postea presbyteri*[5] *seu archipresbyteri*[6] *munere functus iussu episcopi inde ab a. 754. ad a. 763. chartas donationum scripsit eisque testis subscripsit, quin immo Tassilonis ducis iussu eiusdem generis chartam a. 759. exaravit*[7]*. Archipresbytero suo Iosephus episcopus ecclesiam S. Petri una cum coenobio in solitudine Scarantiensi a Reginperto conditam et ecclesiae S. Mariae Frisingensi adiunctam a. 763. regendam tradidit*[8].

Episcopus ordinatus Arbeo 'ex ore' suo chartas conscribi iussit, scilicet se dictante[9]*, eoque sedente formula Romanorum hac:* sub die consule *oscitanter adhibita notarii Frisingenses crebrius utebantur*[10]*, quae eodem archipresbytero praesente a. 759. primum adhibita est*[11]*. 'Pastor ac medicus animarum'*[12] *oves suas consolatus memoriam earum in domo Dei perpetuo se confirmaturum esse promisit, si hereditates suas ecclesiae S. Mariae Frisingensi traditurae essent, atque aerarium eiusdem ecclesiae et implebat et ab impetibus defendebat, ne patrimonia sanctorum a fidelibus christianis tradita ignavia et neglegentia dilacerarentur*[13].

Non solum villas agrosque collegit, sed etiam ecclesiis inhiabat, quae ut erant bonis ditatae, ita inter possessiones medii aevi haud infimum locum tenebant, neque praeter auri sacram famem ne ecclesiasticis quidem rebus parcentem studium altius ad hanc naturam explicandam praesumere opus est, quasi episcopus sua iura dilataturus ecclesias proprias privatorum cum ecclesia maiore coniungere studuisset[14]*. Haud raro in ipsa dedicatione ecclesiarum cum conditoribus pactum est, ut illae post mortem eorum ecclesiae S. Mariae Frisingensi obvenirent, eoque modo acquisitae sunt ecclesiae S. Valentini et in Chrakinachrae (hodie Kronacker, BA. Wasserburg) a. 768. ab Arbeone dedicata*[15] *et in Altunhusir (hodie Altenhausen, BA. Freising) a. 772.*[16] *tradita. Corbiniani patrocinio fruebatur ecclesia Erkanperhti a. 774. acquisita, quam idem Arbeo dedicaverat*[17]*, et oratorium in villa Reichertshausen a. 779. episcopatui traditum*[18]*. Ecclesiam S. Petri ad Wirmam (hodie Würm) Kerolt presbyter a. 772—780. eidem dono dedit, a Iosepho episcopo iam dedicatam*[19].

Passionem Haimhrammi Arbeo c. a. 772. litteris mandabat[20] *eodemque anno mense Augusto in urbem Ratisbonensem profectus est, ubi in ecclesia eiusdem martyris locum*

vix mirabile est. Aribo nobilis quidam vir c. a. 1020. Frigisingam veniens pro animae suae episcopique eiusdam civitatis remedio, in loco, cui Kiehna (hodie Kains) nomen erat, unam aream tradidit (cf. J. Zahn, 'Codex diplom. Austriaco-Frisingensis' XXXI, p. 58).

1) *Arbeo, V. Corbiniani c.* 40. 2) *Ib. c.* 30. 3) *F. W. Rettberg, 'Kirchengesch. Deutschlands' II, p.* 259. 4) *Bitterauf l. l. p.* 29. 5) *A.* 755 *(ed. Bitterauf l. l. p.* 35*).* 757 *(p.* 37*).* 758 *(p.* 39*).* 759 *(p.* 42*).* 760 *(p.* 43*, charta eadem, quam n.* 6. *citavi).* 6) *A.* 754 *(ed. Bitterauf l. l. p.* 34*).* 757 *(p.* 36*).* 759 *(p.* 41*).* 760 *(p.* 43*).* 763 *(p.* 48*).* 7) *Ed. Bitterauf l. l. p.* 42. 8) *Ib. p.* 48. 9) *H. Brunner, 'Zur Rechtsgeschichte der römischen und germanischen Urk.', Berolini* 1880, *p.* 250. 10) *Brunner l. l. p.* 252. 11) *Bitterauf I, p.* 41. 12) *Charta Poaponis viri nobilis a.* 765*; ed. Bitterauf I, p.* 51. 13) *Charta a.* 773. *data; Bitterauf l. l. p.* 87. 14) *Ita G. Ratzinger, 'Forsch. zur Bayerischen Geschichte' p.* 505*; cf. U. Stutz, 'Geschichte des kirchlichen Benefizialwesens' I,* 1, 1895, *p.* 205 *sqq.* 15) *Bitterauf l. l. p.* 56. 16) *Ib. p.* 76. 17) *Ib. p.* 94. 18) *Ib. p.* 114. 19) *Ib. p.* 82. 20) *SS. rer. Merov. IV, p.* 456.

Ilminam (hodie Ilmmünster) ecclesiae S. Mariae et corpori beati Corbiniani dono datum accepit[1]. *Anno post, scilicet a.* 773, *die* 30. *Augusti, apud Tassilonem ducem in villa Eitrah (hodie Aiterhofen) versabatur, ubi Humperht villam Sweinpah ecclesiae S. Mariae et sepulchro Corbiniani pro eodem duce parentibusque eius, scilicet Otilone et Hildrude, tradidit*[2], *et biduo ante duce consentiente in villa publica Thinolfingas (hodie Dingolfing) aliam hereditatem ecclesiae suae comparaverat*[3].

Communis autem opinio est, gratia principis Arbeonem extremis episcopatus sui annis caruisse, qua re ecclesia Frisingensis damna haud parva passa esset. Tuti Graecus vel potius Dobdagrecus[4] *advena episcopus Scottus idem, quo Virgilius Salisburgensis utebatur, paroeciam cum ecclesiis ecclesiae S. Mariae iniuste eripuerat et monasterio Chiemseensi addiderat, quod demum a.* 804. *iudicibus Karoli imperatoris intercedentibus partem praedae reddidit*[5]. *Quod loco episcopi Scotti Tassilonem ducem et Liutpergam uxorem eius ecclesias episcopatui Frisingensi abstulisse in altera eiusdem pacti recensione legitur, qui invidia in Arnonem flagrassent, quasi Karolo et Francis fidelior esset quam sibi, hic textus cum in solo codice posteriore traditionum Frisingensium a Chunrado a.* 1187. *collecto extet, interpolationis suspectus esse potest. Res proprias domus S. Mariae in monasterium Chiemseense tempore Liutpergae ducissae conversas esse altera quoque charta testatur a.* 816. *data*[6], *cuius textum etiam Cozroh confirmat vetustissimi traditionum codicis auctor.*

Nec ad Tassilonis odium postrema Arbeonis fata referenda sunt, qui cum die 15. *Decembris a.* 35. *Tassilonis, i. e.* 782. *p. Chr., ultimum traditioni cuidam pro domo episcopali S. Mariae interfuisset*[7], *vivus successorem habuisse videtur. Atto enim abbas 'dominans atque defendens' res domui S. Mariae Frisingensi concessas eodem* 35. *Tassilonis anno (ad a.* 783. *Ian.) in dominium recepit*[8], *qui ad a.* 811. *episcopus sedi Frisingensi praeerat. Is Arbeone episcopo electo monasterium Scarantiense gubernavit, cumque ipsi locum Indiam (hodie Innichen, BH. Lienz) Tassilo dux Baiuvariorum ex Italia rediens a.* 769. *'propter incredulam generationem Sclavanorum ad tramitem veritatis deducendam' 'hilari vultu'*[9] *tradidisset, ut monasterium ibi construeret, exinde episcopatus Frisingensis plurimas colonias in orientem versus deduxit*[10]. *Etiam monasterio Schlehdorf ad Kochlsee in honorem Dionysii constructo vice episcopi occupati praeerat, quo Scarantiense consilio Arbeonis translatum est*[11], *eique haud parvum splendorem corpus Tertulini vel potius Tertuliani martyris addidit ab Hadriano papa Reginperto*

1) *Bitterauf I, p.* 75. 2) *Bitterauf l. l. p.* 90. 3) *Ib. p.* 89. 4) *In Annalibus Laureshamensibus (SS. I, p.* 24*) de* Dubdecris (Buddecris *Ann. Mos., SS. XVI, p.* 494*) abbate a.* 726. *mortuo relatum est, quod nomen licet apud A. Holder, 'Alt-Celtischer Sprachschatz' I. frustra quaesiverim, tamen similia ibi extare videntur, atque* Grecus *fortasse ex* -cris *depravatum est, scilicet altera nominis parte, quae nescio an ex* -reix, -rix, *gen.* -rigis *pendeat, certe cum lingua Graeca non cohaeret, id quod F. W. Rettberg l. c. II, p.* 234, *et A. Hauck l. c. I, p.* 569[3], *statuerunt, licet veram rationem Wattenbachius iam perspexisset, SS. XI, p.* 6, *n.* 5) *Bitterauf l. l. p.* 183. *Arn a.* 804. *concordiam inter litigantes composuit, ereptae vero erant ecclesiae illae multo ante, quod cum non animadvertissent decessores mei, aut duos Dobdagrecos statuerunt in eadem regione fuisse aut unum plus quam dimidium saeculum episcopatu functum esse.* 6) *Bitterauf l. l. p.* 313. 7) *Ib. p.* 121. 8) *Ib. p.* 124. 9) *'Hilari vultu (cf. Eccli.* 26, 4*) tradidit' dominus servo mulierem in matrimonium; cf. V. Haimhrammi c.* 39. 10) *F. X. Zahnbrecher, 'Die Kolonisationstätigkeit des Hochstifts Freising in den Ostalpenländern' (v. Deutinger, 'Beiträge zur Geschichte, Topographie und Statistik des Erzbistums München und Freising', Monachii* 1907, *tom. X ('N. Folge' IV) p.* 59*).* 11) *Bitterauf p.* 81.

monacho et conditori a. 772. *concessum*[1]. *Attonis abbatis signum proximo loco post Arbeonis episcopi et ante signa duorum presbyterorum in charta Frisingensi a.* 768. *collocatum est*[2] *et consentaneum erat seniorem abbatem dioecesim gubernandam suscipere, episcopo impedito, qui certe paulo post mortuus est. Arbeonis mors a.* 784. *in Annalibus S. Emmerammi maioribus*[3] *attributa est, sed cum Hildegardis regina*[4] *eundem annum ibi occupans a.* 783. *iam defuncta sit, is praeferendus videtur esse*[5], *qui in Catalogo recenti episcoporum Frisingensium nullius auctoritatis (v. infra cod. B* 9 *c*[1]*) re vera legitur. Dies vero eidem sacer est IV. Non. Mai.*[6].

Doctus ac lingua modestus Arbeo appellatur in versibus 'de ordine comprovincialium pontificum', scilicet provinciae Salisburgensis, saec. IX. compositis, in quibus quinque primi episcopi sedis Frisingensis, Corbiniano scilicet addito, ita celebrantur[7]*:*

Frigisiensis enim sedis haec aula vocata est,
Corbinianus ovans quam primus rexerat almus.
Inde Dei famulus Ermperhtus nomine sedit.
Tertius hinc Ioseph, praeclarus nempe magister.
Arpeo quartus erat, doctus ac lingua modestus.
Quintus apostolicam tenuit pius Atto cathedram.

X. *Status et liturgia ecclesiae Frisingensis.*

Corbinianus episcopus Brittanorum ritui addictus re vera abbas fuisse videtur et habitaculum in regione Maiensi constructum seu domus in monte S. Stephani prope Frigisingam sita pro coenobiis seu cellis[8] *accipienda sunt, quae cum clero vel potius monachis suis incolebat. Ecclesia beatae Mariae Frisingensis, quae ante illum iam extabat et in qua primo sepultus erat, antequam in castrum Maiense transferretur, domus episcopalis facta esse non potest ante a.* 739, *quo Bonifatius dioecesim illam instituit, atque episcopo dioecesano instituto clerici iam assistebant. Enumerantur autem in chartis a.* 757, *quo Iosephus episcopus cum 'reliquo agmine clerum' traditioni cuidam intererat, trini presbyteri et diaconi*[9], *a.* 765. *trini diaconi et clerici*[10], *a.* 774. *decem presbyteri et quattuor diaconi*[11]. *Cum cuncto clero Arbeo episcopus ad synodalem diem convenit feria V. ante pascha, qua chrisma conficiebatur, atque etiam laici synodalibus conventibus aderant.*

Cum autem monasterium ecclesiae S. Mariae Arbeone sedente accessisset, praeter rectorem eiusdem etiam monachi occurrunt et primum anno 765. *Hulzilo*[12] *monachus inter testes enumeratur, deinde Situli monachus inter a.* 780—782. *locum inter presbyterum et diaconum quendam occupans*[13], *cumque Corbiniani corpore translato nomen mutatum esset, rector monasterii S. Corbiniani a.* 769. *commemoratur*[14], *qui procul dubio ipse episcopus erat. Monachi ordines ecclesiasticos assecuti cancellarii munere apud episcopum Frisingensem fungebantur Heilrih subdiaconus sive monachus a.* 790/1[15], *Berno presbyter sive monachus a.* 790—794. *atque uterque alibi clericus vocatur*[16]. *Etiam*

1) *Bitterauf l. l. p.* 73. 2) *Ib. p.* 56. 3) *SS. I, p.* 92. 4) *Cf. Abel, 'Jahrb. des Fränk. Reichs unter Karl d. Gr.', ed. de Simson I, p.* 459. 5) *S. Herzberg-Fränkel, 'Über das älteste Verbrüderungsbuch von St. Peter in Salzburg' ('N. Arch.' XII, p.* 103*). Verba* Arpio ab. *Libro confraternitatum postea illata sunt (MG. Necrologia II, p.* 26*), sed cf. 'N. Arch.' XII, p.* 68. 6) *MG. Necrologia III, p.* 80. 84. 210 *(Aerbo).* 7) *SS. XIII, p.* 352*; MG. Poetae II, p.* 638. 8) *Arbeo, V. Corbiniani c.* 28: ut ad omnem utensiliam cellulae sufficeret ministerio. 9) *Charta a.* 757*; Bitterauf p.* 37. 10) *Bitterauf p.* 52. 11) *Ib. p.* 93. 12) *Ib. p.* 53. 13) *Ib. p.* 120. 14) *Ib. p.* 59. 15) *Ib. p.* 139. 16) *Heilrih a.* 788/91 *(Bitterauf p.* 134*); Berno a.* 764/7 *(ib. p.* 49*).*

Salomon monachus[1] postea clericus[2] dicitur, post quinque presbyteros collocatus. Hittone episcopo Corbiniani monasterium gubernante, 'turma aut norma plurima servorum Dei' ad laudes Christi canendas a. 814/5. coacta erat[3], servique illi Dei a. 817. distincte monachi appellantur[4].

Monasterium 'Hukiperhti' adiunctum ecclesiae S. Andreae in monte castri Frisingensis sitae, quam saec. XII. canonici occupabant, inter a. 765—776. hereditatem quandam accepit[5] atque origo eius ad Hucpertum ducem relata est, sed alii[6] rectius de Hugiperht presbytero cogitaverunt, qui sedente Attone episcopo inter a. 790—794. episcopatui Frisingensi ecclesias et familias fundosque tradidit[7], et certe quinque huius chartae testes in charta Hagustalti[8] testis donationis monasterio Hukiperhti factae redeunt.

Regula Benedicti postquam per Bonifatium in conciliis[9] sancta est, etiam Baiuvariorum monasteria pervasit, sed ibi auctore praetermisso regula tantum, ad quam abbates monasteriorum viverent, canonibus episcoporum[10] opposita est aut regularem tramitem, ut ordo deposcit, cum canonica sententia Arbeo in monasterio Schledorfensi a. 772.[11] comparavit neque S. Benedicti regulae distincte meminit, nisi quod abbatem Schlierseensem 'iuxta ordinem regulae S. Benedicti electum ordinavit'[12] fratribusque a. 779. posuit, consentiens abbatem deinceps ad eandem regulam eligendum esse. Monachos autem domus S. Mariae regulam Benedicti professos esse chartae a. 825. et 843. datae testantur[13], immo domus ipsa iam appellatur S. Mariae et S. Benedicti. Ad ecclesiam maiorem B. Mariae et S. Benedicti senio lapsam, quam Engelschalc presbyter denuo structam reparavit, versus spectant, quos S. Riezler e codice latino Monacensi n. 6427, saec. XII, eruit, ibique monasticum ordinem sub Corbiniano fuisse poeta expressis verbis asseruit[14]. Cum vero postea parvam S. Benedicti ecclesiam S. Mariae contiguam in monte Frisingensi sitam iam a Corbiniano constructam esse finxissent, ibi monachorum conventum fuisse Otto episcopus Frisingensis et post eum Conradus Sacrista a. 1187. statuit, quae figmenta serio in certamen venire non posse infra demonstrabitur. E parvis vero quae habemus vestigiis concludi licet Arbeonem nostrum S. Benedicto, quem 'virum fidelissimum' vocavit[15], non alienum fuisse neque a Scottis stetisse, qui provinciam Baiuvariorum olim occupaverant, sed ecclesiae Frisingensis ritus multo magis ad Gallicanum tunc accessisse videtur, id quod schedae nuper detectae manifestaverunt.

Liturgiam ecclesiae Frisingensis in lucem modo vocavit G. Morin[16], reperto libro Benedictionum ecclesiae S. Mariae sanctique Corbiniani, atque e duobus textibus, qui

1) A. 807; cf. Bitterauf p. 230. 2) A. 811; cf. Bitterauf p. 259. 3) Ib. p. 275. 294. 4) Ib. p. 328. 5) Ib. p. 55. 6) J. B. Prechtl, 'Beiträge zur Gesch. der Stadt Freising. VI. Das Kanonikatstift St. Andre auf dem Domberge zu Freising', Frigisingae 1888, p. 4; Hauck l. c. II, p. 444 [3]. 7) Bitterauf p. 139. 8) Ib. p. 56. 9) Cf. e. gr. Conc. Germanicum a. 742 (MG. Concil. II, p. 4). 10) Concil. Dingolfing. c. 3, c. a. 770, MG. Concilia II, p. 94. 11) Bitterauf p. 81. 12) Ib. p. 113. 13) Ib. p. 448. 449. Canonici iuxta monachos apud ecclesiam S. Mariae Frisingensem a. 842. primum occurrunt (Bitterauf p. 551) duoque praepositi a. 845. utrique turmae praeerant (Bitterauf p. 565), atque monachi saec. IX. ex. ultimum commemorantur, praevalente canonica vita; cf. J. Doll, 'Die Anfänge der bayerischen Domkapitel' (v. Deutinger, 'Beiträge zur Geschichte, Topographie und Statistik des Erzbistums München und Freising', Monachii 1907, X ('N. Folge' IV), p. 29). 14) Quo tempore versus compositi sint, non constat; cf. S. Riezler, 'Abhandl. der Münchener Akademie der Wissensch.' III. cl., XVIII, I, p. 273 sq. 15) Arbeo, Vita Corbiniani c. 12. 16) G. Morin, 'Un recueil gallican inédit de Benedictiones episcopales en usage à Freising aux VII[e]—IX[e] siècles' ('Revue Bénédictine' 1912, XXIX, p. 168 sqq.). Quod Mabillonius, Vetera Analecta, Lutetiae Parisiorum 1685, p. 454, ordinem antiquum ecclesiae Frisingensis repperisse sibi olim visus erat, ipse postea hanc Benedicti ecclesiam pro Casinensi habuit; cf. Mabillon, Ann. ord. S. Benedicti, Lutetiae

codici insunt, prolixior saec. IX, ad officium ecclesiae Frisingensis praeparatus, cum vetustissimo Missali, quod Gothicum vocamus, quodque Augustoduni[1] ortum est, convenit, nisi quod additamenta nonnulla accesserunt, in quibus ritus Romani ratio habita est. Benedictiones illae, quas Frisingenses faciebant, erant Gallorum, easque ecclesia Romana et Zacharias papa cum Bonifatio[2] non approbabant. Inter sanctorum festa adest Symphoriani Augustodunensis neque vero Corbiniani aut Germani, quem patronum eius fuisse volunt, atque hoc Benedictionarium Frisingense cum Eustasio abbate Luxoviensi eodem modo atque Martyrologium Hieronymianum cohaerere G. Morin coniecit. Neque vero cum eodem statuam librum benedictionalem ecclesiae Frisingensis ante Missale Gothicum collocandum esse, quia Leudegarii a. 679 *aut sq. occisi missa ibi non deprehenditur, nam argumentum ex silentio vix magni aestimandum est, neque benedictiones regis quae illi insunt ad stirpem Merovingicam referam, id quod G. Morin statuere videtur, sed ad Carolingicam. Rex, cuius manus oleo sanctificato ungendae erant, cum exercitu suo intercedente beato Martino uberi benedictione dignus erat, in solio regni firma stabilitate conectendus, eique contra acies inimicorum lorica exoptatur, 'utque gentes illae teneant fidem proceri sui vel gens ista habeat pacem'. Genti igitur isti, scilicet Baiuvariorum, unus e proceribus, i. e. comes aut praefectus, tunc praefuisse videtur, qualis ei a Karolo M. praefectus est deiecto Tassilone duce a.* 788. *Martinus etiam ab Alcuino appellatur Karoli 'intercessor'*[3], *'qui semper honoratus fuit in regno et a regibus Francorum', atque reges Francorum constat non unctos esse ante Pippinum*[4]. *Praesidium huius familiae, scilicet Frisingensis, 'contra gentium feritatem', fortasse contra Avaros, imploratur et inprimis Mariae suffragium in eius assumptione 'super hanc familiam tuam' invocatur. Etiam 'Benedictio in natale abbatis[sae]' ad 'hunc gregem sanctae Mariae' spectat, quae verba ad celeberrimum S. Mariae monasterium Augustodunense referenda esse voluit G. Morin, at in Libro benedictionali Frisingensi ecclesia S. Mariae vix alia esse potest atque ecclesia maior Frisingensis atque vestigia congregationis virginum cum illa coniunctae adhuc supersunt, ita ut etiam C. Meichelbeck*[5] *divinaverit moniales olim Frisingae convixisse. Ad motus hostiles vota quoque pro abbatissa spectare videntur, cui tranquillitas temporum exoptetur.*

XI. Virgilius episcopus Salisburgensis.

Scottorum traditiones ecclesia Salisburgensis servasse videtur, quam episcopo suo destitutam Virgilio ex Hibernia insula advenienti Pippinus princeps seu Odilo dux concesserat[6]. *Virgilius vir sagacissimus profundae doctrinae, indagator Scripturae sacrae, immo litteris mathematicis et physicis doctus, post Odilonis rebellionem a.* 743. *oppressam Pippinum Carisiaci adierat, qui eum duos fere annos secum retinuisse fertur*[7], *antequam Odiloni commendatus in Baiuvariam venit, et paulo post, scilicet ante a.* 748, *dioecesim Salisburgensem accepit invito Bonifatio, qui ipsam instituerat. Fergil aut Feirgil nomen eius in Annalibus Hiberniae scriptum est tituloque honorifico geometres ibi vocatur, qui abbatis munere monasterii Aghaboe in Queens county (Upper Ossory) functus erat*[8].

Paris. 1704, *II, p.* 144. 1) *Cf. SS. rer. Merov. V, p.* 255 *sq.* 2) *MG. Ep. III, p.* 371. 3) *Ep. a.* 801/2; *MG. Ep. IV, p.* 403, 38. 4) *Cf. G. Waitz, 'VG.' I, p.* 174; *III, p.* 68. 98. 5) *Meichelbeck, Hist. Frising. I, p.* 114; *J. Sighart, 'Der Dom zu Freising', Landshut* 1852, *p.* 23; *Dahn, 'Die Könige der Germanen' IX, p.* 560. *Cf. chartas Frisingenses a.* 806. 830. 847 *(Bitterauf p.* 208. 510. 578*).* 6) *Cf. F. W. Rettberg, 'Kirchengesch. Deutschl.' II, p.* 233; *A. Hauck, 'Kirchengesch. Deutschlands' I, p.* 569 [3], *n.* 1. 7) *Auctor Conversionis Bagoariorum et Carantanorum, SS. XI, p.* 6, *Pippinum ipsum ei episcopatum concessisse tradidit, atque Lege Baiuwariorum I,* 10, *eo fere tempore composita sanctum erat, ut episcopus a rege constitueretur, scilicet stirpis Merowingicae; cf. H. Brunner, 'Deutsche Rechtsgesch.' I, p.* 457 [2]. 8) *H. Zimmer, 'N. Arch.' XVII, p.* 211.

Ritum patrium non dimittens, etiam in Baiuvaria ordinem episcopalem respuebat, atque abbas monasterii S. Hrodberti Salisburgensis constitutus iura dioecesana exercebat presbyteratu contentus more Scottorum[1], *episcopalia vero per episcopum vagantem eiusdem originis administranda curavit, scilicet Dobdagrecum, eundem procul dubio atque Tuti Grecum, quem dioecesi Frisingensi ecclesias nonnullas eripuisse et monasterio Chiemseensi addidisse supra monui*[2]. *Ex hoc eius administrandi genere ritus Scottorum satis superque intellegitur, quem si in Baiuvaria non peregisse credendus est*[3], *tamen ea quae antiquitus introducta erant servabat instituta Bonifatio rituique Romano aliena.*

At Bonifatius in ea quae inter utrumque mox exorta est dissensione rebus gravioribus praetermissis ad res exteriores levioris momenti animum convertisse videtur, atque utraque pars ad sedem apostolicam appellavit peccati cuiusdam puerilis causa. Sacerdos quidam in eadem Baiuvariorum provincia linguae Latinae non adeo peritus infantes baptizans formulam miserabiliter tractaverat hocce modo: 'Baptizo te in nomine patria et filia et Spiritus sancti', cumque Bonifatius Virgilio et Sidonio 'religiosis viris' seu presbyteris mandasset, ut infantes denuo baptizarentur, Zacharias papa his assentiens per solam manus impositionem baptizatos purgari iussit[4]. *Idem Bonifatio ius praedicandi per Baiuvariam a.* 744. *confirmans, falsum sacerdotem, quem hic in ea regione repperisset, negaverat a se episcopum ordinatum esse, quo ille se excusare temptaverat*[5]. *Virgilius Odilonis ducis sibi faventis auctoritate nisus Bonifatii studiis restiterat eique facultatem suam examinanti responderat, se quoque a papa esse absolutum, i. e. missum*[6], *ut defuncti ex quattuor episcopis dioecesim obtineret, quos Bonifatius a.* 739. *ordinaverat*[7]. *Etsi papa hoc verum esse tunc omnino negavit, tamen Virgilii fides vix in dubium vocanda est, atque monuerunt papam a.* 743. *ab Odilonis ducis rebellantis parte stetisse*[8]. *Quae cum ita sint, abbas Scottorum dioecesim Salisburgensem accepisse non credendus est nisi consentiente papa.*

Virgilium examinatum Bonifatius deprehenderat etiam a catholica doctrina alienum, affirmantem scilicet alium mundum et alios homines sub terra esse, 'seu', malim 'ceu', solem et lunam, quacum antipodes comparantur, superis soli respondentibus. Papa autem Bonifatium concilium hac de causa habere iussit, quo ille ex ecclesia pelleretur et sacerdotii honore privaretur, immo Romam presbyterum evocavit canonicis sanctionibus condemnandum, si reus inventus esset. Porro doctrina illa non adeo perversa et iniqua erat, qualis papae et Bonifatio tunc videbatur, qui adversarium omnino sede privare nitebatur, immo Virgilius suo aevo longe anteisse videtur, nam vel illustrissima quae praecesserant ingenia et Isidori et Bedae inter fabulas relegaverant antipodas, qui quasi sub terris positi adversa pedibus nostris calcarent vestigia[9].

Virgilius abbas cum Odilone duce litem de rebus cellae Maximiliani habebat, quas hic monasterio S. Hrodberti per vim ereptas Urso capellano suo in beneficium dederat[10], *cumque illae divisae essent atque utraque pars ecclesiam in suo fundo aedificasset, Ursus suam per episcopum vagantem consecrandam curavit Liůti nomine, qui Liudinus in Libro*

1) *Beda, Hist. eccl. III,* 4. 2) *Supra p.* 514. 3) *Contra F. W. Rettberg II, p.* 234, *haec opinatum, disputavit A. Hauck l. c. p.* 569, *n.* 3. 4) *Ep. Zachariae ad Bonifatium, MG. Ep. III, p.* 336. 5) *Ib. p.* 315. 6) *Germ. 'abgefertigt'. M. Tangl l. c. p.* 172. absolutus *vertit 'losgesprochen', consilium per copulam 'und' adnectens.* 7) *MG. Ep. III, p.* 360. 8) *Ann. Mett. ed. de Simson p.* 34. 9) *Isidori Etym. IX,* 2. *XI,* 3, 24, 133. *XIV,* 5, 17; *Beda, De ratione temporum c.* 33. *Cf. Rettberg, 'Kirchengesch. Deutschlands' II, p.* 236; *S. Riezler, 'Gesch. Baierns'* (1878) *I, p.* 150; *H. Krabbo, 'Bischof Virgil von Salzburg und seine kosmologischen Ideen' ('Mitth. d. Inst. f. Österr. Geschichtsforsch.' XXIV, p.* 1 *sqq.).* 10) *Notitia Arnonis, ed. W. Hauthaler, 'Salzburger Urkundenbuch' I, p.* 16; *Breves Notitiae VIII, ib. p.* 28.

confraternitatum appellatur[1]. Virgilius abbas Tassiloni duci a. 748—750. adstitit villam confirmanti ecclesiae Frisingensi ab Odilone traditam[2].

Denique pertinax ille abbas et presbyter ordinem episcopalem suscipere dignabatur atque a comprovincialibus praesulibus episcopus ordinatus est[3], sed quod id die 17. Kal. Iul. anno 767. p. Chr. duobus fere annis post adeptam dioecesim contigisse ab auctore saeculo post c. a. 871. scribente traditum est, calculus ille inter se minime cohaeret neque cum reliquis documentis convenit. Nam nemo est qui non videat intervallum illud biennio multo prolixius fuisse, sique a. 767. constaret, fere viginti anni numerandi essent. At a. 767. dies ordinationis, scilicet 15. Iunii, qui solus ex fastis ecclesiae Salisburgensis pendere videtur et certe maiore fide digna est anno, in feriam II. incidebat, cumque episcopi illo aevo die dominico[4] ordinati sint, non video, quomodo annus ille defendendus sit, quem praeterea Annales Salisburgenses saec. XI. exhibent[5], adventum Virgilii in Baiuvariam re vera biennio aut triennio ante collocantes. Ad Hibernicam[6] vero traditionem, ex qua de condicione Virgilii memoria digna supra iam deprompsi[7], Virgilius tricesimo anno dignitatis episcopalis defunctus est, cumque eum a. 784. mortuum esse et ibi et alibi[8] traditum sit, ad annum 755. ordinatio episcopalis removetur, eoque dies 15. Iunii re vera dominicus erat[9]. Hic igitur calculus alterum multo praestare videtur neque tam fidenter quam Hauckius[10] eum reprobare audeam, sique Virgilius a. 755. die 15. Iunii ordinationem suscepit, a pristino voto destitit, ubi primum acerrimus eius adversarius Bonifatius oculos clausit.

Et Arbeo et Virgilius inter episcopos et abbates Baiuvariorum erant, qui exemplo pacti Attiniacensis[11] c. a. 770. inter se convenerunt[12], ut, decedente sodali, unusquisque superstitum pro defuncto in domo sua, id est episcopali, vel in coenobio missas psalteriaque cantanda curaret. Unus abbatum illorum Adalpertus nomine, procul dubio Tegernseensis, 'apostolico apostolorumque imitatione colendo domno patri Virgilione episcopo' monachi sui obitum diemque nuntiavit litterasque celeriter cursum suum peragere voluit per sodales[13]. Cum Arbeone Virgilius a. 770, mense Septembri in castro Frisingensi convenit, cumque etiam reliqui episcopi Baiuvariorum fere omnes una cum duce traditioni cuidam Frisingensi ecclesiae S. Mariae subscripsissent, comes de Hundt (p. 222) optime coniecisse

1) Cf. 'N. Arch.' XII, p. 69. 2) Bitterauf l. l. p. 29. 3) Conversio Bagoariorum et Carantanorum, SS. XI, p. 6. 4) Episcopi die dominico ordinati sunt Nicetius Lugdunensis a. 553, die 19. Ianuarii (SS. rer. Merov. III, p. 686), Desiderius Cadurcus a. 630, die 8. Aprilis, scilicet ipso paschali (ib. IV, p. 549), Eligius Noviomagensis et Audoinus Rotomagensis a. 641, die 13. Maii dominica ante litanias (ib. IV, p. 638. 696), dum presbyteros et diaconos vespero sabbatorum ordinari voluit sedes apostolica; MG. Leges III, p. 453; Ep. III, p. 268. 5) SS. I, p. 89, a. 764: Virgilius Salzburgensem suscepit, a. 767: Virgilius consecratur episcopus. 6) 'N. Arch.' XVII, p. 211. 7) Supra p. 517. 8) Annus 784. Ann. Iuvavenses maiores, SS. I, p. 87: Transitus Virgilii episcopi et Ann. Salisburg., ib. p. 89; a. 785. Ann. S. Emmerammi Ratisponenses maiores, SS. I, p. 92, qui etiam Oportuni abbatis mortem huic anno male attribuunt; cf. S. Herzberg-Fränkel, 'N. Arch.' XII, p. 106. 9) Etiam Fr. Fasching, 'Zur Bischofsweihe des hl. Virgilius von Salzburg' ('Jahresbericht der k. k. Staats-Oberrealschule in Marburg' 1894, p. 1 sqq.) auctoritatem, Conversionis perparvi existimans die dominico nititur, quo episcopi ordinabantur, sed documenti Hibernici nescius atque V. Virgilii nimiam fidem habens ad a. 760. pervenit, quo item dies 15. Iunii in dominicum incidit. E contrario G. Strakosch-Grassmann l. l. p. 399, Conversioni iusto plus tribuens, calculum eius eo probabiliorem facere studebat, quod a. 767. in 747. immutaret, etsi eo anno dies 15. Iunii dominicus non erat. 10) A. Hauck, 'Kirchengesch. Deutschlands' II, p. 428[3]. 11) MG. Concilia II, p. 72. 12) Ib. p. 96 sq. 13) MG. Epist. IV, p. 497.

videtur, synodum tunc ibi celebratam esse praesidente Tassilone. Praecipuus testis Virgilius Arbeoni a. 772. *Frigisingae aderat praesente eodem duce et in castro Wels ('Oberösterreich') a.* 776. *traditionem pro domo S. Mariae firmavit*[1].

Virgilius die 27. *Novembris quo colitur a.* 784. *defunctus in universum sedi Salisburgensi fere* 40 *annos praeerat teste poeta illo, qui titulum ecclesiae Salisburgensis composuit hunc*[2]*:*

Hic pater et pastor humilis doctusque sacerdos
Corpore Virgilius pausat, quem Hibernica tellus[3]
Disponente Deo partes direxit in istas;
Quique regebat ovans praesentis culmina sedis
Ferme quaterdenos caris cum fratribus annos *et q. s.*

Multas ecclesias erexit eoque sedente Carantani ex sede Iuvavensi ad fidem christianam ita conversi sunt[4]*, sicut Scottorum monachi quondam Baiuvarios converterant.*

Virgilii episcopi nomen in Libro confraternitatum inter episcopos vel abbates vivos erasum est, in cuius locum Arn diaconus postea substituebatur, idemque m. al. inter episcopos vel abbates defunctos rettulit[5]*. Unde recte concluserunt*[6]*, librum et dispositione et executione admirabilem Virgilio vivo eodemque auctore exortum esse, et sane huius viri ingeniosissimi vestigia abbatum Hyensium nomina ferre videntur, dum Bonifatii nomen nullo verbo ibi recolitur.*

XII. Elementa mala bonaque Vitae Corbiniani ab Arbeone compositae.

A Virgilio iussus Arbeo Corbiniani originem vitaeque virtutes et miracula ad tumulum facta descripsit eidemque viro doctissimo librum expoliendum tradidit, ut rusticitatis linguae pulvis tergeretur eoque magis audientes aedificarentur, sicut auctor ipse in prooemio verbis contortis exposuit. Vita autem quam composuit, quod ad historicam fidem pertinet, non omnibus numeris approbanda est, sed duae partes diversae auctoritatis omnino dicernendae sunt, scilicet ea quae ad Baiuvariam historiamque ducum illius provinciae spectat, certe permagni aestimanda, a rebus Gallicanis et Italicis, quae in priore libri parte occurrunt, gravesque scrupulos attentis fontium scrutatoribus[7] *ea iam commoverunt, quae in his regionibus gesta esse feruntur. Vera igitur cum falsis mixta auctor oculis lectorum proposuit, quae haud facile inter se distinguenda sunt, utque fortia suspicionis argumenta collegisse mihi videor, ita in tantis difficultatibus haud pauca decidi non posse consentaneum est.*

Difficultates iam a loci nomine incipiunt, ubi puer postumus a patre Waltekiso et e Corbiniana matre ortus esse dicitur. Castrus vicus in regione Militonensi situs, urbs paene relicta, una cum ecclesia S. Germani in ipsa urbe condita, sed destructa, ante cuius fores parvam cellam Corbinianus sibi construxisset (c. 2*), una cum ministris*

1) *Bitterauf p.* 99. 2) *MG. Poetae II, p.* 639. 3) *Ita etiam inscriptio ecclesiae Salisburgensis inter Alcuini carmina, MG. Poetae I, p.* 340*:*

Protulit in lucem quem mater Hibernia primum.

4) *O. Kaemmel, 'Die Anfänge deutschen Lebens in Oesterreich', Lipsiae* 1879, *p.* 198 *sqq.*
5) *MG. Necrologia II, p.* 7. 18. 6) *S. Herzberg-Fränkel, 'Über das älteste Verbrüderungsbuch von St. Peter in Salzburg', 'N. Arch.' XII, p.* 63; *A. Ebner, 'Die klösterlichen Gebets-Verbrüderungen bis zum Ausgange des Karolingischen Zeitalters', Ratisponae* 1890, *p.* 39.
7) *Büdinger vitam Corbiniani depingens ('Allgem. deutsche Biographie', Lipsiae* 1876, *IV, p.* 472 *sq.) et conversationem eius Gallicanam sustulit et prius iter Romanum, alterum vero episcopali eius dignitate confirmatum esse existimavit, instituta Scottorum parum attendens.*

veluti Anserico cellarii praefecto officio ecclesiastico vacans et opera manuum victum cotidianum quaerens (c. 7), aliis Arpajon esse videbatur (arr. Corbeil, dép. Seine-et-Oise) vicus, qui ante saeculum XVII. Châtres appellabatur, haud procul a Melodunensi castro (hodie Melun) situs, ibique ecclesia Saint-Germain-lès-Châtres olim extabat, usque ad revolutionis tempora ad monasterium S. Germani Parisiacum ord. S. Benedicti pertinens[1], sed ecclesia illa extra murorum Castrensium ambitum sita erat atque Castrus vicus ipsius pagi Castrensis caput erat ad civitatem Parisiorum pertinentis[2], unde regioni Melodunensi haud facile attribui poterat. Qua de causa alii[3] Chartrettes (cant. Châtelet, arr. Melun, dép. Seine-et-Marne) anteposuisse videntur nomen, quod nullo modo e nomine Latino Castrus formari poterat, immo collegae Melodunensi, Adolpho Hugues viro doctissimo, quem hac de re consului, vicus Chartrettes e nomine Latino Carnotulis pendere videtur, ecclesiaeque illius patronum esse respondit S. Cornelium. Corbinianus si illis diebus in regione Melodunensi ortus esset, ad orthodoxam Francorum gentem pertinuisset neque ad despectos sacerdotes, qui Bonifatii studiis per Baiuvariam resistebant. Attamen situs Castri vici, narrante Arbeone (c. 4), summis montibus et irriguis convallibus silvarumque saltibus circumdati, regioni castri Maiensis in Alpibus siti magis convenire videtur quam Melodunensi[4] et ipsa nominis notio satis generalis, qualis nomini Castro inest, ad inventionem quandam magis spectare videtur, quam ad certum locum. Sane e posteris auctoribus, quibus fides nulla habenda est, Conradus Sacrista[5] Corbinianum ex ipso vico 'Maise' oriundum esse asseruit, in quam opinionem etiam Meichelbeck[6] primo animum inclinasse videtur. Certe Waltekisi Corbiniani patris nomen in Ordine communi virorum defunctorum Libri Confraternitatum ecclesiae Salisburgensis haud uno loco redit scriptum Waldkis[7]. Corbi nomen in inscriptionibus Latinis legitur in Norico repertis[8], dumque patris nomen ad originem Germanicam spectat, ipsius Corbiniani nomen ad originem celticam referendum videtur esse et habemus Pilitrudis testimonium[9] eum fuisse episcopum Brittanorum origine ortum. Quod cum cum patria Melodunensi difficilius conciliandum sit, bonus Arbeo in posteriore vitae parte ea oblitus videtur esse, quae in priore contendisset. Simili vero consilio Haimhrammum Francis attribuit, contendens eum Pictavis et natum et episcopum institutum esse[10], qui inter episcopos Pictavos non enumeratur, similique consilio Pirmino episcopo vaganti episcopatus Melcis castelli (hodie Meaux) ab eius biographo attributus videtur esse, quem peregrinum fuisse constat[11].

1) Anno 1710. Iohannes Franciscus episcopus Frisingensis de loco natali Corbiniani litteras dedit ad pastorem ecclesiae Saint-Germain-lès-Châtres Bertrand Robine de Callemont; cf. Fr. X. Sulzbeck, 'Leben des h. Korbinian ersten Bischofs zu Freising', Ratisponae 1843. Ipsius loci Castrensis ecclesia potius S. Clementi sacra est. Cf. Mabillon, AA. SS. ord. S. Benedicti Saec. III, 1, p. 501, n. 2) A. Longnon, 'Atlas hist. de la France. Texte expl.' I, p. 112. 3) Büdinger l. c. et S. Riezler. 4) Ita S. Riezler, 'Abhandlungen der k. bayer. Akademie der Wiss.' (1888) III. Cl., XVIII, I, p. 248, n. 1. 5) SS. XXIV, p. 319; v. infra. 6) Hist. Frising. I, p. XVI. 7) MG. Necrologia II, p. 31. 34. 37. 8) C. I. L. I, p. 271, n. 1466; III, n. 6497, p. 1836, n. 11743; d'Arbois de Jubainville, 'Recherches sur l'origine de la propriété foncière', Parisiis 1890, p. 498; A. Holder, 'Alt-Celtischer Sprachschatz' (1896), I, col. 1118. Nomen pro Romano habuit Büdinger l. c. 9) Arbeo, V. Corbiniani c. 26. 10) SS. rer. Merov. IV, p. 457. 11) Melcis castellum una cum pago Melciano (A. Longnon, 'Atlas hist. de la France. Texte expl.' I, p. 112) ad eundem locum spectat, scilicet ad Meaux, quod cum ignorasset G. Morin, 'Revue Bénédictine' 1912, XXIX, p. 262 sqq., demonstrare nitebatur, locum esse Melsbroeck in Brabantia situm, nomen traditum in 'Meltis' immutans, sed demonstrare neglexit, 'episcopatum' ibidem fuisse, cuius biographus Pirminii meminit. Invectiones in Hauckium nostrum parum politae, qui in quaestione dubia

Corbinianus utrumque nomen et patris et matris deinceps ferebat, exemplum praebens haud ita commune. Waltekisi enim nomine Arbeone teste primo appellabatur, donec Corbiniana mater unigeniti amore capta suum ei indidisset nomen, quod infantulus ipse sibi assumpsisset, contempto priore. Unigenitum autem quem Arbeo Vita ineunte (c. 2) vocavit, ei 'carnalem fratrem' infra (c. 33) attribuit, fratremque eius Ermbertum fuisse primum dioeceseos Frisingensis episcopum e Vitae c. 30. concludi licet, ubi 'suum' pro 'eius' accipiens fratrem ad Corbinianum etiam interpolator B rettulit. Utraque vitae pars hoc quoque loco difficillime inter se concilianda est. Corbinianus enim patre defuncto natus ac unigenitus matris carnalem fratrem habuisse non poterat, nisi qui ex priore patris matrimonio natus esset, ideoque maiorem natu, monente Meichelbeckio (p. 25), neque vero eiusmodi opinio in fratre quattuordecim annis post Corbiniani mortem episcopo instituto totque annis post defuncto ita facile admittenda est. Sin autem e duabus traditionibus sibi oppositis altera reicienda est, posteriori vitae parti maiorem fidem habeam iam ea de causa, quod Ermbertus ille Arbeonis nostri nutritor fuerat (c. 30), atque in priore parte fratris memoria adeo oblitterata est, ut Corbiniani longa itinera, antequam in Baiuvaria consedisset, multis describens Arbeo nullo verbo eius meminerit.

Longa autem Corbiniani itinera talia, qualia Arbeo descripsit, multis difficultatibus laborant, nam quas attulit causae resque ibi gestae in dubium vocandae sunt neque ordo temporum convenit. Quis umquam cellula sua relicta Romam profectus est, ut strepitum mundi effugeret? Gregorius autem papa, quo sedente Corbinianus prius iter Romanum suscepisset (c. 7), ut res adversas suas deploraret, scilicet affluentes et homines et divitias, quas non quaesisset, die 19. Maii a. 715. demum consecratus est neque iter illud alteri ad Pippinum maiorem domus a. 714. iam defunctum praecessisse potest, quod in c. 10. subsequitur. Neque immutandis nominibus aut principis Francorum aut papae aut transponendis rebus, quod qui nuper in hanc vitam inquisivit proposuit[1], dubia removentur, atque de altero papa vix cogitandum est, cum Gregorium cum conversione Baiuvariorum arte coniunctum esse viderimus. Nihil igitur restat nisi totum iter Romanum cum Büdingero expungere, atque ea quae Gregorius ea occasione gessisse fertur consiliumque, quod Corbinianus tunc persecutus esset, ratione carere egregius A. Hauck[2] recte monuisse mihi videtur.

Gregorius scilicet papa Corbiniano singulari solitudinis amatori sacerdotalem honorem et virgam pastoralis regiminis contulit, immo eum ad summum pontificalem honorem per singulos gradus deduxit atque ipso pallio ornavit (c. 9) nec his contentus potestatem addidit praedicationis officium exercendi, ubique per universum orbem potuisset. Tanto privilegio impetrato Corbiniani doctrina per universam Galliam moribus et virorum et feminarum revirescentibus paulatim crescere coepit, qui tranquillitatem et paupertatem quaesiturus cellulam suam reliquisset, ut Romae praediis beati Petri emptis cum sodalibus suis consisteret, totque honores ecclesiasticos primo ictu a sede apostolica assecutus erat, quot ne Bonifatius quidem a duobus papis compluribus itineribus Romam factis post summos fidei triumphos reportaverat omnes, nec pro ipso praeter pium fervorem, honestatem vultus, formam pusillam, membris tamen nobilitatis originem demonstrantibus, quicquam afferri poterat (c. 8) ad tantam liberalitatem fundandam.

Quantus autem honor solo pallio simplici cellulae S. Germani conditori a papa tribuebatur[3]! Primum Caesario episcopo Arelatensi a. 513. Symmachus papa illud concesserat[4], quo per omnes Gallicanas ecclesias uteretur, atque episcopi Arelatenses ut

rectam viam iniisse mihi videtur ('Kirchengeschichte Deutschlands' I, p. 347 [3]), auctoris ipsius causa aegre fero, quia in ipsum recidunt. 1) Riezler p. 232. 2) 'Kirchengesch. Deutschlands' I, 381 [3]. 3) C. B. comes de Hacke, 'Die Palliumverleihungen bis 1143', Gottingae 1898, p. 62 sqq. 4) MG. Ep. III, p. 40; cf. SS. rer. Merov. III, p. 438.

agentes vices apostolicas eodem ornatu deinceps distinguebantur. Prisca autem consuetudine honor pallii nisi exigentibus causarum meritis et fortiter postulanti dari non debebat[1]. *Pallium pro benedictionis cumulo habebatur a Gregorio II.*[2], *eodem, qui Corbiniano illud concessisse dicitur, atque sacri pallii munere ornatus Bonifatius Gregorio III. teste inter archiepiscopos numerabatur*[3], *unde in V. Bonifatii (c.* 6, *p.* 35*) archiepiscopatus pallium appellatur, et non solum proprias paroecias procurare debebat, sed etiam ceteros episcopos ad synodales conventus convocare et visitare poterat*[4]. *Corbinianus si una cum pallio praedicationis officium per universum orbem a Gregorio papa accepisset, multo maiorem potestatem meritus esset Bonifatio, cuius potestas primo per Germaniae gentes, ex anno demum* 744. *per omnem Galliarum provinciam patuerat: tanti autem nominis cellulae illius conditorem fuisse mea quidem opinione statuere non licet, cuius cultus Baiuvariorum fines vix excessisse videatur.*

Iter illud Romanum exemplo Bonifatii confictum esse primus Büdinger l. c. coniecerat nec a veritate aberrasse mihi videtur, nam non solum honores domum reportati in hanc sententiam trahunt, sed etiam ex sermonis similitudine argumenta colligenda sunt, quibus opinio illa confirmetur. Uterque et Bonifatius et Corbinianus 'oratione' facta in 'Petri' ecclesia eiusdem Gregorii II. papae 'pedibus' aut 'plantis' advolutus est itemque papa utrique, cum 'ab eo' 'inradiantibus' verae lucis radiis homines conversi essent seu ut 'ab eo irradiarentur', 'gradum' episcopalem imponere voluit et 'pastorale' regimen tribuere, atque uterque cum papae 'contradicere' non auderet, 'consensit':

V. Bonifatii c. 6.	*V. Corbiniani c.* 9.
Sed quia contradicere huic tanto pontifici apostolico sedi praelato non auderet, consentit etiam et oboedivit.	tantum patrem ne contradicendo contristaret vel divine voluntati resistere videbatur, coactus consensit.

Episcopalis igitur dignitas non solum utrique et Bonifatio et Corbiniano invito ab eodem papa collata erat, sed etiam Arbeo ipsius Bonifatii Vita usus videtur esse, qua re etiam quo Willibaldus hanc scripserit tempus ad Vitae Corbiniani originem aliquo modo definiendum erit.

Neque melioris notae alterum iter Romanum mihi videtur esse, quod iterum supervenientibus tumultibus divitiisque inquietatus amator solitudinis suscepisset, ut sub patrocinio beati Petri in monasterium reciperetur, illudque conversatio septennis (c. 14*) in cellula Germani praecesserat, cum quattuordecim annos ante prius iter Romanum ibidem transegisset, mira quadam congruentia aequalitateque, quam Büdingerus cum intervallo bis septem annorum Iacobi patriarchae pro uxoribus suis servientis (Gen.* 29*) comparavit. Corbinianus igitur episcopus ordinatus atque etiam pallio decoratus iura episcopalia minime exercuerat, ne dicam pallii praerogativam episcopos visitandi, sed more Scottorum vitam coenobialem degerat atque Romam profectus a papa iterum gratiam petivit (c.* 20*) in coenobium seu cellulam se recipiendi, licet talem modo reliquisset. Ipsius causa Gregorius papa synodum convocavit, in qua una voce sententia lata est, Corbinianum reverti oportere neque munus a papa iniunctum ei dimittendum esse. Neque vero in cellulam S. Germani revertit, sed in Baiuvaria constitit.*

Raro sane monente probo Meichelbeckio[5] *contigit, ut synodus pro ventilanda episcopi cuiusdam causa missionem ab officio petentis a papa congregata esset, et rarius*

1) *Gregorii ep. ad Brunichildem a.* 597; *MG. Ep. II, p.* 6; *Jaffé, Reg. n.* 1491[2].
2) *Ep. Gregorii II. a.* 725; *MG. Ep. III, p.* 701.
3) *Ep. Gregorii III. c. a.* 732. *ad Bonifatium, MG. Ep. III, p.* 279.
4) *Bonifatius ad Cudberhtum a.* 747, *MG. Ep. III, p.* 350.
5) *Meichelbeck, Hist. Frising. I, p.* 12.

fortasse, ut cellulae Gallicanae conditor tranquillitatis causa Romam aufugeret ad alteram ibi cellulam acquirendam, neque de synodo illa Romana praeterea quicquam notum est, quam solius Arbeonis testimonio nisi in conciliorum corpora admiserunt[1]. *Adventum Corbiniani ad sedem apostolicam describens Arbeo iterum cum V. Bonifatii*[2] *quodammodo convenire videtur, scilicet episcopum ad Romana 'moenia' profectum 'oratione' ad Petri sepulchrum facta Gregorii papae vestigiis sè stravisse huncque eum surgere et iuxta se 'sedere' iussisse, sed personae utriusque episcopi admodum inter se differunt, cumque Bonifatius quam maxima plebis multitudine conversa honores ecclesiasticos gradatim ob merita sua adeptus esset, quos deponere non cogitabat, Corbinianus cellula sua secretiorem locum desiderans honores suos apud papam deprecari visus erat, quos in priore itinere absque merito tam abundanter assecutus erat, ut vix quicquam adhuc addi potuisset. Uterque 'benedictionem' a papa accepit, licet uterque tam diversa ratione iniuncto sibi praedicandi officio studuisset.*

Secretiorem viam quietis amator ex territorio Melodunensi Romam usque ingressus erat per Alemanniam, Germaniam, Valeriam (c. 15), quo nomine Raetiam sive Baiuvariam Arbeo distinxit; recto enim calle Baiuvariorum fines vix tangere poterat, in quibus eum episcopum constitisse certum est. Cum Grimoaldus dux peregrinum comparticipem filiorum suorum se facturum esse promisisset, honorem humilitate sua ille aspernatus est, quem si accepisset, hodie fortasse inter duces Baiuvariorum numeraretur. Munera autem oblata non contempsit, licet propter divitias cellulam suam modo reliquisset.

Bina equorum furta Corbinianus in Italia passus erat bisque vindicta divina mox secuta est et bis duceni solidi praeter equos ei pro multa restituebantur (c. 21 sq.). Princeps Langobardorum in castro Tridentino constitutus (c. 16) sive comes tribunus aut tribunus (c. 22), cuius iussu caballus admissarius Corbiniano clam ereptus erat, Husingus appellatur nomine fortasse apud Frisingenses[3] *vulgatiore quam apud Langobardos. Accedunt bina piscium miracula et ipsa in Italia patrata (c. 17 sq.), quae bina VI. feriis ieiuniorum escam coquinae abundanter ministrabant. Ex his iterum mira aequalitate sese subsequentibus prius monente S. Riezler cum simili Vitae Cuthberti*[4] *fere convenit, cui iter facienti puer piscem attulerat ereptum aquilae in ripa sedenti.*

Italia relicta Corbinianus in castro Maiensi a custodibus Baiuvariorum retentus est, donec legati a Grimoaldo duce reversi mandatum rettulissent, ut vel coactus ad palatium duceretur (c. 23), sed quam ob causam apud Baiuvarios mox restiterit, quos deinceps non deseruit, ex Arbeonis verbis intellegi nequit. Alterum iter Italicum ut ratione caret, ita apostolatui Corbiniani Baiuvarico parum lucis afferre videtur atque synodus Romana una cum miraculis dubiae fidei totum posterioris itineris narrationem in eandem suspicionem vocat, quam prius nobis attulit.

Bina ex iis quae dixi miraculis, scilicet quomodo piscatores Anserico ministro 'reclausiae' (c. 19), i. e. cellulae S. Germani, piscem eripere conati iussu Corbiniani flagellis caesi essent, deinde quomodo admissarius iussu Husingi ablatus veretro nudato equam solam superstitem relictam sequeretur (c. 22), quem miserabiliter deformatum Anseri-

1) *Hanc synodum Romanam a.* 724. *A. Hefele, 'Conciliengeschichte', Friburgi* 1877, *III, p.* 362[2], *attribuit, cui ne levis quidem suspicio incidisse videtur, sed P. Ewald Jafféi Regesta I, p.* 251[2], *renovans eam pro spuria habuit, bonoque iudicio usus A. Brackmann, Germania pontificia, Berolini* 1911, *Vol. I, p.* 331, *itinera Corbiniani Romana una cum synodo et pallio ficta esse statuit ad itinera privilegiaque Bonifatiana.* 2) *V. Bonifatii auctore Willibaldo c.* 6. 3) *Husinc in chartis traditionum ecclesiae S. Mariae Frisingensis testis inter laicos post comitem citatur a.* 806/7. 817. 828 *(ed. Bitterauf l. l. I p.* 216. 324. 490). 4) *Beda, V. Cuthberti, AA. SS. Mart. III, p.* 103.

cus oculis conspexisset, in lamina argentea sepulchri 'illius', scilicet Anserici in ecclesia beati Stephani Frisingensi conditi (c. 18), sculpta erant, hoc vero miraculum parum pudicum Arbeo e lamina, quam bis citavit, abstrahi, i. e. tolli[1], *iusserat, verecundiae stimulis permotus. Arbeonis sermo tam obscurus est, ut 'illius' etiam ad Corbinianum referri possit, ad quem monumentum pertinuisse et Nagel*[2] *et S. Riezler statuerunt, isque existimavit tam pretiosum sepulchrum ministro cuidam vix exstructum esse. Interea laminae sepulchri illius (c. 19) nullum aliud sepulchrum praecedit nisi Anserici (c. 18), atque Arbeo ipse gloriatur se corpus eiusdem Anserici in ecclesia St. Stephani sepelivisse; Corbiniani vero sepulchrum in eo qui superest textu non commemoravit neque ad illud transiisse potest nisi in fine deperdito. Ut ecclesia maior S. Mariae sepulchro Corbiniani honorabatur, ita ecclesia S. Stephani in monte vicino sita sepulchro ministri eius, ibique etiam domus sive monasterium constructum erat, ubi Corbinianus potissimum conversatus videtur esse. Si lamina illa alio auctore manu artificis composita videtur esse atque Arbeone, qui Anserici seu cuiuslibet personae corpus cum ceteris sepulturae tradidit, de 'principibus regionum'*[3] *fortasse cogitandum est, cumque etiam S. Riezler (p. 232) monente res in picturis illis argenteis traditae non accipiendae sint nisi cum grano salis, pro parva earum auctoritate intervallum haud mediocre a Corbiniani aevo ad laminae originem statuendum est. Nec maioris auctoritatis primum quod de eodem Anserico rettulerat miraculum (c. 3) est de musto spinam eiciente.*

Miracula illa quo minorem fidem mereantur, eo magis lamina illa artificii causa memoria digna est, tam vetustis temporibus inter gentem tam rudem sculpta. Quamquam artificis nomen ignoramus, tamen compertum habemus[4], *iam Iosepho episcopo Frisingensi artificem malleatorem, cui nomen Romanum erat Aletus, i. e. Alethius, adstitisse, traditum ei a. 759, ut in 'cammiedibus'*[5], *i. e., nisi fallor, caminatis, episcopi serviret, isque Cawoni donatori postea ea condicione commodatus èrat, ut ex eius servitio rediens in dicionem ecclesiae S. Mariae Frisingensis redigeretur. Hic seu discipulus eius laminam sepulchri Anserici composuisse potest similiterque Ratisbonenses artifices suos habebant, qui Haimhrammi sepulchrum sculpturae varietatibus, auro argentoque ornaverant*[3].

Alterum sepulchrum in villa Pupinhusir, hodie Wippenhausen prope Frigisingas, monstrabatur, quo Adalpertum et ipsum Corbiniani ministrum conditum esse credebant, nonnullique Arbeone asserente tunc supererant, qui eum familiariter cum patrono vixisse novissent 'ex nomine', non ex persona (c. 13). Cum vero quadraginta anni post Corbiniani mortem interim praeterissent, ea quae tunc de Adalperto sepulchroque eius inter rusticos villae illius narrabantur credi vix possunt nisi examinata, cumque vix quisquam suspensus per triduum advixerit, sicut Adalpertus orationibus Corbiniani, latronis illius res gestae, qui conversus habitu mutato sub Corbiniani magisterio post multa annorum spatia finem vivendi fecisset, in dubium vocandae sunt ordinemque temporum parum convenire supra exposui.

Ipsius magistri imago talis qualem Arbeo descripsit a consuetudine veterum Brittanorum, Columbani discipulorumque eius, haud mediocriter differebat principumque vestigia Corbinianus magis imitatus videtur esse, sicut fere comparticeps ducum Baiuvariorum factus erat. Equo vehebatur[6] *ex S. Stephani monte in ecclesiam S. Mariae Frisingensem ad vespertinas laudes celebrandas progressus equosque tam speciosos possi-*

1) *Ita verbum intellegendum esse neque sensu recentiore pro 'zeichnen', sicut S. Riezler p. 230. statuit, primus perspexit P. Geyer.* 2) *Nagel, 'Deutsche Kunstwerke aus dem 8. Jahrh.' ('Anzeiger für Kunde der deutschen Vorzeit. Neue Folge', Norimbergae 1876, XXIII, col. 232.* 3) *Cf. V. Haimhrammi c. 35.* 4) *Cf. J. Sighart, 'Der Dom zu Freising, Landshut 1852', p. 9.* 5) *Bitterauf l. l. p. 42.* 6) *V. Corbiniani c. 29:* ex equo prosiliens; *cf. c. 30.*

debat, ut a principe ei invideretur (c. 16), neque vestitus eius a principum multo discrepuisse potest, cum Pippinus maior domus pretiosissimum indumentum suum ei dono dedisset (c. 5). Etsi divitias non amavit (c. 26), munera tamen multa aut non modica a principibus aliisque oblata accepit. Iracundiae et violentiae adeo deditus erat, ut mulierem rusticam magicis maleficiis deditam propriis manibus caederet pedeque tripodem in Grimoaldi ducis palatio sterneret (c. 26). Quamvis velox ad irascendum esset (c. 8), tamen ad ignoscendum non piger piscatoribus cum Anserico congressis duos tremisses post flagella dari iussit (c. 19), sicut furi tres argenteos donaverat (c. 4). Attamen Arbeo nec Corbinianum viderat nec eius mores expertus erat, sed crudelitas quaedam naturae scriptori ipsi inerat[1], qui imaginem patroni depingens hic illic suam ipsius prae oculis habuisse videtur.

Animum vero solam veritatem enarrandi Arbeo neque in V. Haimhrammi neque in V. Corbiniani probavisse videtur, cumque utrique episcopo falsam originem attribuerit, ut ordinationem Britannicam velaret, in Corbiniano se ipsum redarguit, despectam originem fortuito detegens (c. 26), eumque hoc loco veritatem dixisse inter omnes constat[2]. Eodem consilio bina itinera Romana dictata sunt, quibus Corbiniano similis atque Bonifatio auctoritas ecclesiastica vindicatur, quique episcopum Baiuvariorum 'per universum orbem' praedicandi facultatem a papa accepisse et 'per universam Galliam' doctrina sua innotuisse (c. 9) aut 'per orbem' (c. 25) affirmare ausus est, eum plura affirmasse, quam quae in se recipere potuisset, mihi quidem persuasum est.

Certe ea maiore fide digna sunt, quae ad res in Baiuvaria gestas spectant, eaque quae de Pilidrudis fatis Arbeo rettulit a Continuatore Fredegarii (c. 12) partim confirmantur. De insidiis eiusdem mulieris (c. 30) procul dubio per Ermbertum episcopum, Corbiniani fratrem, certior factus erat, quo nutritore usus erat, cum prima sua stipendia apud ecclesiam S. Mariae Frisingensem faceret. Post eius mortem autem circiter viginti anni interim praeterierant, ita ut fratris eius vitam describens vera cum falsis miserabiliter mixta facile proferre posset, quamvis veritati magis studuisset quam studuerat. Magata puella illa, quae occasione translationis Corbiniani c. a. 725. de concubitu sancti viri se iactaverat, paralysi contracta etiamtum vivebat (c. 36): **Quae**, inquit, **in sua permansit claudicatione usque in praesentem diem**, sed inter paenitentes perfectam tunc gerere putabatur vitam et sane quadraginta annis provectior interim facta erat, ita ut lasciviae suae eam facile paenitere potuisset. Hanc quidem auctor ipse mendacii arguit. Miraculum, quod puer in ecclesia Valentini Maiensi constitutus Arbeo passus erat (c. 40), idem episcopus factus descripsit, ita de sua persona concludens: **nostrisque**, inquit, **temporibus, dum non propriis meritis, sed divine largitatis munere huius episcopatui praeesse fecisset.**

Atque episcopus factus Arbeo alteram Corbiniani translationem eo quem descripsit modo haesitans ipse perfecerat neque solum ad memoriam patroni eiusque miracula celebranda Vitam composuit, sed monente S. Riezler imprimis eo consilio, ut translatio illa aliquo modo excusaretur, qua satis violenter in defuncti voluntatem actum erat. Ea autem quae sibi proposuerat rationibus quibus poterat persecutus est atque amici ei assistebant, veluti Sindperti coepiscopi, scilicet Ratisbonensis, revelatione adiutus est (c. 41), ut corpus e castro Maiensi transferretur. Sonus maior tonitru, qui eruto sarcophago subito eruperat, cum tanto timore ministros Frisingenses affecisset, ut humi prostrati velut exanimes facti essent (c. 43), Arbeoni consensum patroni designare videbatur, ut corpus ad pristinum locum reduceretur, atque tortuosus ut erat natura sonum illum cum bucina comparavit iussu divino perstrepente, cum populus Israeliticus ad movenda castra

1) SS. rer. Merov. IV, p. 456. 2) Cf. S. Riezler l. l. p. 235.

vocaretur (Num. 10, 2*), neque opinionem suam in dubium vocare permisit:* itaque, *inquit,* haec, ut praediximus, fieri, fidelium quis dubitet? *Etiam fontem montis S. Stephani per* 40 *annos aridum relictum testem proferebat ad voluntatem patroni probandam.*

Miracula Arbeo enarravit 'ingentia eximia erga tumulum' et primo ea, quae ad tumulum Maiensem facta erant, in c. 39. 40, *deinde quae in ipso itinere contigerant parum mirabilia. Manus aridae restituebantur, ubi primum vectibus feretri impositae sunt (c.* 45*), et daemoniacus ab immundis spiritibus purgabatur (c.* 46*). Hunc Arbeo episcopus cum plebe sua occurrens humi repentem subter corpus patroni mitti iussit, ut sanitatem recuperaret, qui ulterius in morbum minime incidisse probabatur, unde annos nonnullos post translationem a.* 765. *factam praeterisse conici licet. Ex portu Aeni amnis, ubi Arbeo cum suis se adiunxit, agmen in campum quendam progressum est, qui cruce signatus deinceps tot miraculis abundabat:* quot stilus scribendi non sustinet modum, *nocteque transacta (c.* 46*) pergentes eos a castro Frisingensi haud longe abfuisse oportet. Deficientibus vero codicibus et adventus et sepulturae descriptio periit. Cum ultima verba ita ediderit S. Riezler:* Deinde vero nos deambulantibus monasterium, *monasterium hoc pro ecclesia maiore (nobis 'münster') habere poterat, sed lectionem falsam anteposuit, nam cum Pertzio nostro* in crastinum *pro* monasterium *legendum est. At corpus Corbiniani re vera in ecclesia S. Mariae conditum est neque haud ita multa verba cum calce libri periisse in alteram recensionem B inquisiturus infra exponam.*

Origo Vitae Corbiniani ipsius translationis anno attribui nequit, sed intervallum quoddam annorum intercesserat, cumque translatio ex anno 769. *in annum* 765. *nunc promovenda sit, anni hunc insequentes in deliberationem cadunt. Alterum terminum e charta quadam Frisingensi erui hunc. Die XIII. Kal. Febr. anno XXII. Tassilonis ducis, scilicet a.* 769. *p. Chr.*[1], *non* 770, *quem annum comes Hundt statuerat, cum possessio quaedam et ecclesia eodem die ab Arbeone episcopo dedicata ecclesiae S. Mariae Frisingensi iterum firmaretur, Heripald notarius iussu eiusdem episcopi chartam conscribens a testibus ad consuetam comminationem his verbis transiit:* Sed ad superioris redeamus ordinem[2]. *Quae formula ut a chartarum sermone discrepat neque in persimili eiusdem notarii charta*[3] *a.* 776. *legitur, ita fere eadem in V. Corbiniani c.* 28. *ex. occurrit:* Sed ad historiae narrationis redeamus ordine, *ibique apte collocata Arbeonem ad a.* 765. *digressum ad patroni aevum revocat*[4]. *Heripaldo igitur Vitam Corbiniani a.* 769. *mense Ianuario notam fuisse manifestum est, ideoque ante hunc terminum origo eius collocanda est*[5]. *Quanti momenti Arbeonis sermo hagiographicus ad chartas Frisingenses perscribendas fuerit latius persequi non vacat, sed* chrono *pro tempore sicut ille*[6] *et idem notarius adhibuit et Sundarherius diaconus, qui inter annos* 765. *et* 791. *chartas Frisingenses scripsit, isque in eadem charta a.* 774.[7] *locum e V. Corbiniani c.* 41. *depromptum iteravit*[8]. *Idem etiam alibi diligentem sermonis episcopi sui imitatorem se praestitit, vir a locupleti familia oriundus, qui hereditatem suam ecclesiae S. Mariae et S. Corbiniani a.* 791. *tradidit*[9].

1) *Cf. Bitterauf I, p. LVII.* 2) *Ed. Bitterauf I, p.* 58. 3) *Ib. p.* 96. 4) *Etiam in V. Haimhrammi c.* 31. *Arbeo similia scripsit:* Sed — redeam ad ordine. 5) *Comparanti mihi cum Vita Corbiniani (c.* 34. 41*) Vitam Hucberti (c.* 12. 18*) similitudines nonnullae et rerum et verborum occurrebant, quae si non casu contigerint, Arbeonis librum paulo post originem expilatum e se probent. Cf. supra p.* 474. 6) *V. Corbiniani c.* 26: cottidianis insistere chronis. 7) *Ed. Bitterauf p.* 93. 8) *Locum in editione mea c.* 41. *adnotavi.* 9) *Ed. Bitterauf I, p.* 145.

XIII. Sermo Arbeonis.

Arbeo praeter Scripturam sacram auctores quosdam ecclesiasticos legerat, cumque de Corbiniani rebus gestis vix quicquam ante eum scriptum esset, res tam miras tamque inauditas de eodem enarravit, ut saepe interrogans[1]*: 'Sed quid mirum?' vim patroni mirabilem exemplis cum aliis tum sacris allatis confirmare deberet, veluti Heliae et populi Israelitici. Unum Corbiniani miraculum praeterea nulli nisi sanctis vetustissimis Paulo Antonioque successisse iactabat*[2]*, sed loco corvi, quem escam ministrasse apud Hieronymum in V. Pauli*[3] *legerat, ipse aquilam adhibuit. Cum miraculis quam maxime studuerit, uberem messem e Gregorii M. Dialogis*[4] *colligere poterat, ad quos inprimis sermonem suum formasse videtur, hic illic flores nonnullos decerpens*[5]*, cumque miraculum quoddam Scholasticae sororis S. Benedicti in Dialogis II, 33, legisset, ipso sexu fragili*[6] *mulieris nititur ad figmenta sua confirmanda verbaque eiusdem miraculi nonnulla ei etiam libro exeunte in mentem venerunt*[7]*. Ad regulam Benedicti, quam eius aevo in dioecesim Frisingensem inductam esse supra exposui*[8]*, consuetudinem vitae monachorum descripsisse videtur, sed licet 'sanctae conversationis regulae' (c. 6) et 'huius vitae normae' (c. 7) meminerit, tamen auctorem non nominavit.*

In universum Arbeo ex sese aptus suam viam inibat neque expilabat ea quae alii excogitaverant, cumque ingenio ad narrandum fertili florentique fingendi facultate praeditus esset, vivido animo fabulas suas stupendas, miraculis superstitionibusque conditas exposuit neque res saevitia sordeque plenas abhorrebat. Ipse se Baiuvariorum genti attribuit recens conversae[9]*, qui ex ipsa regione Maiensi exortus videtur esse, atque innumeri sermonis eius naevi in chartis ecclesiae Frisingensis redeunt, cuius episcopus Ermbertus nutritor eius fuerat. Toti autem barbariei eiusdem fundamentum rhetoricum substratum est, quo docemur summis in his Alpibus scholarum antiquarum speciem quandam usque in VIII. saeculum viguisse. Et primo verba ut pictores varietatem colorum tam artificiose disponebat, ut inter se cohaerentia vix cum magna prudentia colligi possint, atque miram hanc verborum collocationem viri rei metricae periti*[10] *ad cursus rhetorici leges rettulerunt. Sane liber contorto illo sermone conscriptus ut a clericis semidoctis eiusdem aevi procul dubio pro opere praecipuae artis habebatur, ita a rusticis Romane loquentibus pagi Venustici intellegi vix poterat. Pronomen relativum Arbeo secundo loco posuit*[11]*, praepositiones postposuit*[12] *aut verbo interposito a substantivo abstraxit*[13]*; immo vocabulum compositum interpositione verbi in partes suas divisit per tmesin*[14]*. Haud pauci loci in adnotatis ad sensum in ordinem redigendi erant, ut textus intellegi posset. Vocabulum ordinarium 'equus' evitans more poetarum medii aevi 'Iberus' vel 'Hiberus' eleganter scripsit*[15]*, sed alibi vulgatioribus elocutionibus 'ammissarius' et 'iumentus' vel 'iumenta' usus est*[16]*. Nomen Valeriae provinciae Romanae sensu alieno adhibuit*[17] *et 'Altemania'*[18] *pro 'Alamannia' perversa etymologia scripsit, sicut vetustus Galli biographus. E Graeco pendet praeter 'chronus', cuius supra iam memini, nomen 'satrapes' (c. 15. 42), quod etiam in charta ab ipso Arbeone a. 763.*

1) *V. Corbiniani c.* 4. 12. 43. 2) *Ib. c.* 17. 3) *AA. SS. Ian. I, p.* 606, *n.* 12. 4) *Cf. SS. rer. Merov. IV, p.* 456. 5) *Cf. c.* 3. 5. 7. 13. 17. 20. 24. 39. *Locos similes indagavit W. Levison sodalis.* 6) *V. Corbiniani c.* 12. 7) *Ib. c.* 43. 8) *Supra p.* 516. 9) *V. Corbiniani c.* 15. 10) *Cf. W. Meyer, 'Göttinger gelehrte Anzeigen'* 1893, *p.* 26. 11) *V. Corbiniani c.* 8*:* sensus quibus zelis accensis in deificum fervebatur opus; *c.* 21*:* gesta que per viarum fuerunt spatia. 12) *Prol.:* tumulum erga, *c.* 41*:* haec contra. 13) *V. Corbiniani c.* 6*:* ultra amittere consuetudinem. 14) *Ib. c.* 26*:* satis pollicebatur factionem. 15) *Ib. c.* 11. 16. 21. 22. 16) *Ib. c.* 22. 17) *Ib. c.* 15. 18) *Cf. SS. rer. Merov. IV, p.* 465.

scripta occurrit. Aliquot vocabula veluti exequium *(c. 13),* fulsio *(c. 12),* inlecebrus *(saepe) nisi per Glossaria vetera explicari nequeunt.*

Etsi Arbeonis sermo pro lingua rustica castri Maiensis haberi nequit, tamen in eius libro menda nonnulla reperiuntur, quae ad hanc originem referenda esse videntur. Collegium enim ita declinavit: nom. collegio *(c. 15), dat.* collegioni *(c. 20), vocabuloque tertiae declinationi adacto genus femininum attribuit. Cum Italis igitur Arbeo* collegio *loquebatur, non* collegium, *et pronuntiationem ipsius aliquo modo Italicam adaequasse ex formis* traduediam *pro* tragoediam *(c. 15) aut* Trigentinus *pro* Tridentinus *(c. 16. 41) concludendum est (Ital. 'giorno' pro 'diurnus'). Certe castrum Maiense in pueritia eius Langobardorum dicioni subditum erat atque Ermbertus nutritor eius ut ante mortem Corbiniani in Italiam profectus est (c. 33), ita linguae Italicae peritus fuerit necesse est. Vocabulum autem* fasti diei *(c. 18), i. e. ieiunii, nobis 'fasttag', e nostro sermone pendere videtur, et per se patet Arbeoni non solum nomen Germanicum fuisse, sed etiam eum clericum et episcopum ecclesiae Frisingensis factum cottidiano usu in nostra lingua exercitatum fuisse. Homo autem bilinguis, ut fieri solet, fortasse in utraque lingua deficiebat neque vocabula Latina accurate didicerat, sed similia cum similibus commutabat (*cautella *pro 'quotella',* examens *pro 'exanimis',* inhians *pro 'iniens',* maceries *pro 'macies',* proficiens *pro 'proficiscens'), alia falso componebat vel cum praepositionibus contraria notione adhibitis (*de- *pro 'ad-',* prae- *pro 'per-', 'pro-') vel aliter (*ibimet *exemplo 'sibimet'), alia misere deformabat, metathesi aut falsa etymologia usus (*alena *pro 'anhela',* ridigus *pro 'rigidus',* sublectilia *pro 'supellectiles'). Pronomen reflexivum* sibi *aut* sibimet *pro demonstrativo 'ei' adhibuit (c. 7. 29). Vocabula rariora aut notione aliena adhibita aut deformata in hunc ordinem digessi, ut comparatis locis inter se textus melius intellegi posset.*

abstrahere *(=* tollere *B c. 11) c.* 12. 16. 22. 24. 26. 30. 38.

ad *(= a) c.* 24.

alatione *(= halatione, spirando) c.* 12.

alena *(=* anhela *B) c.* 12.

Altemaniam *(cf. p.* 528, *l.* 37*) c.* 15.

amittere *plerumque pro 'dimittere' aut pro 'transmittere' (c.* 40. 44*), raro pro 'perdere' (c.* 6. 21. 30. 31*) [V. Haimhrammi c.* 3: ammissis *= relictis].*

anteponens *(= praemittens) c.* 20.

antestare *(= in testem vocare) c.* 10.

arcem *(= arcam) Prol.*

arentabatur *c.* 18.

arrepto *(= erepto) c.* 18.

auctoribus *(= actoribus) c.* 15.

cautella *(= quotella)* clericorum *c.* 14 *[= V. Haimhrammi c.* 10. 16*].*

chronis *c.* 26.

conquirere *(= cogitare) c.* 41.

contentus *(= detentus) c.* 21. 23. 24 *[V. Haimhrammi c.* 12. contentus *A* 1, retentus *rell.].*

conviator *(= comes itineris) c.* 24.

de *(= a) c.* 23.

decenserat *(= accensuerat, censuerat) c.* 7.

declinans *(= inclinans) c.* 30; minime declinaverunt *(*nolebant *B) c.* 24.

decreverat *notione contraria (*succreverat *B) c.* 15 *[= V. Haimhrammi c.* 4. 24. 25. 32. *E contrario* successus *pro 'decessus' in charta a.* 770, *Bitterauf I, p.* 66*].*

deducere *(= adducere) c.* 21. 22. 23. 34. 41. 46.

deferre *(= afferre) c.* 28. 41.

quadam *(= quondam) c.* 3.
quamdiu *(= aliquamdiu) c.* 15. 21. 23.
reclausie *(nobis 'klause') c.* 18.
repraehensos *(= deprehensos) c.* 30.
revocitans *(*revocavit *B) c.* 32.
ridigus *(rigidus) c.* 4.
satrapum *c.* 15 *[= V. Haimhrammi c.* 10; satrabum *charta a.* 763. *ab Arbeone scripta, Bitterauf p.* 47*]*; satrapibus *c.* 42 *[= V. Haimhrammi c.* 34*]*.
senes *(= seniores, optimates) c.* 5.
seque *(= ipseque) c.* 1.
sequestrium *(= sequentium, comitatus) c.* 23.
solutio *(= missio) c.* 14.
subactor *(= vicarius) c.* 31.
sublectilia *c.* 7. 17. 23 *[Charta a.* 765, *Bitterauf p.* 53: sublectilia vel quicquid utensiliis possidere*]*.
submissa *(= relicta,* dimisit *B) c.* 23.
subtermisit *(= submisit) c.* 37.
tam (= tantus)] in tam celsitudine *c.* 28.
tante *(= tantum) c.* 46.
torta *(= laqueus) c.* 10.
tot (tanti *B*) luminis *c.* 8; tot diei spatia *c.* 17; tot spatii *(= tantum spatium) c.* 28.
trispicii *(= tripodi) c.* 26.
vasula argentea *c.* 26.
vectigal *(= vehiculum) c.* 31.
vehicula *(= equi) c.* 11.

Litterae eodem fere modo inter se permutatae sunt, quo apud alios auctores eiusdem saeculi, et quamquam in Arbeonis sermonem sane memorabilem accuratius inquisitum non est, tamen artis grammaticae periti iam animadverterunt[1] *eum litterae* a *nimium indulsisse et in declinatione et in coniugatione neque vero contrarium usum satis observaverunt, nam etiam* e *pro* a *in prima et declinatione et coniugatione saepissime occurrit. Transierunt igitur prima declinatio in tertiam et secunda tertiaque in primam, sed etiam secunda et quarta inter se confunduntur. Nomina masculina cum alia tum in* -or *desinentia Arbeo aeque ac alii auctores pro femininis accepit et femininum neutrumque genus in masculinum vertit. Coniugationis autem ordinem consuetum eo potissimum turbavit, quod praesentia e radice perfecti derivabat, perfecta e praesentis. Inter activum et passivum parum distinxit et non solum deponentia pro verbis activis accepit, ut scriptores aevi Merowingici solebant, sed etiam sexcenties vice versa activa pro deponentibus more, qui Gregorii Turonensis aevo inceperat*[2]*, sed tam longe lateque non patebat nisi apud auctores saec. VIII, e. gr. Libri hist. Fr.*[3] *Exempla singula e laterculis insequentibus colligenda sunt, quibus indoles sermonis primi Baiuvariorum, immo Germanorum scriptoris Latini minime exhausta est digna uberiore disquisitione manus exercitatioris.*

b *pro* p: brivilegio *c.* 9, buplicum (1) *c.* 14; perstrebebat *(recte p.* 593, 10*) c.* 27 *[charta a.* 748/750. *et a.* 769, *Bitterauf I, p.* 29. 61: stibulatione*]*.
b *pro* v: octabo *c.* 18. 33.
v *pro* b: cavallus *c.* 17. 21; cessavit *(fut.) c.* 41; flevili (1) *c.* 20.

1) *E. Wölfflin, 'Archiv f. lat. Lexikographie und Grammatik', Lipsiae* 1888, *V, p.* 312. 2) *Bonnet, 'Le Latin de Grégoire de Tours' p.* 411; *cf. p.* 400. 3) *Scr. rer. Merov. II, p.* 218.

c *addita:* praefacti *c.* 22.

c *pro* g: coaculare *c.* 12.

g *pro* c: demergaret *c.* 6; gustus *c.* 16; indigans *c.* 18; suffugaret (*= suffocaretur*) *c.* 12. [*Cf. H. Schuchardt, 'Der Vokalismus des Vulgärlateins' I, p.* 124].

c *pro* qu: cocus *c.* 17; *cf.* cautella *p.* 529.

qu *pro* c: dequorum *c.* 16.

d *omissa:* fuissent (*= fudissent*) *c.* 4; Trientinis *c.* 21.

d *pro* g: traduediam (*= tragoediam*) *c.* 15.

g *pro* d: Trigentinum *c.* 16; Trigentino *c.* 41.

d *pro* t: *part. praes.* confitendi *c.* 21; scribendi (*= scribentis*) *c.* 45; vindicandi *c.* 21. tramidem *c.* 15. [*Charta a.* 755, *Bitterauf I, p.* 35: pradas; *cf. H. Schuchardt l. l. I, p.* 126].

t *pro* d: soliti *c.* 21, solitaret *c.* 25. [*Charta a.* 772, *Bitterauf I, p.* 70: molentinam, *a.* 774, *ib. p.* 92: impetire, gratibus].

e *pro* a: seperandi *c.* 24. *Cf. declin.* 1, *coniug.* 1.

e (ae) *pro* i: *n. sing.* aves *c.* 17, concives *c.* 37; *n. plur.* monite *c.* 19.
devulgata *c.* 29; fiere *c.* 41; palleo *c.* 9; suscepi *c.* 38.

i *pro* e: *acc. sing.* altari *c.* 43.
abl. sing. genti *c.* 41; regi *c.* 38; Tassiloni *c.* 41.
de-: dilectabilis *c.* 16. 18 (1). 23. 25; dilectare *c.* 2. 18 (1). — dispectum *c.* 26; disperationis *c.* 12; disperatus *c.* 21; distructa *c.* 2.
conicerit *c.* 8; dulcidinem *c.* 15; intumiscere *c.* 3; vixilli *c.* 10.

g *pro* i: agebat *c.* 26. 30; agebant *c.* 10; agentes *c.* 17. 37; agentis *c.* 24 [*= V. Haimhrammi c.* 37. *Cf. H. Schuchardt l. l. I, p.* 72].

geminatio admissa: ammavit *c.* 23; ammittere *c.* 20. 30; ammissionem *c.* 21; commessurum (1) *c.* 17.

geminatio omissa: aducentibus *c.* 37; humilima (1) *c.* 11. 15 (*non c.* 5); areptis *c.* 40.

h *addita:* habundantia *c.* 28; his *c.* 16; honosti (honesti 2, *i. e. onusti*) *c.* 29; inhediae *c.* 12; inhire *c.* 8; inhians *c.* 6.

h *omissa:* asta, astile *c.* 18; ilari *c.* 16; ora *c.* 17. — coris *c.* 27.

o *pro* a: denotantem *c.* 18.

o *pro* u: corposculum *c.* 37; insolam *c.* 41; monimine *c.* 14; monuerat *c.* 11; honosti (*= onusti*) *c.* 29.

u *pro* o: reliquus *acc. c.* 16.

r *omissa:* perflagans *c.* 5.

s *omissa:* abcessum *c.* 35.

ti *pro* ci: initiens *c.* 24; initientes *c.* 18; lantie (lanceae 2) *c.* 31; pernitiem *c.* 30; pernitionis *c.* 7; sotia, sotium *c.* 36; suspitione *c.* 29.

v *pro* f: vulgorem *c.* 39.

x *pro* s: milex (meles 2) *c.* 21 [*= V. Haimhrammi c.* 13. *Cf. App. Probi, Keil, Gramm. lat. IV, p.* 197, 28].

exp *pro* sp: expectaculum *c.* 13.

sp *pro* exp: spectare *c.* 10; spectaturus *c.* 41.

exs *pro* x: exsenia *c.* 20.

exst *pro* st: exstrenuus (extrenuus 2) *c.* 19.

y *pro* i: cybum *c.* 26.

decl. 1: *gen. sing.* insidiae *c.* 30.
formis (*= formae*) *c.* 22; plagis meridiane *c.* 28. — soboli caris (*= carae*) *c.* 1; praefatis (*= praefatae*) viae *c.* 7.
abl. sing. cure *c.* 30; eminentiae *c.* 42; forme *c.* 16. 21. 31. 37; incuriae *c.* 41;

inopie *c.* 30; inopiae *c.* 17; insidiae *c.* 30; invidiae *c.* 26; lantiae *c.* 18; perseverantiae *c.* 24; praesentiae *c.* 45; prudentiae *c.* 30; reverentiae *c.* 21. 43; unde *Prol.* — cum que *c.* 29; salutifere manu *c.* 26; sinistre manu *c.* 18. — lammine argentee *c.* 22; divinae vindictae *c.* 22; nefande insidie *c.* 21; propriae cenae *c.* 19; ex sacrae scripturae *c.* 20: ex tante praede *c.* 18; tante absentiae *c.* 41.

abl. plur. undibus *(= undis) c.* 18 *[cf. V. Haimhrammi c.* 34: plagibus*]*.

decl.* 2: *-um] spatia *nom. sing. c.* 40, *abl. c.* 41; *acc. sing.*: gestam *(= gesta) c.* 17. 42; montanam universam *c.* 23; patrimoniam *c.* 25 *[at* patrimonium *c.* 33*]*; *abl. sing.*: verenda dependente *c.* 22; *gen. plur.*: saxarum *c.* 40; *acc. plur.*: monitas *c.* 2; pratas *c.* 22. *[Charta a.* 755, *ed. Bitterauf I, p.* 35: mancipias — —, silvas, pradas et alias pradas; *V. Haimhrammi c.* 39: gaudia *nom. sing.*; *c.* 30: suam fluentam; *c.* 33. fluentis *abl.]*.

universa collegio *c.* 15; collegioni *c.* 20. *[Charta a.* 773, *Bitterauf I, p.* 89: ab avone *(= avo)* nostro*]*.

dorsui *c.* 16 *[at* dorso *recte c.* 4*]*.

lores adiunctae *c.* 10.

-us] infantulum *nom. sing. c.* 1; termina *(= terminos) c.* 15.

colonem *(= colonum) c.* 20. *[Charta a.* 765, *Bitterauf p.* 53: cum colonibus; *a.* 769, *ib. p.* 58: duas colones*]*.

viri *(= viro) c.* 30. 31; viribus *(= viris) c.* 46. *[Charta a.* 769, *Bitterauf I, p.* 61: arbitris *gen.*; *a.* 763, *ib. I, p.* 47: colonis et servibus; *a.* 773, *ib. p.* 90: cum finibus universis et terminibus*]*.

decl.* 3: *adiectiva arentia rura *nom. sing. c.* 4; exterioras occupationes *c.* 6; humilia postulatione *c.* 10; insignia — res *c.* 11; gens ruda *c.* 15; transfluenta — doctrine unde *(= unda) Prol.* — in sollemnia *(in sollemnitate) c.* 40; utensiliam omnem *c.* 28. *[Chartae a.* 743. *et* 757, *ed. Bitterauf I, p.* 27. *et* 36: omnem utensiliam; *a.* 755. 776, *ib. p.* 35. 96: cum omne utensilia; *V. Haimhrammi c.* 24: campestriae *gen.]*.

gen. sing. adulteranti, monitioni *c.* 24; altari *c.* 43; dependenti *c.* 11; dicenti *c.* 9; genti *c.* 33; languori, soboli caris *c.* 1; orationi *c.* 23.

dat., abl. plur. scopulis ingentis *c.* 40; pervium habitatoris *c.* 23; muneris non modicis *c.* 21; praeoccupationis terrenis *Prol.*; viris (vires *c.* 43) receptis *c.* 29. 43. *[Charta a.* 770, *Bitterauf I, p.* 67: parietis *pro 'parietibus'*; *V. Haimhrammi c.* 21: turpis — sermonibus; *c.* 35: quibus honoris*]*.

in corpora *(= corpore) c.* 21.

crura *(= crus)* dextra *c.* 36. *[Charta a.* 762/4, *ed. Bitterauf I, p.* 45: de iura *(= iure)*; *a.* 773, *ib. p.* 87: nostra ut competit iura*]*.

inlustrum *(= inlustrem) c.* 42.

moeniis, moeneis, meneis *c.* 20. 25 *[= V. Haimhrammi c.* 24. 30. 31. 35*]*.

natie *(= nate)* tenus *c.* 36.

nubs *(B cum V. Haimhrammi c.* 34; nubi *pr. m.* 1 *= nubes) c.* 43.

peduum *(= pedum) c.* 18.

piscae vivae *(= piscis vivi) c.* 17.

rurae *dat. c.* 14 *[Charta a.* 773, *Bitterauf I, p.* 90: ancillas, ruras, pratas*]*.

sanguis *(= sanguinem) c.* 4.

vasum *(= vas) c.* 3.

***decl.* 4:** anem *(= anum) c.* 29.

conati *gen. Prol.*; concubiti *gen. c.* 36.

domui *gen. c.* 5. 10;

domui proprii *loc. c.* 27; domui et ecclesiae *loc. c.* 41;
domui *(= domum) c.* 27. 37; domi *(= domum) c.* 29.
genuis *(= genubus) c.* 21.
salti *(1) gen. c.* 20; salto, saltos *c.* 4 *[Charta a.* 772, *Bitterauf I, p.* 75: cum — saltisque*]*.
sexui *(= sexus) c.* 5.
vultui *(= vultu) c.* 9.

fem. pro masc.: *-or:* decor *c.* 21; furor *c.* 29; honor *c.* 15. 19. 38. 41; meror *c.* 11; terror *c.* 27.
quaenam adventus *c.* 29.
exitus suae *c.* 34.
veram imbrem *c.* 4.
posteram ordinem *c.* 16.
piscae vivae *c.* 17; piscis — que *c.* 18.
puer, quam *c.* 31.

masc. pro fem.: benedictionem —, quem *c.* 26.
sui damnationis *c.* 10.
domum c. exiguum *c.* 27.
humus aridus *c.* 28.
debiti inpensionis *c.* 21.
quendam — sobole *c.* 29.
vires receptos *c.* 27.

masc. pro neutr.: Maiensem (Magensem) castrum *c.* 23. 37. 43; eosdem castros *c.* 33.
collus *c.* 12.
execrabilem coniugium *c.* 24.
qualiscumque corpus *c.* 11; corpus humatus *c.* 18; superpositus corpus *c.* 21; corpus ablatus *c.* 28.
ceptum itinerem *c.* 7. 10.
litorem, marem *c.* 18.
alium (1) miraculum *c.* 18; miraculum insignem *c.* 21.
mustus *c.* 3.
arenosus rus *Prol.*

coniug. 1: alligens *c.* 4; dedigneretur *c.* 11; deviendo *c.* 12; digneretur *c.* 16. 21 (1); radiebat *c.* 27.
declarit *(1 = declarat) c.* 40.

coniug. 2: cavare (1) *c.* 30.
decenserat *(= decensuerat) c.* 7 *[Charta a.* 773, *Bitterauf I, p.* 87: decensimus*]*.
fluens *(= flens) c.* 14.
totondi *(= tonderi) c.* 34.

coniug. 3: carpabat *c.* 10; deponans (1) *c.* 34; exponans *c.* 11; lambaret *c.* 4; nitabatur (1) *c.* 18; praeponarentur *c.* 10.
-cedere] accederat *c.* 18 *[= Charta a.* 769. 776. 782, *Bitterauf I, p.* 58. 98. 121*]*; concedisset *c.* 14; decedisset *c.* 11 *[*recedisset *V. Haimhrammi c.* 38*]*.
confugebant *c.* 27.
consumeri *(= consumi) c.* 4.
currere] cucurrens *c.* 4. 10. 17. 18.
deposcerat *(= depoposcerat) c.* 11 *[Charta a.* 759, *Bitterauf I, p.* 42: deposcui*]*.
discerent] didicerent *c.* 38.
-fero] infertens *(= inferens) c.* 3. — abstultum *c.* 41; retulens *c.* 4 *[cf. V. Haimhrammi c.* 15. intulere *= inferre; c.* 23: detulta*]*.
flexebatur *(*flectabatur *B) c.* 36.

fuissent *(= fudissent)* c. 4.
perfodiret c. 28.
vesperiscente c. 11.

coniug. 4: monuerat (= muniverat *B)* c. 11 *[at* munivit c. 10*]*.
repererent c. 30.
quievisset *(= quivisset)* c. 43.
vellens *(= volens)* c. 16. 36; vellisset *(= voluisset)* c. 23. 24. 29 *[cf. V. Haimhrammi* 31. 35—37*]*.

act. pro pass.: desolveret *(= dissolveretur)* c. 12.
suffugaret *(= suffocaretur)* c. 12.
tollere *(= tolli)* c. 43.

act. pro dep.: conaverat, contemplasset c. 15; depraecare c. 21; intueret c. 18; pollicebat c. 15; utebat c. 20; venerat *(= veneratur)* c. 13; verebat *(saepe)* c. 21. *[Charta a.* 755, *Bitterauf I, p.* 35: conaverit*]*.

dep. pro act.: accerseretur c. 10; (a)estimabatur c. 40; aestimabantur c. 27; amissi *(= transmittentes)* c. 40; amitterentur c. 24; auderentur c. 10. 19.
caedi c. 18; cessabatur c. 25; collegebatur c. 3; comedebantur c. 17; committeremur c. 41; cursitabantur c. 18.
dabatur c. 9; daretur c. 8; deberetur c. 4. 8. 15. 20. 21. 23. 41; deberentur c. 10. 35; deducerentur c. 15; deferri c. 21; demonstrabatur c. 8. 29; deposcebatur c. 11. 14; deposcebantur c. 21.
equitabatur c. 30; existimetur c. 11.
fervebatur c. 8.
gestabatur c. 38.
inmergebatur c. 4; innotescebantur c. 27.
offerebantur c. 26.
pigeretur c. 23; poscebatur c. 35; praeciperetur c. 33; praecipiebantur c. 38; prodebantur *(= prodibant)* c. 31; promittebatur c. 24; propinabantur c. 24.
querebantur c. 40.
recederentur c. 19; reciperentur c. 43; reddi c. 21; rigebatur c. 36; ruebantur c. 27.
satisfacto *(= satisfacienti)* c. 22; subiaceremur c. 41; sustentari c. 12; sustineri c. 12. 17.
tenebatur c. 18; transmittebantur c. 5; transponeretur c. 16.
vale factum *(= facientem)* c. 15; vale facti c. 41; vindicandi *(= vindicanti, pro vindicato)* c. 21.

Arbeonem rusticitatis suae sibi conscium fuisse ipse in Prologo confiteri videtur, sed tam cothurnato sermone ibi locutus est, ut fere suspicari liceat, eum pompam verborum suorum multo magis admiratione dignam esse existimasse quam emendatione. Ipsa autem sua elegantia facile ruere poterat auctor non apprime in litteris versatus. Cum enim sermonem suum ad leges cursus disposuerit, verba cohaerentia ad interpositorum casus facile flectere poterat:

c. 40. contemplabantur puerum saxo cuidam coherenti *(= cohaerentem)*,

aut vice versa:

c. 23. sue inpedimenti *(= inpedimentum)* viae considerans divine virtutis vacuam *(= vacuum)* non fuisse,

c. 34. tanti amissionis *(= amissione)* patris.

Praepositionem ad nomen proxime positum rettulit:

c. 24. a viro Dei propinabantur sacramenta *(= a viri D. propinabant sacramentis)*.

c. 35. cum summis imperio curis *(= c. summarum i. curarum)*;

immo vocabulum separatum praetermisit:

c. 23. a totius principe [gentis *desideratur: cf. c.* 33: ad totius principem genti] Crimoaldo,

et e contrario verba idem significantia iteravit:

c. 33. ne ab ipso patrimonium ab eo auferret.

Vis autem diversarum declinationum apud auctorem ita evanuerat, ut et adiectivum et pronomen eadem littera flecteret qua substantivum, cui applicatum est, nulla grammaticae ratione habita:

c. 9. divinis largitoris,
c. 17. pontifici c. summi *dat.*,
c. 20. imposite honore *abl.*,
c. 26. dilecti — cani *dat.*,
c. 27. domui proprii,
c. 28. cuius nostri assertioni,
c. 30. insidiis — a suae composite coniuge[1],
c. 32. summe honoris culmine,
c. 20. quaedam cellulae *dat.*,
c. 36. quadam puella *nom.*,

neque inter diversa adiectiva distingueret: c. 41. praecipiti et inprovidi,

casusque ita curavit, ut unum servaret:

c. 21 (2). 30. 31. viri (= viro 1. *c.* 21) Dei, *c.* 30. mutationis (= *mutatione*) loci,

vel neglectis praepositionibus:

c. 39. In cuius tertiae post sepulture noctis medie (= *In tertia nocte media post eius sepulturam*).

Accusativum et ablativum Arbeo eodem fere modo inter se permutavit quo auctores aevi Merowingici, veluti acc. pro abl. abs. scripsit, sed praeterea etiam accusativum posuit pro dativo (c. 22. 41) *et pro nominativo:*

c. 12. feminas queunt, *c.* 38. litteras pervenerunt,

et e contrario dativum pro accusativo accepit, e. gr. post sequi (*c.* 22. 23. 24. 30. 31. 36), *immo genetivum pro dativo et ablativo. Praepositiones* ad *et* in *haud raro praetermisit, quibus praetermissis motionem ablativo, quietem accusativo distinxit:*

c. 30. Maiense castro (= *in M. castrum*) se contulit [*at c.* 14: Ad pristinum se contulit musileum],
c. 31. Gallis (= *in Gallias*) secuta,
c. 37. cum venisset partibus (= *in partes*),
c. 38. ecclesiam (= *in ecclesia*) Valentini humo tradiderunt,
c. 43. ecclesiam (= *in ecclesia*) qui fuerant,

immo directam viam dativo indicavit:

c. 4. suae cellulae (= *in suam cellulam*) venire,
c. 33. Italiae (= *in Italiam*) direxit fratrem,
c. 41. divino me contuli consilio (= *ad divinum consilium*).

Praepositionem a *abundantem ablativo instrumenti adiunxit:*

c. 26. a verbis viri Dei hoc evenisse asserens,
c. 28. baculo, a quo sustentatur.

More auctorum saec. VIII. Arbeo haud raro participium pro verbo finito collocavit (cf. c. 16. 20), *e. gr.*

c. 22. qui eum cognoscere dissimulans et suis sententiam silere praecipiens. Cum,

1) *Substantivum exemplo adiectivi flectitur in charta Frisingensi a.* 774. *a Sundarherio scripta (Bitterauf I, p.* 92): care praenotate coniuge *gen.*

et pro infinitivo scripsit coniunctivum:

c. 6. permeditans — perduceret vitam

et pro coniunctivo indicativum in oratione indirecta (c. 20) et saepe post ut. *Pro* ne *ponere solebat* ut ne, *dum* ut *plane omittit:*

c. 29. praecipiens, cum — recessissent, — episcopum interemissent.

Eandem sermonis indolem, eadem menda, similem pompam rhetoricam in V. Haimhrammi deprehendimus[1] *tali, qualem nos ad codicem optimum restituimus, sed negari nequit hanc oratione lucidiore et paulo meliore compositam esse, id quod cum aliis rebus tum intervallo paucorum annorum explicari potest. Toto enim caelo comes Hundt*[2] *erravit, V. Haimhrammi ante Corbiniani exortam esse ratus. Cum autem propter fluctuantes flexiones parumque communem dispositionem verborum textus haud facile intellegi possit, in adnotatis interpretationi succurrere studui.*

XIV. Vitae Corbiniani retractatae B origo et ratio.

Hitto episcopus Frisingensis Cozroh presbytero post a. 824. *negotium imposuit uno volumine colligendi, quidquid singulis chartis traditionum contentum esset*[3], *eiusque diligentia pretiosissima illa ecclesiae Frisingensis documenta ad nos pervenerunt, quibus in hac praefatione ad illustrandam eiusdem historiam passim usi sumus. Archetypa enim chartarum illarum a.* 903. *incendio perierunt, quo domus S. Mariae sedente Waldone episcopo concremata est. Quae cum a.* 902. *adhuc integra*[4] *stetisse videatur, damno 'noviter' passo Ludowicus rex a.* 903, *die* 30. *Novembris curte quadam concessa subvenit*[5], *ut ecclesia restauraretur, atque a.* 906. *die* 8. *Maii novam chartam episcopo damnum deperditarum conquesto concessit*[6], *qua et priores renovarentur iusque episcopum inter se eligendi familiae cleroque 'iuxta priorem concessionem' praeberetur. De priore autem concessione bono Ludowico regi Waldo haec rettulerat, ut id quod voluerat assequeretur:*

qualiter sanctus Corbinianus Frisingensis ecclesiae episcopus apud antecessores nostros suo interventu impetraverat plebi et familiae suae licentiam inter se eligendi episcopos post suae evocationis tempus et huius electionis securitatem scripto regalium praeceptorum firmari rogavit suamque peticionem apud eos obtinere promeruit. Similique modo omnes pastores eiusdem sedis per ordinem penes antecessores nostros eandem electionis securitatem usque in tempus Waltonis dilecti episcopi nostri obtinuerunt.

Cum dioecesis Frisingensis diu post Corbiniani mortem condita esset primumque episcopum dioecesanum Bonifatius demum a. 739. *ordinasset, ex quo ordo episcoporum sedis illius numerandus est, Corbinianus episcopus eiusmodi licentiam plebi et familiae 'suae' comparasse vix poterat, neque Suyskeno*[7] *Waldo episcopus persuasit, tale praeceptum umquam extitisse, cuius certe ante eum nemo meminerat*[8]. *Quod autem fundamento*

1) *SS. rer. Merov. IV, p.* 462 *sqq. specimina sermonis collegi, quo V. Haimhrammi conscripta est.* 2) *Cf. 'Jahresbericht des historischen Vereins von Oberbayern'* 1881/2, *XLIV. et XLV, p. XVI.* 3) *Bitterauf I, p.* 2. 4) *Charta traditionis Williberti diaconi 'ante altare s. Mariae genitricis Dei sanctique Corbiniani confessoris' a.* 902. *data, Meichelbeck, Historia Frisingensis I, p.* 410 *(cf. p.* 150*); Bitterauf I, p.* 779. 5) *Ed. Meichelbeck I, p.* 151; *cf. Mühlbacher, 'Reg.' I, n.* 2015 [2]. 6) *Ed. Meichelbeck I, p.* 152; *cf. Mühlbacher l. l. n.* 2032 [2]. *De incendio et renovatione ecclesiae disseruit J. Sighart, 'Der Dom zu Freising, Landshut* 1852', *p.* 24 *sq.* 7) *AA. SS. Sept. III, p.* 276. 8) *Ea quae in laterculo privilegiorum post a.* 1074. *composito (ed. Bitterauf l. l. p.* 20*) de illo praecepto narrata sunt:* S. Corbinianus suo tempore impetravit apud imperatorem cum circ-

caret, quomodo a regibus insequentibus confirmari potuisset, non video atque novitatem privilegii verba ipsius regis probare videntur a. 906. sancientis, 'ut eiusdem episcopatus plebs et familia ab hodierna die et deinceps securam haberent potestatem inter se eligendi episcopum'. Hanc igitur potestatem antea non habuerant Frisingenses.

Eadem occasione eodemque consilio etiam vita Corbiniani retractata videtur esse, ut commodis utilitatique ecclesiae Frisingensis serviret, et auctoris quam maxime intererat per patroni vitam possessiones ecclesiae suae aut vindicare aut certe confirmare. Locum Caininam condigno pretio emendum Corbinianus iam in primo adventu praeparavit (c. 17), nomina possessorum perquirens, atque in ipsa emptione describenda auctor neque 'partem Alpium' praetermisit (c. 19) neque 'testes', 'sicut mos est', neque traditionem per manus Corbiniani et 'cum testibus', qua locus ecclesiae S. Mariae Frisingensi 'perpetuo iure' deinceps serviret. Etiam causam addidit, de qua Grimoaldus princeps iustum pretium pro ecclesia solvisset: 'ut haberet iusto labore adeptum, unde animae suae remedium adquirere potuisset', quo exemplo alii ad idem remedium quaerendum facile incitari poterant, sed venditores parum sane vocavit 'emptores', ita ut suum signum huic additamento ipse impresserit. Corbinianum cultis locis alimoniam pauperibus praeparasse voluit, sicut tam pium patronum decebat. Alterum locum Arbeoni omnino ignotum, qui c. 20. ab auctore B interpositum occupat, scilicet Chorze, hodie Kortsch prope Schlanders, Grimoaldus princeps a Fausta vidua, ab illo Corbinianus acquisiverat, nongentis auri solidis solutis, quos ei Pippinus maior domus Francorumque princeps largitus esset 'in elcemosynam', ita ut iam uterque et Grimoaldus et Corbinianus eundem locum ecclesiae S. Mariae Frisingensi tradere potuissent. Summam quam dixi pecuniarum pro illis temporibus ingentem fuisse vel bonus Meichelbeckius[1] confessus est. Unde autem memorabile patrimonii ecclesiae Frisingensis incrementum auctor circiter 150 annis post res gestas enarrans nosse poterat? Chartas si ei praesto fuisse cum S. Riezlero conicias nunc deperditas, eaedem certe nec Arbeoni praesto fuerant nec Cozroh diligenti codicis traditionum auctori, atque credi vix potest ullas Corbiniani vel Grimoaldi chartas ab utroque aut praetermissas esse aut ipsos fugisse. Sola veri similitudo auctori suspecto succurrere nequit, cuius additamenta dubiae fidei esse ex ipso temporum intervallo colligitur, et ne simile quidem veri est, chartas saeculo post in archivis ecclesiae Frisingensis extitisse, quae saeculo IX. ineunte ibi non extabant. Nec decessum Corbiniani describens 'firmitatem sui proprii conquestus in Magies', scilicet bona acquisita confirmanda, auctor B praetermisit (c. 27), negativae Arbeonis elocutioni affirmativam praemittens locumque nominans.

Loci Meies, Cheines et, cuius Arbeo non meminerat, Chorccs, anno 931. in possessionem ecclesiae Frisingensis transierunt, ab Henrico rege[2] Wolframno episcopo redditi, tertiusque locus una cum verbis hisce: praedium a s. Corbiniano quondam emptum ad solam Vitam B referendus est. Praedium igitur monasterio S. Corbiniani Frisingensi acquirere tunc licuit, quod eo usque ad fiscum regium pertinuerat, utque illi 'iniuste ablatum' esse crederetur, altera Corbiniani Vita effectum est, quam ante a. 931. compositam esse oportet. Mais et Kains canonici ecclesiae collegiatae S. Andreae Frisingensis postea possidebant locos[3], quorum alterum Ellenhardus episcopus medio saec. XI.

grapho licentiam huic familiae perpetualiter episcopum eligere inter se, quod cirographum tempore Waltonis episcopi combustum est, ad chartam Ludowici procul dubio redeunt. Cf. infra p. 557. 1) Meichelbeck, Hist. Frising. I, p. 16. 2) MG. Dipl. I, p. 64. 3) J. Freiberger, V. S. Corbiniani ('Finauer, Bibl. zum Gebrauch der baierischen Staats-Kirchen- und Gelehrten-Geschichte' I, p. 93).

eis dono dederat[1]. *'Mages', i. e. Mais, Oudalricus de Elsindorf c. a.* 1100. *cum aliis quas habebat possessionibus monasterio Benedictoburano contulit*[2].

Quae auctoritas propriis auctoris B additamentis accedat, ex uno miraculo iam intellegi licet, quod de Corbiniano apud Breones constituto addidit (c. 10*), scilicet ursum sagmario comeso sarcinam eius Romam usque portasse. Idem miraculum Maximinus episcopus Trevericus item Romam migraturus expertus esse dicitur, id quod iam Meichelbeckium non fugerat, illumque Martinus comitabatur, sicut Corbinianum Ansericus; pro sagmario vero asellus rapina ursi facta est, isque etiam onera Roma rettulit usque in locum qui dicitur Ursarii villa. Ex hoc loci nomine ursus procul dubio exortus est fabulosus, cumque origo fabulae a Vita Maximini ducenda sit, auctor V. Corbiniani B sicut Martini Vertavensis*[3] *expilatoribus eius attribuendus est textusque vetustiori Vitae Maximini propius accedit quam a Lupo retractatae. Ursus autem ille oboedientissimus insignibus urbis Frisingensis postea additus est nec deinceps a Frisingensibus suis recessit*[4]*, qui vitae retractatae nimiam fidem habentes interpolationem secernere nequirent. Etiam eos quos Arbeo adhibuerat fontes auctor iterum inspexit non solum Scripturam sacram (B c.* 18*), sed etiam Gregorii Dialogorum librum II. de Benedicto (B c.* 7*).*

Comparanti textum B cum Arbeonis libro mox patefiet, quomodo interpolator mirabilia ad gloriam patroni sui auxerit. Pluvia et procella per 30 *dies noctesque perdurans demonstravit, Corbinianum in ecclesia S. Mariae Frisingensi requiescere nolle, sed in castro Maiensi (c.* 27*). Sanguis calidus iam e naribus corporis transferendi manavit (c.* 29*), cuius demum in corpore translato Arbeo meminerat, ideoque* iterum *altero loco (c.* 31*) auctori B addendum erat; sanguisque ille, quem vasi conditum in proximis castris infodissent (c.* 29*), reportantibus corpus tam vivo colore apparuit, quasi eodem die effluxisset (c.* 38*). Mirabili cereorum incensioni post sepulturam odor optimus additus est (c.* 31*), corpusque cum elevaretur tam pulchrum et optimi coloris apparebat (c.* 35*) quam leniter dormientis. Cum minus veritati narrationis studuerit quam effectui, ad motus animi excitandos vocabula*[5] *cumulabat talia, qualia sunt* magnus, ingens, nimius, valde, graviter, multipliciter, *aut superlativis*[6] *honorem patroni sui augere nitebatur eodemque studio inseruit* tristis *(c.* 14*), pro* nonnulli *scripsit* multi[7]. *Supplevit nonnulla, quae facile subaudienda erant, velut salitas piscis reliquias (c.* 14*), aliaque eo solo consilio immutasse aut addidisse videtur, ut suam propriam auctoritatem servaret, scilicet numerum equarum Husingi 'fere XL et II' (c.* 16*), non 'plus minus XLIII', vocabulum 'ministeriales' (ib.), quo auctor sui aevi instituta in Corbiniani transtulit, 'dilectum eius cubicularium' (c.* 18*) nuntium ad Grimoaldum missum, non 'quendam ex suis' (A c.* 24*), 'principis' nomen substitutum 'ducissae' (B c.* 24 *bis, c.* 25*).*

Inferior auctoris et aetas et fides ex iis quoque intellegi possunt, quae praetermisit, nam hominum aut rerum cognitionem Arbeonis aevo convenientem sustulit, veluti homines, qui Adalpertum novissent ex nomine, eius et Anserici sepulchra una cum lamina, quae tunc forte non amplius existebat, fontem montis S. Stephani per 40 *annos exsiccatum, verba prima persona adhibita 'nutritorem meum' (c.* 24 = *A c.* 30*). Aevum suum*

1) *Cf. confirmationem Ottonis ep. Frising. a.* 1157. *apud Meichelbeck l. c. I, p.* 336. 2) *SS. IX, p.* 235. *Cf. Mon. Boica VII, p.* 461. 3) *Cf. SS. rer. Merov. III, p.* 568. 4) *Corbinianum una cum urso onusto multae picturae repraesentant; cf. Ch. Cahier, 'Caractéristiques des saints dans l'art populaire', Parisiis* 1867, *tom. II, p.* 592. 5) Magnus *B c.* 4. 28. 32 *(bis)*; cum magno affectu *B c.* 17; magnisque praecibus atque blanditiis *B c.* 21; cum summa humilitate *B c.* 16; cum ingenti pavore *B c.* 34; nimius *B c.* 7; valde *B c.* 4. 11. 28; graviter *B c.* 18; multipliciter *B c.* 8. 6) Sagacissimus, devotissime *de Corbiniano B c.* 1; humillime *de rege Langobardorum B c.* 11; iniquissimae *de Pilidrude B c.* 24, *itemque* maligna mulier *et* pessimae mulieris *B c.* 25, *et cet.* 7) *B c.* 4. 5.

accuratius distinxit, 'multos annos' vitam duxisse scribens (c. 28 = *A c.* 36*) Magatam puellam lascivam concubitu sancti viri se iactantem, quam Arbeo praesentem viderat, huncque non ignoravit 'postea' 'multos annos' episcopatui praefuisse (c.* 32 = *A c.* 40*).*

Praetermisso Arbeonis decessore Iosepho ad translationem Valentini et Corbiniani transiens Pataviam civitatem nominavit, quam auctor vetustior tantum significaverat, moxque primam personam servavit, iam bene recordatus, quanta auctoritas auctori aequali accederet, immo eo manifestius Arbeonis personam induit, haec post coepi *addens:* ego Heres licet indignus ipsius Frigisingensis sedis episcopus *(c.* 33 = *A c.* 41*), quasi is ipse sollemni chartarum elocutione pergeret, atque etiam deinceps prima persona usus est. Neque vero chartam quandam adhibuit, sed Vitae Corbiniani primigeniae verba et iteravit et interpolavit atque mendacia sua mox ipse prodidit, pergens his verbis:* cum coepiscopis meis — tractare coeperam, *ubi 'fratres nostros' Arbeo citaverat sacerdotes, i. e. clericos dioecesis Frisingensis, neque episcopos. Quem cum male intellexisset interpolator, Sindpertum coepiscopum, quem clericis ille 'insuper' addiderat, praetermittere coactus erat et mox (c.* 34*) Arbeonis iter ad principem praetermisit et capite exeunte comparationem cum populo Israelitico. Ea quae de occursu suo Arbeo prima persona enarraverat in tertiam redegit et pro episcopo agmini occurrente turmam clericorum et laicorum collocavit (c.* 35 = *A c.* 44*). Etiam miraculum subsequens (c.* 36*) immutavit, idem medelae genus substituens, quo Arbeo proximum patratum esse scripserat, itaque bina miracula in recensione B (c.* 36. 37*) similiter evadunt.*

Ultimorum verborum libri Arbeonis (c. 47*), in quibus codex* 1 *mutilus desinit, ne vestigium quidem in insequenti c.* 38. *recensionis B apparet, quod potius ad interpolationem B propriam c.* 29. *rediens de sanguine Corbiniani infosso plura mirabilia continet ecclesiamque eo loco constructam adiungit. Cum igitur iam expendendum sit, num cum ultimo recensionis B capite* 39. *initium c.* 47. *libri Arbeonis comparandum sit, cuius finis periit, comparato utroque textu:*

A c. 47.	*B c.* 39.
Deinde vero, nos deambulantibus, in crastinum	Inde autem moto sancto corpore beati Corbiniani, omnis coetus pontificum et aecclesiasticorum turba inmensa una cum summo eorum principe Tassilone obviam occurrentes,

vocabula Deinde *et* Inde *inter se fere conveniunt neque vero statione interposita (c.* 38*) verba 'in crastinum' servari poterant; inter occurrentes autem Tassilo iisdem verbis 'cum summo eorum principe' distinctus est, quibus Arbeo ducem Baiuvariorum distinxit*[1] *neque vero interpolator, ita ut ea ex exemplari A deprompta esse verisimile sit. Quod si verum est, plenum Arbeonis textum auctori B praesto fuisse statuere licet neque plura e codice nostro* 1 *excidisse videntur quam adventus et sepultura in ecclesia S. Mariae Frisingensi una cum miraculorum significatione, pauci scilicet versus. Exemplar quod B adhibuerat neque cum codice A* 1 *hiabat in c.* 4. *neque cum A* 2 *in c.* 16, *sed erat tertius codex hodie deperditus, qui similior quidem A* 2 *quam A* 1*:*

B c. 3. admonitione *cum A* 2 *(*monitione *recte A* 1*),*
B c. 14. proclamabant; *cf.* proclamitant *A* 2*;* conclamitant *falso A* 1,
B c. 16. agnoscere *cum A* 2*;* cognoscere *A* 1,
B c. 24. Quod *falso cum A* 2*;* Quam *recte A* 1,
non solum illum superavit: B c. 8. sub *recte cum A* 1*;* sed *A* 2,

1) *Arbeo c.* 30. 35. 42*:* summus princeps.

sed etiam huic anteponendus veram grammaticam h. l. servasse videtur:

B c. 3. domi revertebantur, *A c.* 4. domum reverterentur; *sed cf. A c.* 27. domui confugebant *(B c.* 22. domi cucurrerunt*), A c.* 29. domi reversus *(B c.* 24. domi revertens*), A c.* 37. domui reversus est *(= B c.* 30*),*

quo textus A ad recensionem B emendandus erat.

Lectorem auctor B in c. 17. ad mandata Grimoaldi in c. 9. commemorata verbis hisce delegavit: sicut longe superius diximus. *Obscurius dicta, quae minus facile intellegenda erant, aut immutavit aut suppressit, ita ut eum in rebus dubiis haud raro frustra consulueris, sed ea quoque praetermisit quae stare nequibant aut famam patroni laedere poterant, veluti c.* 1. unigenitus, *c.* 4. pretiosissimum indumentum *Pippini Corbiniano dono datum, c.* 21. Brittanorum origine ortum, *immo sola neglegentia negationem in c. 8. omisit. Vocabula Arbeonis parum communia illo interprete vulgatioribus cesserunt, nam pro* Hiberus *scripsit* equus *aut* cavallus, *pro* Valeria Norica *(c. 8), pro* Innetini *autem* aliis circumquaque *(c. 15). Legibus grammaticae haud apprime imbutus non paucas formas barbaras Arbeonis iteravit, alias non recte correxit*[1], *immo nova menda commisit, veluti* iugibus *pro iugis (c. 35),* pendebatur *pro 'pendebat' (c. 7),* deberetur *pro 'deberet' (c. 24),* dicere *cum* ut *construxit (c. 12) atque* ut *et* cum *tam constanter cum indicativo coniunxit, ut vel coniunctivos Arbeonis sustulerit. Eadem igitur de eius litterarum studiis dicenda sunt, quae de auctore Passionis Quirini Tegernseensis*[2].

Auctor vitae B, qua usus Wolframnus episcopus Frisingensis patrimonium ecclesiae suae a. 931. admodum amplificare poterat, cum ipsius Heredis sive Arbeonis personam sollemni more induerit (c. 33), proprium nomen latere maluit, quod in codicibus nullis legitur, nulloque verbo indicavit, se solum retractasse ea quae decessor litteris mandavisset, sed vitam virtutesque patroni se 'stilo brevissimo' explicavisse contendit, quasi primus ad hanc materiam aggressus esset, causamque scribendi fuisse voluit 'aedificationem audientium' (c. 1). Neque vero cultui tantum ecclesiae Frisingensis auctor studebat, sed eum vidimus ecclesiae S. Mariae sitae 'in castro Frigisingense super fluvium Isaram' (c. 19) parasse titulos possessionis pretiosissimos praedii Maiensis, Caininae, proprietatis Chorzes, bonaque in Maiensi castro ecclesiae S. Mariae tradita in c. 27. clarius Arbeone distinxit, quae per principem Langobardorum eidem ecclesiae firmarentur, utque in episcopio *(c. 22) pro verbis* domui proprii *(V. Corbiniani A c. 27) scribens domum episcopalem Frisingensem certius definiverat, eodem studio ad deliberationem de Corbiniani corpore transferendo transiens sedem episcopalem distinxit, quo idem reducendum esset (c. 33):* ad suam sedem, ubi episcopus erat. *Si igitur patria condicioque auctoris ex ipsius libro colligendae sunt, veri simile videtur esse, eum fuisse Frisingensem, scilicet e clero ecclesiae episcopalis S. Mariae.*

De Vita quadam Corbiniani satis mirabilia enarravit Bernardus Pez[3], *iter suum litterarium per Baiuvariam describens, scilicet perlustrata bibliotheca canonicorum Frisingensium, se ex amicis didicisse, non paucos historici argumenti codices vetustiores eiusdem bibliothecae penes Franciscum principem et episcopum Frisingensem asservari et: 'Inter hos', inquit, 'quidam s i t, qui vitam s. Corbiniani auctore HRotroco contineat'. Codicem, qui librum tam incertae famae continuisset, B. Pez ipse non viderat, id quod ex coniunctivo 'sit' intellegi licet, neque rem pro certo affirmavit, sed 'quod si verum est', pergens, epitaphium huius Hrotroci ex codice pervetusto bibliothecae Tegernseensis,*

1) *Cf. c.* 8*:* poposcebat *pro 'poscebat';* deposcebatur *A.* 2) *SS. rer. Merov. III, p.* 10. 3) *B. Pez, Thesaurus anecdotorum novissimus, Augustae Vindelicorum* 1721, *tom. I, p. XXVII, c. XLVI.*

hodie Monacensi latino n. 19410 *(Teg.* 1410*), saec. IX, p.* 66, *exscriptum exhibere voluit hoc:*

Hic iacet opertus cespite telluris in aula
Corpore sepultus, inclitus arte,
Lector venerabilis, scriptor famosus,
Litterarum sophysta nomine Hrotrohc.
Hic pie vivens, feliciter migravit ad Christum.
Huc venientes fratres, versos quicunque legentes hos,
Vestris, rogito, praecibus animam adiuvate suam.

Hrotrohc illum sophistam coenobitam Tegernseensis monasterii fuisse ex his versibus B. Pez collegit, atque epitaphium codici postea additum est, fortasse manu saeculi X. cum aliis, inter quae illud ultimum locum occupat. In eodem monasterio Tegernseensi, ad quod illud epitaphium pertinet, etiam vetustus neque vero optimus recensionis B codex extabat (nobis B 3*). Duabus coniecturis secum coniunctis, auctorem B Sigmundus Riezler coniecit fuisse Hrotrohc illum Tegernseensem. Neque vero nomen suum prodidisse credam auctorem, qui pro ipso Herede sive Arbeone haberi voluerat, neque sedi episcopali adeo deditum in monasterio Tegernseensi requiram. Si praeterea de tertia Corbiniani vita vix cogitandum est, cuius omnino nulla vestigia supersint, nihil aliud restat nisi verba Pezii satis imbecilla ad errorem quendam referre. Sane Carolus Meichelbeck, quocum B. Pez in eodem itinere congressus est, in Historia Frisingensi celeberrima, quam a.* 1722. *Frigisingam vocatus composuit, Vitam B quam edidit 'Ariboni' attribuit neque Hrotroci auctoris ullo verbo meminit neque Vitae eius, quae si penes episcopum fuisset, eum vix fugere potuisset opus suum eidem episcopo dedicantem.*

XV. Codices editioque Vitae Corbiniani auctore Arbeone (A).

Primigenius Arbeonis textus in bibliothecis latebat, donec a G. H. Pertz Londinii constituto a. 1844. *detectus est*[1], *atque per tot saecula recensio B pro vero vetusti auctoris libro habebatur. Cum vero ad solum codicem Londiniensem textum accurate recenseri vix liceret, codices hagiographicos bibliothecae Caroliruhensis perlustrans felici casu in alterum textus pretiosissimi exemplar incidi, initio fineque destitutum, cuius subsidio non solum lectiones prioris codicis confirmarentur, sed etiam haud pauca eius menda tollenda essent. Tertium exemplar auctori recensionis B praesto fuerat, qua quae in A scripta erant alia confirmarentur, alia explicarentur, ideoque sola additamenta huius recensionis propria publici iuris faciundo, sicut olim animo proposueram, multorum votis non satisfecissem. Quamvis genuinus Arbeonis textus pro fundamento habendus esset, tamen etiam haec recensio B integra ad omnes quotquot nancisci poteram codices edenda erat, licet his curis labor noster multiplicaretur.*

Primo genuini Arbeonis libri (A) codices binos describere libet.

1*) Codex Londiniensis Musei Britannici inter Additamenta n.* 11880, *saec. IX*[2], *qui etiam optimum Vitae Sulpicii episcopi Biturigi textum exhibet*[3], *fol.* 186'—214'. *V. Corbiniani A continet in primis c.* 47. *verbis desinentem, neque pagina consumpta est, sed reliquam additis neumis verba haec occupant:* Memento, queso, Domine, quod sicut lutum feceris me *cet. Sermonem barbarum, quem hic codex accurate servavit, librarius saec. XI. neque XIII. ad grammaticae leges correxit, erasa lectione primigenia, ita ut singulae litterae nisi aegre iam discerni non possent. Corrector autem codice alterius recensionis B usus est simili libris nostris B* 9*:*

1) *'Archiv' IX, p.* 487. 496. 2) *Cf. 'Catalogue of ancient manuscripts in the British Museum', Londinii* 1884, *II, p.* 62 *sqq.* 3) *SS. rer. Merov. IV, p.* 368.

c. 4. vir Dei praecipiens, ut ex humo surgere debuisset] *pr. m. om.*, vir Dei ex humo surgere iussit *m. al. superscr.* 1; eum vir Dei de humo surgere *(ita B* 1*a.* 9; resurgere *rell.)* iussit *B;*

c. 20. iniunctam] officium *m. al.* 1 *cum B;*

c. 36. utque in praesentem diem] usque dum vixit *m. al.* 1 *cum B;*

c. 37. Preonensium] Veronensium *m. al.* 1 *cum B* 9*;*

c. 40. sollemnia] sollemnitate *m. al.* 1 *cum B.*

Nonnulla menda primarius librarius iam sustulerat.

G. H. Pertz b. m. exemplar, quod per amanuensem scribendum curaverat, ipse accuratissime recognovit, sed vel eius peritiam codice iterum collato haud paucis locis emendare poterat Carolus Hampe[1] *v. c. a.* 1895/96, *qui verba erasa insigni et acie et acumine optime restituit, sicut invento codice* 2 *postea probatum est.*

2) *Codex Caroliruhensis inter Augienses n. XXXII, formae magnae, saec. IX. in. exaratus*[2]*, quippe qui in catalogo librorum sub Ruadhelmo abbate (a.* 838 —842*) scriptorum enumeretur*[3]*, Passionale in universum ad Calendarium dispositum exhibet, sed posterior anni pars, dies scilicet* 2. *Iulii ad* 23. *Decembris (fol.* 1—36*), ante alteram collocata haecque bipartita est, scilicet dies* 9. *Dec. ad* 28. *Ianuarii fol.* 46—74, *et* 7. *Dec. ad* 15. *Mai. fol.* 74—140. *occupant. Vita Corbiniani fol.* 124 —128'. *ad tertiam partem pertinet neque vero initium inest neque finis, incipiens* c. 4. ad fenestram, *desinens* c. 37. cum corpore, *atque etiam folio singulari deperdito textus a verbis* c. 22*:* singularem, cui sequebatur *ad verba* c. 28*:* cellulae sufficeret *hiat, ita ut fere tertia textus pars perierit. Initium iam is non deprehenderat, qui saec XV. ea quae codice continentur interiori lateri tegumenti anterioris intulit, nam indolem textus mutili non perspiciens V. Corbiniani praetermisit neque folium singulare tunc aderat, cuius in numerandis paginis ratio facta non sit, at quaternio post fol.* 128. *excisus, folia scilicet* 142—149. *olim numerata, affuisse videntur, cum in laterculo saec. XV. eo loco epistula Chromatii et Heliodori una cum responso Hieronymi et Evangelium de nativitate b. Mariae allata sint, hodie deperdita, quae Vitam Corbiniani etiam in codice* 1 *subsequuntur. Codicem scriptum monachus aetate provectior, qui primam codicis paginam exaravit, litteris fugitivis ad ipsum exemplar emendavit, lectiones ad grammaticae leges immutatas pristinae barbariei reddens, ita ut nonnumquam eius lectiones neque manus prioris cum rudi textu* 1 *conveniant, immo locos depravatos notavit coniecturisque nonnullos sanare conatus est. Posteriores librarios absque auctoritate sermonem corrigentes non curavi, ubi textus in* 1 *integer erat. Codex non solum lectiones primigenias exhibet, quas corrector codicis* 1 *radendo laeserat, sed etiam vocabula, immo enuntiata in eodem exemplari praetermissa supplet, ita ut ad textum recensendum omnino necessarius sit.*

Codicem ipse contuli collatumque recognovi.

Librarius 1 o *pro* b *et* a *pro* u *scripsit, unde exemplar, quod adhibuit, litteris scripturae cursivae similibus scriptum esse existimem:*

c. 4. veram — imbrem] 2 *et infra* 1. 2*;* veram — morem 1*;*

c. 16. gustus] 2 *(pr. m.);* gustas 1,

aliaque sola neglegentia peccavit.

1) *Cf. 'N. Arch.' XXII, p.* 226. 2) *Cf. A. Holder, 'Die Handschriften der Hof- und Landesbibliothek in Karlsruhe V. Die Reichenauer Handschriften I', Lipsiae* 1906, *p.* 118 *sqq.; A. Dufourcq, 'Le passionnaire occidental au VII*[e] *siècle' ('Mélanges d'archéologie et d'histoire' XXVI,* 1906, *p.* 27 *sqq.); Kuenstle, 'Römische Quartalschrift' XXII,* 1908, *p.* 17 *sqq.* 3) *G. Becker, Catalogi bibliothecarum antiqui, p.* 19*:* Liber unus praegrandis, in quo continentur passiones et vitae martyrum confessorumque nonnullorum, in quo inprimis ponitur passio SS. martyrum Processi et Martiniani.

Librarius 2 in compendiis explicandis lapsus est:

c. 7. cumulum] 1; cum vel *(i. e.* cumut*)* 2: c. 8. secundum] sec 1 *(pr. m.)*; secum 2. *In exemplari igitur non solum codicis 2, sed etiam communis 1. 2 compendia per suspensionem scripta erant, quae monachus Augiensis saec. IX. haud recte interpretatus est. Uterque autem codex iisdem mendis inquinatus est his:*

c. 20. calle] celle *pr. m.* 1. 2;

c. 29. vultu mutato] vultum utato *pr. m.* 1. 2.

In universum recta lectio per utrumque librum confirmatur atque etiam ratio scribendi primigenia auctoris plerumque in utroque deprehenditur, neque inter se dissentiunt nisi in rebus levioribus. In 1 saepe e *pro* ae *legitur, dum 2* ae *pro* e *et* oe *scribit, praepositiones assimilatas exhibet,* ti *servat, dissentiente altero codice. Fluctuanti mihi animo melius visum est in huiusmodi quisquiliis codicem 1 ut praestantiorem subsequi neque discrepantiam orthographicam alterius libri ad res tantillas spectantem adnotatis semper intuli.*

Genuini Arbeonis libri, qui tamdiu latuerat, editionem principem Sigmundus Riezler, *'Arbeos Vita Corbiniani in der ursprünglichen Fassung, Abhandlungen d. k. bayer. Akad. d. Wiss. III. Cl. XVIII. Bd. I. Abth.', Monachii* 1888, *p.* 245—272, *paravit, historiae patriae amore ductus, duoque codicis 1 apographa habuit composita alterum a Müller-Strübing professore sumptibus privatis, alterum a G. H. Pertzio in usum Monumentorum Germaniae, cumque reliquis subsidiis destitutus illud summa diligentia perfectum esse crediderit, ei maiorem fidem attribuit, etsi auctorem veteris scripturae parum peritum fuisse iam constat. Ita factum est, ut multi loci novi textus intellegi nequirent, quorum medelam ex editione Monumentorum Germaniae expectabat M. Petschenig*[1]. *Si vera et falsa nunc rectius diiudicare omissaque supplere nobis successit, praeter codicem 1 a C. Hampe accuratius collatum alterum exemplar 2 tunc nondum detectum nobis praesto erat. Riezler praemissa disquisitione doctissima utramque recensionem A et B inter se comparans primus distinxit, ea quae Arbeonis fuerant, quaeque interpolator aut addiderat aut immutaverat, utque haec pro nihilo ducenda esse recte perspexit, ita suspiciones, quae in Arbeonis phantasmata surgere possunt, non eodem successu removisse mihi videtur. At perpetuam laudem eo meritus est, quod vetustissimum librum ab auctore Baiuvarico compositum in priscam formam restituit et ab interpolationibus posteris purgavit, ita ut de auctore illo iam rectius iudicari posset. Prologum ad Virgilium scriptum iteravit E.* Dümmler, *MG. Epistolarum tom. IV, p.* 498, *Berolini* 1895, *codicem conferente R. Priebsch.*

XVI. Codices editionesque Vitae Corbiniani retractatae (B).

Quo minus Arbeonis obsoleta verba priscusque sermo rhetoricae artis speciem quandam obtendens, quamvis miserabiliter mendis grammaticis depravatus, intellegi poterant, eo avidius recensio B legebatur sermone per medium aevum vulgato composita neque parva litterarum scientia auctoris abhorrebat, monachis Baiuvaricis illius aevi vix aliena. Itaque factum est, ut permulta recensionis B exemplaria hodie supersint, dum editio genuini textus A duobus tantum nititur. Plerique autem codices B recentioris aevi, scilicet saec. XIV. et XV. ad eandem classem (9) pertinent hic illic ex A interpolatam, cumque ad unum eorum liber primum editus esset, olim disceptabatur, utrum locus interpolatus c. 23. de fonte montis S. Stephani exsiccato et post 40 annos reducto Arbeoni an inter-

1) *M. Petschenig censuram huius editionis egit in 'Berliner philologische Wochenschrift'* 1889, *IX, col.* 212 *sqq. E. Wölfflin, 'Archiv f. lat. Lexikographie und Grammatik', Lipsiae* 1888, *V, p.* 312 *sq., brevem commentarium rerum grammaticarum suppleverat, quas S. Riezler Conrado Hofmann tractandas reliquerat, qui num officium praestiterit ignoro.*

polatori attribuendus esset[1]*; eruto autem genuino textu de vera eius condicione haesitari nequit. Porro huius classis codicem saec. XII. repperi haud spernendae auctoritatis, qui plures locos cum A convenientes exhibet quam propinqui eius recentiores. In universum bini tantum codices ad saeculum X. vel XI. redeunt, cumque nullus ita praestet, ut eum potissimum ducem sequi liceret, uberior apparatus adhibendus erat.*

1) *Codex* S a n g a l l e n s i s *n.* 551, *saec. X, formae octavae, p.* 227—310, *duobus foliis post p.* 281. *excisis, hiat a verbis c.* 18*:* |tionum frequentia *ad verba c.* 21*:* crucis Christi. *Insignibus lectionibus praestat neque vero priscam grammaticam semper accurate servavit.*

1*a) Codex* L i n c e n s i s *bibliothecae lycii caesarei Cc V,* 7, *saec. XII/XIII, olim monasterii Subensis*[2], *scriptus a Romano monacho, adnotante manu paulo posteriore fol.* 192′. *in calce vetusti textus:* Laus tibi sit, Christe, per quem liber expliƈ iste *et:* Istum librum scripsit Romanus sancto Lantperto in Suben. Si quis abstulerit, anathema sit, *fol.* 159—170′. *Vitam Corbiniani B exhibet, in qua saepe scripta sunt* ę *pro* e *(e. gr.* ęducti, ęius, ęum, ęnim, ęrat, ęsse, ęuntibus, luminę, nominę, studiosę*), constanter* nichil.

Idem codex Inventionem et Miracula Virgilii episcopi Salisburgensis fol. 190—192. *continet antiquiora iis, quae W. Wattenbach, SS. XI, p.* 88 *sqq. edidit, qui codicem p.* 86. *commemoravit neque vero inspexisse videtur, cumque ipsius Virgilii iussu Arbeo Corbiniani Vitam conscripserit, initium recensionis ineditae hic proferre visum est. Incipit autem a sepulchro et imagine Virgilii in ecclesia S. Hrodberti inventis absque temporum indiciis, dum in textu interpolato a.* 1181, *dies* 16. *Februarii causaque aedificandi traduntur, versusque picturae superscriptus paulo aliter ibi legitur atque in editione.*

I n c i p i t d e m i r a c u l i s s a n c t i V i r g i l i i S a l i s b u r g e n s i s e p i s c o p i.

Quadam die[a] in muro, qui in proximo diruendus erat, elapsi lapides introspectandi aditum praebuerunt transeuntibus. Cuius ergo procavitatis paruerunt indicia et picture vetustioris colorata visa sunt illic scémata[b]. Porro fratribus maioris ecclesie huius rei novitate[c] alacriter perquirentibus et aperturas eiusdem muri latius patefacientibus, inventa est beati Virgilii octavi episcopi a beato Růdberto tumba et depicta imago, eius denique picture non fallax superscriptio:

Virgilius pulcro construxit scemate templum,

et praeterea dies obitus eius V. Kal. Decembris. Idem vero dignus Deo pontifex Virgilius, ut in annalibus nostris reperire potuimus, primus eiusdem basilicae legitur extitisse fundator et beati Růdberti ac sedis episcopalis in eum locum, in quo nunc est, pius translator. Nov. 27.

Ad tantae igitur admirationis auditum plurimis confluentibus, non pauci supervenientium a doloribus membrorum suorum sunt alleviati.

Miracula inventionem corporis subsequentia in hoc codice ita descripta sunt, ut testem oculatum facile intellegas, si ea cum editione W. Wattenbach l. c. p. 90, 16 — 91, 8, *comparaveris, e. gr.:* Item quedam mulier de Pongů, quae de lecto prae contractione membrorum recedere non poterat, ad praedicti sancti tumulum portata sana recessit. Haec quae scripsimus oculis nostris vidimus et universa civitas. Quedam puelle[c] de Matse curvam habens *et q. s. Textus in haec verba desinit:* Auditum

a) *post* die 2 *litt. ras.* (eo?) *c.* b) cémata *c.* c) *sic c.*

1) *Meichelbeck, Hist. Frising. tom. I,* 1, *p.* 67*; Suyskenus, AA. SS. Sept. III, p.* 262.
2) *Cf. 'Arch.' X, p.* 613.

enim sine mora secus tumulum recepit, *non pertinens ultra c.* 6. *editionis Wattenbachianae p.* 91.

1*b) Codex* *M o n a c e n s i s*[1] *n.* 12642 *(Ranshofen* 42*), saec. XIV, olim monasterii S. Pancratii in Ranshofen ordinis Augustini canonicorum regularium, adnotante m. s. XIV (fol.* 267*), fol.* 227—235, *(praescr:* Incipit vita sancti Corbiniani*), capitum distinctione caret, sicut praecedentes, atque cum* 1*a his locis convenit:*

c. 10. quandam] quando 1*a. b;*
c. 19. proprio] precio 1*a. b (deest* 1*);*
c. 39. omnique] cum omnique 1*a. b.*
Inspexit W. Levison v. c.

2*) Codex* *C r e m i f a n e n s i s* *n.* 7, *saec. XII, formae minoris, ipsi monasterio m. s. XV. fol.* 1. *ita vindicatus:* Iste liber est sancti Agapiti in Chremsmunster[2], *fol.* 137—166′, *textum exhibet correctum et manibus aequalibus, quarum una atramento nigriore usa fol.* 140. *exaravit postea interpositum, et m. saec. XIII, quae codicem similem* 8 *adhibuisse videtur (cf. c.* 23. *ex.). In calce hi versus leguntur prima manu additi:*

Laus tua cottidie nostro non cessat ab ore.
Exoptet precibus de Christo Corbinianus,
Ut solidet vitam cum multo robore vestram,
Expellat totum fletus gemitusque colorem,
Auferat adversum, si quod vos commovet usquam.

3*) Codex* *M o n a c e n s i s* *lat. n.* 19162 *(Teg.* 1162*), fol.* 119—151, *saec. X. eleganter scriptus, et laterculum capitum et praescriptiones minio distinctas exhibet, textusque ad grammaticae leges correctus est et a librario vetustiore et sparsim m. saec. XV.*

Librum a. 1883. *L. de Heinemann b. m. ad verbum exscripsit exscriptumque recognovit G. Waitz b. m.*

4*) Codex* *E i n s i d l e n s i s* *n.* 261, *saec. XI, pag.* 81—132, *praescriptiones capitum continet nonnumquam in breve coactas, sed laterculus deest. Sermo auctoris non adeo accurate transcriptus est, veluti librarius modos passim ad grammaticae leges correxit.*

5*) Codex* *L i p s i e n s i s* *bibliothecae urbanae n.* 195 *(Rep. II, fol.* 58*), saec. XI, olim 'sancti Mauricii in Altach inferiori', fol.* 164—174′, *a capite* 1. *incipit, quod laterculus capitum subsequitur, sed praescriptiones capitum non adsunt, etsi capita numeris distincta sunt. Praecedit Passio Acaunensum martyrum duplex et recensio B (fol.* 115—117′*) et X (fol.* 124′—127*) una cum duobus Gregorii Tur. capitibus duobusque sermonibus.*

5*a) Codex* *M o n a c e n s i s* *latinus n.* 22243 *(Windb.* 43*), saec. XII, legendarii Windbergensis tomus IV*[3]*, fol.* 107′—119′, *Vitam Corbiniani B una cum laterculo capitum eodem modo dispositam continet quo codex praecedens, licet ex eo non exscriptus sit:*

c. 24. offerebat obtutibus] 5*a cum rell.;* obt. off. 5,

atque etiam Passionis Acaunensium martyrum textus duplex[4] *B* 4 *(fol.* 65—67′*) et X* 3*c (fol.* 74—77*) cum additamentis adsunt.*

6*) Codex* *M o n a c e n s i s* *latinus n.* 1087 4628 *(Ben.* 128*), saec. XI, 'olim monasterii Benedictenpeiren', adnotante manu saec. XV (fol.* 2*), fol.* 10′—32, *hiat, folio* 10. *lacerato alteroque post illud exciso, a verbis c.* 1. ęcclesiam in eodem Castro *ad verba c.* 3. et quasi exani|, *sed librarius saec. XV (P. Antonius Funda?) pro textu mutilato*

1) *Cf. 'N. Arch.' XIII, p.* 581. 2) *Cf. Huno Schmid, Catalogus codicum mss. monasterii Cremifanensis,* 1877, *I, p.* 106 *sqq.* 3) *Cf. Anal. Bolland. XVII, p.* 115. 4) *SS. rer. Merov. III, p.* 23. 28.

Vitae primordium (praescr.: Prologus in vitam s. Corbiniani, *inc.:* Cum cupimus — miracula, *praescr.:* Vita s. Corb', *inc.:* Venerandus igitur D. f.*) ad c.* 3. exanimem *supplevit, tribus foliis* 11—13. *interpositis, et codicem 9b similem adhibuisse videtur:*

c. 3. eis nox] nox eis *cum 9b.*

Praescriptiones capitum in marginibus suppletae sunt a librariis aequalibus, sed laterculus capitum non adest.

7*) Codex Monacensis lattinus n.* 9516 *(Ob.-Alt.* 16*), saec. XI/XII, fol.* 71—86, *praescriptiones capitum absque laterculo exhibet illaeque eodem atramento quo textus scriptae neque distinctae sunt nisi initio a miniatore, qui eas usque ad c.* 11. *lineis signavit, numeris litterisque primariis additis, dum deinceps et numeri et litterae primariae desunt, quae inde a c.* 36. *redeunt. Caput* 3. *non inscriptum est et praescriptionem capitis* 5. *miniator non distinxit, qui medio in capite* 7. *verba textus* (quomodo — exposuit) *pro praescriptione accepit. Librarius ipse haud pauca suo arbitrio immutavit.*

7*a) Codex Admontensis n.* 248, *saec. XII, monasterii scilicet S. Blasio dicati, monente manu saec. XV (fol.* 2*):* Iste liber pertinet ad sanctum Blasium. Si quis abstulerit, anathema sit, *fol.* 119′—137′, *(praescr.:* De sancto Corbiniano*), absque laterculo capitum incipit neque praescriptiones capitum adsunt nisi nonnullae (e. gr.* 2. 4. 6. 7. *et q. s.), manu alia in margine suppletae, atque capita non omnia distincta sunt neque semper iis locis, quibus in aliis codicibus. Caput* 26. *a verbis c.* 27*:* Qui a ministris *incipit et in margine praescriptio eadem addita est:* Qualiter traditus est sepulture Frisingia, *quae etiam in* 7. *deprehenditur* (Qualiterque — Frigisinga). *Finis c.* 3. *a verbis:* Quia ergo filii *desideratur. Cum codice* 7 *hic liber eodem loco hiat:*

c. 8. infundebat [Ibique — doctrinam *om.* 7. 7*a*]. Ibique,

mendumque idem commisit h. l.:

c. 20. maior domus *(*dn̄s 7. 7*a).*

Initium finemque et locos nonnullos inspexi.

8*) Codex Vindobonensis n.* 416 *(Univ.* 818*), saec. XII, formae minoris, quem doctor Ioannes Faber episcopus Viennensis et coadiutor Novae civitatis sumptibus propriis emit donoque a.* 1540. *dedit Collegio apud S. Nicolaum, ut studiosis usui esset ad statuta et praescripta sua, post V. Severini auctore Eugippio*[1] *(fol.* 1—17*) fol.* 17—26. *V. Corbiniani exhibet neque vero praescriptiones nisi capitum* 2. *et* 6, *sicut capitum numeri desunt et laterculus. Locos aliquot praetermissos librarius in inferiore margine supplevit. Textus et manu aequali correctus est et manu saec. XIV.*

8**) Codex Campililiensis (Lilienfeld) n.* 60, *pars III, saec. XIII*[2], *fol.* 213′—218′, *(praescr.:* Eodem die Corbiniani episcopi*), textum conserit continuum, in capita non divisum. Lectiones cum* 8 *convenientes exscripsi has:*

c. 1. utiliter] viriliter[3] 8. 8**;*

c. 23. defuerat] deficeret 8. 8* *et m. al.* 2.

Ipse inspexi.

8***) Codex Claustroneoburgensis (Klosterneuburg) n.* 706[4], *formae magnae, saec. XII, fol.* 132—145, *item in c.* 1. *pro* utiliter *exhibet* viriliter *cum* 8. 8*.

1) *R*[v] *apud Mommsen p. XVIII. Cf. 'Archiv' X, p.* 573. 2) *Cf. A. Poncelet, De magno legendario Austriaco, Anal. Bolland. XVII, p.* 29. *Magni legendarii Austriaci exemplar Mellicense M* 7, *alias* 677 *aut H* 55, *saec. XV, fol.* 38—46, *idem descripsit l. c. p.* 34; *cf. p.* 79. 3) *Hanc lectionem ex* 8*a non exscripsi, ex quo librum* 8* *pendere statuit A. Poncelet l. c. p.* 36. 4) *Cf. 'Notizenblatt, Beilage zum Archiv f. Kunde österreichischer Geschichtsquellen', Vindobonae* 1852, *p.* 105.

Cum legibus domesticis interdictum esset, ne codices extra patriam mitterentur, Hermannus Pfeiffer vir doctissimus, bibliothecae praefectus, materiam mihi petenti suppeditavit, qua instructus librum in ordinem debitum redigere poteram.

In codicibus 8a. b *idem locus c.* 7. *omissus est atque in* 8*:*

Et — exposuit] *om.* 8. 8*a.b.*

8*a) Codex Sancrucensis (Heiligenkreuz) n.* 13, *saec. XII. ex.*[1], *fol.* 206—211, *(praescr.:* Eodem die Corbiniani episcopi et confessoris*), capitum distinctione caret, sed praescriptio capitis* 5. *adest, a reliquo textu non differens. Ea quae praeterea litteris primariis distincta sunt cum vulgata capitum divisione non conveniunt. Doxologia libro exeunte non integra est, praetermissis verbis:* qui cum Deo Patre — Amen.

Initium finemque contuli.

8*b) Codex Lincensis bibliothecae lycii caesarei Cc VII,* 7, *membranaceus formae magnae saec. XII. ex., monente librario vetusto (p.* 1*), olim* Liber sancte Marie virginis in Pomgartenberge, *praeter Vitas Remigii (IX) auctore Hincmaro ad c.* 29 (= 5*) et Severini 'episcopi'*[2] *(XI) XII. loco V. Corbiniani*[3] *continet p.* 239—254, *ordine continuo scriptam, capitibus non distinctis, sed textus quaternione XVII. deperdito mutilus a verbis c.* 7*:* (po)|tuisset. His minime peticioni *incipit.*

Initium finemque contuli.

Sequitur magna illa classis 9 *locis recensionis A aucta, ad quam plerique codices B, inprimis recentiores pertinent.*

9*) Codex Monacensis latinus n.* 5513 *(Diessen* 13*), saec. XII, adnotante manu recenti (fol.* 2*), olim 'Monasterii b. M(ariae) v. in Diessen', fol.* 186′—196′, *praetermisso initio c.* 1. *a verbis:* Venerandus Dei famulus Corbinianus ortus fuerat *incipit, in capita non divisus, desinitque in verbis c.* 38*:* clementia ad honorem, *folio deperdito, dum folia insequentia, quae Vita Margaritae*[4] *occupat, antiquitus ad hunc librum non pertinent. Librarius parum attentus enuntiata interdum praetermisit, quae in marginibus suppleta sunt, atque non adeo eruditus scripsit* facuus *pro 'vacuus' (c.* 11*).*

9*a) Codex Monacensis latinus n.* 13101 *(Ratisb. civ.* 101*), saec. XII, antea monasterii Pruveningensis, in cuius catalogo librorum manu scriptorum a.* 1347. *idem volumen allatum est*[5], *fol.* 89—107, *prologi loco initium capitis* 1 *exhibet, quod in* 9 *et* 9*b desideratur, deinde laterculus capitum interpolatus et immutatus sequitur, tum textus similiter atque in* 9 *incipit:* Venerandus igitur Dei famulus. *Capita ad laterculum amplificatum numerata sunt* 46, *sed praescriptiones desiderantur. Verba non recte collocata litteris adnotatis saepe transposita sunt. Fol.* 107—110. *Translatio Alexandri et Iustini occupat.*

9*b) Codex Monacensis latinus n.* 7604 *(Indesd.* 204*), chartaceus saec. XIV, fol.* 130—140′, *initio praetermisso Vitam Corbiniani parti aestivali legendarii m. s. XV. postea additam continet, quae eodem modo incipit atque* 9, *neque laterculus capitum adest. Praescriptiones capitum absque numeris in marginibus suppletae sunt similes laterculo interpolato, quem codex* 9*a continet, e. gr.*

(XXVII). De mortuo filio (Gri)moaldi et eo (per)empto et de Ny(no) occiso et Piledr(ude) miseriis,

sed inde a c. 29 *(infra c.* 27*) textus saepius incisus ab eodem recedit:*

(XXXI. Ubi) sepulturam accepit *(p.* 627, 8*).*

1) *Cf. A. Poncelet, Anal. Bolland. XVII, p.* 27 *sq.* 2) *Eugippii Vita Severini recogn. Th. Mommsen p. XVIII.* 3) *Vitas Remigii, Severini, Corbiniani etiam codex Zwettlensis n.* 49, *saec. XIII (cf. 'Arch.' X, p.* 608*; Mommsen l. c. p. XVIII) continet, quem examinare nequivi, cum litteris meis responsum non esset.* 4) *Bibl. hagiogr. lat. n.* 5305. 5) *Cf. supra p.* 7, *n.* 3.

(XXXII. De p)luvia et tempesta(te post m)ortem eius per XXX dies (et no)ctes continuate *(p.* 627, 14*)*,

et proximo titulo iterum consentiente insequentes haud leviter discrepant, e. gr.:

(XXXVII). De lumine et od(ore sancto) tercia nocte in (ecclesia) post sepulturam *(p.* 629, 25*)*.

(XXXVIIII. Ub)i Arbo episcopus (Fri)singensis cogitavit (cor)pus reducere *(p.* 630, 21*)*.

Folio post fol. 133. *exciso, verba c.* 9*:* iussa complentes *ad c.* 12*:* secundum psalmistae | *perierunt.*

9*b*[1]*) Codex Monacensis n.* 7611 *(Indesd.* 211*), chartaceus saec. XIV, legendarii cuiusdam pars hiemalis p.* 90—98, *(praescr.:* Incipit vita sancti Corbiniani, *inc.:* Venerandus igitur Dei famulus C.*), textum exhibet in* 40 *capita divisum, quae similiter inscripta sunt atque in* 9*b. Capita* 8. *et* 9, *c.* 28. *a* Cumque *(p.* 628, 4*) ad c.* 31. tradiderunt *(p.* 629, 25*) aliaque desiderantur.*

Ipse inspexi.

9*c) Codex Monacensis n.* 5927 *(Ebersb.* 127*), saec. XV, monente librario posteriore fol.* 1*:* Residentiae Societatis Iesu Ebersspergae 1596, *fol.* 143—164′, *(praescr.:* Incipit vita sancti Corbiniani per capitula*), similiter atque liber praecedens incipit:* I. Capitulum. Venerandus igitur Dei famulus, *subscr.:* Explicit legenda S. Corbiniani etc. *Etsi capita distincta sunt, tamen praescriptiones desunt. Ea quae ad c.* 38. *de capella S. Corbiniani prope villam Hötting schedula inserta adnotata sunt digna existimem quae commemorentur.*

Contuli ea quae in c. 9—12. *a codice* 9*b absunt et finem (c.* 38 *sq.).*

9*d) Codex Vindobonensis n.* 1026 *(Univ.* 262*), saec. XIV, collegio ducali Vindobonensi dono datus est a doctore Nicolao de Dinkelspuhl, professore clarissimo Vindobonensi, fol.* 146′—167′; *praescr.:* Prologus in vitam beati Corbiniani episcopi et confessoris, *inc.:* Cum cupimus ad edificacionem — u. enarrare miracula, *sequitur laterculus* 46 *capitum, quem contuli, deinde praescr.:* Incipit vita sancti Corbiniani episcopi, *inc.:* Venerandus igitur D. famulus C. *Capita non inscripta in textu enumerantur* 47. *Librarius cum codice* 9*c verba c.* 10. mitte super eum *ita transposuit:* super eum mitte *et cum* 9*b. b*[1] *in c.* 27. *pro* tanta mox *scripsit* mox tanta. *Vitam Corbiniani officium eiusdem excipit, additis neumis, praescr.:* Hystoria s. Corbiniani episcopi ecclesie Frisingensis, *inc.:* Adest beatissimi Corbiniani diei electa festivitas.

9*e*[1]*) Codex Monacensis capituli metropolitani inter Heckenstalleri*[1] *Frisingensia n.* 2 (2423*), chartaceus saec. XV, p.* 9—62, *praescr.:* Prologus in vitam beati Corbiniani episcopi et confessoris, *inc.:* Cum cupimus, *sicut praecedens, eundemque locum quem in hoc laterculus capitum occupat, quem contuli. Praescriptiones capitum non adsunt.*

Catalogus episcoporum Frisingensium, qui p. 63—83. *occupat, m. saec. XV/XVI. ad a.* 1480. *perductus et postea ad a.* 1509. *continuatus est. Cum auctor calculo absurdo usus a.* 755. *Corbinianum obiisse statuerit, vix* 30 *annos pro* 40. *ad Arbeonis translationem numerare poterat, sed annum emortualem Arbeonis recte computasse videtur, et fortasse memoria digna sunt, quae de sepulchris episcoporum adnotavit, unde initium exscripsi:*

Cathalogus episcoporum ecclesie Frisingensis.

Sanctus Corbinianus fundator et primus huius Frisingensis ecclesie episcopus, postquam huic sedi annis ultra viginti salubriter prefuisset, sexto Ydus Septemb. anno Domini 755⁰ foeliciter cum multo lucro animarum migravit ad Christum. Cuius meritis et orationibus nos opitulari supplices exoramus.

1) *Codex eiusdem bibliothecae inter Heckenstallerianos n.* 259. *ex editione Mabilloniana saec. XVIII. exscriptus est.*

Erimbertus, frater sancti Corbiniani, secundus huius sedis episcopu anno Domini 755⁰ eligitur et sedit annos[a] duos et mensibus duobus. Obiit in die circumcisionis Domini anno Domini 758⁰ et in sua kathedrali ecclesia Frisingensi sepultus.

Iosephus episcopus tercius sedit annos quasi tres. Obiit anno Domini 760⁰ sepultusque in ecclesia collegiata sancti Zenonis episcopi Veronensis in Ysna, quam ipse antistes edificavit, fundavit, consecravit et largiter dotavit. Ad quam et translatus et positus est anno Domini 1473⁰ per dominum Christannum Storch predicte Ysnacensis ecclesie decanum. De quo sunt isti versus:

Moribus insignis Ioseph successerat illis
Sponsus bis vidue tercius ecclesie.

Aribo episcopus quartus. Hic venerabilis antistes cum consilio coepiscoporum suorum, id est abbatum, beato Zenone in urbem Tridentinam deportato ac postea sancto Valentino a venerando Tassilone Bavarorum duce in Pataviam, quam fundaverat, perducto, de Mayese, ubi similiter quieverunt, corpus beati Corbiniani episcopi predecessoris sui etc. post tricesimum annum obitus sui ad hanc Frisingensem ecclesiam, ubi in presenti requiescit, summo cum honore congruo reduxit etc. Ac demum cum eidem ecclesie per annos XXII. salubriter prefuisset et profuisset, quarto Nos May. anno Domini 783. migravit ad Dominum et in sua kathedrali ecclesia Frising. est sepultus.

9e²) *Codex Monacensis n.* 23893 *(ZZ* 893*), chartaceus, scriptus a.* 1499, *ad Corbinianum spectat, cuius reliquiae fol.* 1'. *manu posteriore his versibus celebrantur:*

Corbinianus cor binum gerens, crementa ferens gemine charitatis:
Terre mandata servans pignora beata, stat Frisingia laureata,

atque vita ipsa fol. 2—14'. *e tribus partibus constat, quae sese ita subsequuntur: prologus (praescr.:* Prologus in vitam beati Corbiniani episcopi et confessoris, *inc.:* Dum cupimus ad edificacionem — enarrare miracula*), deinde laterculus*: Incipit tabula registri, *cum praecedente libro conveniens (c.* 2. sp. proi. de v., *om.* est*), tum textus ita desinens litteris miniatis:*

Laus Deo, pax vivis requiesque defunctis. Amen. Anno salutis etc. 99,

quibus verbis manu posteriore haec addita sunt:

presens legenda est Marci Holtzn' presbiteri capellani divi Christophori Landesute.

Capita numerata sunt 47, *sicut in* 9*d, sed praescriptiones non adsunt.*

Textus codicum 9*f*¹·² *librarium subiit parum accuratum, qui sermonem passim immutavit, immo tota enuntiata interpolavit:*

c. 1. *ex.* erogabat] Que opera pietatis auctor non passus est latere bonitatis, sed palam innotuit cunctis, quante apud Deum (eum 9*f*²) hic vir futurus esset dignitatis *add.* 9*f*¹·²,

aliaque moralia aut biblica praetermisit, e. gr. c. 3. Sed quid mirum — recessit. *In codicibus* 9*f*¹·² *additamentum c.* 23. *eodem modo depravatum est atque in* 9*b:*

adducto] *rell. cum A;* reducto 9*b. f*¹·²,

iique cum 9*b*¹ *in c.* 39. *omittunt:* dignanter.

9f¹) *Codex Confluentinus bibliothecae gymnasii n.* 5, *in archivo regio depositus, saec. XIV. scriptus a Godefrido de Andernacho presbytero, capellano altaris s. Mauricii in ecclesia Monasteriensi in Meynevelth (hodie Münstermaifeld prope Mayen, Reg.-Bez. Coblenz), fol.* 125—131, *praescr.:* Incipit vita sancti Corbiniani episcopi et confessoris, *inc.:* Dum cupimus — enarrare gesta. Venerandus ergo Dei famulus *et q. s., subscr.:* Explicit vita sancti Corbiniani episcopi. *Laterculus capitum et prae-*

a) annis *pr. m. c.*

scriptiones non adsunt, textus autem litteris primariis pictis in capita divisus est iis fere locis quibus in 9*b et* 9*b*^{1}.

Et W. Levison v. c. et ego inspeximus.

$9f^{1a}$*) Codex Londiniensis Musei Britannici inter Harleianos n.* 2801, *saec. XIII. in., legendarii Arnsteinensis volumen II, fol.* 165′—170, *ut assolet*[1], *libris* $9f^{1.2}$ *similis est.*

Locum c. 4. *(v. infra) inspexit J. A. Herbert v. c., cum* $9f^{1}$ *convenientem.*

$9f^{2}$*) Codex Bruxellensis*[2] *n.* 98—100 *(Catalogi novi n.* 3132, *vol. II), saec. XIII, fol.* 181′—186′, *inc.:* Dum cupimus, *textum exhibet eo neglegentius tractatum quam in praecedentibus libris, e. gr.*

	$9f^{1.1a}$.	$9f^{2}$.
c. 4. *ex.:* et ut ibi sub sanctae conversationis regula liceret ei vitam ducere.	et ut i. s. s. c. r. permitteretur sibi v. d.	et ut i. s. s. c. r. permitteretur sibi v. duceretur, *insequentibus verbis:* ut ad sanctorum apostolorum patrocinia posset secretius pervenre, *quae supra desunt.*

Contulit W. Arndt b. m., sed oleum et operam perdidit.

9*g) Codex Vindobonensis n.* 3662, *antea Lun. fol.* 186, *chartaceus saec. XV, fol.* 124′—133′. De S. Corbiniano, *inc.:* Venerandus igitur Dei famulus, *sunt* 47 *capita*[3].

Librum non vidi.

10*) Codex Monacensis latinus n.* 17145 *(Scheftlarn* 145*), saec. XII, fol.* 1—24, *(praescr.:* Incipit vita sancti Corbiniani episcopi*), textum exhibet in capita non divisum, sed a librario parum accurato scriptum, qui sermonem suo arbitrio immutavit (e. gr. c.* 19. venditores *pro* emptores*) verbaque frequenter transposuit. Lectiones nonnullae cum codicibus* 6. 8. *conveniunt:*

c. 11. vir sanctus] vir Dei 1. 6. 8. 10*;* vir Dei sanctissimus *A;*

c. 19. emerat] emit 8. 10*;*

ib. iugiter emanabat] e. i. 6. 10.

Initium finemque contuli.

11*) Codex Monasteriensis n.* 214, *volumen IV, antea n.* 23, *formae maioris, saec. XV, legendarii magni Bodecensis tomus VIII. acta mensis Septembris continens, iussu Arnoldi de Holte prioris monasterii Maynulfi scriptus est a Conrado de Hersfeldia presbytero et Anthonio de Lippia diacono*[4], *fol.* 65′—72, *praescr.:* Prologus in vitam sancti Corbiniani episcopi, cuius festum colitur sexto Ydus Septembris, *inc.:* Dum cupimus — enarrare miracula. Explicit prologus. Incipit vita eiusdem. Venerandus Dei famulus Corbinianus *et q. s. Capita neque praescriptionibus neque numeris distincta sunt, sed sola nota* ℭ *caeruleo aut rubro colore picta. Librarius sermonem admodum retractavit, ut difficile dictu sit, cuius generis exemplar secutus sit, sed quam maxime cum* 8. 8*a** *convenisse videtur:*

c. 23. lassaverunt] lassabantur 11 *cum* 8. 8*a***;*

ib. defuerat] deficeret 11 *cum* 8. 8*a** *et m. al.* 2,

ita ut ad casum quendam referam lectionem 10 *similem:*

c. 19. in proprietatem] in potestatem 10; in proprietatem atque potestatem vendicans 11,

aut $9f^{1.2}$*:*

c. 27. sed tanta mox pluvia secuta est atque procella triginta diebus et noctibus, ut nec una hora numquam cessavit, ubi aperte monstrabatur] sed t.

1) *Ionae Vitae SS. p.* 71. 99. 2) *Cf. 'N. Arch.' II, p.* 242*; Catalogum codd. hagiogr. Bruxell. ed. Bollandiani I, p.* 44. 3) *Cf. 'Archiv' X, p.* 495, *ubi n.* 3663. *adnotatus est.* 4) *H. Moretus, Analecta Bollandiana XXVII, p.* 318.

m. pluviarum inundatio triginta continuis diebus ac noct. secuta est, ut nec saltem aliqua hora cessaret, per quod aperte m. 9$f^{1.2}$; Statim tanta pluvie inundacio subsecuta *(ita* 6*)* est, ut per trig. dies et noctes ne unam quidem horam ab ymbribus continuis cessaret. Unde ap. datur intelligi 11.

Et W. Levison v. c. et ego librum inspeximus.

12*) Codex Monacensis n.* 5512 *(Diess.* 12*), saec. XIII/XIV, olim 'Monasterii B. Mariae virginis in Diessen', praenotante manu saec. XVIII, fol.* 35—36, *(praescr.:* De sancto Corbiniano*), a verbis c.* 27. *incipit his:* Beatus Corbinianus presul Frisingensis tempus obitus sui non ignarus, *atque praetermissis et c.* 33. *a verbis:* atque missarum celebrationes, *et c.* 34. *a verbis:* Cumque ad predictam, *in verbis c.* 35 *(inc.:* Qui cum magna supplicatione*) desinit his:* sequi potuissent.

Ipse inspexi.

In catalogo monasterii S. Michaelis Bambergensis (= Michelsberg) saec. XII. scripto codex Vitae Corbiniani adnotatus est n. 150[1].

Auctoritatem generis multiplicis codicum recensionis B ex fonte quem habemus A aestimare licet, hocque subsidio instructi codices singulos aut classes in eum ordinem redegimus, quo ad textum recensendum se subsequantur. Splendidissimas lectiones per ipsum Arbeonem approbatas in codicibus 1. 1*a deprehendimus has:*

c. 3. examens] 1. 1*a cum A;* amens *rell.;*
c. 8. patrimonio] 1. 1*a cum A;* patrocinio *rell.*
c. 16. cui — sequebatur] 1 *(pr. m.).* 1*a cum A;* quam *(*quod 9. 9*a. b)* — s. *rell.*,

immo singuli codices 1 *et* 1*a soli cum A conveniunt his locis:*

c. 15. Erat namque] 1 *cum A;* Erat autem *rell.;*
c. 4. venerant] 1*a cum A;* venirent *rell.*,

neque 1*a eodem hiatu laborat quo* 1 *(c.* 21*), sed uterque idem vocabulum omisit:*

c. 7. vir Dei] *rell.;* Dei *om.* 1. 1*a.*

Neque vero liber 1 *in rebus grammaticis ubique approbandus est et haud raro veram lectionem deprehendimus in libris* 2. 3. 4. 5. 6. *Codex* 1*a etiam cum* 2 *veram lectionem servavit:*

c. 17. deduci] 1*a.* 2 *(pr. m.) cum A;* deducere *rell.;*
c. 25. prodebantur] 1*a.* 2 *cum A;* prodebant, prodibant, prodiebant *rell.*,

quocum etiam textum eodem modo depravavit:

c. 19. ut haberet] adhiberet 2*;* ut adhiberet 1*a;*
c. 21. Domumque] Dumque 1*a.* 2 *(pr. m.).*

At 2 *solus in c.* 9. *deponens* conaverat *cum A tradidit, de reliquo locum perturbans. Etiam codex* 3 *praecedentibus haud multo inferior:*

c. 8. monimine] 1. 4. 9*a cum A;* mo(li *m. al.*)mine 3; munimine *et similiter* 1*a.* 2. 8. 9. 9*b.* 10,

specimina nonnulla melioris condicionis exhibet:

c. 5. unicuique se congruens] 1. 1*a (eras.).* 3 *(eras.) cum A;* se *om. rell.*

Codices 4. 5. 6 *una cum eodem formam fortasse vetustam continent hanc:*

c. 38. sanitatuum 3 *(pr. m.).* 4 *(pr. m).* 5. 5*a.* 6,

e quibus 4 *magis reliquis sermonem ad grammaticam immutavit, neque vero formas eodem modo correxit atque* 5. 5*a:*

c. 20. Fuitque — Fausta cum duabus filiabus, bonam habentes *(ita meliores;* habens 4. 7. 8. 9*a. b.* b^1*. d.* $f^{1.2}$. 10*;* habentibus 5. 5*a)* substantiam,

1) *G. Becker, Catalogi bibliothecarum antiqui p.* 193.

sed alibi cum melioribus genuinum Arbeonis sermonem confirmavit:

c. 8. concedisset] 2 *(pr. m.). (*3 *pr. m.?).* 4. 9 *cum A;* concessisset *rell.*

Codices 5. 6 *saepius quam* 4 *formas barbaras servaverunt, e. gr.*

c. 9. pollicebat] 3. 5. 6*;* pollicebatur 4 *cum rell.,*

et codex 6 *vel tale quid servavit, quale est:*

c. 3. alligens] 2. 3. 6. 9. 9*a cum A;* alligans *rell.*

Is locis nonnullis cum 2 *convenit:*

c. 4. pervenerat] *pr. m.* 2. 6*;* perveniret *vel* pervenerit *rell.;*

c. 19. adeptum] ademptum 2. 6 *(pr. m.),*

simileque exemplar fortasse corrector codicis 3 *habebat:*

c. 12. His] ita *add.* 3 *(m. al.).* 6*;*

ib. iterantium] iter agentium 3 *(m. al.).* 6.

Lectiones aliquot etiam libris 6. 7 *communes sunt:*

c. 16. confiteretur] profiteretur 6. 7*;*

c. 21. verba] verbum 6. 7,

et libris 6. 7. 8*:*

c. 19. beati] *om.* 4*;* sancti 6. 7. 8.

Codices 7. 8 *certe ad idem exemplar redeunt:*

c. 19. Timone] Nimone 7. 8*;*

c. 21. inlicito] *om.* 7. 8,

e quibus 7 *uno loco mirabiliter congruit cum* 2*:*

c. 19. fluvium] fluminum 2. 7,

8 *vero cum melioribus veram lectionem servavit h. l.:*

c. 15. genuis] 3 *(pr. m.).* 8 *cum A;* genibus *rell.;*

c. 16. in(r)isit] 1. 1*a.* 2. 8 *cum A;* subrisit 10*;* arrisit *rell.,*

quin immo solus:

c. 6. divini muneris largitoris *(ita* 8 *cum A)* consentiens.

Singularis autem naturae classis 9 *est propter additamenta ex recensione A deprompta, cumque eruto codice melioris notae saec. XII. etiam lectiones splendidae in ea deprehenderentur, de indole eiusdem dubitari poterat, utrum interpolatori an primo recensionis B auctori attribuenda esset. Solus codex* 9 *et haec verba addit cum A convenientia:*

c. 3. Et quia] rationabilis *add.* 9 *cum A;*

c. 7. depositus] denotatus *add.* 9 *cum A,*

et c. 7. *et* 13. *locos spectantes ad sepulchra Adalberti in Pupinhusir et Anserici in ecclesia Stephani, quibus Arbeonem testem oculatum se praestitisse supra p.* 525. *exposui. Ad exemplar autem commune codicum et* 9 *et* 9*a. b haec additamenta vel lectiones ex A deprompta redeunt:*

c. 18. decora] nomine Pilidrud *add.* 9. 9*a. b cum A;*

c. 23. *ex. locus ad intervallum* 40 *annorum spectans, quos fons montis S. Stephani post Corbiniani mortem aruisset;*

c. 25. insidias] suae coniugis *add.* 9. 9*a. b;* a sue conposite coniuge *A;*

c. 28. atque inquisivit, quid] *rell.;* Cumque illam *(*illa 9*b)* socia *(*sistrix *A)* inquireret, quid *(*quit 9*b)* 9. 9*a. b cum A;*

c. 34. *ex. comparatio cum populo Israelitico;*

c. 37. subponebatur] submissus fuisset 9. 9*a. b cum A.*

Exemplar illud commune librorum 9 *non solum plura habebat quam codices vetustiores, sed etiam uno loco hiabat:*

c. 21. episcopum *[*nihil aliud dignum episcopum esse, nisi *add. rell., om.* 9. 9*a. b, pro quibus verbis* ideoque *interpolaverunt* 9*a. b]* mortis *[*esse *add.* 9*a. b]* reum,

utque librarium h. l. ab uno episcopum *ad alterum aberrasse manifestum est, ita verba in* 9. 9*a.b praetermissa etiam per Arbeonem confirmantur*[1]. *Auctor archetypi* 9 *in c.* 22. *pro* namque *(ita etiam A) scripsit* tamen, *nec eidem fides ulla habenda est sermonem barbarum cum* 4 *et* 7 *ita expolienti:*

c. 9. Cuius l. — f. succreverat] Cuius cum l. — f. succrevisset 4. 9. 9*a.b;*
ib. Eoque relicto — — incedens] Illo autem r. (Ille autem eo r. 9) — — incedit 4. 9. 9*a.b;*
c. 18. solatiante] consolante 4. 7. 8. 9. 9*a;* consulente 9*b*.

Licet exemplar codicum 9 *propter vitia quibus laborabat pro archetypo haberi nequeat, ita ut additamenta illa interpolatori attribuenda sint, tamen librarius exemplari melioris notae usus est atque lectiones codicum* 1 *et* 1*a aut rectae aut falsae et in* 9 *et in singulis libris* 9*a. b deprehenduntur:*

c. 1. mundialem] mundalem 1 *(pr. m.)*. 9*b;*
c. 3. surgere] 1*a*. 9 *cum A;* resurgere *rell.;*
c. 6. fraudaretur] frauderetur 1*a*. 9*b (non* 9. 9*a);*
ib. oboeditionem] obedientiam 1*a*. 9 *(pr. m.);*
ib. potuisset] et *add.* 1. 1*a*. 9 *et e coni. Petschenig;*
c. 7. minime potuit (potuisset 9*a;* valeret 6)] 1. 6. 9. 9*a.b cum A;* pot. m. *rell.*,
c. 13. relevantes] revelantes *pr. m.* 1. 9.

Etiam cum 6 *hi libri concordant:*

c. 4. perflagrarat] perflagrabat 6. 9*;*
c. 37. perstrepebat] perstrebat 6. 9 *(pr. m.)*. 9*b*,

illique interpolatio solius codicis 9 *(c.* 6. coepit*) m. al. illata est. Textus in libris* 9*a. b, qui ex eodem exemplari pendent, magis quam in* 9 *interpolatus et depravatus est:*

c. 7. illo [actum *add.* 9*a. b*] fuisset;
c. 30. Breonensium plebis] 9 *cum rell.;* Veronensium plebis *(*pl. *om.* 9*b)* 9*a. b*,

illique etiam cum 4 *conveniunt:*

c. 39. ad totius [spem *add.* 4. 9*a. b. b*^{1}*. c. d. e*^{2}*. f*$^{1.2}$] christianae plebis,

et capita eodem loco (cf. c. 13. 27 *med.) atque codex* 7 *distinguunt, quocum inprimis* 9*b necessitudine quadam coniunctus est:*

c. 16. veretro] feretro 7. 9*b;*
ib. inde] *om.* 7. 9*b (non* 9. 9*a).*

Codices 9*b. b*^{1}*. c. d. e*$^{1.2}$ *in c.* 39. *pro* omni *exhibent* summo *neque vero* 9*f*$^{1.2}$.

Itaque textus recensionis B ita fere constituendus erat, ut comparatis libris inter se ea lectio eligeretur, quae vero Arbeonis sermoni proxima accederet, et licet plerumque codices vetustiores praestarent, tamen veram lectionem etiam alii nonnumquam servaverunt. Cum autem auctor B ipse grammaticae leges violasset, Arbeone non lapso, e. gr. indicativum pro coniunctivo fere collocans, iis locis vel similibus suffragio auctoris primarii assentiri non licebat:

c. 3. ut — revertebantur] 1. 1*a;* ut — reverterentur *rell. cum A;*
c. 21. invidii et odii fomitem] *pr. m.* 2. 3 *et* 6*;* invidiae et odii f. *rell.;* invidiae f. *A.*

Codices vetustiores iique meliores B aeque ac recensio A textum indivisum exhibent neque capitum distinctiones, praescriptiones aut laterculus capitum adsunt in 1. 1*a, dum alia aliave deprehenduntur in singulis libris* 3. 4. 5. 5*a*. 6. 7. 8. 9*a. b. Laterculus capitum in solo codice* 3 *praecedit, in* 5. 5*a post c.* 1. *collocatus est, dum in* 9*a. d. e*$^{1.2}$ *totus immutatus et interpolatus primos versus c.* 1 (enarrare miracula) *subsequitur. Quem quamquam genuinum auctoris fetum agnoscere non debemus, tamen haud multo posteriorem esse e sermone satis mediocri concludi licet (e. gr. c.* 1. in vico, quae, *c.* 33. *pass. pro act.). Capita in codicibus non semper eodem modo in-*

1) *Arbeo c.* 26*:* aliud nil quam mortis reum.

scripta aut iisdem locis distincta sunt, utque distinctionem cum laterculo interpolato fere convenientem codicum 9*a. b praetermittam, etiam codices* 3. 6 *et* 4. 7 *nonnumquam inter se discrepant, nam praescriptio c.* 26. *suo loco non deprehenditur in* 3 *et* 6, *cui hae incisiones postea illatae sunt, et codices* 4 *et* 7 *verba tituli* 25. *ita ordinant, sicut* 5. 5*a in laterculo capitum, eodemque mendo laborant in c.* 23*:*

fodit] *recte* 3. 6*;* fovit *falso* 4. 7.

Cum primo recensionem B edendam esse non existimavissem nisi ad Arbeonis textum supplendum, sola additamenta illi propria cum codicibus collata erant partim a W. Levison sodali meo, partim a me ipso; cum autem consilio mutato totum textum admisissem, omnes codices ipse aut comparavi aut inspexi descriptumque a L. v. Heinemann librum 3 *recognovi. Discrepantiam lectionum variantium attuli e codicibus* 1. 1*a.* 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 9*a. b neque vero peculiares lectiones singulorum librorum* 9*a et* 9*b aut in laterculo* 9*a et* 9*d adnotavi et deficiente* 9*b ad c.* 9—12. *recensenda adhibui* 9*c. Suppressi in universum ea, quae manibus posterioribus in codicibus correcta erant, eis exceptis lectionibus, quae in aliis redirent prima manu scriptae.*

Laurentius S u r i u s, *De probatis sanctorum historiis, Coloniae Agrippinae* 1574, *tom. V, p.* 131—143, *exemplari recensionis B ad classem* 9 *pertinente usus est, quippe quod interpolationes ex A depromptas continuerit, et simile fuisse videtur archetypi, ex quo codices retractati* 9*f pendent, cumque lectiones nonnullae cum* 10 *conveniant (c.* 19. mentionem *pro* memoriam, venditores *pro* emptores*), monendum est, sermonem ab editore hic illic expolitum esse. 'Praefatiunculam Authoris' (inc.:* Dum cupimus*) ab 'Historia' (inc.:* Venerandus igitur Dei famulus*) distinxit.*

Hanc editionem iteravit I. M a b i l l o n, *Acta Sanctorum ordinis S. Benedicti, Lutetiae Parisiorum* 1672, *Saec. III,* 1, *p.* 500—517, *Aribonis auctoris nomine addito.*

C. M e i c h e l b e c k, *Historiae Frisingensis tomi I. pars altera instrumentaria, Augustae Vindelicorum* 1724, *p.* 1—20, *codice vetusto Benedictoburano, 'manu, ut videtur, saeculi XI. exarato', usus est, scilicet codice nostro* 6, *alterumque exemplar classis* 9 *habebat (p.* 67*), quod locum c.* 23. *e recensione A interpolatum continebat, scilicet codicem Andecensem, quem Benedictoburano inferiorem esse recte perspexit diligentissimus rerum Frisingensium scriptor.*

Nihilominus B o u q u e t, *'Recueil des historiens des Gaules', Lutetiae Parisiorum* 1741, *tom. III, p.* 652 *sq. particulas quas in corpus suum admisit V. Corbiniani non ex hac editione meliore deprompsit sed ex Mabilloniana.*

At Constantinus S u y s k e n u s, *AA. SS., Antverpiae* 1750, *Septembris tom. III, p.* 281—295, *Meichelbeckio nititur, ad quem etiam eae partes redeunt, quas J.* R e s c h i u s, *Annales ecclesiae Sabionensis, nunc Brixinensis, Augustae Vindelicorum* 1760, *tom. I, p.* 569—594 *(ad c.* 38*) et p.* 673—678. *admisit.*

XVII. Fabulae posteriores.

Vita Corbiniani B neque genuino Arbeonis textu ii nitebantur, qui per medium aevum legendam patroni suis inventis adornaverunt, cumque memoria patroni adeo obumbrata per multa aeva fidelibus sacra fuerit, hos quoque auctores, quamvis historiae scribendae magis obstiterint quam profuerint, examinare libet.

O t t o *episcopus Frisingensis Chronicam medio saeculo XII. componens decessoris sui celeberrimi gesta silentio praeterire nolebat*[1], *qui tantis miraculis ecclesiam suam primus illustrasset, cumque Theodonem illum vetustum Baiuvariorum ducem, qui Corbinianum in Baiuvariam profectum primus receperat (B c.* 9*), penitus ignoraret, de Theodone cogitavit Tassilonis filio, quem pater socium ducatus a.* 777. *sibi adsumpserat,*

1) *Ottonis ep. Frising. Chronica V,* 24 *(recogn. A. Hofmeister p.* 250 *sqq.).*

itaque etiam Pippinum statuere coactus erat regem pro maiore domus aut principe, quos titulos in V. Corbiniani legerat, textum traditum nimium audacter immutans. Pippino igitur rege violentus ille rerum narrator asseruit (V, 23) clarissimos regni Christi principes floruisse Corbinianum, Bonifatium, Rupertum, atque Corbinianus a Gregorio episcopus ordinatus ad gentes destinatur sicut Bonifatius et a Tassilone eiusque filio susceptus (V, 24) montem Frisingensem accepit, ubi primo ecclesiam in honorem Benedicti construxisset monachorumque conventum collegisset. Ecclesia Benedicti parva illa ecclesia erat B. Mariae contigua teste Vito Arnpeckhio[1]*, sed negari vix oportet monachorum conventum talem, qualis subaudiendus est, scilicet S. Benedicti, cum condicione Corbiniani minime convenire. Etiam donatio montis Frisingensis, cuius Otto solus meminit, in dubium vocanda est; nam villa publica et castrum ducale montem occupabant atque dux etiam multo post Corbinianum pro domino eiusdem habendus est. Ottonis vero aevo civitas Frisingensis una cum munitionibus re vera episcopi erat*[2] *piaque fraude ille huius necessitudinis origines ad primum episcopum rettulit. Montis situm pulcherrimum amoenissimumque, fluvios Isaram et Ambram, silvas cum feris coloribus vividis descripsit neque plurimos honores ac possessiones praeteriit, quibus Corbinianus ecclesiam Frisingensem locupletasset. Cum miraculum V. Corbiniani c.* 2. *excerpens,* primicias obtulisset *scripserit, in exemplari suo pro* adferebant *lectionem deprehendisse videtur, quae in nostris* 7. 7*a* (offerebat) *aut* 8 (offerebant) *legitur. Miracula praeterea excerpsit, quae in V. Corbiniani B c.* 10. 12. 7. *descripta sunt.*

Merum Ottonis textum Chronicae libri V, c. 24. *codex* B r u x e l l e n s i s *n.* 3763 *(II,* 1515*), saec. XIII, fol.* 123'—124'*, olim Aureaevallensis*[3]*, exhibet, praescr.:* Quedam de vita sancti Corbiniani Frisingensis urbis episcopi primi, *inc.:* Anno Domini septingentesimo L°V floruit sanctus Corbinianus primus Frisingensis episcopus. Hic Waldegiso *et q. s. Corbiniani virtutibus librarius martyrium Bonifatii adnexuit ex eodem Ottonis opere V,* 25, *depromptum, tum ad Lullum transiens ita peroravit:* Cui sanctus Lullus successit, de quo sunt hi versus[4]:

Antistes Lullus, quo non est santior ullus,
Pollens divina, tribuente Deo, medicina,
Occurrit morbis, ut totus praedicat orbis.

Floruerunt hisdem diebus domnus Robertus Ianuāriū presul et Burcardus Herbipolensis episcopus et sanctus Florbertus episcopus Leodiensis.

C o n r a d u s *sacrista, qui novam traditionum collectionem iussu Ottonis II. episcopi Frisingensis a.* 1187. *instituit, Corbiniani res gestas non descripsit, quia* 'in libro qui de vita sua inscribitur satis admodum explicantur'[5]*, et habuit auctorem B una cum interprete eius violento Ottone Frisingensi, sed utroque plura comperta habebat, scilicet Corbinianum ex ipso vico Maise oriundum esse, Gregorium III (a.* 731—741*) papam ordinatorem fuisse et Tassilonem sororium, i. e. sororis filium, Pippini, atque ecclesiae*

1) *Vitus Arnpeckhius, Liber de gestis episc. Frising. (v. Deutinger, 'Beyträge' III, p.* 474*); cf. Meichelbeck, Historia Frising. I,* 1, *p. XXI,* 343. *Ecclesia S. Benedicti post maiorem sita in tabula apud M. Merian, Topographia Bavariae* 1644, *p.* 15, *conspicitur. Cf. supra p.* 516. 2) *Otto l. c. VII,* 26 *(p.* 352*):* nostrae civitatis munitiones. *At duci pars montis Frisingensis arbitrio facto a.* 1290. *restituta est; cf. J. B. Prechtl, 'Beiträge zur Geschichte der Stadt Freising', Frigisingae* 1877, *I, p.* 51. 3) *Codicem Cantatorii S. Huberti a.* 1893. *per bibliothecam regiam Bruxellensem emptum descripsit Hanquet, 'Étude critique sur la chronique de Saint Hubert',* 1900, *p.* 14—23. *De eodem egit Van den Gheyn, 'Catalogue' VI, p.* 112, *qui etiam in usum nostrum locum ad Corbinianum spectantem officiosissime exscripsit.* 4) *Sunt versus Wilhelmi Malmesburiensis, De gestis reg. Angl. I,* 85 *(SS. X,* 455; *ed. W. Stubbs I,* 84*); cf. AA. SS. Oct. VII, p.* 1051. 5) *Ex Conradi sacristae Libro traditionum Frisingensium; ed. G. Waitz, SS. XXIV, p.* 318.

Benedicti Corbinianum scripsit etiam temporalia providisse, scilicet Maise, Chorzes, Caminam (!), quae loca acquisita 'ad istam sedem, quam fundavisset, iure proprietatis contulisset'. Pippinum principem in Italia contra Langobardos pugnantem in locum Langobardorum principis substituit, ad quem Corbinianus moribundus Erimbertum legatum misisset, ut donatio sua ecclesiae S. Mariae confirmaretur, immo Pippini illius chirographum finxit, scilicet confirmationem donationis illius et concessionem regalem eiusdem principis, qua libertatem episcopos eligendi et legitime substituendi familiae Frisingensi dedisset, quam chartam tempore Waltonis episcopi cum reliquis ecclesiae Frisingensis ornamentis ignem consumpsisse dixit. Charta illa unica Corbiniani si Pippini principis nomen tulisset, id quod Conradus contendit, eam vel hanc ob causam falsam fuisse necesse esset, sed eiusmodi libertatem Corbiniani condicioni omnino non respondisse supra exposui[1].

Conradi opus in codice G u e l f e r b y t a n o *n.* 205. *inter Helmstadienses* 2° *(= v. Heinemann n.* 238*), saec. XV, quo post F. W. Rettberg*[2] *ipse usus sum, versus antecedunt (fol.* 208'*) ad vitam Corbiniani et inprimis miracula spectantes, qui ad recensionem B, adhibitis fortasse et Ottone et Conrado, redeunt:*

A n t e v i t e e i u s p i c t u r a m e x h i b e t u r s u p r a s c r i p t i o.

Mittit hic presulem . Gregorius [tercius[a]] Corbinianum.
Spina concutitur . sed mustum non violatur.
Presulis reducit fur mulam . furtim sublatam.
Defert piscem aquila . presuli celitus emissum[b].
Demitat hic ursum . post equum[c] peremptum.
Iudicem precatur . ne latro morte puniatur.
Latronem redimit . ab exicio[d] triduanum.
Hic ordinat monachum . a crucis morte redemptum.
Vir virga montem . compellit mittere fontem.
Reficit eternis . episcopus populum verbis.
Sumpto viatico . transfertur anima celo.
Corpus sacratum . ter deno die [tollunt[e]] tumulatum.
Frisingam vehitur . presul inclitus sepeliendus.
Languores sanat . arreptos a demone curat.

P e t r u s C a l o de Clugia (hodie Chioggia) ordinis Praedicatorum († 1348*), de multis sanctis referens, quorum Iacobus de Voragine mentionem non fecerat, etiam Corbiniani vitam breviter tractavit*[3], *praescr.:* De S. Torbiniano ep., *inc.:* Torbinianus episcopus a papa Gregorio tempore Pippini Grossi factus — — et in ecclesia S. Mariae tumulatus.

Eundem textum in codice A d m o n t e n s i *nunc n.* 13, *saec. XIV, repperi*[4], *ubi nomen recte scriptum est* Corbinianus.

Petrum Calonem inter auctores suos enumeravit P e t r u s d e N a t a l i b u s, *qui inter a.* 1369. *et* 1372.[5] *Catalogum sanctorum et gestorum eorum ex diversis voluminibus collectum*[6] *composuit, cumque opus decessoris ita excerpsisse dicatur, ut eius textus pro illius exemplari adhiberi possit, etiam vitam quam dedit Corbiniani (Lib. VIII, c.* 54*) ex eodem fonte pendere verisimile est. Certe ea quae enarravit (inc.:* Corbinianus epi-

a) *vocabulum metro eliditur;* iunior *(ita Vitus Arnpeckhius) super praescriptionem additum ad eundem papam referendum est c.* b) *scribas:* missum. c) suum *deesse videtur.* d) *ita in mg.,* circed *in textu delet. c.* e) *metri causa expungas.*

1) *Supra p.* 537. 2) *Rettberg, 'Kirchengesch. Deutschlands' II, p.* 258. 3) *A. Poncelet, 'Le Légendier de Pierre Calo', Analecta Bollandiana XXIX, p.* 91, *n.* 640. 4) *Cf. 'Archiv' VI, p.* 164*; supra p.* 350. 5) *Cf. A. Poncelet, Analecta Bollandiana XXIX, p.* 35. 6) *Editio Argentina a.* 1513.

scopus Frixigeñ. a papa Gregorio primo factus fuit tempore Pippini Grossi regis*) cum recensione B miraculum ursi continente conveniunt et ad codicem quendam 9 redeunt, cum ita desinant:*

terre suffossus post annos XL recens adeo inventus est, ac si ea die fuisset effusus. Corpus vero eius tunc temporis translatum est Fasingam: et una cum dicto sanguine in ecclesia sua sepultum est in marmoreo mausoleo.

Nomina ut locorum misere depravata sunt ita etiam hominum, e. gr. Huinsgus *pro 'Husingus'.*

Vitus Arnpeckhius presbyter et capellanus Sixti episcopi Frisingensis librum suum de gestis episcoporum Frisingensium[1] *ad obitum eiusdem episcopi a.* 1495. *et ad electionem Rudperti, filii electoris Philippi comitis palatini ducisque Baiuvariae, perducens, primo loco de Corbiniani rebus gestis ad 'librum, qui de vita eius inscribitur', disseruit itemque codicem quendam* 9 *recensionis B habuit, quacum caput de sepultura (nobis* 27 *med.)* 31 *(cf. p.* 548, 44*). numeravit, sed praeterea Ottonem Frisingensem adhibuit et finem fere totum ex Conrado Sacrista deprompsit. Ecclesiae Frisingensis origines usque ad Carum imperatorem Romanorum et S. Maximilianum archiepiscopum Laureacensem rettulit, cuius ecclesiae suffraganeae cum aliae fuissent tum 'Frixinia alias Frisinga', ita ut Corbiniani aevo perfectum tantum esset, quod ante* 450 *annos esset inceptum. Locum sepulturae Corbiniani tumulumque beati Valentini, ubi primo oratorium construxisset, Conrado accuratius distinxit, additis verbis 'vulgariter auff Zemberg' (i. e. Zenoberg), qui mons eo magis arrisit eius successori.*

Iohannes Freiberger, decretorum licentiatus, canonicus Frisingensis et ecclesiae S. Petri in Vohburgk pastor († 1541*), Vitam Corbiniani*[2] *similiter atque auctor B 'stilo simplici brevissimo ac familiari explicare' cupiens, multo plura decessoribus enarrare poterat sibi excogitata, cumque iam Conradus Maise pro patria Corbiniani habuisset, is totam regionem Melitonensem cum villis Mais et Kortsch (Thorses) coniunxit, contendens in castro Zenburgk, i. e. in monte Zenonis, locum eius natalem fuisse, ubi etiam sepulchrum utriusque sancti collocavit et Valentini et Corbiniani, scilicet in capella S. Gertrudis. Tunc igitur nondum de parva Valentini capella in altera Passeris amnis ripa sita cogitaverunt viri locorum illorum periti. Altera capella eaque maior in monte Zenonis sita, quem dominus Ulricus Suppanus a.* 1237. *tenebat*[3], *ipsius Zenonis nomen fert in epistula indulgentiae a.* 1288. *paenitentibus festo S. Zenonis et Corbiniani episcopi data, cumque propter nimiam vetustatem multis locis tunc miserabiliter concussa esset, sita in Curiensi dioecesi, eleemosynas expectabant ad eam reparandam seu ad ornamenta vel luminaria capellae*[4]. *Ottonem episcopum Frisingensem Freiberger et adhibuit et citavit, sed eo ab illo differebat, quod Corbiniano et Bonifatio aequales addidit Virgilium Iuvaviensium archiepiscopum pro Ruperto, immo etiam Valentinum Tridentinum. Residebant eo enarrante Tassilo in castro Schonfeld prope*

1) *Edidit v. Deutinger, 'Beyträge zur Gesch., Topographie und Statistik des Erzbisthums München u. Freysing', Monachii* 1851, *p.* 473 *sqq.* 2) *Vitam Corbiniani post editionem principem a.* 1520. *paratam ediderunt (Peter Paul Finauer), 'Bibliothek zum Gebrauch der baierischen Staats-Kirchen- u. Gelehrten-Geschichte',* 1772, *tom. I, p.* 81 *sqq.; v. Deutinger, 'Beyträge zur Geschichte, Topographie u. Statistik des Erzb. München u. Freysing', Monachii* 1850, *I, p.* 26 *sqq.* 3) *O. Redlich, Acta Tirolensia I, p.* 426. 4) *A. Roschmann, 'Glaubwürdige Nachrichten über das Leben und vormahlig berühmte Grabstatt zu Mays in Tyrol des Heiligen Valentini, Bischoffs zu Passau und beeder Rhätien Apostels',* 1746, *p.* 181. *Binas capellas et Zenonis et Gertrudis descripserunt K. Atz et A. Schatz, 'Der deutsche Antheil des Bistums Trient', Bauzani* 1907, *IV, p.* 223 *sqq.*

Ambergam, Theodo filius eius in Abbach prope Ratisbonam, quibus primo Grimoaldus, deinde Hugbertus successisset. Fausta comitissa defuncto marito tutelae principis se cum omnibus bonis suis subiecit, isque post eius mortem castrum quod habuerat in monte, 'qui antea vocabatur Todtmons, sed nunc Weyhenstefen dicitur', Corbiniano assignavit, qui capella S. Stephani constructa 12 fratres sub regula S. Benedicti ibi congregasset, ecclesia vero maiore aedificata in honorem Mariae, Valentini, Zenonis conventum eo transtulisset, uno solo capellano in capella S. Stephani relicto. Luitprandus Langobardorum rex non solum Valentini corpus, sed corpora sanctorum, ideoque etiam Corbiniani, ad urbem Tridentinam transferenda et sepelienda curavit, ita ut 'usque hodie' in capella S. Gertrudis duae sepulturae vacuae conspicerentur, cumque Aribo, cui 20 episcopatus annos auctor fere recte attribuit, septem viris ad principem Baiuvariorum missis ea in patriam reduxisset, scilicet Valentini Pataviam, Corbiniani Frisingam, populus tam Tridentinensis quam Maiensis corporibus amissis graviter maerens ecclesiam in honorem Corbiniani aedificandam curasse dicitur, quae 'hodie' paroecialis esset in vico Mais. Interim vero ecclesia paroecialis in vico Untermais S. Vigilii[1] *patrocinium nacta est, dum altera ecclesia S. Mariae sacra est; in Obermais ecclesia nulla superest praeter capellam S. Valentino consecratam, quae super vicum illum prope Neuberg vel Trautmannsdorf sita patroni sepulchrum condere credita est saec. XVIII*[2].

Ex Iohannis Freibergeri opusculo auctor dissertationis de sancto Valentino ecclesiae Pataviensis patrono pendet, cuius scriptum codex Monacensis lat. n. 3595, *saec. XVI, fol.* 162'—163, *continet. Legenda enim S. Corbiniani, ex qua priorem partem excerpsit, illius auctoris est neque vero in excerpendo ordinem debitum servavit falsoque capellam in monte Zenonis sitam altero loco S. Crucis dixit, quam supra recte S. Gerdrudis dixerat. Verbis:* In alio loco dicitur *ad alterum fontem transiens Valentinum iam scripsit in castro Maiensi in ecclesia S. Zenonis non longe a Tirolis sepultum esse, concordans cum Bartholomeo Tridentino, cuius supra*[3] *memini, corpusque Tridentum translatum a Tassilone duce Baiuvariae Pataviam evectum esse. Quae cum alicuius momenti mihi esse videantur ad intellegendum, quo loco castrum Maiense fuisse usque ad saeculum XVI. crediderint, haec excerpta praefationi nostrae inserenda esse duxi:*

De sancto Valentino ecclesie Pataviensis patrono.

Ex legenda quadam sancti Corbiniani hoc excerpsi.

Cum Pipinus rex Francie, pater Caroli Magni — — verbo salutis peperit. Qui postea Frisingensem ecclesiam edificavit et dotavit, cumque vir Dei Corbinianus diem resolucionis sue appropinquare intellexit, peciit, ut corpusculum eius non impedirent sepeliri cum sancto Valentino. Cumque corpus eius plaustro — — vacue videntur. Freiberger.

Corbinianus vero natus ex Melitonensi, — — dicebatur mons Zenburgg sive[a] mons Zenonis. Aribo[b] autem quartus Frisingensis ecclesie episcopus, qui rexit annis XX, — — parrochialis in Mays. Ib.

In alio loco dicitur, quod, cum appropinquasset[4] tempus obitus s. Valentini, se ecclesiasticis sacramentis fecit muniri, deinde in pace obdormivit.

Corpus vero eius in castro Mayensi in ecclesia sancti Zenonis non longe a Tirolis honorifice sepelitur, ubi multis claruit miraculis, et locus sepulture eius tanta venerabatur frequencia populi, quod sanctus Corbinianus Frisingensis episcopus apud s. Valentinum suam elegit sepulturam, et deinde post mortem suam ibidem ad sepeliendum asportatum est, ut habetur in eius legenda.

Deinde per decursum temporis corpus s. Valentini de eodem castro a Longobar-

a) sue *c.* b) A. a. q. *bis scr. c.*

1) *K. Atz et A. Schatz l. l. p.* 239 *sqq.* 2) *Potius S. Stephanus capellae illius patronus adhuc saec. XVIII. erat teste Meichelbeckio l. c. I,* 1, *p.* 14, *id quod vel Roschmannus concessit l. c. p.* 71; *cf. p.* 76. 124. 138. 170. 3) *Supra p.* 504. 4) *De Corbiniani obitu haec scripta sunt in Vita B c.* 27.

dorum gente honorifice in Tridentinam translatum est, demum ab illustro[a] duce Bavarie Tassilone in civitatem Pataviensem cum summo honore effectum[b] est, quod et ibidem magnifice honoratur et colitur, ubi in ecclesia multis claruit et hodie claret miraculis.

Denique legenda non solum per studiosissimos gloriae patroni auctores novis incrementis aucta est, sed etiam vulgus nomina locorum suo intellectui aptata cum fatis Corbiniani conexuit. Aufham ecclesiola paroeciae Feldkirch ad viam Salisburgo Monachium ducentem sita locus ille fuisse existimabatur, qui corpus Corbiniani recepisset, cum noctu quieturi (c. 37*) illud reposuissent Frisingam transferendum, ibique episcopus una cum urso serviente in vitro a.* 1404. *pictus erat*[1] *et patronus secundus cultus. Statio autem illa, ubi funus Corbiniani et in aditu castri Maiensis (c.* 29*) et in reditu (c.* 38*) constitisset, ubique propter sanguinem reconditum ecclesia constructa esset, placebat Dettendorf vel Totendorf, i. e. vicus mortui, ibique item vitrum pictum Corbinianum repraesentat, cui ad pedes donator, clericus quidam, supplicaturus procumbit*[2]. *Librarius vero saec. XV. codicis* 9c, *cum meminisset capellam S. Corbiniani locum quondam nominatum esse post villam Hötting prope Oenipontum situm, qui mutato nomine 'in den hard docz sant Antwein' tunc dicebatur, — hodieque locus 'Harter Klamm' in tabulis geographicis adnotatus est prope Hötting, — ibi ecclesiam fuisse voluit sanguine patroni notabilem. Consentaneum est suum quemque locum, quocum quibuslibet studiis coniunctus esset, anteposuisse neque vero talibus similibusque nugis amplius vacare licet.*

a) *ita c.* b) *lege* evectum.

B. Krusch.

I.

VITA AUCTORE ARBEONE.

DOMINO VIRGILIO[3] SACRAE INDAGATIONIS SCRIPTURAE INSTANTE PRAECIPUO TEMPORE ET SAGACISSIMO HERES[4] EXIGUUS IN DOMINO SALUTEM.

Tot fontis[a] eminentiae tuae pectoris arcem[5] divini muneris, convallia[b, 6] iam sitientia[c], abyssi micantem conperimus claritatem[d], ex cuius rivolis[e] ardorem satiari conati[f] decrevi, sed, inhiante humo, rorantes guttas arenosus[g] obsorbuit[h] rus: inlicite preoccupationis[i] redundatus[k] terrenis, prurigo vitiorum pollulans[l], sacrum

Prol. 1.

Prol. a) *m. al. corr.* fontibus 1. b) (con *m. al. superscr.*)vallia iā 1; ima convallium *infra p.* 562, 26. *et V. Haimhrammi c.* 2. 27. c) *ita scripsi;* scientia 1. d) tuam *m. al. add.* 1. e) *m. al. corr.* rivuli ardore 1. f) conati *m. al. corr.* conat^9 1; *cf.* concubiti *c.* 36. g) *m. al. corr.* arenosum 1. h) *ita* 1. i) preoccupatiis *m. al. corr.* preoccupationib^9 1. k) *m. al. corr.* redundans 1. l) *m. al. corr.* pullulans 1.

1) *Mayer-Westermayer, 'Statistische Beschreibuag des Erzbisthums München-Freising'* (1874) *I, p.* 53. 2) *Mayer-Westermayer l. c.* (1880) *II, p.* 27; *Peter Pfatrisch, 'Gesch. der Pfarrei Irschenberg' ('Oberbayerisches Archiv für vaterländische Geschichte', Monachii* 1863, *XXIII, p.* 110). 3) *Virgilius abbas monasterii Aghaboe ex Hibernia advectus c. a.* 746/7. *episcopatum Salisburgensem suscepit, sed episcopus multo post ordinatus est, fortasse a.* 755 *(v. supra p.* 519*), diemque supremum obiit a.* 784, *die* 27. *Novembris. Litterarum scientia aequales suos multo superavit.* 4) *De diversis Arbeonis nominibus supra p.* 511, *n.* 5. *egi.* 5) *Intellegitur 'arca' et Fortunatus 'arca' cum pectore coniunxit, scribens* pectoris arca *Carm. IV,* 11, 4; *VII,* 8, 36. *Arbeo vero 'arcae' ablativum formavit (V. Haimhrammi c.* 40, *SS. rer. Merov. IV, p.* 517, *v. supra p.* 532 *sq.), depravatum supra in 'arcem'.* 6) *Cf. Ps.* 103, 10: Qui emittis fontes in convallibus. *Ita construas:* Tot fontibus abyssi *(cf. Gen.* 7, 11*)*, convallibus iam sitientibus, p. arca divino munere micantem c. cl. eminentiae tuae, ex cuius r. ardorem conatus *(gen.)* sat. decrevi.

locum occupant[a]. Famine[1] fructus, transfluenta[2] exortationis vestrae praecipue doctrinae unde[b], in prohemio pie recuso pater, ut hoc quod iusseras a me queat fieri, quod tanti patris exscriberem originem pariterque vitae denotarem[c] virtutes, ad ultimum pii post obitum muneris largitoris ingentia tumulum erga[3] deaurarem eximia: quae nec sufficere mę profiteor, nisi orationibus fuero vestris suffultus.

Statim in exordio huius operis in precipicium lapsus ruo per inaudientiam[4] assertionibus[d], nisi per aratrum rationabilis normae vestrae locutionis fuerit delimatum, ut rusticitatis tergat pulverem lingue[e, 5] virtutis modulum ad aedificationem audientium, ut Dei discant venerare cultores, quod in suis glorificatus Deus sit (cf. 2. Thess. 1, 10.) sanctis, ut, ubi verbum non sufficit praedicantis, exempla prebeant amoris, quae operatus est vitae auctor in iustis.

EXPLICIT PROLOGUS.

INCIPIT VITA SANCTI CORBINIANI.

(1[a]). Isdem venerandus vir Dei ex regione Militonense[6] ortus fuit, ex vico qui nuncupatur Castrus, ex patre Waltekiso[7], genitrice Corbiniana; qui dum in utero conceptus fuisset, divina praeveniente[b] genitor eius evocatione languori[c] correptus, ex hac luce migravit. Illius vero post obitum venerandus vir Dei natus est et genitoris sortitus vocabulum ex sacro fontis sumpsit lavacro; isdem unigenitus[8] dum fuisset, viduata mulier tante dilectionis soboli[d] caris[e] in suum conabatur filium[f] vertere vocabulum; in cuius usitato nomine adherebat infantulum[g], ut patrinomiae[9] privaretur vocationi, ut[h] matrinomius[9] existeret Corbinianus. Dum autem aetate prolixior venisset[i], coepit inspiratione existere divinitus et ad religionis summis inicere[k] vitae[10] nisibus et sacras inserere pectori leges, omnia mutabilia vane ambitionis gloriae parvi pendens, coepitque sacrae lectionis indagator existere, psalmodiam diligere, ieiunium amare, vigiliis saepe orando pernoctare, hospitalitatem diligere, ad hocque[l] divino perductus amore, ut seculum a iuventutis relinqueret flore[11], seque[m, 12] suae continentiae coepit solertissimus existere custos.

I. *Prol.* *Cap.* 1. 1.

Prol. a) *corr.* occupat 1. b) *i. e.* unda: *v. p.* 532, 50. c) *m. al. corr.* denodarem 1. d) *m. al. corr.* assertionis 1. e) *m. al. corr.* lingua 1.

Cap. 1. a) *capita ipse distinxi.* b) gratia *m. al. superscr.* 1. c) *m. al. corr.* languoris 1. d) *m. al. corr.* sobolis 1. e) *corr.* cari 1. f) *m. al. corr.* filii 1. g) infantulu, *extrema hasta pallescente,* 1. h) et *coni. Petschenig.* i) *ita pr. m.*, vel fuisset *m. al. superscr.* 1. k) *subaudias* manus; *v. p.* 576, 11. 581, 15. l) hoc q:: (*ras.* ue) *m. al. corr.* hocq; 1; hoc quoque *B.* m) seq:: (*ras.* ue) *m. al. corr.* seq; 1.

(16). Cum autem Trigentinum castrum vir Dei pervenisset, Husingus[a] Longobardorum rege ibi constitutus princeps[2], cum quendam amyssarium[b. 3] cavallum forme[c] viri Dei dequorum vidisset, concupivit; quem dum emere non potuit, furto silenter abstrahere[4] iussit: cuius vindictam divino solatio ad[d] narrationis tempore ordinem servamus[5]. Vir Dei sanctissimus Papiam veniens, a precellentissimo Longobardorum rege et Deo devoto cum omni veneratione receptus est. Septem ibi evolutis diebus, retentus propter sacram propinationem verbi Dei, quae ex ore illius inundabat: se[e] illius commendans orationi, munera largitus[f] non modica, valefactum amisit. In cuius comitatu quendam civitati praepositum ad portum[6] amnis[g] Padi direxit, qui virum Dei cum universo comitatu cum omni diligentia transponeretur[h]; reliquus[i] vero[k], usque Romanos fines intrasset, misit, ut dentur[l] ei necessitudinis solatia per viam[m]. Hoc facto, ad amnis portum[n] perveniens, is qui missus fuerat Iberum[7] quendam dilectabilem[o] viri Dei conspiciens, animo adherens[8], emere vellens[p]: quem vir Dei[q] minime se daturum praedixerat, sed summi[r] Romane[s] urbis pontifici ducendum insinuans[t]. His[u] namque antiqui hostis pervicatia[v] accensus, ad sui[w] damnationis cumulum ad ultimum transeuntium amnis portum reservabat, sui[x. 9] silenter subiecti[y] praecipiens. Iam viro Dei transposito,

I. Capp. 15. 16. 1. 2.

Cap. 16. a) *ita* 2; a *add.* 1. b) *ita* 2 (*cf. p.* 579, *l.* 14); aemyssarium 1. c) *ita* 1 *(pr. m.).* 2; *m. al. corr.* v. D. forma decorum 1. d) *m. al. corr.* ad o. n. t. 1. e) *m. al. add.* rex *ante* se 1. f) *m. al. add.* est 1. g) *ita* 1. 2. h) ur *eras.* 1. i) *ita* 1 *(pr. m.).* 2; *m. al. corr.* relictus 1. k) *m. al. add.* cum 1. l) *m. al. corr.* darentur 1. m) viam hoc facto. ad *distinguit* 2. n) perv. (pervenit 2, *corr. inter scrib.*). port. 2, *corr.* o) del. 2. p) *m. al. corr.* volens 1. q) *ita* 2; Domini 1. r) *m. al. corr.* summo 1. s) Romano 2. t) *m. al. corr.* insinuavit 1. u) is 2. v) *ita* 1. 2. w) *m. al. corr.* sue 1. x) *m. al. corr.* sibi 1. y) *m. al. corr.* subiectis 1.

mann, 'UB. der Abtei St. Gallen' II, p. 283*) commemoratur eratque peragranda ex Suevia in Italiam proficiscentibus (Liutprandus, Antap. V,* 26: a Suevia per Venustam vallem Italiam petit*), continens villam Lounon, hodie Lana inter Meran et Bozen (Hist. Welf. Weingart. c.* 7, *SS. XXI, p.* 460*). Villae 'Meies et Chorces et Cheines' in eodem pago sitae episcopo Frisingensi ab Henrico rege a.* 931 *(cf. MG. Dipl. I, p.* 64*; supra p.* 538*) restitutae sunt, terram vero quae dicebatur Mortuorum (Morter ad dextram Athesis ripam) Otto I. a.* 967. *Victori archipresbytero Curiensi donavit (MG. Dipl. I, p.* 470*), unde in rotulo censuum episcopatus Curiensis saec. XI/XII ('Mitth. des Instituts für österr. Geschichtsforsch.' II, p.* 372*) haec adnotata sunt:* In Venustis in villa Mortario. 9) *B:* quam aliis circumquaque. *Innetini iidem sunt, quos Vallenenses Arbeo infra c.* 37. *nominavit, incolae scilicet vallis Aeni fluvii, nobis 'Innthaler'.*

1) *Cf. infra c.* 23. 2) Comes *B. Re vera Husingus 'comes tribunus' aut 'tribunus' tantum in c.* 22. *appellatur neque princeps. Tridentinae civitati duces praeerant a regibus Langobardorum constituti, e quibus Alahis saec. VII. ex. cum comite Baiuvariorum conflixit et contra Perctarit et Cunincpert reges rebellionem movit; cf. Pauli Hist. Langob. V,* 36 *sqq. Husingi autem nomen magis Frisingensibus quam Langobardis familiare fuisse videtur, nam Husinc testis in chartis traditionum ecclesiae S. Mariae Frisingensis inter laicos post comitem a.* 806/7. 817. 828. *enumeratur (Bitterauf I, p.* 216. 324. 490*).* 3) *Scilicet admissarius.* 4) *B:* tollere. 5) *B:* reservamus. *V. infra c.* 22. 6) *I. e. traiectus. Meichelbeck.* 7) Equum *B. V. supra p.* 568, *n.* 5. 8) *I. e. delectatus.* 9) *B male:* suis silenter subiectis, *agitur enim de uno famulo.*

qui[a. 1] se subito equi[b] praeponens[2] dorsui, cursu velocissimo vicine[c] silve inmergens: his qui missus fuerat huc illuc discurrere[d] cum suis qui erant se simulans[e], vacuus[f] ad portum revertens, raptorem se non novisse testans, viri Dei provolutus vestigiis, victo animo, virum Dei deposcens, ut eum ad regalis[g] auribus suae neglegentiae[h] minime accusare digneretur[i]. Vir sanctissimus, suae patientiae gustus[k. 3], ilari vultu valefactum[l] amisit, divine[m] vindicte non ignarus. Cuius rei finem divino adiutorio ad posteram[n] notandi ordinem servamus[4]. Vir Dei sanctissimus, tramite arrepto, ceptum[o] carpebat iter.

(17). Dum autem quadam die Tusciae pervenisset partibus, VI. feria ieiuniarum[a], in quo[b] observare oportebat ab esu carnium diem, agentes[c. 5] hii[d], qui praeerant itineri, quod ora tardius gustandi protraheretur et nequaquam cavalli calorem[d*] tot diei[e] spatia sub pondere sustineri quivissent: his dicentibus, qui alimenta ad mensam tanti pontificis ministraverat, respondens, nequaquam ad opus esui viri Dei haberet, excepto carnem, quem eadem die[f] non commessurum[g] virum noverat Dei. Eo dicente, episcopus ad caelum vultum vertens[6], aquilam in aeris altitudine contemplans, ait: 'Ecce aves[h], per quam Dominus suae largitatis misericordiae alimenta daturus est!' Hic dictis, ab intuentium oculis longius[i] recessit; qui de tanta[k] altitudinis spatia oculorum acie[l] piscem in maris intuebatur fluctibus, submissis alis arreptum ad litus perduxit. His pergentibus, quidam cocus pontificis more iterantium ad litus cucurrens[m], secusque iacebat[n] tramite tendenti. Qui dum iret, vidit aquilam piscae[o] adhuc vivae capites[p] sedentem, huc illucque risilienti[q]; qui dum cursum dedisset[r. 7], aquila evolans, arrepto piscae pontifici obtulit summi[s], aquilae aperiens gestam[t]. Magnitudo vero piscis[u] non[v. 8] tanta erat ut soli viri[u] Dei sufficeret, sed etiam cunctis, qui aput[w] illum sufficiens comedebantur[x]. Res mira[9] et valde[y] inaudita, excepto miraculo vetustissimo, quod Pauli

I. *Capp.* 16. 17. 1. 2.

Cap. 16. a) qui se subito *om.* 2. b) aequi 2. c) vicinae silvae 2. d) dissurrere 2, *corr.* e) *m. al. corr.* simulans 1. f) *ita* 1. 2. g) regis 2; *m. al. corr.* regales aures 1. h) *ita* 1. 2. i) *ita* 1. 2. k) *m. al. corr.* custos 2; gustas 1. l) valafactum 2, *corr.* m) divinae vindictae (vinctae *pr. m.*) 2. n) *ita* 1. 2. o) coeptum 2.

Cap. 17. a) *m. al. corr.* ieiuniorum 1, *et sic* 2. b) *ita* 1. 2. c) *m. al. superscr.* vel videntes 1. d) hi 2. d*) caloram (?) 2, *corr.* e) dei 2; *m. al. corr.* toto diei *(ita pr. m.)* spatio 1 *cum B.* f) dię 1. g) comesurum 2. h) *m. al. corr.* avis 1. 2. i) aquila *m. al. add.* 1. k) *m. al. corr.* tanto alt. spatio 1. l) acies *pr. m.* 2. m) *m. al. corr.* currens 1. n) tr. i. 2, *m. vetusta corr.* o) *m. al. corr.* in piscis adhuc vivi 1. p) s *eras.* 1; capitis 2. q) *m. al. corr.* resilienti 1; re^si^lienti, *pr. m. corr.* 2. r) d. a. *m. vetusta superscr.* 2. s) *ita* 1 *(pr. m.)* 2; *m. al. corr.* summo 2. t) *m. al. corr.* gesta 1. u) *m. vetusta superscr.* 2. v) *ita* 1 *(pr. m.)*. 2; *m. al.* non *hoc loco eras. et superscr. ante* soli 1. w) apud 2. x) *m. al. corr.* comedebant 1. y) velde 2.

1) *Scilicet famulus eius qui missus erat idem, cui id 'silenter praeceperat'.* 2) *I. q.* imponens. 3) *B:* custos. 4) *Infra c.* 21. *Similiter supra p.* 573, *l.* 7. 5) *I. e. aientes.* 6) *Cuthbertus teste Beda* § 20 *(AA. SS. Mart. III, p. 103) cum in itinere non haberet, quo deverteret:* sursum adspectans vidensque aquilam in alto volantem, *ad eam puerum comitem remisit, iterque iuxta fluvium quendam agentes:* ecce! subito vident aquilam in ripa residentem, *puerque missus,* attulit piscem non modicum *(cf. alterum piscis miraculum infra p. 575, l. 11),* quem illa nuper de fluvio prehenderat. *Cuthbertus vero ministrae, scilicet aquilae, suam partem tribuit, qua de re Corbinianus non cogitavit.* 7) *B:* qui cum advenisset. 8) *Transponas cum B:* tanta erat, ut non solum pontifici sufficeret, sed e. c., qui a. i. sufficienter comederunt. 9) *Cf. Greg. Dial. II,* 7: Res mira et — — inusitata.

Antoniique[a] corvus ministraverat escam[1]! Tanta enim divina[b] misericordia pietatis est largitas, ut nusquam suos inopiae consumptos[c] permittit servos. In quo loco tanta amoenitas reperta est[d], herbarum copia[e] fonsque[f] fluens per media largitionis spatia: quid aliud datur intellegi, quam omnipotens Deus, qui suum pascere[g] dignatus est servum, subvectionibus necessitudini ministrabat alimoniam? Tunc laeti sublectilia[h] deponentes duxerunt diem.

(18). Sed nequaquam alium[a] miraculum preterire videtur piscis[b], huius praetendentis[c·2] litoris[d] que accederat. In octabo[3] namque die, quod ita, ut praediximus[4], sexta fuerat feria, quidam ex conviatoribus[5] ad litus cucurrens[e] maris, — est enim dilectabilis[f] callis, undarum tumultibus depressus[g], — is dum iret, vidit secus natantem litus piscem magnitudinis non modice[h]; peduum[i] XI longitudo tendebatur. Qui dum diu deambulantem intueret[k], litore relicto, rem[l] ad aures viri clamoribus obtulit Dei, qui cuncti, relicto calle, ad litus quasi ad ingens spectaculum cursitabantur[m]. Vir Dei qui eum denotantem[n·6] conspiciens, non in piscis modum pavore considerans, sed in mansuetudinem animalis domestici intuebatur, humanam quasi dilectaret[o] conversatione. Inter semet ipsum tacitus colligens, quod sibi in esum, ut erat[p], a Deo transmissus fuisset ob diei continentiae fasti[7], subito[q] quendam suum, ministri[r] qui fuerat reclausie[s·8], Ansaricum, cuius superius[9] longe iam memoriam fecimus, ex nomine vocitans, cui praesenti exuere indumentis imperans, nihil diffidentiae animi inherere praecipiens, pugionem in manu sumere indigans[t]. Cuius verbis intrepidus vestimento[u] exutus, inperterritus quasi per humum marem[v] ingrediens, eratque vir[w] natantissimus, corpori ingens, viribus strenuus, alacer ingenio, lucutione[x] sagax, cuius corpus in beati Stephani Christi martyris ęcclesiam[y·10] humatus[z] iacet, quem nos cum[a] ceteris

I. Capp. 17. 18. 1. 2.

Cap. 17. a) *m. al. corr.* Paulo Antonioque 1. b) *m. al. corr.* divine 1. c) consumptus *inter scrib. corr.* consumptos 2. d) s̄ *inter scrib. corr.* ē 2. e) capia *pr. m.* 2. f) fonsquae *pr. m. corr.* fonsque 1. g) passere 2, *corr.* h) *m. al. corr.* subpellectilia 1.

Cap. 18. a) *m. al. corr.* aliud 1, *et sic* 2. b) piscis. Huius *distinguit* 2. c) p̄tendent : : (praetendentem *Pertz*) 1. d) *ita* 2 (*ubi* littoris *pr. m.*); li : o : : s q; acce : : at *pr. m.*, similitudinem *m. al.* 1. e) *m. al. corr.* currens 1. f) delect. 2. g) *ita* 1. 2. h) modicę 2. i) *m. al. corr.* pedum 1. k) *m. al. corr.* intueretur 1. l) *ita* 2; *tres litteras erasas recte distinxit C. Hampe* 1. m) *m. al. corr.* cursitabant 1. n) *ita* 1 *(pr. m.)*. 2; *m. al. corr.* denatantem 1. o) dilactaret 1; delectaret 2. p) eram 1, *corr.* q) sibito 2. r) *ita* 1. 2 *pro* minister. s) *ita* 1. 2. t) *m. al. corr.* indicans 1. 2; indignans *pr. m.* 2. u) *ita* 1. 2. v) *m. al. corr.* mare 1, *et sic* 2. w) n. vir 2. x) *m. al. corr.* locutione 1, *et sic* 2. y) *m. al. corr.* ęcclesia 1. z) *m. al. corr.* humatum 1. a) *ita recte* 1. 2 *(cf. infra p.* 577, *l.* 3*); om. Riezler.*

1) *Antonio nonagenario Paulum annos* 113 *natum invisente, corvus in ramo arboris considens 'integrum panem ante mirantium ora deposuit'; cf. V. Pauli auctore Hieronymo* § 12 *(AA. SS. Ian. I, p.* 606*).* 2) *I. e. 'qui pertendens huic litori accesserat'.* 3) *Scilicet septimana transacta.* 4) *Supra c.* 17. 5) *Comes itineris. Cangius.* 6) *Verbum pro 'denatantem' (*natantem *B) recte accepit corrector codicis* 1, *nam Arbeo supra scripsit:* vidit secus natantem — — dum diu deambulantem intueret. 7) *Nobis 'fasttag' ex Goth. 'fastan' (lat. ieiunare).* 8) *Nobis 'klause', scilicet cellula in vico qui dicebatur Castrus ante fores ecclesiae S. Germani.* 9) *Supra c.* 3 *(p.* 562*).* 10) *Iuxta ecclesiam S. Stephani Frisingensem in vicino monte sitam Corbinianus domum exiguam ad manendum sibi construi iussit (v. infra c.* 27*). Postea Hitto episcopus (a.* 811—835*) congregationem parvam ibi collegit et corpora Alexandri et Iustini a.* 834. *Roma eo transtulit, quae certe paulo post ibi requiescebant (charta a.* 838, *Bitterauf l. l. p.* 537*). Primordia certa celeberrimi monasterii Weihen-*

sepulturae tradidimus. Qui mari inmersus, se interioribus meridię[a] intulit partibus, sinistre[a*] manu pernatans, dexteram superelevans fluctibus. Lantiae[b] summis nisibus piscem tam viriliter percussit, ut ferro[c] asta sequeretur: capulis[d, 1] missis, arentabatur[e, 2]. Qui statim retorquens, se ad altiora[f] maris contulit partibus[g]. Ipse namque summitatem tenebatur[h]; astile secutus est. Qui dum diu natando per mare se fatigasset et nihilominus persequendo eum percussor torqueret, nitabatur[i] ad litorem[k] vertere[l] natantem. His decertantibus iam longius[m] deductis, evolutis fluctibus, ut a litore in summis positus vix intuebatur undibus[n], quidam piscatores intuebantur, ex latere retia relevantes. His relictis cum piscibus, que[o] capebantur, certatim puppem[p] ad periclitantis dinavigaverunt[q] spectaculum. Qui dum vulneratum intuerentur piscem, totis nisibus in eum manibus initientes[r], ab equore summisso navi involvere coeperunt. Qui dum inmissus fuisset, praenotatus[s] viri Dei[3] brachium summitati puppi inmisisset[s*], coeperunt pugnis percussionibus reverberare, ut ex tante[t] praede reverteretur vacuus ad litora. Qui dum alacer pedem puppi inmitteret, flagellis intrepidus, viriliter se super planctis[u] erigens, arrepto[4] uni ex manibus remigio, coepit percussores suos remo caedi[v], qui ilico illius se submiserunt[w] plantis. Navem ad litorem[x] perduxit vir, quamvis exstrenuus[y], ex lassitudine viribus inbecillis.

(19). Tunc inmensas cuncti qui erant[a] Deo reddebant laudes. Loca ad abplicandum[a*] castra metati sunt cum tanta habundantiae gloria, ut nequaquam cunctus comitatus consumere[b] valuisset; residua sarcinis in crastinum[c] condiderunt. His refectis propriae cenae, qui alienam rapere non verebantur, palo infixo pedibus conligati, flagellis a viri Dei imperio caesi, ut lammina[d] illius sepulchro[e] depicto[f] declarat, a viro Dei monite[g, 5]: beati principis apostolorum Petri peregrinos ad[h] superne[i] dispensationis annone discludere auderentur[k], vinculis resolutis, duos tremisses his dare praecipiens, ne operationis diei, quamvis indigni, vacui recederentur[l].

I. Cap. 18. 19. 1. 2.

Cap. 18. a) meridie 2. a*) sinistrae 2. b) *m. al. corr.* lancea 1; lanceae 2. c) *m. al. corr.* ferrum astę 1. d) *ita* 1 *(pr. m.).* 2; *m. al. corr.* capulus 1. e) *m. al. corr.* retentabatur 1. f) *m. al. corr.* altioras 1. g) *m. al. corr.* partes 1. h) *m. al. corr.* tenens 1, *et sic B.* i) nitebatur 2. k) *m. al. corr.* litora 1. l) *ita* 1 *cum B; om.* 2. m) logius *pr. m.* 2. n) *ita* 1 *(pr. m.).* 2; *m. al. corr.* undis 1. o) *m. al. corr.* qui capiebantur 1, *et sic* 2. p) puppim 2. q) *ita* 1; denavigaverunt 2. r) intientes *pr. m.* 2. s) (p̄? *eras.*) notatus 2. s*) immisiset 2. t) *m. al. corr.* tanta p̄da 1, *et sic* 2. u) plantis 2; *m. al. corr.* plancta 1. v) *m. al. corr.* caedere 1. w) se sub subm. *pr. m.* 2. x) *m. al. corr.* litora 1. y) (ex *eras.*)strenuus 1; extrenuus 2.

Cap. 19. a) *m. vetusta corr.* aderant 2. a*) *ita* 1; appl. 2. b) consummere *pr. m.* 2. c) *ita* 2 *et m. al.* 1; castrinum *pr. m.* 1. d) *ita* 1. 2. e) sepulchri 2. f) *m. al. corr.* depicta 1. g) *m. al. corr.* moniti 1. 2. h) *ita* 1 *(pr. m.).* 2; *m. al. corr.* a 1. i) supernae d. annonae 2; *m. al. corr.* s. d. annona 1. k) *m. al. corr.* auderent 1. l) *m. al. corr.* recederent 1.

stephanensis ad Egilbertum episcopum a. 1021. *referenda sunt. At teste auctore Chronici Weihenstephanensis saec. XVI. etiamtunc primae Corbiniani fundationis vestigia mansisse feruntur; cf. SS. XIII, p.* 51 *sq.; A. Brackmann, Germania pontificia I, p.* 341. 1) *Capulum pro funis accipitur. Lancea erat hasta habens amentum in medio. Forcellinus.* 2) *Hisp. 'arrendar' est alligare et 'arrendado' is qui regi potest, nobis 'lenksam'. 'Rendere' pro 'reddere' in codice Guelferbytano Legis Salicae tit.* 52 *(ed. A. Holder p.* 29, *tit.* 53*) legitur (cf. F. Diez, 'Etymol. Wörterb. d. roman. Sprachen' p.* 267 [5]*) et 'arrendare' in Glossario Lat. Germ. interpretantur 'pechten', i. e. conducere; cf. L. Diefenbach, Glossarium p.* 47. 3) Minister *add. B.* 4) *I. e. erepto.* 5) *B add.:* ne ulterius.

(20). Ipse vero, calle[a] arrepto[b], ad Rome[c] proficiens[d] moeniis[e] usque[f], oratione facta ad apostolorum beati principis Petri sepulchrum et nihilominus Pauli, cum ceteris summi beate[g] memorie pape Gregorii stravit se vestigiis: satisfactione[h] surgere imperans sedere[1] sibi iuxta se deposita[i] praecipiens. Qui dum sedisset, non modica exsenia[2] tanto[3] viro obtulit et cuncta sibi de sua conversatione displicentia[k] anteponens[4], quomodo et quibus quasi inmensis fluctibus quatiebatur[5] honoribus et quomodo nec meneis[l] claustra prestarent tranquillitatem et quantis pertimesceret[m] divitiis, qui nullum utebat[n] colonem[o]: secretum[6] subplicans et insuper ministerii vincla praedicationis[7] verbi deposcens, lacrimis fusus[p], flevili[q] voce deplorans, suum secretum inposite[q*] honore perdedisset[r] et pristinae[8] petitioni insisteret, ut ad caenubium[s] ire eum permisisset[t] vel quaedam[u] cellulae deputasset vel salti[v] secretioris et operatione concederet agellum. His auditis, tante[w] humilitati[x] expavit: summus qui erat papa a se remoto sinodum[9] fecit, quorum collegioni[y] sententia[z] contulit, qui una voce eum reverti proclamitant[a] multis testimoniis ex[10] sacre[b] amplius scripturae quam prius. His dicentibus, in medium deduci iussit. Quorum verbis, fide recepta, se victum considerans, ut iniunctam[c] a tanto patre sibi iniunctam[d. 11] ammittere non deberetur[e] et vacuus a lucro redire ad aream, cum summo ibi retentus honore, benedictione[f. 12] accepta, valefactus[13] recessit.

(21). Qui dum revertendo Papiam pervenisset, ad portam urbis feretro superpositus[a] cuiusdam mortui corpus ac[b] universus secutus est urbis primatus: mox

I. Capp. 20. 21. 1. 2.

Cap. 20. a) celle *pr. m.* 1. 2. b) *m. al. corr.* arrepta 1. c) *m. al. corr.* Romę 1. 2. d) *m. al. corr.* proficiscens 1. 2. e) *ita* 1 *(pr. m.).* 2; *m. al. corr.* moenia 1. f) *m. al. corr.* atque 1. g) beatae memoriae papae 2. h) *ita* 1. 2; provolutus vestigiis, satis pollicebatur factionem *infra p.* 583, 5. i) *ita* 1 *(pr. m.).* 2; *m. al. corr.* iuxta sede posita 1. k) *ita* 1. 2. l) *m. al. corr.* meniis 1; *m. al. corr.* minus 2. m) pertimescerent 2, *corr.* n) *m. al. corr.* utebatur 1. 2. o) *m. al. corr.* colonum 1. p) *ita* 1. 2; fusis *Riezler.* q) *m. al. corr.* flebili 1, *et sic* 2. q*) *ita* 1. 2; inposito *B.* r) *m. al. corr.* perdidisset 1, *et sic* 2. s) *m. al. corr.* caenobium 1, *et sic* 2. t) permissiset, *primo* s *expuncto,* 2. u) *ita* 2; quidam *m. al. corr.* cuidam 1. v) saltus *m. al. corr.* saltim 2. w) tantae 2. x) *ita* 1. 2. y) *ita* 2; collegio : : 1; *v. supra p.* 572, *l.* 7. z) *ita pr. m.* 2; sententiam 1 *et m. al.* 2. a) *ita* 2 (*cf. p.* 583, *l.* 2: proclamitans 1); proclamabant *B*; conclamitant 1. b) sacrae 2. c) *m. al. corr.* iniunctum 1, *et ita B.* d) *ita* 1 *(pr. m.).* 2; *m. al. corr.* officium 1, *et sic B.* e) *m. al. corr.* deberet 1. f) bedictione 2.

Cap. 21. a) *m. al. corr.* superpositum 1; superpositum *m. al. corr.* superpositus 2. b) ad *corr.* ac 1; at 2; corpus efferebatur, cui *B.*

1) *I. e. 'satisfactione deposita, surgere i., sedere ei (= 'sibi') iuxta se pr.'; B male:* sedem iuxta se ponere faciens sedere precepit. *Cf. V. Bonifatii auctore Willibaldo c.* 6 *(p. 27 sq.):* Et Romanae urbis moenibus conspectis — et ad beati Petri mox ęcclesiam perveniens, diligenti se oratione munivit. — Sic — pedibus apostolici pontificis advolutus est; quique repente elevavit eum a terra, — eumque consedere fecit. 2) *B:* dona. 3) *Scilicet papae; v. supra p.* 567, *l.* 6, *infra l.* 17. 4) *I. e. proponens; B:* enarravit. 5) *Cf. Greg. Dial. I, prol.:* magni maris fluctibus quatior, — — immensis fluctibus turbatus feror. 6) *I. e. locus secretus.* 7) *Praedicationis officium a Gregorio papa Corbiniano commissum erat (supra c. 9), qui vincula huius ministerii deposcebat, scilicet ut eo prohiberetur. Contrariam rationem Bonifatius secutus est; v. supra p.* 524. 8) *Supra c. 6 sqq.* 9) *Ista synodus iusto iure inter spurias numerata est; cf. Jaffé, Reg. ad a.* 724, *p.* 251[2], *supra p.* 523 *sq.* 10) *B:* ex multis testimoniis. 11) *Officium librarius B vocabulum interpretatus est et verbum additum pro 'dimittere' accipitur.* 12) *V. Bonifatii auctore Willibaldo c.* 6 *(p. 28):* postulata benedictione. 13) *B addit:* tristis.

virum Dei contemplabantur, subtilius de persona et vocabulo sciscitantes[a]. Erat namque cadaver huius viri, qui Iberum viri[b] Dei rapere non verebat[c]: universis insistens ingens pavor, quia ipse disperatus a medicis facinus non abscondit. Vir Dei cum omni humanitatis reverentiae[d] a rege receptus, regali deductus aulae, quia nequaquam ea[e] principem latebant divinae virtutis potentiae miracula, gesta que[f] per viarum fuerunt spatia. Propterea milex[g] Christi ampliorem recipiebat honorem. His sedentibus, videlicet principem[h] atque Dei virum, mulier orbata viro et viduata flebili vultu vestigiis[i] viri Dei provoluta est, deducens Iberum viri Dei, a viro suo machinis diabolicis[k] et nefande[l] insidie raptum, forme[m] et speciae[n] decoris inmense[o], quasi debiti viri sui mortis reum, insuper ducenti soliti[p] adferens viri[q] Dei obtulit, dicens, virum suum eadem die percussum fuisse, in quo[r] inlecebris[1] machinis viam viri Dei inpedire non verebat[s], ex qua percussione langor[t] cottidie[u] dolori fomitem ministrasset, et sue[v] disperatus[w] iam a medicis coniugi praecepisset, ut sub omnis diligentiae curis ipsum cavallum custodire deberetur[x] et viro Dei reddi et facinus animi vulneris nefandum confiteri, insuper debiti[y] inpensionis aurum deferri, ut pro eum[z] vir sanctissimus depraecare[a] divinam digneretur[b] clementiam. Quibus dictis verbis atque doloris, vir eminentissimus conpassus est rex: concitus ex trono[c] prosiliens, genuis[d] provolutus episcopi, ne hoc sperneret, quod obtulit, insuper et suum reciperet, quem amisit, et ne[e] totam eminentiae contristaret domui[f], tanti viri detrimentum conflerent[g, 2] anime[g*] in disperatione[h], cuius ammissionem iam receperant[i] corporis. Insuper universi adstantes vituperantem deposcebantur[k, 3]. Coactus consensit, surgentem consolabatur leniter regem, ut ne bis summa vindicandi[4] polliceretur pietas; qui hic in corpora[l] vindicabatur, debitum confitendi[5] illuc ne[m] iniceret poenam[n]; suis insuper orationibus, ut valeret, adiuvaturum professus est. Fide recepta viri Dei verbis, viduata mulier recessit a tante[o] potestatis culmine. Quamdiu[6] contentus pontifex et cum summa honoris reverentia muneris[p] non modicis iturus a rege valefactus amissus[7] est, cum necessitudinis ordinatione Trientinis[q] finis ingressus.

(22). Cum autem non longe a castro venisset in pratas[a], que[b] appellabantur

I. Capp. 21. 22. 1. 2.

Cap. 21. a) ciscitantes *pr. m.* 1. b) viro 2 *et Pertz.* c) *ita* 1. 2. d) *m. al. corr.* reverentia 1. e) *ita* 1. 2. f) *m. al. corr.* que gesta 1. g) *ita pr. m.* 1; meles *pr. m.* 2; *m. al. corr.* miles 1. 2. h) *m. al. corr.* principe atque D. viro 1. i) vestiis *pr. m.* 2. k) diabicis *pr. m.* 2. l) *m. al. corr.* nefandis insidiis 1; nefandę insidiae 2. m) formae 2. n) spetiae 2. o) inmensę 2. p) *m. al. corr.* ducentos solidos 1; *m. al. corr.* d. solidi 2. q) *ita* 2 (*cf. l.* 2); viro 1. r) *ita* 1. 2. s) *ita* 1. 2. t) *m. al. corr.* languor 1, *et sic* 2. u) *ita* 2; cotidie 1. v) suae 2. w) *ita* 1. 2. x) *m. al. corr.* deberet 1. y) *ita* 1. 2. z) *m. al. corr.* eo 1. a) *m. al. corr.* depraecari 1. b) *m. al. corr.* dignaretur 1, *et sic* 2. c) throno 2. d) *m. al. corr.* genibus 1. e) *m. al. superscr.* 2. f) *ita* 2; domus *m. al. corr.* domum 1. g) *ita* 1. 2. g*) animae 2. h) desp. 2. i) receperant. Corporis *distinxit* 2. k) ur *eras.* 1. l) *ita* 1. 2. m) nec 2. n) paenam 2. o) tantae 2. p) *m. al. corr.* muneribus 1. q) *ita* 1 *(pr. m.)*. 2; Trientinos fines *m. al.* 1.

Cap. 22. a) *ita* 1 *(pr. m.)*. 2 *(m. vetusta)*; prata 1 *(m. al.)*. 2 *(pr. m.)*. b) q; *m. al. corr.* que 1; quae 2.

1) *Gloss. Labbaei:* Inlecebrus, fallax, decipiens; *cf. Gloss. lat. ed. Hildebrand p.* 167; *G. Goetz, Corpus glossariorum Latinorum IV,* 351, *l.* 27 *(cod. b).* 2) *I. e. deflerent.* 3) *Pro 'deprecabantur'.* 4) *I. e.* bis vindicanti *pro 'bis vindicato'.* 5) *I. e.* confitenti debitum, *scilicet culpam.* 6) *I. e. aliquamdiu retentus;* Non longe post — detentus *B. Cf. infra p.* 580, *l.* 5. 7) *I. e. dimissus.*

Rumannianas[a, 1], quidam ex suis, cuius iam superius[2] longe fecimus mentionem, ammissarium[b] conspiciens cuidam sequente iumente[c], cognovit[c*], veretro novato[3] calcibus iumentarum[d], in tanta maceriae[4] deformen[e], ut vix eum agnoscere potuisset viri Dei furto ablatum. Qui contemplatus, viro Dei indicare curavit; qui eum cognoscere[f] dissimulans et suis sententiam[g] silere praecipiens. Cum autem urbis[5] adpropinquasset portam, ecce! comis[h] tribunus[5] qui fuerat, Husingus eius[i, 6] factus in obviam pedibus provolutus est; facinus a se commissum[k] non abscondit et damnum, quod obtulit[l], professus est. Ablato[l*] verecundiae velamen, timore coactus, furti[m] inlecebre[7] machinationis professus est ordinem, quomodo formis nobilitatis[m*] Iberi concupiverat, ut suis dilectum iumentis inmitteret ammissarium[n], propter nobilitatis propagatione[o] in postremum conservare pertractans, et eum, quem emere pretio non valuisset, furto[p] silenter abstrahi praecipisset, ne tanti iumenti propagatione vacuus remansisset. Quo facto, divina consecuta est vindicta: furto viro Dei ablatum ammissarium[q] inter suas, eo transeunte, inmittere non verebat[r] iumentas[s], quorum plus minus quadraginta tribus[8] conplebatur[t] numerus, quae[u] elefantino morbo correpte[v] divinae vindictae consumpta fuisse professus est, excepto superstitem singularem[w], cui sequebatur iam maceriae iumentus informis et, quod linguae pudet loqui, ut praefacti[x] sumus, dependente verenda nudata calcibus iumentarum, ita ut naturalis eum non caperet vagina. Pro quibus verendis verecundie stimulis permoti hoc miraculum divinae operationis virtute ab lammine[y] sepulchri illius argentee, posite[z, 9] manu artificis, abstrahebamus[10] insignem. Qui dum haec praefatus tribunus confiteretur, duos quod[a] secum obtulit[11] meliores habebat Iberos, insuper nihilominus ducentos solidos auri, humili voto deposcens, ut vir Dei pro delicto oblationem deductam[12] non sperneret et sibi, commissam iam paenitentiam delicti, amittere non dedignaretur delictum.

I. Cap. 22. 1. 2 *(ad l.* 17*).*

Cap. 22. a) *m. al. corr.* Rumanniana 1. b) *m. al. corr.* aemissarium 1; amissarium 2. c) *ita* 2 *(pr. m.)*; iumentę 1; *m. al. corr.* iumento 2. c*) agnovit *Pertz.* d) iumentorum *pr. m.* 2. e) *ita* 1; deformem 2. f) agnoscere 2. g) sententiis 2. h) comes 2. i) *ita* 1. 2. k) non ab commissum *iterata, sed deleta* 2. l) *m. al. corr.* abstulit 2. l*) ablata 2, *corr.* m) furtim *m. vetusta superscr.* 2. m*) nobilitatis, *ras.* s 2; nobilitati 1. n) *m. al. corr.* emissarium 1; amissarium 2. o) *ita* 1 *(pr. m.).* 2; *m. al. corr.* propagationem 1. p) forto *pr. m.* 2. q) *m. al. corr.* emissarium 1; amisarium *m. al. corr.* amissarium 2. r) *ita* 1. 2. s) iumenta *pr. m.* 2. t) complebitur *pr. m.* 2. u) que 1. v) correpto 2. w) singularem — *p.* 584, *l.* 5. cellulae sufficeret, *folio exciso, desunt* 2. x) *ita pr. m.* 1 (*cf.* saepefactus *apud Ionam p.* 124); *corr.* praefati 1. y) lamnine 1; *cf. p.* 576, 23. z) argente eposite 1; depicto *supra p.* 576, 24. a) *m. al. corr.* quos 1.

1) *Romagnano vicus ad Athesim situs prope Tridentum.* 2) *Scilicet Ansaricus; cf. supra c.* 3. 18. 3) *I. e. mutato, sed praeferam:* nudato; *cf. infra l.* 19*:* verenda nudata calcibus. *B vero ita corrigit:* nocuato, *i. e. nocito, laeso.* 4) *Idem ac* macie, *quod exhibet B.* 5) *Scilicet Tridenti. Husingus supra c.* 16. *princeps vocatur.* 6) *Coniungas* eius pedibus. 7) *Vide p.* 578, *n.* 1. 8) XLII *B.* 9) *Ponere pro formare poetae accipiunt; cf. Verg. Eclog.* 3, 44: Alcimedon duo pocula fecit, — — Orpheaque in medio posuit silvasque sequentis. 10) *Idem ac tollere; v. supra p.* 573, *n.* 4, *p.* 529. *et V. Haimhrammi c.* 18: martyris genitalia inpudenter abstrahere veriti non sunt. *Arbeo igitur illud miraculum verecundiae causa e lamina sepulchri sustulerat.* 11) *Verba discerpta in hunc ordinem redigas:* duos quos secum meliores habebat Iberos obtulit. 12) *Immo 'adductam'.*

Quibus auditis, vir Dei vehementer inrisit, sed iam satisfacto veniam laxare dignabatur actum illius; cum multa[a] transiebat honore[1].

(23). Finem[a] iam Baiuvariorum ingressus, ad Maiensem[2] usque dum veniret castrum, de praepositis captus custodibus[3], nec[b] ulterius transire sinebant eum, nisi ad eorum principem declinare voluisset, ibique nolens quamdiu[c, 4] coactus contentus[5] est, usque dum illorum directus[6] a totius principe[7] Crimoaldo reverteretur. Is vir Dei sue inpedimenti viae considerans divine virtutis vacuam non fuisse, ad beati Christi confessoris Valentini[8] sepulchrum orationi studio cum declinasset, praefato siti[d] castro, animo adhesit, circumiens universam montanam urbis confinium, terram fructiferam silvarum copia, inter duos rivos[9] locum secretum et pervium excepto[10] habitatoris tramite, quae appellabatur usitato nomine Cainina[e, 11]. Intellexit per spiritum, sine divina voluntate contentum non fuisse; considerans loci secreta et ad cultum relegionis vitae dilectabilem ammavit[f, 12]. Hii qui missi fuerant revertebant[g] a principe; virum Dei cum summa dulcedine venire ut non pigeretur insistebant, et si sponte, accepto imperio, non vellisset[h], tamen coactum[i] deduci deberetur. Intellexit vir sanctissimus virorum insidias; in praenotato castro submissa[k, 13] sublectilia[l], cum parte sequestrium[14] secutus est verbis directorum[15] prioribus.

(24). Palatium cum pervenisset, per quemdam[a] ex suis principi mandare curavit, ut nequaquam faciem illius videre vellisset[b], nisi suam prius caram quam habebat coniugem amisisset[16]. Habebat namque Crimoaldus tunc in tempore uxorem fratris sui[17] Theodoalti[c, 18] post obitum, quam sibi adulterina dilectatione[19]

I. Capp. 22—24. 1.

Cap. 22. a) *m. al. corr.* multo 1.

Cap. 23. a) *m. al. corr.* fines 1 *cum B.* b) *ita m. al.* 1 *cum B;* ne *pr. m.* 1. c) *ita B et supra p.* 578, *l.* 27. *A*; condiu *fortasse pr. m.*, tomdiu *m. al.* 1. d) *ita recte* 1; sibi *Riezler (errore typographico?);* sito in eodem castro *B.* e) *ita* 1 *cum B;* Camina *Pertz et Riezler.* f) *m. al. corr.* amavit 1. g) *m. al. corr.* a pr. revertebantur 1. h) *m. al. corr.* voluisset 1. i) *m. al. corr.* coactus 1. k) *m. al. corr.* dimissa 1. l) *m. al. corr.* sublectile 1.

Cap. 24. a) *m. al. corr.* quendam 1. b) *m. al. corr.* voluisset 1. c) *ita* 1.

1) *Husingum per ministeriales suos Corbinianum usque ad fines Baiuvariorum deduci iussisse voluit B, instituta sui aevi in oculis habens.* 2) *Mais prope Meran; v. supra p.* 503 *sq.* 3) *B addit:* sicut longe superius diximus, a Grimoaldo duce preceptum esse, *et sane eiusmodi mandatum Grimoaldi ducis supra c.* 15 *(p.* 572*) commemoratum est.* 4) *Pro 'aliquamdiu'.* 5) *B:* detentus. 6) *I. e. legatus. B:* missus. 7) *Suppleas:* gentis; *cf. infra c.* 33: ad totius principem genti. 8) *De Valentino supra p.* 501. *disserui.* 9) *Inter rivulos Timonem et Finalem monente interpolatore B, c.* 19. 10) *B:* p. absque habitatoris tramite, *sed verba ita intellegenda sunt: 'locum pervium habitatoribus absque tramite'.* 11) *Hodie Kains vel Kuens vicus prope Meran in dextra Passeris fl. ripa situs.* 12) *Interpolator B addit, Corbinianum de hospitiolo secreto ibi construendo iam cogitasse, si locum condigno pretio comparare posset, possessoresque diligenter percunctatum esse.* 13) *I. q. relicta; B:* dimisit. 14) *I. e. sequentium, comitatus.* 15) *I. e. legatorum.* 16) *B:* a se expelleret. 17) *Litterae Gregorii II. papae Martiniano, Georgio, Dorotheo 'euntibus in Baioariam' datae c.* 6 *(MG. LL. III, p.* 453*):* Ipsud quoque unius viri et uxoris coniugium doceatur in proximitate sanguinis non esse penitus praesumendum, id est ne quis uxorem patris aut patrui vel fratris — — audeat sibi coniugio copulare aut in adulterio sociare. 18) *Nomina* Theodolt. Waltrat *in ordine ducum defunctorum cum coniugibus et liberis Libri confraternitatum vetustioris monasterii S. Petri Salisburgensis locum post* Crimolt. Pilidruth *(MG. Necrologia Germaniae II, p.* 26*) occupant, cumque Theodoaldo uxor* Waltrat *fuisse videatur, non video, quomodo Arbeo noster cum hoc documento conciliandus sit, nisi statueris* Pilidruth *secundi*

sumpsit in matrimonium, quae secundum huius carnis putridinem videbatur decora, nomine Pilidrud, generis[a] praeclara ex Gallorum partibus suae[b] genetricę secuta, ingenio[c] superflua: que[d] episcopi dictis minime consentire declinaverunt[e]. Ipse autem in sua perseverans sententia permansit; egregii praedicatoris exhibebat testimonia Pauli[1], huiusmodi alienos a regno fore Dei, seque nihilominus[2] esse inmemorem Davitico carmine tituli[3] agentis, conviatorem adulteranti cursibus sibimet adhibere partem, pro talique criminis factum[f] Iohannem ad[g] Herode esse interemptum[4]. Sicque per quadraginta vir Dei contentus[5] diebus, horum se abstrahens obtutibus, per suos cotidię monere[h] curavit, ut tam execrabilem[i] amitterentur coniugium. Cuius monitioni perseverantiae nunc dulcidinem Dei regni blandis promittebatur[k] verbis, nunc paenarum vires invexit aspera[l], terribilem venturum minitabatur[m] iudicem: divino[n] non deesse credimus solatio. Ad promissionis seperandi[o] perduxit salutem, qui suis praesentati aspectibus, humo provoluti se peccasse minime silent; extensis brachiis terrae prostrati, ad remedia confessionis penitendo confugiunt. Quorum capitibus vir Dei manum initiens[p], signo salutis munire curavit; ex humo erigens, lapsis penitentiae[q] designans viam salutis, remediorum solatia elimosinarum[r] adipisci praecipiens et amplius peccare non sinens, sicque domum ingressi, communem salubriter sumpserunt convivium: tam corporis alimoniam[s] quam animarum[s] a viro Dei propinabantur sacramenta. Greg. Dial. I, 4.

(25). Tunc vir Dei locum dilectabilem[6], cuius superius[7] memoriam fecimus, principi sibimet a possessoribus emere iusto pretio indicare curavit. Quibus dictis

I. Capp. 24. 25. 1.

Cap. 24. a) *m. al. corr.* genere *et in marg. add.* Nota 1. b) *m. al. corr.* suam genetricem 1. c) *m. al. corr.* ingenia 1. d) q; *m. al. corr.* q̍ 1. e) declinar̄ (*i. e.* declinarunt) *inter scribendum corr.* declinaverunt 1; m. c. destinaverunt *coni. Petschenig; at* consentire nolebant *B*; *cf. p.* 529, 45. f) *m. al. corr.* facto 1. g) *ita* 1. h) monore 1; ammonere *B.* i) *m. al. corr.* execrabile amitterent 1. k) ur *eras.* 1. l) *m. al. corr.* asperas 1. m) *ita* 1. n) *m. al. corr.* divina — solatia 1. o) *m. al. corr.* separandi 1. p) *ita* 1; inponens *B.* q) *m. al. corr.* penitentiam 1. r) *m. al. corr.* elimosinis 1. s) *ita* 1.

tori consortem eiusdem ducis fuisse; v. supra p. 505. *Neque B. Sepp in dissertatione supra p.* 507, *n.* 4, *citata nimium feliciter de filia Theodoaldi cogitasse videtur, nam nomina feminea iuxta duces posita vix aegreque aliter interpretari licet atque uxorum. In Calendario saec. VIII. litteris Saxonicis scripto, cuius fragmentum apud comitem de Walderdorf asservatur (Necrologia III, p.* 369*), 8. Id. Oct.* Theodbaldi ducis *memoria celebratur.* 19) *I. e. delectatione.*

1) 1. *Cor.* 6, 9. 2) *Pro 'nequaquam'.* 3) *Ita intellegam locum:* Davitici carminis tituli aientis, conviatorem adulterantis cursibus semet adhibere partem *(cf. Ps.* 49, 18*).* 4) *Matth.* 14, 10. 5) *I. e. detentus.* 6) *Intricata locorum descriptio vix et ne vix quidem explicari potest. Locum delectabilem, cuius Arbeo in c.* 23. *meminit, interpolator B (c.* 19*) ad vicum Caininam rettulit, addens:* in confinio Magense, *atque etiam insequentia cum eodem loco coniunxit, quasi:* sancti Valentini atque beati Zenonis in eam *(scilicet basilicam illic aedificatam)* patrocinia *(i. e. reliquias) collocasset et in eorum honorem basilicam dedicasset, id quod in litteris Henrici episcopi Brixinensis a.* 1191. *iteratum est (cf. v. Hormayr, 'Sämmtliche Werke' I, p.* 122*). Sed locum Caininam auctor B in c.* 17. *a vicina S. Valentini ecclesia distinxit et ecclesia ibi constructa S. Mauricio a.* 1291. *sacra erat neque Valentino et Zenoni (K. Atz et A. Schatz, 'Der deutsche Anteil des Bistums Tirol' IV, p.* 310*). Mihi locus delectabilis praeter Caininam et vineas ibi sitas, quibus Frisingenses praefectum cellae postea praeposuerant (K. Atz et A. Schatz l. c. IV, p.* 309*), etiam Valentini sepulchrum 'in praefato situm castro', scilicet in Maiensi, comprehendere videtur, cuius Arbeo item in c.* 23. *meminit, nam facere non possum, quin oratorium, quod 'ibi' moenibus Corbinianus solidaverat, atque habitaculum ab eo constructum cum oratorio (c.* 43*) vel ecclesia Valentini (c.* 38*) Maiensi comparem, cuius muri (c.* 40*) et domus adnexa (c.* 43*) commemorantur. Attamen haec Valentini ecclesia proprium patrimonium habebat, quod sibi in-*

libentissimo animo factis consecutus est princeps, ita[1] ut ibi vir Dei habitaculum construeret, oratorium moeneis[a] solitaret[b], vinearum plantans copiam, pomifera conponens arbusta[2], insuper sibi iniunctam beati Valentini Zenonis patrimoniam[c] curavit[3], coepitque fama illius propagare se per orbem, et cuius nunquam divina cessabatur[d] laus ore[4].

(26). Quadam vero die cum ad prandium cum prefato duce consedisset, sibi adpositam mensam manu salutifere et ore muniret vexilli[5], non de[a] proprio[6] vel cui praepositionis porrigeret panem, praenotatus princeps ex mensa dilecti[b] sibi proiciens panem cani, incuriae non veritus praesumptioni. Dum hoc vir intueret[c] Dei, dextro pede trispicii[d, 7] calcem dedit, ut tante mense argentea vasula[e, 8] per pavimenta cenaculi volverentur; ex scamno prosiliens, agebat[9], ipsum tante benedictionis[10] fore indignum, quem canibus non verebatur[f] proicere. Domum egressus, ex illius se minitabatur abstrahere curis et nequaquam ulterius communem sumere cybum. Quibus factis, mulier inmiscere nitebatur[f] mortem, invidiae accensa, viri concubitu alienata, a verbis viri Dei hoc evenisse asserens. Propterea

I. Capp. 25. 26. 1.

Cap. 25. a) *m. al. corr.* moenibus 1. b) *m. al. corr.* solidaret 1. c) patromoniam *pr. m.* 1. d) ur *eras.* 1.

Cap. 26. a) đ 1. b) *m. al. corr.* dilecto 1. c) *m. al. corr.* intueretur 1. d) *ita* 1; trispiti *B.* e) vascula *Pertzius cum B.* f) *ita* 1.

iunctum praeter locum emptum Corbinianus curavit, atque Zenonis nomen additum ad castrum montis Zenonis, iam Zenoburg, prope Meran situm, spectare cum C. Stampfer, 'Gesch. der Stadtmauern von Meran', l. l. p. 28, *n., consentio. Certe uterque locus in dextra Passeris ripa situs est, dum vicus Mais in sinistra iacet, atque Valentini sepulchrum una cum Corbiniani in monte Zenonis extitisse iam Bartholomeus Tridentinus asseruit (v. supra p.* 504*), cui situi abrupta montium talia, qualia Arbeo descripsit, convenire videntur. Ecclesiola vero S. Valentini ('St. Valentinkirchlein') vel potius S. Stephani, cuius historiam enarraverunt K. Atz et A. Schatz l. c. IV, p.* 248 *sqq., in sinistra Passeris ripa sita est dimidiaeque horae spatio a vico Obermais abest, eaque ad Valentinum et ad Corbiniani tempora non relata est nisi a scriptoribus recentioribus; v. supra p.* 558 *sq.* 7) *Supra c.* 23 *(p.* 580*).*

1) *Quomodo fundus in loco qui dicitur Cainina acquisitus esset, interpolator B ita exposuit, Grimoaldum possessores convocasse datoque pretio agros, prata, vineas cum parte alpium emisse, emptores, immo venditores, haec illi in proprietatem confirmasse, quae mox per manus Corbiniani ecclesiae S. Mariae in castro Frisingensi tradita essent.* 2) *Charta Frisingensis a.* 772 *(ed. Bitterauf I, p.* 72*):* cum pomifera arbusta atque nemora. 3) *B addit:* et alimoniam pauperibus preparavit. 4) *In B caput integrum sequitur, quomodo Chorzes locus, hodie Kortsch prope Schlanders, Grimoaldo traditus et a Corbiniano emptus esset, qui eum ecclesiae S. Mariae Frisingensi tradidissent. Kortsch vicus una cum Mais et Kains a.* 931. *episcopo Frisingensi restitutus est; v. supra p.* 538. 5) Signo *excidisse coniecit P. Geyer, comparans c.* 45. *ex.:* salutiferi vixillī cum posuisset signum. *B:* salutifero crucis Christi signo. 6) *Locum ita intellegam: 'neque de proprio sumeret aut cuiquam propositionis porrigeret panem', et sunt propositionis panes, qui sabbatis in mensa aurea in Sancto constituta apponebantur; cf. Exod.* 25, 30, *et alibi. B:* superpositam consignavit alimoniam. 7) *Sulpicius Severus, Dialog. II,* 1, 4*:* in sellula rusticana, ut sunt istae in usibus servulorum, quas nos rustici Galli tripeccias, vos scholastici aut certe tu, qui de Graecia venis, tripodas nuncupatis. *Francogall. 'trépied'. Cf. H. Schuchardt, 'Der Vokalismus des Vulgärlateins' I, p.* 37. 94. 8) *Festus apud Paul. p.* 248, *ed. Müller:* Patellae, vasula parva picata, sacrificiis faciendis apta. 9) *I. e. aiebat.* 10) *Benedictiones sunt eulogiae, munera; cf. Gen.* 33, 11*:* Et suscipe benedictionem quam attuli tibi. *Cangius.*

cotidie invidiae fomitem ministrabat; aiebat, hoc ob principis dispectum aegisse cf. Gen. 37, 8. episcopum, Brittanorum origine[1] ortum, aliud nil quam mortis reum proclamitans. Dux rem considerans, patientiae servans custodiam, castri aditum claudere imperans, ne tantus a se recederet furore accensus vir. Ipse cum primatibus palatium egressus, viri Dei provolutus vestigiis, satis[2] pollicebatur factionem; motum muneribus mitigavit episcopum: ab humo erectus, osculum offerebantur[a] pacis et sic communem sumpserunt cybum. Caeperuntque[a] viro Dei divitias, quas non amaverat, cottidianis insistere chronis[3] atque augescere loca.

(27). Cum quadam die vir Dei domui[a.4] proprii villa publice Frigisingas site demorasset, molestia corporis contigit[a], ut more solito in vicino monte beati Stephani oratorio minime venire quivisset, matutinas Deo solvere laudes. Clerum suscitans, illuc[a] ire praecipit, hisque ascendentibus, vox psallentium in ecclesia in obviam facta est coris, tantaque concordia modolaminis magis ac magis audientium auribus perstrebebat[a], quanto eminentiae[a. 5] propinquius[b] veniebant, ex fenestris et tecto tanta vim claritas luminis radiebat[c] per latera montis, ut diei superaret claritatem[6]. His festinantibus, ecclesie ianuam ingressi, tantus[d] claritatis fulgor evanuit: odor namque incredibili suavitatis flagrantia inundabat[7], ut per triduum non abducte[8], sed quasi naris praesentiae sitae aestimabantur. Nimio pavore perterriti velut mortui humo ruebantur[e] alii ante foribus[f] ecclesiae[g], alii limina ingressi; qui ex tanta experti[9] terrore, vires receptos[h], domui confugebant[i], sententiam viro innotescebantur[k] Dei. His auditis, se illic[l] deferre praecipiens, et ibimet ad manendum domum construere exiguum[m] iussit.

(28). Cum autem ministri in aquarum fatigatione in tam[a] celsitudine se

I. Capp. 26—28. 1.

Cap. 26. a) *ita* 1.

Cap. 27. a) *ita* 1. b) *ita scripsi;* propinquus 1. c) *m. al. corr.* radiabat 1. d) *ita pr. m.*, tantę *m. al.* 1. e) ur *eras.* 1. f) *m. al. corr.* fores 1. g) *ita* 1. h) *ita pr. m.*, receptas *m. al.* 1. i) *ita* 1. k) ur *fere eras.* 1. l) *m. al. corr.* illuc 1. m) *m. al. corr.* exiguam 1.

Cap. 28. a) *m. al. corr.* tanta 1.

1) *His verbis contumeliosis, quae B praetermisit, veram Corbiniani consuetudinem ecclesiasticam Arbeo revelasse videtur, quae itineribus Romanis in longe alium statum vertitur; v. supra p.* 505. 2) *Scilicet satisfactionem pollicebatur; B:* satisfactionem spopondit. 3) *Chronos (χρόνος), i. e. tempus, vocabulum Graecum, quod in chartis Frisingensibus ex ore Heredis conscriptis a Sundarherio a.* 774 *(ed. Bitterauf l. l. p.* 93*):* perarare nomina debemus chronique prius, quod erat in anno XXV. d. et i. Tassilonis ducis, *et a Heripaldo a.* 776 *(Bitterauf p.* 97*) legitur:* chrono superius conprehenso. 4) *B:* in episcopio Frigisingas. *Anno* 772. *traditio facta est (Bitterauf l. l. p.* 70*):* ad domum episcopalem, sancte Mariae honore suffulti, castro Frigisingas site ecclesiae, *et eodem fere tempore (MG. Concilia II, p.* 97*) episcopi et abbates Baiuvariae inter se convenerunt, ut pro defuncto sodali episcopus 'in domo sua, id est episcopale', abbas in coenobio missas canendas curarent.* 5) Ecclesiae *B. Eminentia pro loco edito supra accipitur, dum alibi ad nobilitatem generis spectat; cf. supra p.* 578, 20, *et traditionem Frisingensem Ortlaipi de Helphindorf a.* 772 *(Bitterauf l. l. p.* 78*):* homo eminentiae *(i. e. eminentia)* cuncta praecellens. 6) *Cf. Greg. Dial. II,* 35: tantoque splendore clarescere, ut diem vinceret lux illa, quae inter tenebras radiasset. 7) *Cf. Greg. Dial. IV,* 14. 16. 8) *Scilicet 'ut p. tr. nares non abductae, sed q. in praesentia sitae aest.'.* 9) *Pro 'expergiti', sicut apud Fredegarium; cf. SS. rer. Merov. II, p.* 562.

fugisse montis conquererent et eam deferendo tot spatii[a] desudare murmurarent, quadam die episcopus diluculo consurgens, solus montis latera considerans, iuxta oratorium plagis meridiane in orationem humo se prostravit. Ea conpleta, baculo, a quo sustentabatur, humi infixit. Dum paulisper perfodiret, tanta aquarum[1] habundantia desudabat, ut ad omnem utensiliam[2] cellulae sufficeret ministerio[b], insuper ut[c] usque ad imam montis crepidinem deflueret et, eo vivente[d], numquid[d*. 3] deesset. Cum autem vir Dei obisset et eius corpus a nobis ablatus[e] fuisset[4], per XL annos humus aridus[f] sine aqua remansit[g]; eo iterum adducto[5], in pristinam habundantiam aquam ministrabat, cuius nostri assertioni intuentium oculis ipse testatur fons[6]. Sed ad[h] historiae narrationis redeamus ordine[i. 7].

(29). Cum quadam die vir Dei ad castrum[8] ire[a] vellisset vespertinas ad[b]

I. Capp. 28. 29. 1. 2 *(a l. 5)*.

Cap. 28. a) *m. al. corr.* spatiis 1. b) *in* ministerio *redit* 2. c) *om.* 2. d) veniente *pr. m.* 2. d*) *m. al. corr.* numquā 2. e) *m. al. corr.* ablatum 1. f) *m. al. corr.* arida 1, *et sic* 2. g) remensit *pr. m.* 2. h) *m. vetusta superscr.* 2. i) *m. al. corr.* ordinē 2.

Cap. 29. a) *ita pr. m.*, ire voluisset *m. al.* 1; ire velisset 2. b) *m. al. corr.* cod 1.

1) *Exemplo Moysis (cf. Exod.* 17, 6*; Num.* 20, 11*) et Benedicti, de quo persimile miraculum enarravit Gregorius, Dial. II,* 5. 2) *Chartae Frisingenses a.* 743. *et* 757 *(Bitterauf l. l. I, p.* 27. *et* 36*)*: iumentas, pecodes et omnem utensiliam, *cuius formulae loco in charta Karoli maioris domus a.* 723 *(MG. Dipl. I, p.* 99*)*: mobilibus et inmobilibus *legitur, et intelleguntur quaecumque erant bonorum commoda (nobis 'nutzungen'); cf. chartam a.* 772 *(Bitterauf I, p.* 71*)*: reliqua autem utensilia, id est campis, pratis, pascuis, silvis, aquarumque decursibus et quicquid nostris ditionibus esse videtur, haec autem omnia loci huius utensilia. 3) *B:* numquam. 4) *Infra c.* 35 *sqq.* 5) *Anno* 765*; cf. infra c.* 41 *sqq. Ex hoc loco annum emortualem Corbiniani computari licet; cf. supra p.* 508. 6) *'Korbiniansbründl' apud S. Stephanum, cf. F. X. Sulzbeck l. l. p.* 93*; M. Fastlinger, 'Das Todesjahr des H. Korbinian' (v. Deutinger, 'Beiträge z. Gesch., Topogr. u. Statistik des Erzb. München u. Freising VII, N. F. I', p.* 1*, Monachii* 1901*). Auctor carminis 'De Timone comite et de miraculo fontis sancti Corbiniani' post a.* 834. *ad Hludowicum Germanicum scripti (MG. Poetae lat. medii aevi II, p.* 120 *sqq.) originem fontis his versibus (v.* 95 *sqq.) celebravit:*

Corbinianus eum Christi de munere praesul
Iussit inexhaustas fundere semper aquas,

vimque eius mirabilem pluribus cecinit, qui aegros sanasset, canibus vero inde bibentibus exaruisset, deinde precibus, ieiuniis, crucibus imploratus 'cambutta' Corbiniani adhibita:

Affuit et cambutta patris quam suspicit arca
Eius pendentem desuper ossa fovens,

iterum exsiluisset (v. 131*)*:

Hanc nec durat hyems, torrente nec aret ab aestu,
Nec sentit solem nec pavet alluviem,

denique cani comitis perniciem attulisset inde bibenti. Cambutta, scilicet baculum, quo Corbinianus fontem illum elicuisse dicitur, teste Ioanne Freiberger, V. Corbiniani (ed. Finauer l. l. p. 91*) 'adhuc pendet coram summo altari cathedralis ecclesiae Frisingensis', id quod etiam C. Meichelbeck I, p.* 24*, contendit.* 7) *In epistula, quam Heripald 'iussus ex ore Heredis episcopi' a.* 769*, die* 20. *Ianuarii scripsit, haec leguntur (Th. Bitterauf, 'Die Traditionen des Hochstifts Freising' I, p.* 58*)*: Sed ad superioris redeamus ordinem. *Cf. supra p.* 527. 8) Frigisingas *add. B.*

beatae[a] Mariae[b] ecclesiam persolvendas laudes, cui Deo auctore deservimus, ecce! quaedam mulier rustica cum munere sibi in obviam facta est, maleficiis[c] suspitione viro Dei iam ante devulgata, cum que[d] honosti[e] carnium ibant viri et animal vivum deducebant. Quam[f] vir Dei cum intueretur, subtiliter inquirebat, quaenam illius fuisset adventus. Invida mulier: quendam[g] iuventutis flore[1] ducis sobole[h] quibusdam occultis daemoniorum[i] intuitibus[2] fuisse commotum, quem suo nefando carmine[3] et inlecebris[4] artibus perduxisse ad salutem[5]. Quibus dictis, vir Dei vehementer expavit, ex equo prosiliens, in tanta[k] furore commotus, ut ipsam iam anem[l.6] propriis cederet manibus et cuncta sibi[7] data pauperibus ad portam distribueret civitatis. Introitum urbis amisit[8]; domi reversus, perfidiam ducisse[9] deflere non cessabat. Sotiaque[m] antiqui hostis, ut serpens in paradiso, cf. Gen. c. 3, 1. mulier, sparsis crinibus, viris[n] receptis[o], cruentatam faciem ducisse[p] flebile[q] demonstrabat voce; quam intuita[r] furore incensa, vultu mutato[s], vim aspicientibus[t] demonstrabatur[u]: veneno[v] episcopi vitam insidiare conabatur, sed prodere ea viro distulit; latenter insidias suoque praeparans laqueo, cuidam[10] vocabulo Ninoni silenter praecipiens, cum ab eadem villa recessissent[w], collectis famulis, episcopum interemissent.

(30). Cum quadam die ad aliam se mutassent[a] generaliter villam, his transeuntibus, quidam pernitiem insidie[b] per fratrem suum[11] beate[c] memoriae nutrito-

I. Capp. 29. 30. 1. 2.

Cap. 29. a) beatine *corr.* beatę 1. b) memoriae *pr. m.* 2. c) malefiis 2. d) *m. al. corr.* qua 1. e) *m. al. corr.* honusti 1; onusti *B*; honesti 2. f) quod 2 *et Pertz cum B.* g) q[u]endam 1; quendem 2, *corr.* h) *m. al. corr.* sobolem 1. i) dem. 2. k) *m. al. corr.* tanto 1. l) *m. al. corr.* anum 1; canem *m. retusta corr.* anam 2. m) *ita* 1; sociaque 2. n) *m. al. corr.* viribus 1. o) receptas 2, *corr.* p) *corr.* ducise 1. q) *m. al. corr.* flebili 1; flebilē 2, *corr.* r) uxor praedicti principis *m. al. add.* 1; incesta uxor principis *add. B.* s) vultum utato *pr. m.* 1. 2. t) *ita* 1. 2. u) ur *eras.* 1. v) *ita* 2 *et fortasse* 1; veneni *Riezler;* vim veneni *B.* w) *ita* 1; recesset *m. al. corr.* recessissent 2.

Cap. 30. a) *corr.* mutasset 1. b) *m. al. corr.* insidiarum 1; insidiae 2. c) beatae 2.

1) *Cf. Greg. Dial. I, prol.:* iuventutis flore. 2) *I. e. visionibus. B:* inlusionibus. 3) *Litterae Gregorii papae Martiniano, Georgio, Dorotheo 'euntibus in Baioariam' datae c.* 9 *(MG. LL. III, p.* 454*):* Ut incantationes et fastidiationes sive diversae observationes dierum kalendarum, quas error tradidit paganorum, prohibeantur, sicut maleficia et magorum praestigia seu etiam sortilegorum ac divinantium observatio execranda. *Concil. Neuchingense a.* 772. *c.* 4 *(MG. Conc. II, p.* 100*):* ne forte carminibus vel machinis diabolicis vel magicis artibus insidiantur. 4) *V. supra p.* 578, *n.* 1. 5) *B addit:* et exinde haec exenia deportare. 6) *Anus in genetivo et dativo singulari facit etiam 'anuis', 'anui'. Forcell. et Thes. ling. Lat. II,* 199. 7) *Immo 'ei'. B:* cuncta quae cum ea portabantur exenia. 8) *I. e. reliquit.* 9) Principis *B.* 10) *B insulse addit:* secretario suo. *Agitur potius de vicario (infra p.* 586, *l.* 2*) aut subactore (p.* 586, *l.* 18*), scilicet de iudice secundo Frisingensi, qui post comitem enumeratur (charta a.* 807/8, *Bitterauf I, p.* 238: Mezzi comes. Engilperht vicarius*) et alibi centenarius appellatur (charta a.* 819; *Bitterauf I, p.* 369: Engilberti centinarii; *cf. G. Waitz, 'VG.' III,* 2, *p.* 393, *n.* 3 [2]*). In vetustissima charta Frisingensi a.* 743. *data inter testes signa utriusque iudicis deprehenduntur (Bitterauf I, p.* 28*):* Anulo iudicis *et* Reginoni iudicis, *quibus in charta a.* 760. *signa* Raginoni presidi *et* Cundpaldi iudicis *respondere videntur, atque Ragino 'ad genealogiam quae vocatur Fagana' pertinebat, unam e quinque gentibus nobilibus Baiuvariorum.* Ninonis *nomen quod supra legitur satis alienum unde venerit ignoro, nisi illud cum posteriore parte nominis* Raginonis *comparaveris, qui iudex etiam Arbeonis aevo munere suo fungebatur.* 11) *Auctor B Ermbertum fratrem Corbiniano distincte attribuit his verbis:* per fratrem ipsius episcopi, *sed ad*

rem meum Ermbertum[a, 1] viro Dei mandare curavit, quod eadem nocte mulieris insidiae a praefato vicario occideret, nisi se mutationis[2] loci studiose salvaret[b]. Qui reversus, cuncta viri[3] Dei dicta disponens, quibus machinis laqueatus esset, nisi se studiose prudentiae abstraxisset, his dictis fidem fecit[4], noctis intempesta silentio[5] occulte ad aliam equitabatur[c] villam. Eodem sequente crepusculo, ecce! praenotatus Ninus, collectis famulis, domum circumdat viri Dei; quem[d] dum diligentissime scrutarentur, cure[6] se repraehensos in necem episcopi, et minime repererent[e], cuncta evertentes, vacui reversi sunt. Ipse autem, sumpto secum clero, locum amisit[7], Maiense[f] castro se contulit, per quendam ex suis ducisse[8] summe mandare curavit, quod sub omni celeritate ipsa in foveam, quam viro paraverat[g], cum suis rueret, Dei gloriam ammittere regni, inopie[h] consumptam vitam finire. His auditis insidiis, viri Dei summus princeps a suae conposite[i, 9] coniuge per directos episcopum nitebatur ad se reverti. His dicentibus, nihil declinans agebat[10] oportere Zezabelis[k] insidias cavare[l]. His dictis, reversi sunt; sed quibus insidiis vindicta foret secuta, scribendi stilum[m] minime abstrahere opinor.

(cf. Prov. 26, 27.) (cf. 3. Reg. 19, 2sq.)

(31). Ipse[a] praefatus etiam et carus puer, quam[b] nefando carmine praenotata[c] machinis diaboli praecantabat mulier, vivendi finem fecit. Eo mortuo, Crimoaldus[d] ab[e] insidiatoribus interemptus est. Praefatus subactor[11], qui in necem episcopi collegium fecit, probram[12] pertulit mortem: in necessum[f, 13] dum purgare iret alvum, lantie[g] icto[h] vivendi finem fecit. Ad ultimum[14] praenotata coniux[i]

I. Capp. 30. 31. 1. 2.

Cap. 30. a) Erinbertum (?) *pr. m.* 2. b) *ita* 1. 2 *cum B.* c) *m. al. corr.* equitabat 1; aequitabatus *corr.* equit. 2. d) Quam 2. e) *m. al. corr.* reperirent 1. f) *m. al. corr.* Maiensi 1, *et sic* 2. g) paravarat *pr. m.* 2. h) inopiae 2. i) compositae con:iuge, *ras.* g 2. k) *ita* 1 *et m. al.* 2 *(cf. Ionae V. Col. l. I, c.* 18*)*; Gezabelis *pr. m.* 2. l) *ita* 1; cavere 2 *cum B.* m) stulum *pr. m.* 1.

Cap. 31. a) In se *pr. m.* 2. b) *m. al. corr.* quem 1. c) praenotato 2, *corr.* d) *ita corr. e* Crimoaldos 1. e) *versu exeunte m. vetusta suppl.* 2. f) *m. vetusta corr.* necessarium 2. g) *m. al. corr.* lantee 1; lanceae 2. h) ictu 2. i) coniunx 2 *(pr. m.)*.

textum A 'frater' potius ad 'quidam' referendus videtur esse, ita ut 'quidam' fratre suo usus esset, qui Corbiniano insidias nuntiasset. Licet is 'unigenitus' supra c. 2. *dictus sit, tamen in c.* 33. *non solum carnalis eius frater ab auctore primigenio A commemoratur, sed etiam 'Ermbertus' idem ab auctore B dictus est neque facile inter duos locos distinguendum videtur esse. Ermbertus autem frater Corbiniani fuisse nequit nisi maior natu monente Meichelbeck l. l. p.* 25, *sique Corbinianus unigenitus matris fuisset, fratrem eodem patre natum esse oporteret, monente S. Riezler p.* 233; *v. supra p.* 522. 1) *Ermbertus vel 'Eremberccht' episcopus Frisingensis a.* 739. *institutus est, quo Bonifatius totam Baiuvariorum provinciam in quattuor dioeceses divisit (V. Bonifatii auctore Willibaldo c.* 7, *p.* 38; *supra p.* 509*), atque antiquissima charta traditionis ecclesiae Frisingensis a.* 743. *data eius meminit (cf. Bitterauf l. l. p.* 27*), qui non post Kal. Ian. a.* 747. *defunctus est; cf. supra p.* 510. *'Ermperhtus' episcopus in ordine episcoporum vel abbatum defunctorum vetusti Libri confraternitatum monasterii S. Petri Salisburgensis (MG. Necrologia Germaniae II, p.* 26*) locum post Vivilonem episcopum Pataviensem occupat.* 2) Mutatione *B.* 3) *Lege: 'viro Dei dicta exponens'.* 4) *B:* adhibuit. 5) 3. *Reg.* 3, 20 *(= Greg. Dial. III, 4):* intempestae noctis silentio. 6) *I. e. 'cura, vel potius solliciti, ne deprehensi essent in nece episcopi'.* 7) *Cf. p.* 585, *n.* 8. 8) *B:* principi demandavit. 9) *I. e. 'His aud. ins., viro Dei a sua coniuge compositis, s. pr.'.* 10) *I. e. aiebat; B:* dixit. 11) *Scilicet Nino, qui supra c.* 30. vicarius, *ab auctore B autem* secretarius *dicitur.* 12) Probrosa morte *B. Probi Append.* 201, 27. *ed. Keil:* Inter probum et probrum hoc interest, quod probum iustum significat, probrum vero ignominiosum esse demonstrat. 13) *I. e. secessum vel necessarium, e quibus unum vocabulum Arbeo formavit.* 14) Pilidrud *add. B.*

in fide decepta Carolo Gallis secuta[1], amissa potestate et gloriae decorem, propriis exuta substantiis[a], nil quam asellum sub vectigali[2] possidens, quem secuta in Italiae partibus vitam finivit. Ceteri, qui ex illius prodebantur[3] utero[b], tante[c] pulchritudinis forme, sub[4] multa tribulatione regno privati vitalem amiserunt flatum sicque viri[5] Dei consummati sunt[d], ut, ex illis ne qui[e. 6] essent, dubium non est. 725.

(32). Hucpertus cum intrasset in regnum[a], cum omne[b] dulcedine et summe[c] honoris culmine virum Dei revocitans[7], quem in tanto venerabatur honore, dignus ut erat meritis, et sibimet sacro fontis sociavit lavacro[8].

(33). Cumque exitus viri Dei adpropinquasset, ut vitam mutare debuisset, tempore[a] migrationis non ignarus, suum carnalem Italiae direxit fratrem[9] ad totius principem genti[b], ne ab ipso[c] patrimonium[10] ab eo auferret, et suum recipere sepulturae praeciperetur corpusculum, quem ibidem beato Valentino deputavit vivus, quia eosdem[d] castros dominabantur in tempore Longobarthi[e. 11]. Hoc octabo ante obitum suum mandare curavit die, et horam egressionis[f] praedicens[g], alium ex suis quendam suum duci[12] direxit[h] et suum praedicit obitum, votis deposcens consummationem[i], ut cadaver deferre imperaret, ubi vivus pollicebatur.

I. Capp. 31—33. 1. 2.

Cap. 31. a) substantus *corr.* substantur 2. b) utere *pr. m.* 2. c) tantae puchritudinis formae 2. d) s::t *m. al. corr.* s̄ 1. e) nequi essent 2; nequi esset 1; nequitie *Riezler.*

Cap. 32. a) reguum 1, *corr.* b) omni 2. c) *m. al. corr.* summo 1, *et sic* 2.

Cap. 33. a) *m. al. corr.* temporis 1. b) *m. al. corr.* gentis 1. c) (ip *m. retusta suppl.*)so 2. d) *m. al. corr.* eisdem castris 1, *et sic* 2. e) *ita* 2; Longobardi 1. f) egresionis 2. g) praedicans *pr. m.* 2. h) durexit 2, *corr.* i) coms. 2, *corr.*

1) *Karolus a.* 725. *fines Baiuvariae ingressus (Breysig, 'Jahrb. des fränk. Reiches' p.* 53; *Mühlbacher, 'Reg.' I. p.* 15 ²*),* subacta regione illa, thesauris multis cum matrona quandam nomine Beletrude et nepta sua Sunnichilde regreditur, *teste Continuatore Fredegarii c.* 12, *atque Sunnichildis, neptis et Pilidrudis et Odilonis (cf. Ann. Mettenses ed. de Simson p.* 32; *Ann. Einhardi a.* 741, *ed. Kurze p.* 3*), ducis Baiuvariorum ex anno* 735/6, *successoris Hucperti, concubina Karoli post mortem Hrothrudis uxoris (cf. Ann. Petav., Laresham., Nazar. a.* 725; *SS. I, p.* 9. 24 *sq.) facta est, mater Griphonis.* 2) *Vectigalia sunt vecturae, vehicula teste Cangio. B:* asellum ad subvectionem. 3) *I. e. prodibant.* 4) *B:* cum multa tr. 5) *Intellegas:* viro. 6) *I. e. 'ut dubium non sit, quin nulli de illis supersint'.* 7) *B:* revocavit. 8) *Benedictionarium ecclesiae Frisingensis (Morin l. l. p.* 185*):* Et tunc quidem disposuisti corpora potari, nunc autem animas lavacro baptismatis expurgare. *Locum Velserus ita interpretatus est: 'Credo', inquit, 'quod principis liberos episcopus tinxerit', et similiter Suyskenus, AA. SS. Sept. III, p.* 276. *Corbinianus patrinus factus videtur esse subolis Hucperti ducis, qua re sacro fontis lavacro sibi eum sociavit, sicut Secundum episcopum Tridentinum Theudelinda regina; Paulus, H. Langob. IV,* 27; *cf. supra p.* 507. 9) Ermbertum *add. B.* 10) *Scilicet praedium ecclesiasticum a Corbiniano acquisitum; v. supra c.* 25. *B vocabulum ita interpretatus est:* sui proprii conquestus *(i. e. possessionis)* in Magiensi castro, quod sanctae Mariae tradidit. 11) *Liutprandus rex Langobardorum, maritus Guntrut, filiae Theodeberti Baiuvariorum ducis, apud quem exulaverat (cf. Pauli, H. Lang. VI,* 43*), 'initio regni sui' plurima Baiuvariorum castra ceperat (Paulus l. l. VI,* 58*), quae a.* 765. *iterum in dicione eorundem erant; v. infra c.* 41 *sq., supra p.* 511. 12) *B:* ad Hugbertum principem.

(34). Veniente iam exitus suae[a] die, balneum praeparare iussit, ex more abluens corpus, capillos totondi[b] curavit[1], veste[c] indutus, sacrificium ex more obtulit Deo, viaticum[2] propriis recipiens manibus. Missarum conpleta sollemnia, domum ingressus, post tanti[d] Christi perceptione[e] corporis[3] vinum deduci[4] iussit: accepto calice, modicum sumpsit. Eum propinatori[5] manibus deponans[f], nihil Sept. 8. doloris simulans, signum salutis capiti pressit et vivendi finem fecit[6]. Qui a ministris in beatae Dei genetricis Mariae ecclesiae traditus est sepulturae[7], funere ingenti tanti amissionis[g] patris.

(35). His[a] principe[8] reversis summo directis cum summis imperio curis, ut corpus tanti deferre deberentur[b] patris ad locum, quem poscebatur[c] vivus[d, 9]; qui XXXmo ab humo deductus[e, 10] die tam vivi similis forma repertus est, quasi valens somnum pertulisset vivus. Confluebant namque multitudo virorum ac mulierum quasi ad ingens spectaculum; tanti pontificis lamentabantur abcessum[f].

(36). Cumque[a] corpus pontificis plaustri opposuissent[11], circumdata multitudine, quadam[b] puella cum sibi sotia secretius stabat vocabulo Magata[12], cumque[c] illam sistrix[13] inquereret[d], quid episcopo agerantur[e], ipsa namque nefandum[f] intulit sermonem, sue[g] lasciviae animi sotium inlecebri[14] concubiti[h], quod hoc illi egisset, sui sermonis inprovida sociam diludere[i] vellens[k]. Cui statim divine[l] virtutis vindicta secuta est: dextra flexebatur[15] crura[16], calcaneum natie[17] tenus rigebatur. Quae in sua permansit claudicatione usque in praesentem diem[m]; binis[n] sustentatur baculis, unius pedis utitur gressus[o], sed, ut puto, in confessionis atque orationis studio modo[18] perfectam gerens vitam[19].

I. Capp. 34—36. 1. 2.

Cap. 34. a) *m. al. corr.* sui 1. b) *ita* 2; detondi 1; tondere *B.* c) vest& 1. d) *m. al. corr.* tantam 1. e) *ita* 2; perceptionem 1. f) *ita pr. m.* 1; disponens *pr. m.* 2; *m. al. corr.* deponens 1. 2. g) *m. al. corr.* amissione 1.

Cap. 35. a) *m. al. add.* a 1, *habent* 2 *et B.* b) *m. al. corr.* deberent 1. c) *m. al. corr.* poscebat 1. d) vivum *pr. m.* 2. e) deductōs, *pr. m. corr.* 2. f) *ita* 1. 2.

Cap. 36. a) cum quo 1. b) *m. al. corr.* quedam 1. c) cum quae *pr. m.* 1. d) inquireret 2. e) agerentur 2. f) *ita* 1. 2. g) suae 2. h) concubitus *pr. m.* 2. i) deludere 2. k) *m. al corr.* volens 1. l) divinae 2. m) *m. al. corr.* usque dum vixit 1 *cum B.* n) bini 2. o) *corr.* gressu 1.

1) *B addit:* caput et barbam radere. 2) *Sacra eucharistia. Cangius.* 3) *B addit:* et sanguinis. 4) *B:* adduci. 5) *I. e. pincerna.* 6) *Anno* 725. *vel paulo post Corbinianus mortuus est; v. supra p.* 508. *Colitur die* 8. *Sept., scilicet festo nativitatis Mariae; cf. supra p.* 507. *Petrus de Natalibus VIII,* 54: Devotus virginis gloriose die nativitatis eius in pace quievit, videlicet VI. Idus Septembris. 7) *Teste interpolatore B pluvia et procella per* 30 *dies (cf. l.* 11*) continuos taedium defuncti indicabant, in ecclesia Valentini requiescere desiderantis.* 8) Hucberto *add. B, sed priorem legatum Corbinianus ad Liutprandum regem miserat, qui 'totius princeps gentis' supra c.* 33. *appellatur, locumque ita construas:* His directis *(scilicet legatis)* a summo principe reversis cum imperio summarum curarum *(*summe cure *infra c.* 42*); ut utraque legatio et in Italiam et ad Hucpertum missa comprehendatur.* 9) Magias *recte B, qui add.:* ut ibi in aecclesia sepeliretur sancti Valentini. 10) *I. e. ex humo adductus, prolatus.* 11) *B:* inposuerunt. 12) *Goth. 'magaþs', i. e. puella.* 13) *Ea quae adstabat. In codicibus B* 9. 9*a. b* socia *legitur; v. p.* 553. 14) *V. supra p.* 578, *n.* 1. 15) *B:* flectabatur. 16) *B:* femur eius dextrum. 17) *I. e.* nate tenus. 18) *Auctor B, ut erat posterior, hoc miraculum ita conclusit:* vitam multis duxerat annis. 19) *Mira-*

(37). Viri Dei Vallenensium[1] aducentibus corposculum[a] cum venisset partibus, quidam nobilis tam genere quam forme[b] Romanus, Dominicus[2] vocabulo, Preonensium[c, 3] plebis[d] concives, magnis vexabatur febribus. Ad viri Dei corpus dum venisset, confidenter atque sanitati fidus se subtermisit[4]: altero latere[e] surrexit, pristinae restitutus sanitati tam valenter, ut proprium[f] prosiliens[5] equum, Dei virtutem conlaudans, domui[g] reversus est. Ministri vero viri[h] Dei dum ad castrum Magensem cum corpore[i] devenissent, ad ipsam portam urbis a custodibus Longobardorum repulsi sunt; agentes[6], viri Dei hoc nequaquam[k] fuisse corpus, sed machinis[7] fore insidias, ut urbem capere quivissent.

(38). His dicentibus, ecce! litteras[a] a Papiense summo pervenerunt regi, qui tanti viri corpus praecipiebantur[b] cum summa[c] honore suscepi[d]. Eo suscepto, vasculum aperuerunt, ut experimento dedicerent[e] veritatis probamentum. Cumque pallium sudarii[8] abstraxissent, cum quo facies illius fuerat velata, ecce![9] sanguis ex naribus viri Dei egrediebatur calidus, qui inter tot montium spatia fuerat contactus[f, 10], et tante pulchritudinis forma et corporis color, quantam prius gestabatur[g] vivus. Tunc una voce himnificabantur[h, 11] Deum; cum summa reverentia beati, ut ipse disposuerat, Christi confessoris ecclesiam[12] Valentini humo[i] tradiderunt.

I. Cap. 37. 1. 2 *(ad l. 7). Cap.* 38. 1.

Cap. 37. a) corpusc. 2. b) forma 2. c) *m. al. corr.* Veronensium 1, *et sic B* 9 *(v. supra p.* 543*).* d) plepis *pr. m.* 2. e) latare *pr. m.* 1. f) propriū 2, *corr.* g) *m. al. corr.* domum 1. h) *om.* 2. i) *in* corpore *desinit* 2, *quaternione deperdito.* k) nequam *pr. m.* 1; *cf. p.* 590, 10.

Cap. 38. a) *m. al. corr.* litterę 1. b) ur *eras.* 1. c) *m. al. corr.* summo 1. d) *m. al. corr.* suscipi 1. e) *m. al. corr.* didicerent 1. f) *ita pr. m., m. al. corr.* contractus 1; adportatus *B*; intactus *coni. P. Geyer.* g) ur *eras.* 1. h) *m. al. corr.* hymnificabant 1. i) *m. al. corr.* sepulturae 1, *et sic B; cf. p.* 591, 1.

culum quod in B subsequitur sanguinis calidi e naribus corporis emanantis exemplo c. 38. *iteratum, sed vase fictili auctum est, quo sanguinem collegissent, cumque illud in castris terra cooperuissent, corpus Frisingas reportantibus sanguis tam recenti colore quasi viventis visus est, ita ut ecclesiam eo loco aedificassent. V. supra p.* 539. 1) *I. e. 'Cum corpusculum viri Dei, adducentibus (scilicet ministris), in partes Vallenensium venisset'. Vallenenses sunt incolae vallis Aeni fl.; cf. K. Zeuss, 'Die Deutschen und die Nachbarstämme', p.* 587. *In 'Vallenensium pago' villae Polling, Flaurling, Imst (BH. Innsbruck et Imst) sitae erant, quas ecclesiae Scarantiensi Reginpertus a.* 763. *ea condicione concessit (Bitterauf l. l. p.* 47*), ut ecclesiae S. Mariae et episcopo 'inconiacentis diocesis' Frisingensis illa censum redderet.* 2) *Dominicus quidam presbyter ecclesiae S. Mariae Rotae (Rott ad Aenum fl.) a.* 769. *pracerat; cf. Bitterauf p.* 57. *Nomen illud apud Baiuvarios in Minig degeneratum una cum lingua Romana usque in finem saec. XIV. in valle Venustica perstitit; cf. de Ottenthal, 'Mitth. des Instituts für Oesterr. Geschichtsforsch.' II, p.* 113 *sq.* 3) *De Breonensibus v. supra p.* 500 *sqq.* 4) *Infra c.* 46*:* summissus. 5) *I. e. insiliens.* 6) *I. e. aientes.* 7) *Cf. Concil. Neuchingense a.* 772, *c.* 2 *(MG. Concilia II, p.* 100*):* Ut nullus furtivam rem, tam in equis et quadrupedibus quam in reliqua subpellectilia, extra finem Baiuvariorum venundare vel machinis diabolicis exterminandi insidiis tegi. 8) *Sudarium est veli quo caput tegitur species. Cangius.* 9) *B addit:* iterum; *cf. supra l.* 27. 10) *Contingere est tangendo conspergere, ungere, tingere; cf. Sen. contr.* 9, 2 *(*25*),* 5: contactam sanguine humano mensam. *Thesaurus linguae Latinae IV, col.* 714. 11) *Hymnificare i. q. hymnos cantare.* 12) *B:* in ecclesia sancti Valentini confessoris Christi.

(39). In[a] cuius tertiae post sepulture noctis medie[a. 1] tante claritatis lumine reperte sunt cereae ardentes, qui diei vincerent[2] vulgorem[b] et candoris superaret[c] nivem[3].

Sept. 8. (40). Quadam vero die dum puer parvulus in ipsius viri Dei sollemnia[a] noctis secus muris[b] ecclesiae[4] incaute decurreret, pede lapsus in praecipitium devolvebatur castri. Erat ibi tante[c] altitudinis spatia[d], ut intuentibus pavor insistit, ad montisque ipsius latere crepidinis Passires[5] amnis suis intumescit fluctibus. Quis enim estimabatur[e] aliud quam mortuum[f], repertus si fuisset, saxarum[g] aciebus, divisus scopulis ingentis[h], sicut huius urbis forma declarit[i], et ad ima montis si pervenisset, nequaquam flumen evadere potuisset? Qui dum irent, cadaver querentes, amne super pontem amissi[k. 6], contemplabantur puerum saxo cuidam coherenti[l] et ipsius fluminis secus positi; areptis[m] funibus, per saxorum se immiserunt cavernas usque ad iacentem, quem querebantur[n]. Qui non tantum[o] vivus, sed etiam inlesus repertus est et[7] ad pristinam deportatus stationi[p], nostrisque temporibus, dum non propriis meritis, sed divine largitatis munere huius episcopatui praeesse fecisset[8].

(41). Et dum beatae[9] proantecessoris nostri Iosepphi[10] dignisque meritis episcopi Christi confessoris corpus Valentini, qui olim a Longobardorum genti a prae-

I. Capp. 39—41. 1.

Cap. 39. a) *m. al. corr.* Post sepulturam vero tertia nocte media 1, *et sic B.* b) *m. al. corr.* fulgorem 1. c) et candorem superarent nivis *B.*

Cap. 40. a) *m. al. corr.* sollemnitate 1, *et sic B.* b) *m. al. corr.* muros 1, *et sic B.* c) *ita* 1. d) *m. al. corr.* spatio 1. e) *m. al. corr.* estimabat 1. f) *ita* 1. g) *m. al. corr.* saxorum 1. h) *m. al. corr.* ingentibus 1. i) *m. al. corr.* declarat 1. k) amisi *m. al. corr.* amisso 1; transgresso *B.* l) *m. al. corr.* inherentem 1, *et sic B.* m) *m. al. corr.* arreptis 1. n) *m. al. corr.* querebant 1. o) *ita B;* tam̄ (*i. e.* tamen) 1; *cf. p.* 592, 20. p) *m. al. corr.* stationem 1.

1) *I. e. 'In tertia nocte media post eius sepulturam'.* 2) *Cf. Greg. Dial. II,* 35: tantoque splendore clarescere, ut diem vinceret lux illa. 3) *B addit:* magnusque ibidem et optimus secutus est odor, qui illic permansit usque ad matutinorum sollemnia. 4) *B:* secus muros civitatis, *qui auctor ecclesiam Valentini ibi sitam fuisse existimavit, ubi castrum Maiense fuerit, dum C. Stampfer l. l. p.* 340. *castrum infra ecclesiam collocatum esse statuit, scilicet in loco qui hodie Meran dicitur, sed verba:* in praecipitium devolvebatur castri *ita vix assequor, interpretationem B anteponens. Stampfer cavernas in monte Zenonis deprehendisse sibi visus est, dum alii, e. gr. B. Mazegger l. l., easdem in sinistra Passeris ripa e regione illius montis conspexisse volunt. Pons lapideus prope Meran, 'ubi itur versus Steinach' a.* 1330. *commemoratur (D. Schönherr l. l. p.* 21*) hodieque appellatur 'steinerner Steg'.* 5) *Passer fl. Athesim influens.* 6) *B:* transgresso: *cf. p.* 593, *l.* 12: amissa montana. 7) *B auctor posterior ita pergit:* quique etiam divinae largitatis munere ipso praeerat postea episcopatui multis diebus. 8) *Arbeo scilicet biographus, qui haec de se puero rettulit; cf. supra p.* 513. 9) Memoriae *supplevit S. Riezler; cf. V. Haimhrammi c.* 45: prodecessore nostro beatae memoriae Ioseppo episcopo. *At auctor B recte:* corpus beati Valentini confessoris Christi *(cf. p.* 589, 16*), cum reliqua ita intellegas: 'dum a proantecessore nostro Iosepphо d. q. m. episcopo — traditum fuisset'.* 10) *Iosephus episcopus Frisingensis mense Februario a.* 747. *iam ordinatus erat (v. supra p.* 510*), 'proantecessor' i. e. decessor Arbeonis, cumque chartae a.* 763. *die* 29. *Iunii datae testis fuerit (Bitterauf, 'Die Traditionen des Hochstifts Freising' I, p.* 48*) dieque* 17. *Ianuarii in ecclesia Frisingensi coleretur, die vero* 7. *Maii a.* 765. *Arbeo iam 'publicam synodum seu aliud placitum'*

notato fuerat abstultum[a][1] castro et in Trigentino[b] sepulturae traditus est urbe et exinde a venerabile et Deo devoto inlustrissimo Tassiloni[2] venerando duce fuerat deportatus[c] et ad meliorem deputatus insolam[d][3], domui et ecclesiae episcopo sepulturae traditus fuisset, coepi[e][4] inter memet ipsum conquirere, quid de tanti patris corpore agere debuissem: quia debitas[f] honores illic[5] minime deferre quiveram et ipsum reducere minime praesumebam, divino me contuli consilio. Generaliter fratres nostros[6] convocavi, tantum sacerdotes in concilium fiere[g] decrevi et 765, Mai. 7.
his cordis perplexas cogitationes in medium detuli, quomodo vir sanctissimus nostrae curae deiectus[7] sine decoris officio et sepę paupertatis necessitate et nobis[8] tante absentiae sine lumine remanebat, et quod illius beati Valentini confessoris Christi inde abductum fuerat corpus, per quem illuc deducere suum decreverat. Inito generali cum his consilio, ut per triduanum[h] nostra diocesę fieri deberetur[i] ieiunium, psalmodia sine intermissione atque missarum per singulas cotidię in eodem celebrationes indicto ieiunio, ut sub omni silentio sub sacro ordine hoc fieri deberetur[k], divinam uno ore deposcere clementiam, ut non nostris meritis, sed suae misericordiae largitatis munere per eorum quemlibet dignaretur ostendere, sibi de eodem ut fuerit corpore voluntas, si[9] ad pristinum deberetur adduci[l] vel illuc spectaturus[10] magni[11] diei[m] foret resurrectionis[n], et ne praecipiti[o] et inprovidi contra

I. Cap. 41. 1.

Cap. 41. a) *m. al. corr.* ablatum 1. b) *m. al. corr.* Trigentina 1. c) deportatis 1. d) *m. al. corr.* insulam 1. e) *ita B;* coepit, *sed littera* t *fere eras.* 1. f) *m. al. corr.* debitos 1. g) *m. al. corr.* fieri 1. h) *m. al. corr.* per nostram diocesim triduanum 1. i) ur *perscriptum* 1. k) ur *perscriptum* 1. l) locum *m. al. add.* 1. m) *ita* 1 *cum B;* dei *Riezler.* n) *m. al. corr.* resurrectionem 1. o) *ita pr. m.,* pcipites *m. al. corr.* 1.

Frigisingae fieri iusserit (Bitterauf l. l. p. 51*), decessorem obiisse oportet a.* 764. *aut* 765. *Ceterum synodum cuius memini eandem fuisse, quae h. l. commemoratur, recte statuit M. Fastlinger, 'Das Todesjahr des hl. Korbinian' (v. Deutinger, 'Beiträge zur Gesch., Topogr. u. Statistik des Erzb. München u. Freising, fortges. von Specht', Monachii* 1901, *VII, 'N. Folge' I, p.* 1 *sqq.).* 1) *B:* ablatum. 2) *Tassilo dux Liutbergam, filiam Desiderii regis Langobardorum, in matrimonium duxerat; cf. Ann. Einhardi ed. Kurze p.* 81*; Einhardi Vita Karoli M. c.* 11. 3) *Auctor recensionis B Iosephi episcopi nomine deleto translationem a Tassilone duce factam esse statuit 'in Pataviam civitatem', quae re vera insulae nomine nuncupari poterat (v. supra p.* 510*). Certe ecclesia Stephani Pataviensis in chartis inter a.* 770—781. *aut postea scriptis (cf. Mon. Boica XXVIII, Pars II, p.* 6 *sqq.) S. Stephani et Valentini appellatur et in una earum (l. l. p.* 7*) expressis verbis scriptum est, confessorem sanctum Valentinum 'in Batabis civitate' in tumulo quiescere. Iosephus igitur corpus Valentini episcopo Pataviensi sepeliendum tradiderat.* 4) *B addit:* ego Heres licet indignus ipsius Frigisingensis sedis episcopus *et pergit:* cogitare *(pro* conquirere*). Heredis nomen ex epistula praemissa cognosci poterat, quam B praetermisit. Eodem modo Arbeo chartis subscripsit a.* 754/5 *(Bitterauf I, p.* 34 *sq.):* Ego indignus acsi peccator Arbeo archipresbiter *aut:* Ego Arbeo indignus presbiter; *cf. supra p.* 511. 5) *Scilicet in castro Maiensi.* 6) *B:* cum consilio omnium coepiscoporum nostrorum, *qui auctor monente S. Riezler errasse videtur, nam mox sacerdotes et infra septem ex nostris commemorantur, distincti a Sindperto coepiscopo. Certe publicae synodo Frisingensi a.* 765 *(Bitterauf I, p.* 52*) celebratae Arbeo 'cum omni familia S. Mariae' intererat, et enumerantur tres diaconi praecedente Arn cum tribus clericis quartoque notario, itaque etiam h. l. clerus dioeceseos Frisingensis intellegi videtur.* 7) *B:* sublatus. 8) *Ita construas: 'et tanta absentia s. l. nobis r.'.* 9) *B:* utrum. 10) *B:* expectaturus. 11) *Charta Frisingensis a.* 769 *(ed. Bitterauf I, p.* 59*):* diemque magni iudicii apud Dominum intercedat.

divinum hoc conmitteremur[a] reducendi[b] consilium et haec contra[1] pigritudine reatui subiaceremur[c] neglecti incuriae. Vale in invicem facti, recessimus unusquisque, et propriam suam perrexit ecclesiam. Sed Deo indesinentes agemus laudes, quod septem ex nostris divina per[d] visionem dignatus[e] est ostendere pietas, — sed ea[f], quibus vel qualis et visionis modum, si stilum depromendi non[2] evellimus, dies, ut opinor, prius quam sermo cessavit[g], — et insuper excellentissimo viro Sindperto coepiscopo[3], per revelationem conpertum ut fuerat, ut et ipse nos[h] indicare curavit, in ipsorum trium dierum spatia[i].

Greg. Dial. I, prol.

(42). His conpertus[a] atque fratrum visionibus monitus, ad domnum[b] et virum[c] eminentiae inlustrum[d] summumque perrexi principem[4], cui cunctis[5] cum quo qui erat satrapibus rei et summe cure gestam[e] devulgavi. Cuius cum universis consilio petendum viri Dei direxi[6] corpus.

(43). Cum autem ad praenotatum Maiensem nostri devenissent castrum et monumentum aperuissent et vasculum ex humo retraxissent anteque deposuissent altari, dieque declinato, ad vesperam gustandi tardius adtraheretur hora, inito consilio, ut alimoniam reciperentur[a] corporis: qui domum ingressi dum fuissent et ad perceptionem panis consedissent, quidam ex his oratorio permanserunt, psalmodiam devolventes[7] et tanti viri[b] corpus custodientes, ut ne ab incolis tollere[c] quievisset[d], et[e] ecce! subito sonus in ecclesiam[f] erumpens tam validus, ut vim thonitrui superaret magni et universum[g] non tantum ecclesiam, sed etiam castrum con-

cf. Luc. 9, 12.

I. Capp. 41—43. 1.

Cap. 41. a) *m. al. corr.* committeremus 1. b) reduandi 1; *infra p.* 593, 7: educendum. c) *m. al. corr.* subiaceremus 1. d) *ita* 1. e) *m. al. corr.* dignata 1. f) *ita* 1; a *Riezler*. g) *m. al. corr.* cessabit 1. h) *m. al. corr.* nobis 1. i) *post* spatia (*m. al. corr.* spatio) *eras.* d *et librarius* dierum *fortasse iterare voluit, nam nihil deest* 1.

Cap. 42. a) *m. al. corr.* conpertis 1. b) *ita* 1. c) vir: um, *ras.* a(!) 1. d) *m. al. corr.* inlustrem 1. e) *m. al. corr.* gesta 1; gestas *Pertz*.

Cap. 43. a) ur *eras.* 1. b) viri *iteratum, sed eras.* 1. c) tolleri *Pertz; m. al. corr.* tolli 1. d) *m. al. corr.* quivisset 1. e) *ita* 1; *om. Riezler.* f) *m. al. corr.* ecclesia 1. g) *m. al. corr.* universam 1.

1) *I. e. et contra haec pigritiae r. subiaceremus incuria neglectus.* 2) *Locus similis in charta Frisingensi a.* 774. *a Sundarhero ex ore Heredis conscripta redit (Bitterauf l. l. p.* 93*):* Ceteri sine numero, quorum nomina si stilo conprehendere voluissem, dies, ut opinor, prius quam defecisset vocabula. *Cf. chartam ab eodem a.* 778. *scriptam:* ita ut superius stilo deprompsimus *(Bitterauf p.* 109*), alteramque a.* 773 *(Bitterauf p.* 87*):* stilo dificile est depromere; *SS. rer. Merov. IV, p.* 456, *n.* 5. 3) *Sindpertus episcopus non Neuburgensis intellegendus est, de quo S. Riezler, 'Gesch. Baierns' I, p.* 105, *disseruit, sed monente B. Sepp potius Ratisbonensis, sodalis pacti fraternitatis (MG. Concil. II, p.* 97*), qui in versibus 'De ordine conprovincialium pontificum' provinciae Salisburgensis (SS. XIII, p.* 352, *MG. Poetae II, p.* 638*) inter episcopos Reginensis sedis ita commemoratur:*

Post hunc iam fuerat Sindbertus in ordine quartus,

subsequentibus episcopis Frisingensibus. Sindpertus a. 756. *episcopus ordinatus (Ann. S. Emmerammi minores, SS. XIII, p.* 47*) obiit a.* 791 *(Ann. Maximiani, SS. XIII, p.* 22*).* 4) *Arbeonis iter auctor B praetermittens, consilio coepiscoporum ceterorumque ecclesiasticorum et Tassilonis principis corpus translatum esse scripsit. Cf. chartam Frisingensem a.* 782 *(ed. Bitterauf l. l. p.* 123*):* a principe summo Tassilone. 5) *Ita intellegas: 'cui cunctisque qui cum eo erant satrapibus rei et summae curae g. d.'. Cf. chartam a.* 763 *(ed. Bitterauf I, p.* 46*):* per consensum inlustrissimi ducis Tassilonis et satrabum eius. 6) *Scilicet ad petendum viri Dei corpus legatos misi.* 7) *I. e. revolventes.*

movisset. Tanta namque diei fuerat serenitas, ut nubs[a] minime apparere videbatur[b], tantusque his, ecclesiam[c] qui fuerant, timor invasit, ut nimio pavore perterriti humo corruissent et velut exanimes facti viderentur. Paulolum post, vires[d] receptis, ostium penetrare[1] nitebantur ecclesiae, et ecce! domi qui erant, in obviam his facti sunt. Sic omnes ecclesiam ingressi, sub[2] magno terrore et timoris reverentiae[e] in vigiliis pernoctaverunt usque in crastinum[f]. Sed quid mirum, divinae[3] virtutis operationi dum vir Dei suum corpus ad pristinum educendum decrevisset locum, ut ingens erumperet sonus ad designandum viri Dei consensum, dum Israheliticus ad movenda populus castra vocatus fuisset, iusso[g] divino prolixius perstrepebat bucina? Itaque haec, ut praediximus, fieri, fidelium quis dubitat[h. 4]? Greg. Dial. II, 38. cf. Num. 10, 2.

(44). Sed superposito[5] feretro tanta a pedestrium[a] ductus[b] est prosperitate, ut equites[c] vix sequi potuissent. Amissa[d. 6] montana, ad amnem Eni portum[7] in obviam facti sumus cum universa subsequentium plebe.

(45). Cum letania corpore recepto, dum in quendam[a] pervenissemus campum, et ecce! quidam aridam cum habuisset manum a iuventutis flore[8], vectibus cum inposuisset, in quibus corpus portabatur viri Dei, statim restituta est, sicut et altera, tante multitudinis praesentiae, qui una voce ymnum canebant Deo. In quem locum salutiferi vixilli cum posuisset signum, tante[b] divine virtutis ostenduntur miracula, quod stilus scribendi[9] non sustinet modum.

(46). Eadem vero nocte quidam a daemonio ereptus[a], adductus ad nos dum fuisset, iam lectulo depositus, tante[b] ab inmundis vexabatur spiritibus, ut vinctum[c] a[d] fortissimis duceretur viribus[e]. Dum corpori viri Dei deducere[10] praeciperimus, his ducentibus magnis vocibus et virium nisibus conabatur resistere. Dum autem non statu rectitudinis super humum corpori viri Dei[f] summissus fuisset, spiritus ab eo inmundus exivit, ita ut ulterius huiusmodi minime contegisse probantur.

(47). Deinde vero, nos deambulantibus, in crastinum[a. 11] . . . .

I. Capp. 43—47. 1.

Cap. 43. a) *ita B cum V. Haimhrammi c.* 34; nubi *m. al. corr.* nubes 1. b) *m. al. corr.* videretur 1. c) *m. al. corr.* hos ecclesia 1. d) *m. al. corr.* viribus 1. e) *m. al. corr.* reverentia 1. f) castinum *pr. m.* 1. g) *m. al. corr.* iussu 1. h) *ita* 1.

Cap. 44. a) *m. al. corr.* pedestribus 1. b) *m. al. corr.* ductum 1. c) *m. al. corr.* equitantes 1, *et sic B.* d) *m. al. corr.* amissis montanis 1.

Cap. 45. a) quendum *pr. m.* 1. b) *m. al. corr.* tanta 1.

Cap. 46. a) *m. al. corr.* arreptus 1, *et sic B.* b) *m. al. corr.* tantum 1. c) *m. al. corr.* vinctus 1. d) o *pr. m.* 1. e) *m. al. corr.* viris 1. f) *ita* 1; *om. Riezler.*

Cap. 47. a) *ita desinit* 1 (*cf. l.* 6), *ubi verba extrema* Deinde — in cr. *m. al. erasit;* monasterium *pro* in cr. *Riezler.*

1) *B lucidius:* egredere. 2) *B:* cum. 3) *Ita construas: 'dum divinae v. operatione vir Dei'; cf. supra c.* 41. 4) *Inventio corporis tam pulchri et optimi coloris, ut quasi dormientis putaretur, et elevatio in B additae sunt.* 5) *B:* adpositus. 6) *Cf. p.* 590, *n.* 6. *B:* amissis autem Transalpinis iugibus. 7) *De portu v. supra p.* 573, *n.* 6. *Portum illum Aeni inter Kufstein et Rosenheim quaesivit S. Riezler, agmen Oeniponto in dextra fluminis ripa profectum esse statuens. Zoller vero l. l. p.* 10. *verba ad textum B interpretatus locum prope monasterium Wilten et Oenipontum situm fuisse coniecit. Ab oppido Rosenheim ad septemtrionem Ad Aenum aut Pons Aeni castrum ad traiectum Aeni fl. iacebat, idem fortasse atque vicus Pfunzen (Langenpfunzen et Leonhardspfunzen), olim Pontena appellatus; cf. A. Forbiger, 'Handbuch der alten Geographie' p.* 318[2]. 8) *Cf. supra p.* 561, *n.* 11. 9) *Greg. Dial. I, prol.:* stilus scribentis non apte susciperet. 10) *Pro 'adducere'.* 11) *De fine libri ex recensione B supplendo supra p.* 540. *disserui.*

II.
VITA RETRACTATA B.

[INCIPIUNT CAPITULA[a].

I.[b] Quomodo solitariam vitam duxit iuxta[c] ęcclesiam beati Germani confessoris in vico, quae[d] dicitur Castrus.

II. De musto conservato, cum spina proiecta est de vase.

III. De fure, qui mulam abstulit, et dorso illius coherens, ad virum Dei coactus eum[e,*] reduxit.

IIII. Quomodo fama sanctitatis eius[f] percrebuit[g], et post XIIII. annum Romam ire et ibi latitare decrevit.

V. Qualiter Romam venit et a beato** Gregorio papa venerabiliter susceptus est.

VI. Ubi sanctus Corbinianus coactus sacerdotalem suscepit benedictionem cum privilegio pallii et reversus est in Galliam.

VII. Quomodo Adalpertus[h] latro in patibulo suspensus, III. die a Pippino redditus sancto Corbiniano, vivus inventus est et valens. Quomodo[i] idem Adalpertus[h] habitum mutavit.

VIII.*** De eo, post haec reversus ad ergastulum, ubi primitus fuit, beatı Germani aecclesia[k] veniens et ibi VII annos permanens, iterum Romam ire disponebat[l].

VIIII. Quomodo dux[m] Theudo virum Dei suscepit in Norica[n], qualiterque a Grimaldi filii sui nuntiis transmissus est in Italiam.

X. Ubi ursum, qui saugmarium[o] occidit, Romam portare saugmam[p] iussit.

XI. De viri Dei equo furtive† sublato per Husingum[q] comitem.

XII. De aquila, quae ieiunanti piscem pontifici per cocum praebuit.

XIII. De Anserico, qui†† piscem XI pedum longum natans in mare conprehendidit[r] iussu viri Dei et ad litus transvexit.

XIIII. Quomodo vir Dei iterum Romanum pontificem adiit et per synodica[s] decreta ad lucra praedicandi iussus est reverti.

*) D. ab eadem adductus est 9*a*. *d*.

**) iuniore *h. l. add.* 9*a*, *post* Gregorio 9*d*.

***) VIIII *(et sic deinceps)*. Ubi vir Dei mundialem honorem non ferens, reversus ad e., ubi pr. f., in b. G. ęcclesiae foribus VII a. p. iterumque R. 9*a*. *d*.

†) ęquo per H. c. f. s. moxque de alio per praepositum regis fraudulenter ablato 9*a*. *d*.

††) qui iussu viri Dei piscem XI[t] p. l. in mari natando pugione percussit et ad l. tr. 9*a*. *d*.

II. Index. 3. 5. 9*a*. *d*.

Index. a) *laterculum capitum praemittit* 3, *post cap.* 1. *collocant* 5. 5*a*, *post* miracula (*p.* 597, 14) *exhibent* 9*a*. *d*. *e*[1. 2]; *om. rell.*; *praescr.* Cap̄ sequentis opusculi 9*a*; *praescriptio deest* 9*d*. b) *titulus I. desideratur et II. numeratur I. et sic deinceps* 5. c) in ę(e)cclesia 9*a*. *d*. d) qui 9*a*. *d*. e) eam 5. f) *m. al. superscr.* 5. g) *corr.* percrepuit 3, *et sic* (5); percrebruit 9*a*. *d*. h) Adelbertus 9*a*; Albertus 9*d*. i) *a* Q. *titulus VII. incipit, unde numeri deinde constant* 5; *titulus VIII. incipit* 9*a*. *d*. k) acclesia 3; ęcclesiam 5. l) dispo, *spatio deficiente*, 5; disposuit 9*a*. *d*. m) Theodo dux 9*a*. *d*. n) Norico 5. o) sangumarium 5; sagmarium 9*a*. *d* (*ubi* eius *add.*). p) sanginam 5; sagmam 9*a*. *d*. q) Hunsingum 5. r) *ita* 3; conprehendit 5. s) synodicā 3, *corr.* t) p. undecim 9*d*.

XV. De mortuo illo, qui*) furatus est equum eius, et per petitionem regis et aliorum a muliere eius ducentis solidis non sponte receptis.

XVI. Ubi Husingus comes obviavit viro Dei et[a] pro satisfactione equi furati duos alios optimos[b] dedit et**) CC solidos auri.

XVII. Quomodo***) coactus[c] vir Dei de praepositis custodibus Magensem[d] castrum ad praedictum Grimaldum[e] ducem maestus perrexit.

XVIII. De coniuge fratris Theodoaldi[f] a Grimaldo separata per ammonitionem viri Dei.

XVIIII. De proprietate Magense†) empta et sanctae Mariae Frigisingensi[g] traditae[h].

XX. De proprietate Chorzes[i], quam emerat nongentis auri solidis a vidua nomine Fausta.

XXI. Quomodo increpavit vir Dei praefatum principem pro††) datione sancti panis, quem per incuriam cani proiecit.

XXII. De fulgore luminis et fraglantia odoris in oratorio sancti Stephani viso et intellecto a clericis†††).

XXIII*†). [k]. De puteo, quem fodit in altitudine montis.

XXIIII. De muliere malefica manibus episcopi caesa, et qualiter Nino secretarius principis per incestae uxoris consilium episcopum occidere[l] voluit.

XXV. De**†) mortuo filio Grimaldi et eo perempto ac[m] Pilidruda, que in Galliam venit et ibi vitam finivit, et Nino occiso.

*) prius *add.* 9*a. d.*

**) et insuper CC solidos obtulit 9*a. d.*

***) XVIII. Ubi vir[n] Dei, dum Magiense[o] castrum intraret, de praep. ibidem captus cust., ad praed. G. d. invitus perductus est 9*a. d.*

†) De pr. Cainina[p] iuxta Magias[q] empta 9*a. d.*

††) propter benedictum panem, quem 9*a. d.*

†††) et quomodo vir Dei eodem[r] se deferri precepit et ibidem aliquamdiu mansit *add.* 9*a. d.*

*†) XXIIII. Ubi, ministris ob penuriam aquae ingemiscentibus, sanctus vir, oratione facta, in australi latere montis baculum humo[s] infixit, quo extracto, fons largus emanavit, qui etiam, eo vivente, numquam defuit. Sed cum post obitum beati viri corpus eius Magias[t] allatum atque humatum fuisset, statim exsiccatus per XL annos usum aquae negavit, quam tamen, eodem[u] reducto, mox revocavit 9*a. d.*

**†) XXVI. Ubi episcopo praeparatas a Pilidruda[v] insidias quidam per Erimbertum, fratrem ipsius[w], intimavit, quas ille loci mutatione declinavit.
XXVII. De mortuo filio G. et eo p. et de Nino occiso ac Pilidruda[x], quae[y] miseriis afflicta in Gallias v. ibique vitam finivit 9*a. d.*

II. Index. 3. 5. 9*a. d.*

Index. a) *om.* (5. 9*a. d*). b) obtimos 5. c) *ita* 5; *om.* 3. d) *ita* 5; Maiensem 3. e) Grimaltrum 3; Crimaldum 5. f) Theodaldi 9*d*; Teodaldi 9*a*. g) Frig̃ 3; Frigising̃ 5; Frisingam 9*a. d.* h) tradita 9*a. d.* i) *ita* 5; Chorces *rell.* k) *totum titulum pr. m. om., supplevit m. s. XV, quae etiam insequentes numeros mutavit* 3. l) v. o. 9*a. d.* m) XXVI. Et Nino occiso ac Pilidruda, quae in G. v. et ibi v. f. 5. n) Dei vir 9*d*. o) Maiensse 9*a*. p) Camina 9*d*. q) Maias 9*d*. r) eo deferri se 9*d*; se illuc deferre *in textu*. s) i. h. 9*d*; in terram defixit *in textu*. t) Maias 9*d*. u) eo 9*d*. v) Piledruda 9*d*. w) eius 9*d*. x) Pyledruda 9*d*. y) m. a. que 9*d*.

*) XXVIIII. Q. obitus sui non ignarus Erimbertum (c. *om.*) fr. s. ad Longobardorum principem direxit, ut traditio Cainina Frisingensi ęcclesie ab eo firmaretur, utque corpusculum suum ibidem ad sepulturam reciperetur.

XXX. Quomodo in ipsa exitus sui die post capitis detonsionem, post corporis ablutionem, post missae celebrationem Deo spiritum reddidit et in ęcclesia sancte Mariae sepulturam accepit.

XXXI. Quomodo, humato sacro[r] corpore, gravissima tempestate triginta diebus et[s] noctibus ingruente, animadversum est, eum ibi nolle requiem habere, sed Magias[t], sicut vivus disposuit, portari debere.

XXXII. De elevatione corporis de sepulchro.

XXXIII. De Magatha q. p., que dum lascivum[u] atque inmundum sermonem iactitavit[v] de viro Dei, mox obrigente[w] femore, usque ad finem vite claudicavit 9*a. d.*

**) calidus *add.* 9*a. d.*

***) XXXVII. Ubi post sepulturam beati corporis III[a] n. 9*a. d.*

†) corruit[x], ob merita viri Dei non t. 9*a. d.*

††) XXXVIII. Ubi Aribo[y] Frisingensis sedis episcopus, generali sinodo congregata, de reducendo sacro[z] corpore tractavit, et post triduanum ieiunium, communiter ab omnibus celebratum, septem religiosis viris, ut, sicut cogitavit, ita perficere deberet, est revelatum 9*a. d.*

†††) XLI. Ubi ad Magense[a] castrum venientibus, facta oratione, in ecclesia ingens in eadem sonitus est[b] auditus.

II. Index. 3. 5. 9*a. d.*

Index. a) XXVII. 5, *et sic deinceps.* b) Hucpertus 5. c) ad se *om.* 9*d.* d) Frisingam 5. e) s. a. i. 5*a cum textu.* f) claudicabit 3. g) *ita* 5; ·N· 3. 9*a.* h) Long. 9*a. d.* i) *ita pr. m.* 3; cerei — in e. visi sunt et o. (obtimus 5) 5. 9*a*; cerei — visi sunt in ecclesia et o. 9*d.* k) *ita recte* 5; tam 3. l) Ariboni 5. m) *ita* 5; *versu exeunte om.* 3. n) A. e. *om.* 5. o) c°ēpprū 3. p) Tassalonis 9*a;* Thessalonis 9*d.* q) sepulcho 3. r) c. s. 9*d.* s) *ita* 9*a cum textu;* ac 9*d.* t) Maias 9*d.* u) *om.* 9*d.* v) de v. D. i. 9*d.* w) *ita* 9*d*; obriente 9*a.* x) corruens 9*a.* y) Arbo 9*d.* z) c. s. 9*d.* a) Maiense 9*d* b) aud. est 9*d.*

XXXVI. De quodam viro, manum aridam habenti[a], sanato.

XXXVII. De quodam a demonio vexato et subter[b] feretrum liberato.

XXXVIII. Ubi sanguis inventus est et aecclesia[c] constructa.

XXXIX. Quomodo* in aecclesia sanctae Dei genitricis Mariae Frigisingensi[d] honorifice est exaltatus, ubi primitus est humatus.

EXPLICIUNT CAPITULA].

INCIPIT[a] VITA ET ACTUS BEATI CORBINIANI EPISCOPI FRIGISINGENSIS AECCLESIAE.

[1.[b] Quomodo[c] solitariam vitam duxit iuxta aecclesiam beati Germani confessoris in vico, quae dicitur Castrus].

